B *notione debilitata vel deflexa adhibetur*: **1** *affirmative in responsis fere i. q.* '*bene, consentio*' (*cf. p. 1358, 65. 1359, 38 sqq.*): PLAVT. Amph. 544 (*Iuppiter ad Alcumenam*) numquid vis? :: etiam: ut actutum advenias. :: -et, prius tua opinione hic adero. Aul. 328 tace nunc iam tu ... :: -et. Bacch. 35 quid si hoc potis est, ut tu taceas, ego loquar? :: lepide, -et. Capt. 949 quaeso, hominem ut iubeas arcessi. :: -et. Cas. 421 intro abi et ... fac accures. :: -et. 492 tene marsuppium, abi atque obsona ... molliculas escas ... :: -et. 588 propera ergo. :: -et. Curc. 95 tace, occultemus lumen et vocem. :: -et. 727 age ergo, recipe actutum. :: -et. Men. 158 concede huc a foribus. :: fiat. :: etiam concede huc. :: -et. 213 iube ... nobis ... prandium accurarier ...,

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

atque actutum. :: -et ecastor. 224 ceterum cura. :: -et. Mil. 536 abi intro ..., vide sitne istaec vostra intus. :: -et, pulchre admonuisti. Most. 402 curabitur. :: ... :: -et. 930 faciam, ut iubes .:: ... :: -et. 1152 Pseud. 357. 652 Rud. 1212—1224 (*repetitur 14ies ibid. oratione concisa*: 1216 *et* 1222 omnian -et? ['*adiungitur quasi indeclinabile pro*: ad omnia '-et' respondebis' *Ussing*]. 1226 quidquid memorabam, -et). 1403 Trin. 372. 517 Truc. 331. **2** *ironice fere i. q. necesse est*: PLAVT. Aul. 381 festo die si quid prodegeris, profesto egere -at, nisi peperceris. Capt. 90 nisi qui colaphos perpeti potest parasitus frangique aulas in caput, vel ire . . . ad saccum -et. Epid. 324 per illam tibi copiam copiam parare aliam -et. Most. 713 nihil erit, quod deorum ullum accusites; te ipse incuses -et. Pseud. 1182 i in malam crucem. :: ire -bit tamen tibi hodie temperi. Stich. 611 (*ad parasitum*) per hanc tibi cenam incenato . . . esse hodie -et. DIRAE 88 (*verba viri expulsi cum acerbitate dicta*) hinc ibo in silvas; obstabunt iam mihi colles, obstabunt montes, campos audire -bit: 'dulcia rura valete *eqs.*' (*nisi mavis cum E. Fraenkel, JRS 56, 1966, 150* campos *pro obi. habere*). PROP. 1, 8, 29 falsa -et cupidus deponat gaudia livor (*cf. Rothstein ad l., qui vix recte etiam* 2, 17, 15 *et* OV. epist. 12, 112 *huc trahit*). *al.*

C *appendix syntactica ad A et B*: **1** *indicatur causa, ratio sim.*: **a** *praepos.*: α ex: LEX agr. (CIL I² 585) 29 ex . . . foedere (CIC. Balb. 35. LIV. 38, 32, 8 ex f. ac legibus. 42, 41, 11). 40 ex h(ac) l(ege) (42. 62 CIC. inv. 2, 95 Verr. II 3, 188. *al.*). CIC. Verr. II 3, 188 ex senatus consulto et ex legibus (de orat. 2, 132 CIL XIV 4573, 2). CIL I² 1212, 7 ex testamento. TERT. carn. 15 l. 1 ex privilegio haeretico. *al.* β per: *c. acc. personae*: PLAVT. Asin. 12 si p. vos -et (*c. pron. pers. ut* Merc. 989 me [Persa 376 CAECIL. com. 240 CATO or. inc. frg. 10 = 174M. CIC. Verr. II 1, 12. 5, 76. *al.*]. Mil. 1263 te. Poen. 52 illos. *et passim*). QVADRIG. hist. 11 militem. CIC. Verr. II 3, 67 nostros magistratus. 4, 44 omnes alios praetores. 5, 76 M.' Glabrionem (*cf.* 5, 159 L. Metellum. *al.*). Caecin. 48 homines coactos (fam. 7, 1, 2 omnes h.). Cluent. 108 multitudinem concitatam. Manil. 59 deos immortales. Phil. 5, 20 amicos. Att. 4, 2, 7 meos defensores. fam. 11, 24, 2 hostem. 14, 4, 5 nautas. Ps. CIC. epist. ad Oct. 1 tuas legiones. LIV. 3, 13, 3 consules superiorum annorum. 29, 6, 3 duces. *al.* *c. acc. rei*: PLAVT. Epid. 324 illam . . . copiam. 338 hanc curam. Stich. 611 hanc . . . cenam. TER. Ad. 108 aetatem (CIC. leg. agr. 2, 3 LIV. perioch. 49 p. 59, 16 PLIN. epist. 3, 11, 5). CIC. Verr. II 1, 110 legem Voconiam (Manil. 62 leg. agr. 1, 9. 2, 3. 2, 78 Flacc. 77 Mil. 43 Phil. 2, 81. 5, 46. *al.*). p. red. in sen. 31 eorum edicta (EDICT. praet. Vlp. dig. 4, 6, 1, 1). Pis. 18 interdicta. Phil. 2, 60 tuas contumelias. orat. 160 aurium iudicium. Att. 6, 5, 3 senatus consultum (EDICT. praet. Vlp. dig. 4, 6, 1, 1). 7, 3, 7 rem publicam. fam. 1, 8, 3 eiusdem amicitiam. CINC. Gell. 16, 4, 4 eas causas. OV. met. 13, 885 fata (EVTR. 10, 16, 2 AMM. 27, 6, 15). Pont. 4, 2, 43 fera bella. EPICED. Drusi 119 lacrimas. LIV. 3, 41, 1 factionem. 4, 9, 2 intestina arma. 10, 39, 8 auspicia. 21, 18, 8 foedus. perioch. 50 p. 62, 23 annos. CELS. 3, 5, 10 corpus. 3, 21, 13 stomachum. 4, 13, 4 vires. COLVM. 2, 21, 4 religiones pontificum. TAC. hist. 3, 72, 1 mores nostros. APVL. met. 3, 12, 3 fidem. *al.* γ *alia*: LEX repetund. (CIL I² 583) 13 quod circa. CIC. Cluent. 120 de quibus causis (LABEO dig. 43, 12, 1, 6 de lege). de orat. 2, 132 contra leges. CIRIS 335 pio cum iure. SEN. contr. 1, 8, 4 in utramque partem. CVRT. 6, 10, 14 ne plus alienae crudelitati apud te -ret quam clementiae tuae (TERT. apol. 37, 5 si non a. istam disciplinam magis occidi -ret quam occidere. coron. 10 l. 14 nobis . . . abuti a. apostolum non -et facilius non uti docentem. adv. Marc. 2, 26 p. 372, 20 quantum -at fideli et prophetae a. deum). LEX Malac. (CIL II 1964) 2, 2 propter quam *causam*. AVG. civ. 3, 3 p. 100, 28 D. in iure suo. de serm. dom. 1, 16, 44 l. 1082 secundum praeceptum domini. **b** *abl.*: PLAVT. Cist. 533 aequa lege (Stich. 564 TER. Phorm. 116 CIC. Verr. II 2, 137 prov. 17. 45 Rab. Post. 20 LEX Iul. munic. [CIL I² 593] 88. 136. *al. cf.* CIC. ac. 2, 1 legis praemio. VAL. MAX. 3, 7, 9 beneficio legis Memmiae). Most. 713 iure optimo (CIC. Verr. II 2, 38. LEX Vrson. [CIL I² 594] 124, 9 i. lege recteque. TAC. ann. 3, 24, 4. *al.*). Rud. 139 mea . . . causa. CIC. Verr. II 2, 100 edicto (p. red. in sen. 16 edictis et imperiis). Mil. 10 nullo pacto. Deiot. 3 more maiorum. CAES. Gall. 1, 7, 3 eius voluntate (1, 30, 4. 1, 35, 3. 1, 39, 3). SEN. clem. 1, 8, 2 beneficio tuo. LACT. mort. pers. 7, 11 consuetudine malorum. CIL X 1642, 13 s(enatus) c(onsulto). **c** *adv.*: CIC. dom. 8 recte (LEX Vrson. [CIL I² 594] 124, 9 TAB. cer. Dac. 6 [CIL III p. 937] int. 12 *a. 139. al.*). Lig. 20 aliter (Phil. 12, 28). PLIN. epist. 4, 8, 2 hactenus . . ., ut. TERT. monog. 3, 3 ultro. AMM. 22, 12, 7 impraepedite.

2 *locutiones abundantes*: ENN. frg. var. 115 Iovem . . . edicto prohibuisse, ne -ret *eqs.* TER. Haut. 36 date potestatem . . . ut -at. CIC. Tull. 47 quae *lex* permittit, ut . . . -at (50 Verr. II 2, 45. 3, 221 leg. agr. 2, 34 CAES. Gall. 1, 35, 3 NEP. Dat. 10, 1 ARNOB. nat. 1, 37. *al.*). Verr. II 2, 101 impediri edicto, quo minus . . . -ret. 4, 44 -uit posse (LVCR. 5, 285 -et . . . possis. LYGD. 3, 31 OV. epist. 19 [20], 74. *cf.* TERT. anim. 57, 11 -ere potuisset. VEG. mil. 3, 21 [*loco fort. spurio*] aliud sibi -ere non posse. LEO M. epist. 7, 1 ne quid . . . -ere possit). leg. agr. 2, 34 ut -at conceditur (Balb. 5). de orat. 1, 215 neque . . . est interdictum . . ., ut singulis hominibus ne amplius quam singulas artes nosse -at. LVCR. 6, 1228 dederat . . . -ere. STAT. silv. 1, 6, 84 vetuit -ere. ARGVM. Plaut. Mil. 1, 7 -ere ut quiret.

II -et (-bit *infra l. 45*) *vergit in notionem coniunctionis concessivae, aevo cadente fere i. q. etsi, quamvis, quamquam* (*cf. p. 1358, 65 sqq.; adamatur usus concessivus, dum usus p. 1361, 31 sqq. descriptus evanescit*; -et *antea libere positum, aevo cadente fere in initio enuntiati legitur; in rebus concessis praeter coni. praes. et perf., quibus solis veteres utuntur, adhibentur et coni. imperf. et plusquamperf., postremo etiam indicativus*; -et *accedit etiam ad singulas enuntiati partes*): **A** *concessio fit per enuntiata*: **1** *c. coniunctivo*: **a** *praes.*: α -et: Ⅰ *ante verbum ponitur*: PLAVT. Asin. 718 -et laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem. CIC. S. Rosc. 31 -et hercules undique omnes in me terrores periculaque impendeant omnia, succurram. Verr. II 3, 145 -et hercle . . . omnes omnia dicant, in illo . . . vicimus. 4, 133 -et iste dicat emisse se . . ., credite hoc mihi, iudices *eqs.* har. resp. 19 quam volumus -et . . . ipsi nos amemus, tamen *eqs.* (*v. etiam l. 33. p. 1361, 56 et cf.* Tusc. 4, 53 quamvis -et insectemur istos [nat. deor. 3, 88 LVCR. 6, 601. 620 VEREC. in cant. 8, 7]. SEN. dial. 10, 10, 5 -et quantum libet ingeras). Planc. 90 -et me desipere dicatis, numquam . . . putavi. parad. 8 -et inrideat si qui vult, plus apud me tamen vera ratio valebit. Tusc. 1, 55 Att. 2, 8, 1. 14, 4, 2 omnia -et concurrant, idus Martiae consolantur. fam. 13, 27, 1 BRVT. (?) Cic. ad Brut. 1, 17 (9, 25 Sj.), 5. VERG. Aen. 11, 348 dicam equidem, -et arma mihi . . . minetur. HOR. epod. 4, 5 -et superbus ambules pecunia, Fortuna non mutat genus. carm. 3, 24, 3 caementis -et occupes terrenum . . ., . . . non animum metu, non mortis laqueis expedies caput. epist. 1, 17, 59 ars 459. *et passim; aevo cadente fere solum exstat hoc genus exemplorum.* Ⅱ *post verbum ponitur*: LVCIL. 82 non dico: 'vincat -et, et (*i. et tamen*) vagus exulet, erret exlex' (*Warmington et Krenkel sec. Leo, Ausgew. Kl. Schr. I 229 sic distinguunt* 'vincat -et'; et v. exul et erret e.). CIC. Caecin. 41 queramur . . . -et, tamen *eqs.* dom. 99 dirumpatur -et . . ., audiet haec ex me *eqs.* Pis. 63 neque . . . contempsisti *praemia virtutis*, sis -et Themista sapientior. Rab. Post. 25 obicias -et quam voles saepe palliatum fuisse, aliqua habuisse non Romani hominis insignia, quotiens eorum quippiam dices, totiens unum dices . . . illud *eqs.* (*v. etiam l. 14. p. 1361, 56 et cf.* leg. 3, 24 quamvis enumeres multos -et). de orat. 1, 195 fremant omnes -et, dicam quod sentio. fin. 2, 99 Att. 4, 16, 8. VERG. Aen. 11, 440 ibo . . . contra, vel magnum praestet Achillem factaque Volcani manibus paria induat arma ille -et. HOR. sat. 1, 2, 81 *matrona* inter niveos viridesque lapillos sit -et. TIB. 3, 9, 17 tunc veniat -et ad casses, inlaesus abibit . . . aper. PRIAP. 3, 2 da mihi, quod tu des -et assidue, nil tamen inde perit. 45, 5. 64, 3. PROP. 1, 16, 29 sit -et et saxo patientior illa Sicano, sit -et et ferro durior et chalybe, non tamen *eqs.* OV. am. 3, 4, 31 indignere -et, iuvat inconcessa voluptas. 3, 8, 61 exaequet tetricas -et illa *uxor* Sabinas, *maritus ei* imperat ut captae. epist. 1, 83. 3, 133. 19 (20), 38. *et passim; sed aevo cadente hic usus fere evanescit.* β -bit (*cf.* TERT. *p. 1365, 42*): HOR. epod. 15, 19 sis pecore et multa dives tellure -bit tibique Pactolus fluat . . ., translatos alio maerebis amores *eqs.* sat. 2, 2, 59 -bit ille *avarus* repotia . . . celebret, . . . ipse . . . caulibus instillat *oleum corruptum*. PRIAP. 83, 33 (*ad mentulam*) -bit aeger . . . cubes, tereris usque. OV. am. 2, 11, 53 omnia pro veris credam, sint ficta -bit. met. 2, 58 (*verba Solis*) placeat sibi quisque -bit, non tamen . . . valet. 8, 755. 13, 862. 14, 355 non . . . effugies, vento rapiare -bit. trist. 5, 14, 3 Pont. 3, 4, 33. SEN. epist. 28, 4 in ultimas expellaris terras -bit . . ., hospitalis tibi illa qualiscumque sedes erit. LVCAN. 7, 855. 8, 629 MART. 2, 81, 1. 4, 55, 28. 8, 21, 11. 8, 64, 5. 10, 100, 5 TERT. spect. 27 p. 26, 18. *al.*, *sed rarissime.*

b *praeteriti* (*cf. p. 1361, 61*): α *imperf.*: Ⅰ *accedente sensu irreali*: VARRO ling. 7, 2 neque multa *verborum etyma dici possent* ab eo, quem non erunt in lucubratione litterae prosecutae, multum -et legeret. STAT. silv. 5, 1, 23 -et ipse levandos ad gemitus . . . Orpheus adforet . . ., nil cantus, nil fila . . . mulcere valerent. MART. 9, 91, 13 ad cenam si me . . . vocaret . . . hinc invitator Caesaris, inde Iovis, astra -et propius, palatia longius essent, responsa . . . haec . . . darem *eqs.* APVL. met. 7, 27, 5 (*ad asinum*) -et precariam vocis usuram sumeres, cui . . . persuadere possis . . .? TERT. bapt. 3 p. 203, 20 -et eo plenius docerem. VLP. dig. 37, 5, 5, 5 PANEG. 12, 4, 2 ARNOB. nat. 1, 65. *al.* Ⅱ *vi mere concessiva* (*fere pendens e praeterito enuntiati primarii*): IVV. 13, 56 credebant quom . . . nefas . . ., si iuvenis vetulo non adsurrexerat et si barbato cuicumque puer, -et ipse videret plura domi fraga *eqs.* IVLIAN. dig. 33, 5, 10 -et . . . manumissione Pamphili duae personae constituerentur . . ., unius tamen rei legatum inter eas vertitur. PANEG. 7, 12, 4 privatus -et dici velles, inhaesit tibi ingenita maiestas. 8, 1, 3 quamvis . . . tunc . . . patris ac patrui tui merita, -et dicendo aequare non possem, possem tamen vel censere numerando. 8, 3, 2. 8, 12, 1. LACT. inst. 7, 8, 2 -et *Plato* verum de animae immortalitate sentiret, tamen non ita de illa tamquam de summo bono disserebat. 7, 8, 8 qui omnes -et eloquentia excellerent, tamen . . . non minus auctoritatis habuerunt, qui *eqs.* 7, 9, 2 ut . . . deum, -et sub oculos non veniret, de sua tamen vi . . . cerneremus. mort. pers. 26 CHALC. comm. 4 PEREGR. Aeth. 7, 1. 9, 6. 19, 19 AMM. 14, 11, 6. 15, 5, 33. 15, 7, 10. 18, 8, 13 *et saepius.* SCHOL. Iuv. 11, 77 AMBR. epist. 10, 3 HIER. epist. 22, 8, 5 PAVL. NOL. carm. 19, 425. 24, 259 AVG. civ. 13, 20 p. 584, 16. 19 D. *al.* β *plusquamperf.*: Ⅰ *vi mere concessiva* (*fere pendens e praeterito enuntiati primarii*): BELL. Hisp. 16, 3 quod factum

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*sc. hostium eruptio*) -et necopinantibus nostris esset gestum, tamen ... repulsos ... oppido represserunt. NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 3 p. 551, 3 (*de libellis sacrificium testantibus*) sententiam nostram ... protulimus ... adversus illos, qui accepta fecissent, -et praesentes cum fierent non adfuissent. LACT. epit. 22, 5 tamen vita eius *hominis*, -et temporalis esse coepisset, in mille annis terminum sumpsit. mort. pers. 43, 2 -et nuper cum eo amicitiam confirmasset, tamen ... existimavit affinitatem illam ... contra se copulari. FIRM. err. 12, 7 Ps. LACT. inst. interpol. 7, 5, 27 § 17 AVG. civ. 5, 18 p. 224, 25 D. SVLP. SEV. epist. 3, 6 MACR. Sat. 1, 7, 4 ALC. AVIT. carm. 6, 651. *al.* Ⓘ *accedit sensus irrealis*: MART. 5, 39, 8 Croeso divitior -et fuissem, Iro pauperior forem, Charine, si conchem totiens meam comesses. IREN. 2, 6, 1 (2, 4, 5 H.) -et ... multum separati essent *angeli* ab eo *primo deo* ..., sed tamen dominio ... oportuit cognoscere dominantem. 2, 6, 3 (2, 4, 6 H.) oportebat, -et non vidissent hi *angeli* eum qui super omnia deus est, uti cognoscerent ... dominium eius. VLP. reg. 16, 3 CYPR. GALL. gen. 893 FVLG. RVSP. ad Tras. 3, 16 p. 280^{C}. *γ perf.*: TIB. 2, 4, 45 at bona quae ... fuit, centum -et annos vixerit, ... flebitur ante rogum. Ov. am. 2, 2, 57 viderit ipse -et, credet tamen ille *maritus* neganti *uxori*. trist. 4, 9, 9 sim -et extremum ... missus in orbem, nostra suas istuc porriget ira manus. Pont. 2, 10, 7 sis -et oblitus ... gemmaeque manusque, exciderit tantum ne tibi cura mei. GRATT. 352 -et alti vulneris ora⟨e⟩ abstiterint atroque cadant cum sanguine fibrae. PAVL. FEST. p. 54 -et quinque amplius quam centum fuerint, tamen ... centumviri sunt dicti. SEN. contr. exc. 4, 4, 2 tam teneris ..., quam qui vulneravit aliquem, -et vulnus sanaverit, quam qui subripuit aliquid, -et reddiderit deprehensus. suas. 7, 4 (*ad Ciceronem*) -et scripta ⟨tua⟩ combusseris, Antonius paucos annos tibi promittit. SEN. Herc. O. 76 *Iuno monstris* sparserit mundum -et caelumque terris peius ... faciat, dabitur Alcidae locus. 282 Med. 169. 200 Phaedr. 222. 933 Thy. 776. 784. benef. 2, 32, 1 qui accepit ... beneficium, -et animo benignissimo acceperit, nondum consummavit officium suum. clem. 1, 12, 2 dial. 1, 2, 10. 1, 4, 4. 6, 12, 2 nat. 6, 23, 3 epist. 23, 2. 28, 1. 74, 27. 76, 31. 90, 33. 99, 4. 108, 4 frg. 114 LVCAN. 4, 821. 5, 659 PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 164, 24 B. STAT. Theb. 5, 26. 12, 19 MART. 3, 6, 5. 8, 44, 2. 8, 66, 9. 14, 8, 1 QVINT. inst. 3, 3, 4. 6, 3, 7. 7, 1, 53. 8, 6, 18 decl. 262 p. 72, 16. 280 p. 142, 19. 305 p. 198, 29 *et* 199, 1. 314 p. 235, 24. 25. 334 p. 316, 7 IVV. 10, 298 TAC. dial. 13, 1 PLIN. epist. 2, 16, 3. 5, 14, 2. 6, 34, 3. 10, 108, 2 paneg. 34, 3. 89, 3 TRAIAN. Plin. epist. 10, 71 FLOR. epit. 2, 2, 14 GAIVS inst. 2, 168. 187. 212. 3, 27. 59. 66. 4, 71. 72a. 78. 153. 178 APVL. met. 2, 8, 6 (*ter*). 6, 22, 3. 9, 6, 1. 9, 38, 3 MIN. FEL. 5, 7 TERT. apol. 6, 10. carn. 7 l. 11 -bit. 21 l. 10 coron. 13 l. 35 adv. Hermog. 10, 3. 23, 2 adv. Marc. 5, 10 p. 607, 13 monog. 5, 8 adv. Prax. 22 p. 269, 1 scorp. 9 p. 164, 24 spect. 12 p. 14, 26 uxor. 1, 2 l. 8. *al.*

2 *c. indicativo* (*futuri l. 49. 56; iuxta coni. l. 62. 73. p. 1366, 6. 10. 12*; -et *post verbum collocatur l. 50. 76.; vix recta var. l. pro coniunctivo* SEN. benef. 7, 6, 2): **a** *apud varios auctores*: HYG. grom. p. 95, 1 Th. -et dominus aliquid vendidit (liquebit etiam si ... vendidisset *G*). APVL. met. 2, 6, 8 -et salutare non erit, Photis illa temptetur (*at 8^{ies} in eodem opere c. coni.*). PORPH. Hor. carm. 2, 18, 29—32 habes -et ... quidquid putas, scito tamen *eqs.* (*at 11^{ies} c. coni.*). PROB. inst. gramm. IV 52, 38 quae *nomina* -et absolute sunt posita. MOYS. Cypr. epist. 31, 6 quod in officio episcopatus tui, -et interim a fratribus ... distractus es, tamen non defuisti. PRESB. *ibid.* 8, 2 ecclesia stat fortiter in fide, -et quidam ... ruerunt (*at* CYPR. *ipse 15^{ies} c. coni.*). SORT. Sangall. 21, 6 -et vinces litem ..., sed sumptibus fatigaris. 29, 11 -et multos amicos habes et ab eis tibi promittitur, sed ab amico nihil consequeris. Ps. ALEX. c. Dind. coll. p. 170, 15 -et huius *sapientiae* te non ignarum profiteris. PALLAD. 3, 9, 7 qui *surculi* -et bono loco nati sunt, tamen feracitate caruerunt. SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 107, 5 OPTAT. app. 1 p. 195, 16 ATHAN. Lucif. epist. 6 p. 325, 3. FAVSTIN. trin. 2, 3 l. 2 et -et sufficienter supra de fide ... expressum est et adhuc sint alia ..., quibus fides ... appareat, tamen *eqs.* 2, 13 l. 35 HILARIAN. pasch. 1 p. 1107^{B}. 6 p. 1109^{B}. VITA Anton. 41 p. 52, 29 -et e[i]s mendax et numquam dixisti verum (*Migne gr. 26, 904^{B} ψεύστης ὢν καὶ ... λέγων*). AMM. 14, 4, 2. 15, 7, 1. 16, 10, 11. 18, 1, 3. 18, 4, 5. 19, 3, 3. 19, 6, 4. 19, 9, 9. *al.* (*at persaepe c. coni.*). AMBR. Abr. 1, 4, 23 p. 518, 6 epist. 60, 9 exc. Sat. 2, 85 l. 7 hex. 5, 11, 34 in Luc. 10, 162 Noe 26, 99 parad. 14, 71 p. 329, 11 MAXIMIN. c. Ambr. 80 HIER. epist. 80, 3, 1. 96, 6, 2 hom. Orig. in Luc. 18 p. 113, 4 in Ier. 6, 26, 4. 6, 36, 3 (*in eodem opere c. coni.*: 2, 43, 3. 2, 89, 5. 2, 90, 3. *al.*). in Is. 26, 20/21 l. 24 in Matth. 9, 15 p. 57^{A} in psalm. 80 p. 63, 12 tract. in Marc. p. 321, 18 tract. in psalm. I p. 2, 4 p. 66, 15 p. 110, 6 p. 114, 27. p. 154, 8 -et quidem adsumptus sit homo et ... creatura scabillum pedum eius est, tamen *eqs. al.* VVLG. II Cor. 4, 16 RVFIN. Adamant. 1, 21 Greg. Naz. orat. 1, 17, 1. 3, 4, 1. EPIGR. Bob. 57, 10 nec vatem, amicus est -et, recogites. AVG. epist. 136, 1 p. 93, 13 c. Pelag. 3, 5, 14 p. 503, 7. 3, 7, 23 p. 515, 7 quaest. hept. 7, 43 COMM. apol. 616 instr. 1, 15, 8. 2, 10 (6), 3. MACR. Sat. 1, 11, 42 Diogenes etiam *servus fuit* ..., -et ex libertate in servitutem ierat (*cf. Gell. 2, 18, 9* is ex l. in s. venum ierat; *sed sunt qui interpungant etiam post* libertate). MART. CAP. 1, 11. 3, 257. 303. 6, 703. *al.* **b** *apud iuris consultos* (*fortasse indicativus non ipsis iuris consultis, sed compilatoribus digestorum attribuendus est, cf. Kalb, Juristenlatein 66*): LABEO dig. 18, 1, 78 pr. -et scriptura non continetur. CELS. dig. 41, 2, 18, 1 -et ille non erit adeptus possessionem. 47, 2, 68 pr. -et prope furtum est *infitiatio*. IVLIAN. dig. 28, 2, 13 pr. 29, 7, 2, 2. 30, 84, 10 POMPON. dig. 7, 8, 22, 1. 28, 1, 16 pr. *et* 1. *al.* VENVL. dig. 42, 8, 25, 7. 44, 3, 15, 5. 45, 1, 137, 2 GAIVS dig. 5, 3, 17. 20, 1, 4. 20, 4, 11 pr. (*bis*). 22, 4, 4. *al.* (*at semper c. coni. in* inst., *e. g.* 1, 40. 88. 135). MARCELL. dig. 28, 1, 16, 1. SCAEV. dig. 10, 2, 39, 3 -et hereditatem ... communem haberent et pater ... decessit. 18, 7, 10. 33, 1, 21 pr. FLORENT. dig. 16, 3, 17 pr. PAPIN. dig. 2, 14, 41. 23, 4, 36, 3. 28, 3, 17. *al.* CALL. dig. 50, 2, 12 TRYPH. dig. 46, 1, 69 VLP. dig. 1, 3, 31. 2, 13, 8, 1. 2, 14, 7, 18. 29, 1, 42 -et etiam (iam *coni. Mommsen*) lecti tirones sint et publicis expensis iter faciunt. *al.* (*at semper c. coni. in* reg., *e. g.* 16, 3. 20, 12. 23, 6). PAVL. dig. 3, 2, 7 in actionibus ..., -et famosae sint et damnati notantur. 8, 1, 8, 1. 10, 1, 1. 13, 6, 17, 2. *al.* (*at semper c. coni. in* sent., *e. g.* 1, 1, 2. 1, 9, 6. 1, 20). MARCIAN. dig. 1, 5, 5, 2. 20, 4, 12, 2. 25, 2, 25. 27, 1, 21, 2 MOD. dig. 22, 3, 24. 24, 2, 10. 27, 1, 8, 9. *al.* HERMOG. dig. 49, 14, 46, 2 COD. Theod. 2, 19, 2. 2, 24, 1, 2. 6, 35, 4, 1 (*at 30^{ies} c. coni., e. g.* 1, 5, 10. 2, 12, 4. 4, 12, 3). COD. Iust. 1, 17, 2, 17. 2, 3, 9 pr. 2, 3, 30, 4 *et saepe* (*saepius tamen c. coni., e. g.* 1, 2, 11 *a. 445.* 1, 3, 51 pr.). INST. Iust. 1, 11, 2. 1, 11, 12. 1, 25, 18. *al.* (*at c. coni. e. g.* 1, 4 pr. 1, 5, 3. 1, 6, 7. *al.*). *al.*

3 *omissa copula*: STAT. silv. 2, 6, 97 eximius -et ille *mortuus* animi meritusque doleri, solvisti. TERT. adv. Marc. 4, 35 p. 541, 16 subiciens Samaritam Iudaeo, quoniam ex Iudaeis salus, -et Israhelitae et Samaritae. mart. 4, 3 (*de variis tormentis*) acerba -et ista, a multis tamen aequo animo excepta. monog. 10, 9 omnes apud deum unum — -et merces varia, -et multae mansiones penes patrem eundem — uno denario eiusdem mercedis operati *sumus*. adv. Prax. 21 p. 264, 2 alium sermonem dei, alium deum, -et et deus sermo *eqs.* resurr. 49 p. 101, 9 *Christus* non alias tamen homo, -et de caelo, nisi quia et ipse caro atque anima. MART. CAP. 3, 269 si paenultima positione longa, -et ultima brevis, acutus tamen sonus fiet. *al.*

B *concessio fit per partes enuntiati*: **1** *attributum (appositionem) vel praedicativum* (*post negationem pro* ne ... quidem *l. 47*): **a** *adi. vel part.* (*e coni.* SEN. contr. 1, 5, 5; *attributum nomini praecedit l. 37. 41. 44. al.*): PROP. 2, 34, 72 huic (*quae pomis contenta est*), -et ingratae, Tityrus (*pauper*) ipse canat. 4, 11, 17 immatura -et, tamen huc non noxia veni. Ov. met. 15, 62 is ..., -et caeli regione remotos, mente deos adiit. SEN. dial. 6, 8, 1 dolorem dies longa consumit; -et contumacissimum ..., tamen illum ... tempus enervat. STAT. Theb. 1, 286 (*Iuppiter ad Iunonem*) quodcumque tuos, -et aequus, in Argos consulerem. QVINT. decl. 265 p. 84, 27 temeraria -et, aliqua ratio tamen appareret facti tui, si *eqs.* CALP. decl. 18 semper ..., -et tacitus, ingemui. GAIVS inst. 3, 209 etsi quis unam rem, -et minimam, rapuerit. APVL. met. 2, 12, 2 -et modicum istum igniculum ..., memorem tamen illius ... caelestis ignis. 3, 13, 4 -et maius, quodvis supplicium sume. 4, 15, 2 iuncturae rimam, -et gracilem. 4, 23, 2 nullam ... omnino, -et vilem, laciniam ferentes. 6, 1, 1 *maritum*, iratum -et, ... propitiare. 6, 26, 8 -et claudi pedis tui calce unica. 7, 26, 2 -et serae vindictae. 9, 33, 2 -et non delicato, necessario tamen quietis subsidio. 11, 1, 3 spem salutis, -et tardam. flor. 18 p. 86 mund. 21. MIN. FEL. 38, 5 *Socrates* nihil se scire confessus, testimonio -et fallacissimi daemonis gloriosus. TERT. apol. 13, 9 -et non nobiliores dei veteres, tamen contumeliam a vobis deputabunt. 17, 5 quae *anima*, -et ... pressa, -et ... circumscripta, -et ... evigorata, -et ... exancillata, cum tamen resipiscit ..., 'deum' nominat. anim. 27, 8 (*de limo et flatu*) ut et nunc duo, -et diversa, etiam unita pariter effluant. 33, 7 carcerum, -et otiosorum. 52, 3 ipsa illa ratio operatrix mortis, simplex -et, vis est. carn. 12 l. 37 animam, -et invisibilem, nasci *eqs.* adv. Marc. 1, 15 p. 310, 25 cum novem *deos Marcion* adsignet, -et nesciens. paenit. 7, 10 deus clausam -et ignoscentiae ianuam et intinctionis sera obstructam aliquid adhuc permisit patere. praescr. 12 l. 10 non inimicum, -et durum, iudicem. resurr. 1 p. 26, 3 pulsata saltem, -et non adita, veritate. *al.* *et passim, saepissime ap.* AMM. **b** *gen.*: PLIN. nat. 30, 15 nulla ... sacra, barbari -et ferique ritus. TERT. anim. 10, 5 quodvis animal, unius -et puncti. adv. Marc. 4, 21 p. 490, 24 vulva, -et virginis, tamen feminae. 4, 30 p. 525, 2 *Christus*, -et Marcionis. AVG. civ. 5, 19 p. 228, 28 D. veram, -et humanarum laudum, gloriam. 22, 22 p. 607, 4 magnis, -et falsarum rerum, terroribus. AVELL. p. 12, 7 exemplum, -et paucissimorum episcoporum. p. 14, 22 cruciatibus, -et unius. VIRG. gramm. epit. 2 p. 6, 1 unius -et nominis ... exemplo. **c** *subst. appositum*: APVL. met. 10, 2, 8 quam facilis, -et non artifici medico, cuivis tamen docto veneriae cupidinis comprehensio. TERT. anim. 17, 14 *in Christo erat* fidelis ... gustus vini illius, -et aquae ante, in nuptiis Galilaeae. 50, 1 ad ordinem mortis, quia nec ipsam sine quaestionibus, -et finem omnium quaestionum. castit. 7 l. 22 ubi tres, ecclesia est, -et laici. adv. Marc. 4, 7 p. 436, 25 habebat utique sensum aliquem dominicae dispositionis — -et daemon, tamen — magis quam alienae. virg. vel. 11, 10 mater familiae vocatur, -et virgo, et pater familiae, -et investis. AVIEN. orb. terr. 789 ne *quem* monstrigenis, hostem -et, inferat aestus fluctibus. HEGES. 1, 12, 1 p. 17, 10 de qua *Iudaea*, victor -et ..., ... tamen ... discessit. PAVL. NOL. carm. 18, 48 me ... ipsum pro me, vilis -et hostia, pendo. AVG. c. Cresc. 3, 50, 55 p. 462, 7 quemquam, -et haereticum. *al.*

2 *abl. absol.* (*cum adi. p. 1367, 5. 10. 11*): MART. 1, 7, 2 Stellae ... mei columba, Verona -et audiente dicam, vicit ... passerem Catulli.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

APVL. met. 5, 1, 6 ut diem suum sibi domus facia[n]t *splendidis parietibus*, -et sole nolente. Plat. 1, 18 cum . . . rationem, obsequente -et et pacata cupidine, ira flagrantior vicerit. TERT. anim. 58, 6 animam, -et non exspectata carne, puniri, quod non sociata carne commisit. adv. Marc. 4, 26 p. 512, 13 quem *creatorem*, -et integro mundo, vel sic potuisset videri superasse validior ille deus Marcionis, si *eqs.* CYPR. Demetr. 15 deos tuos . . ., praesentibus -et vobis, praestigias illas . . . non posse celare. ad Donat. 3 ut quis . . ., corporis -et manente conpage, hominem animo ac mente mutaret. epist. 67, 8 succumbentibus -et et cedentibus ceteris. PANEG. 10, 1, 3 parva tunc -et regia. HIL. myst. 1, 37. in psalm. 53, 4 p. 137, 11 etiam invitis -et et cunctantibus nobis. AMM. 19, 8, 5. *al.*

3 *locutiones adverbiales* (*cf. l. 36 sq.*): **a** *abl. modi*: GAIVS inst. 2, 77 quod in cartulis . . . meis aliquis scripserit, -et aureis litteris, meum esse. APVL. met. 1, 14, 6 viam, -et trepido vestigio, capessere. MIN. FEL. 20, 1 deum unum multis -et designasse nominibus. TERT. apol. 10, 11 satis iam de Saturno, -et paucis. CYPR. epist. 11, 5 p. 499, 24 stantes . . . in fide et, pressuris adque angustiis -et, Christo . . . firmiter adhaerentes. Ps. CYPR. mont. 3 p. 106, 13 *legem* scriptam . . ., -et digitis sacris, tamen digitis in figura carnis. PANEG. 12, 1, 4 parvo -et modulo. SPART. Pesc. 5, 5 difficili -et itinere ac navigatione. CHALC. transl. p. 19[A] strictim -et compendioque. comm. 297 miris -et et contra opinionem hominum operantibus asseverationibus. *et al.* **b** *adv.*: APVL. met. 3, 9, 7 succumbo et, ingratis -et, . . . retexi corpora. 11, 24, 6 -et non plene, tamen pro meo modulo. TERT. adv. Marc. 4, 5 p. 432, 2 -et sero (LAMPR. Comm. 17, 1 LVCIF. reg. apost. 7 p. 51, 16 AMM. 31, 11, 4. *al.*). IREN. 3, 25, 1 (3, 39 H.) providentia eius *dei* moti, -et tenuiter, tamen conversi sunt, ut *eqs.* CHALC. transl. p. 19[A] *v. sub a.* comm. 208 non recte -et. 349 laboriosius -et. AMM. 23, 5, 10 -et iuste. 24, 6, 7 -et imperite. 29, 3, 4 -et tardius. SCHOL. Iuv. 131, 1 ut, falso -et, tamen *eqs.* VEG. mil. 3, 19 -et raro (HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 199, 3 RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 68, 24. AVG. civ. 17, 5 p. 216, 13 D. rarissime. SVLP. SEV. dial. 1, 13, 6. *al.*). HEGES. 1, 9, 3 aegre -et. *al.*

4 *locutiones praepositionales*: TERT. adv. Hermog. 14, 1 -et ex occasione materiae, suo tamen arbitrio bona protulisse *deum* (adv. Marc. 3, 1 p. 377, 7 -et ex abundanti. PAVL. sent. 2, 5, 3 -et ex diverso contractu. FAVSTIN. trin. 3, 3 l. 11 ut hominem nasci, -et ex virgine. *al.*). adv. Marc. 2, 16 p. 357, 1 tanta erit . . . animi divini et humani differentia sub eisdem -et vocabulis sensuum (CYPR. Fort. 11 p. 337, 21 s. regali -et ac tyrannica servitute. AVG. civ. 1, 8 p. 13, 26 D. -et s. eodem tormento). pall. 3, 2 nominandus est et serpens, -et pone pavum. pudic. 9 p. 236, 24 non . . . admittetur exemplorum adaequatio, -et in agina congruentissima (p. 238, 27 drachmam inter omnia, -et in stercore, repertam. HIL. psalm. 54, 2 p. 184, 6 in adsumptione -et hominis. AMM. 25, 3, 8 -et in negotio dispari. *al.*). 14 p. 250, 11 quem non temere damnasset *apostolus*, ob solam -et fornicationem. HIL. in psalm. 53, 6 p. 139, 6 post constitutam -et iam a domino formam orandi. *al.*

5 *subst. per casum pendens*: APVL. met. 9, 36, 1 nec . . . vaesanus . . ., -et non rapinis, saltem verbis temperare voluit. TERT. anim. 31, 3 etsi eaedem *animae* semper revolverentur, -et non corporum quoque formas easdem, ⌊-et non fatorum quoque sortes easdem, tamen⌋ (*om. A*, -et non flatorum: tamen quoque fortes casam *B*) vel ingeniorum . . . pristinas proprietates secum referre deberent. carn. 6 l. 31 carnem Christi . . . non natam dicentes, -et carnem. ITALA II par. 33, 17 (Complut.) populus sacrificabat in excelsis (*quod erat prohibitum*), -et tamen domino deo suo (*gr. πλὴν κύριος ὁ θεὸς αὐτῶν, Vulg.* in e. domino deo suo). Marc. 6, 23 (cod. aur. *al.* = VVLG.) quidquid petieris dabo tibi, -et dimidium regni mei (*cod. b al.* etiam si, *gr. ἕως ἡμίσους, cod. f* usque ad). PAVL. dig. 38, 10, 10, 6 qui eundem patrem habent, -et diversas matres. AVSON. 391, 21 p. 258 P. hac ego condicione -et vel morte paciscar. *al.*

C *stilistica ad A et B*: **1** *accedunt aliae coniunctiones* (quamvis -et *inde a* CIC. *et* LVCR. *p. 1364, 15. 34 sed locis vetustioribus* quamvis *vim verbalem servare apparet*): -et si (*vix recte trad.* TERT. resurr. 37, 1 p. 79, 1): ITALA Gal. 1, 8 (Aug. [?] un. eccl. 12, 32) -et si . . . vobis euangelizaverit (VVLG. -et *tantum, gr. καὶ ἐάν*). HESYCH. in lev. 11, 41 p. 920[B] ALC. AVIT. hom. 11, 1 p. 121, 19 CASSIOD. Ios. antiq. 2, 326 (*gr. εἰ καί*). GREG. M. epist. 9, 235 p. 230, 23 THEOD. MOPS. in Phil. argum. p. 197, 12 -et si et (in II Thess. 2, 6 p. 53, 6 in I Tim. 3, 3 p. 110, 2. 3, 7 p. 114, 22 [-et etsi *var. l.*]. 5, 24 p. 173, 3). 1, 6 p. 202, 18 in I Tim. 3, 14 p. 130, 1. 6, 1 p. 174, 5. -et etsi (*v. et l. 71*): COMMENT. Lucan. 8, 153 -et e. . . . discederet, non tamen *eqs.* THEOD. MOPS. in I Tim. 3, 2 p. 105, 14 PASS. Petr. Paul. brev. 3 cod L. -et cum (*aliter p. 1368, 36*): SERM. RevBén. 72, 1962 p. 237, 3 *Cornelius* (*act. 10, 1*) -et c. adhuc gentilis esset, . . . orationibus insistebat. quamquam -et: SALV. eccl. 1, 23 q. haec -et se ita habeant . . ., tamen *eqs.* *dubitanter asserimus* -et quoniam: THEOD. PRISC. log. 111 p. 214, 1 -et q. (q̄m *pars codd., id quod* quoniam *esse coni. Sundwall, Ad Theod. Prisc. adnot. 83; 'pro* quam maxime' *Rose dubitanter*; -et *tantum BGel.*) . . . significatum est, attamen *eqs.* -et quia: VEREC. in cant. 4, 9 -et q. secunda sit . . ., prima tamen . . . numeratur (*nisi* -et, quia *intellegendum; cf. p. 1362, 5*). **2** *accedunt adverbia vel particulae*: -et maxime: GAIVS dig. 47, 4, 2 -et m. ignoraverit heres. PAVL. dig. 41, 2, 1, 3. -et tamen: ITALA II par. 33, 17 *v. p. 1367, 56.* VLP. dig. 15, 1, 3 pr. -et t. (tantum *Haloander*, tum *Mommsen dubitanter*) praetor . . . polliceatur actionem, tamen *eqs.* PEREGR. Aeth. 8, 3. -et etiam: VLP. dig. 29, 1, 42 -et e. (iam *Mommsen*) lecti tirones sint *eqs.* SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 107, 5 THEOD. PRISC. log. 59 p. 161, 11. *cf.* etiam -et: HIL. in psalm. 53, 4 p. 137, 11 TRACT. de indur. cord. Phar. 4 l. 3. -et iam: RVFIN. Adamant. 1, 18. -et et: CHALC. comm. 23 mundus, -et et corporeus, a deo tamen factus . . ., aeternus est. PEREGR. Aeth. 4, 4 COMM. instr. 2, 32 (28), 1 THEOD. PRISC. log. 61 p. 163, 3 ANON. in Matth. 3 p. 25, 18 CE 1417, 3. sane -et: PEREGR. Aeth. 7, 1 s. -et . . . iam nosse⟨m⟩ . . ., tamen *eqs.* NOT. urb. Const. 15, 2. -et vel: AVSON. 391, 21 p. 258 P. hac ego condicione -et vel morte paciscar. *cf.* vel -et: AVIEN. Arat. 1019 EVSEB. EMES. 19, 22 p. 62, 9. -et quidem: HIER. tract. in psalm. I p. 154, 8 -et q. adsumptus sit homo . . ., tamen *eqs.* -et autem: HIST. Apoll. rec. A 40 p. 85, 4 leno . . ., -et a. contra voluntatem, nolens misit illam. **3** *in apodosi respondent*: **a** tamen: PLAVT. Asin. 718 CIC. Caecin. 41 har. resp. 19. *et passim. cf.* sed tamen: CIC. fam. 13, 27, 1 MAXIMIN. c. Ambr. 74 HIER. tract. in psalm. I p. 190, 12. et tamen: LVCR. 6, 601 TERT. test. anim. 3 p. 138, 7. at tamen: IVLIAN. dig. 28, 2, 13 pr. GAIVS dig. 5, 3, 17. 50, 16, 58 pr. APVL. met. 6, 22, 3. *al.* **b** sed (*cf.* s. tamen *supra*): SEN. clem. 1, 12, 3 TERT. pudic. 8 p. 234, 15/16. 17 p. 257, 14 resurr. 60 p. 121, 16 PANEG. 2, 24, 5 SORT. Sangall. 14, 6. 21, 3. 6. 29, 11 PAVL. NOL. carm. 17, 71. 24, 259 COMM. apol. 616. *al.* **c** *alia*: et LVCIL. 82. at OV. met. 8, 185 STAT. silv. 3, 4, 13 PAVL. NOL. carm. 19, 50. etiam TERT. anim. 27, 8. sic quoque HIER. in Nah. 1, 11—13 p. 1240[C].

III *usu novato in notionem coniunctionis causalis vel temporalis vergere videtur* (*exempla fere ambigua propter orationem plus minusve confusam*): SERV. georg. 4, 454 quibus *fatis* faventibus ira numinum minora infert, -et maiora non possit ('*exspectatur* cum m. n. p. *vel* quoniam m. n. -et' *Thilo*). NOVELL. Valent. 5 pr. Graecos . . . negotiatores . . . ulterius non patimur sacrae urbis habitatione . . . secludi, -et eos dissensio et . . . invidia tabernariorum quam . . . urbis Romae utilitas . . . submoverit. GREG. TVR. glor. mart. 9 p. 494, 13 sed non defuit . . . misericordia *dei* . . .; -et cum (cum autem, *omisso* -et, *unus e codd.; cf. p. 1367, 75*) audisset mater, quod scilicet filium communem pater deliberasset exurere, cucurrit ad liberandum eum (*an* scilicet *primo loco pro* -et *legendum, altero delendum?*). GREG. M. epist. 1, 45 p. 71, 14 scribendi ad fraternitatem vestram reddendumque debitae salutationis alloquium -et nulla congrui temporis vel personarum esset occasio, actum est, ut uno in tempore et quae decebant . . . persolverem et quorundam quaerimoniam . . . non tacerem ('-et *hic non particula adversativa, sed causalis, ut* cum, quia' *Hartmann ad l.*). Ps. VIGIL. THAPS. c. Marivad. 1, 72 l. 16 -et iam plurima de ea . . . superius dicta meminimus, superfluum videtur ea iterum repetere . . .; sed scire te convenit *eqs.*

in proverbiis sim. (*cf. Otto, Sprichw. p. 193. Häussler, Nachträge 39. 75. 108. 177. 276 sq.*): PVBLIL. C 46 cui plus -et, quam par est, plus vult, quam -et. N 17 nil magis amat cupiditas quam quod non -et (*cf.* OV. am. 2, 19, 3 quod -et ingratum est; quod non -et acrius urit. SEN. Herc. O. 357 illicita amantur, excidit quicquid -et. PETRON. 93, 1 vile est, quod -et. HIER. epist. 117, 7, 2. 121, 8, 7 in Os. 13, 14 p. 937[C]. *al.*). SEN. Tro. 336 minimum decet libere, cui multum -et.

in paronomasia c. libere (*adv.*): PLAVT. Amph. 393 CIC. Manil. 13 de orat. 1, 119. *al.* lubere, libere (*verbo*): PLAVT. Aul. 751 Capt. 464 Men. 368 Most. 20 Persa 375—77 Pseud. 252 Trin. 1032 TER. Phorm. 347 RHET. Her. 4, 25, 34 CIC. Quinct. 94. *et saepe.*

compos.: ilicet, scilicet, videlicet (*formas non contractas v. p. 1360, 6 sqq.*). *v. Kamptz.*

partic. praes. **licēns,** -entis *pro adi.* *abl. sg.* -i, *gen. pl.* -tum. *compar.* -ior *inde a* CIC., *superl. non occurrit.*

1 *i. q. licentia, sc. nimia, praeditus, effrenatus sim.*: **a** *de rebus* (*neutr. fere pro subst.: plur. infra l. 84, sing. l. 77*): CIC. de orat. 3, 185 (*e Theophrasto*) inde, *sc. ex anapaesto*, ille -ior et divitior fluxit dithyrambus, cuius membra et pedes . . . sunt in omni locupleti oratione diffusa. orat. 153 quid . . . -ius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum et duis bis, sic Duellium . . . Bellium nominaverunt. SEN. contr. 2, 6, 11 uterque aeque -i cultu (licenter c. *var. l.*; licenter cultus *Gertz*) per publicum incedit. VAL. MAX. 5, 3 ext. 3 reprehensionis lingua sermone -i soluta non tacet. 6, 4, 2 aeque malam -is imperii magistram iudicans inopiam atque avaritiam. 9, 1, 3 urbi . . . nostrae secundi Punici belli finis et Philippus . . . devictus -ioris vitae fiduciam dedit (CAPITOL. Ver. 1, 4). PLIN. nat. praef. 1 libros *meos* . . . -iore epistula narrare constitui tibi. STAT. Theb. 5, 195 dapibus ludoque -i fit modus. silv. 1, 6, 93 iocos -es. MART. 4, 8, 11 gressu timet ire -i ad matutinum nostra Thalia Iovem. QVINT. inst. 2, 4, 14 pueris aliquid ausis -ius aut laetius. FRONTIN. strat. 1, 1, 5 -ioribus conviviis deditus *Caesar*. EMPOR. rhet. p. 570, 7 recipit . . . imitatio veritatis stilum generis -ioris. SYMM. epist. 1, 59 homo -is otii. AMM. 17, 13, 23 dum -em amentiam libertatem existimarent. 24, 1, 13 -iores militum per longinqua discursus . . . prohibendo. AVG. doctr. christ. 2, 20, 30 (2, 74 G.; *de artibus magicis*) ex quo genere sunt, sed quasi -iore vanitate, haruspicum . . . libri. epist. 100, 2 -iore audacia. MACR. Sat. 2, 5, 5 -iore vestitu. COMM. instr. 2, 17, 14 -ia vestra

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vos, inquit *deus* in ipsa (*scil. lege?*), deperdunt (-ia *recte defendunt Cucco, Didaskaleion 2, 1913, 323; Martin, SBWien 181 n. 6, 1917 p. 23.* deperdit *Dombart.* licentiae vestrae *Durel*). *al.* b *de animantibus*: PROP. 4, 1, 26 -s Fabius sacra Lupercus habet. SEN. Phaedr. 780 turba -s, Naides improbae. FRG. poet. Prisc. gramm. II 561, 8 (*vix* HOR.) -tum satyrorum greges. STAT. Theb. 4, 695 nocturna ... furta -tum cornipedum et cupidas Faunorum arcebo rapinas. GELL. 15, 9, 4 (*3* quanta ... licentia audaciaque Caecilius hic fuit) immo ... potius nos et quam audaces et quam -es sumus, qui ... dicimus. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 70 sq. 'pervicax' nunc pro '-ior' dicitur. NEMES. ecl. 3, 55 omnia ludus habet cantusque chorique -es. DON. Ter. Ad. 380, 3 luxuriosum -emque servum. CLAVD. 14, 31 turba -ior.

2 *i. q. permissus, licitus, sc. de re quae licet*: VAL. MAX. 7, 3, 10 infelicis animi impetum satietate -is concubitus (*sc. cum scorto*) resolutum ad id, quod non licebat, tardiorem ... adferens (*antea*: vulgari et permissa Venere). 9, 2, 3 Damasippus nihil laudis habuit, quod corrumperet, itaque memoria eius -iore accusatione perstringitur. COD. Theod. 16, 2, 4 ut supremae voluntatis ... liber sit stilus et -ens (libens *var. l.*; licitum *Cod. Iust. 1, 2, 1*) ... arbitrium.

adv. **licenter.** *compar.* -ius *inde a* CIC., *superl.* -issime CLEDON. gramm. V 65, 13 (*cf.* satis -r SERV. Aen. 5, 326. 8, 268 *et* praelicenter).

1 *notione arbitrii, voluntatis praevalente i. q. licentiā sumptā, effrenate, immoderate sim.* (GLOSS. *ἀδεῶς. ἀκωλύτως. παρρησιαστικῶς.* -ius *ἀδιαφόρως. ἐξουσιαστικώτερον. κατ' ἐξουσίαν*): CIC. Cael. 57 quos intellegebat non communi condicione servitutis uti, sed -ius, liberius familiariusque cum domina vivere. de orat. 3, 169 abutimur ... verbo non tam eleganter quam in transferendo, sed etiam si -ius, tamen interdum non impudenter (*cf.* SEN. contr. 2, 2, 7 usus est [2, 2, 12]). orat. 77 solutum quiddam sit nec vagum tamen, ut ingredi libere, non ut -r videatur errare (VERG. Aen. 7, 557 Ov. Pont. 4, 10, 29 Hos. GETA Med. 443). 82 hoc (*sc. translationis*) ornamento liberius paulo quam ceteris utetur hic *orator* summissus, nec tam -r tamen, quam si genere dicendi uteretur amplissimo. nat. deor. 1, 108 imagines ... etiam animis inculcatis, tanta est impunitas garriendi; at quam -r! SALL. Iug. 87, 4 Romanos ... remoto metu laxius -iusque futuros (SALL. [?] rep. 1, 6, 1 se in victoria -ius liberiusque quam artius f. credebant). 108, 2 quo res communis -ius gereretur. NEP. Dion 7, 1 -ius ... bona ... militibus dispertivit. HOR. ars 265 data Romanis venia est indigna poetis; idcircone vager scribamque -r? LIV. 26, 10, 4 id (*urbem obequitari*) eum *Hannibalem* tam -r atque otiose facere. 27, 31, 1 rege ... -ius quam inter belli tempora remittente animum. 29, 31, 11 adeo -r eludebant, ut ... praedam venderent. SEN. suas. 2, 10 quam nitide Fuscus dixisset vel quam -r ([*ibid.*: explicationes eius luxuriosas]. COLVM. 6, 27, 4 QVINT. inst. 1, 2, 7. GELL. 1, 16 tit. *opp.* ratione certa. *cf. ellipsin verbi*: QVINT. inst. 1, 8, 6 Graeci -r multa. 8, 6, 24 'Cererem' pro ... pane -ius, quam ut fori severitas ferat). VAL. MAX. 3, 6, 1 tit. qui ... -ius sibi quam mos patrius permittebat indulserunt. 5, 4, 3 excedere omnes iussit cubiculo, quo -ius remotis arbitris indicium perageret. CVRT. 5, 7, 2 pelices -ius quam decebat cum armato vivere adsuetae. QVINT. inst. 8, 3, 37 quae -ius translata erunt. 12, 10, 50 petitas vel paulo -ius voluptates. TAC. Agr. 5, 1 nec Agricola -r more iuvenum, qui militiam in lasciviam vertunt, neque segniter ad voluptates ... titulum ... rettulit (-r ⟨egit⟩ *C. Heraeus*). 7, 1 classis ... -r vaga (*cf.* vagari: AMM. 19, 11, 1. 27, 1, 1. 31, 5, 17. 31, 9, 3). hist. 2, 68, 1 miles intentus aut -r agit. ann. 6, 13, 1 multa ... -ius efflagitata quam solitum adversum imperatorem. *al.* SVET. Dom. 1, 3 vim dominationis tam -r exercuit, ut *eqs.* GELL. 16, 7 tit. quod Laberius verba pleraque -ius petulantiusque finxit (*cf. 16, 7, 1* praelicenter. LACT. inst. 7, 22, 9 res ... velut -r ac fabulose ficta). 19, 11, 3 *distichon graecum quidam* in plures versiculos -ius liberiusque vertit. SERV. ecl. 2, 34 *illud* positum *est* usurpative, quod in defectivis *vocibus* -r fit. AVG. un. bapt. 13, 21 quid ... iste (*Petilius*) quasi -r ac fidenter exclamat: *eqs.* *al.* **2** *notione permissionis datae praevalente i. q. licite, libere* (GLOSS. licite): CHROMAT. in Matth. 14, 1, 2 ut -r ... deum ... patrem dicere audeamus. COD. Iust. 11, 71 (70), 3 (*a. 400/405*) propositis prius -r (recenter *cod. unus*) edictis. SACR. Gelas. 790 M. regalem ianuam cum sapientibus virginibus -r introeat. MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 898^{D} *ut sacerdotes* corpus ... domini super ea (*altaria*) -r et sacerdotaliter ... conficiant. OP. imperf. in Matth. 32 p. 801^{D} dum permittente deo publice et -r committitur, fit honesta fornicatio. CASSIOD. hist. 1, 7, 1 -r Christianis in sua consistere religione concessit (*Sozom. 1, 6, 1 ἀδεῶς. ad abundantiam cf.* RVFIN. Orig. in Rom. 9, 42 p. 1247^{B} [*ad 14, 20 sq.*] etiamsi ... usus omnium ciborum -r admittitur, tamen tu, si propter cibum, quem licito putas sumendum, fratrem ... scandalizas, *peccas*). 4, 18, 5 ut Thessalonicae servaretur ..., quatenus illic -r viveret (*gr. Socr. 2, 16 item*). var. 4, 32, 1 patimur ... superari ... per leges, ut inter arma semper possimus esse victores; nam quem -r subiectus superat, non debellat adversus. 12, 17, 1 cur ... perscrutamini accessus illicitos, quibus portarum permittitur -r ingressus? GREG. M. in Ezech. 1, 10, 37 verba sacri eloquii ... libere ⌊et -r⌋ (*var. l.* decenter) audiuntur. 2, 8, 1 *res iam tractatas repetemus*, ut ea, quae necdum dicta sunt, -ius possimus enodare (*an* diligentius *legendum?*). past. 1, 4 p. 17^{D} *Ezechias legatis divitias ostendit* (*IV reg. 20, 13*), sed ... ex eo iram iudicis pertulit, quod se facere -r aestimavit. CAES. AREL. serm. 43, 4 p. 183, 35 qui publice concubinam habere voluerit, ... rem exsecrabilem ... -r se putat admittere.

deriv.: licentia. *compos.*: illicenter, praelicenter.

partic. perf. quasi pass. **licitus,** -a, -um. [*n. pl. 'vectigal, portorium sim.': ligur.* leyda; *francoprov.* leyda *etc., prov. vet.* lesda, *prov.* leido *etc., vasc. vet.* lezna; *cat.* lleuda; *hisp.* lezda. *cf. M.-L. 5019. Wartburg V 311 sq. Corominas III 86. St.*] *i. q. fere permissus* (*cf.* GLOSS. -um *ἐξόν*): VERG. Aen. 8, 468 -o tandem sermone fruuntur. STAT. Theb. 8, 85 limite ... non -o (HIER. epist. 21, 8, 2). GELL. 11, 18 tit. apud Aegyptios furta -a et permissa sunt (11, 18, 16 -a et impunita). TRYPH. dig. 28, 2, 28, 3 -o matrimonio. VLP. dig. 4, 2, 3, 1 iure -o (40, 12, 20, 1. 50, 14, 1 MARCIAN. dig. 39, 2, 48). *al.* TERT. nat. 1, 7, 14 iusta et -a mysteria (spect. 5 p. 7, 14 AVG. civ. 19, 16 p. 383, 21 D.). apol. 21, 1 sub umbraculo insignissimae religionis *Iudaicae*, certe -ae *legibus Romanis*. castit. 8 l. 4 sq. (*ad I Cor. 6, 12* omnia licent *eqs.*) si -a sunt et quae non prosunt, ergo et quae non bona sunt -a sunt. idol. 19 p. 53, 24 nullus habitus -us est apud nos illicito actui adscriptus. CYPR. ad Donat. 10 p. 12, 12 coepit -um esse quod publicum est. CLAVD. DON. Aen. 5, 795 p. 520, 3 'concessa': -a. *al.* -um est *c. inf.*: COD. Iust. 1, 57, 1 (*a. 469*). *c. acc. c. inf.*: COD. Iust. 12, 19, 13 pr. (*a. 527*).

neutr. pro subst.: **1** *sing.* -um, *abl.* -o (*cf. l. 39*): MANIL. 4, 211 -um sciet et vetitum quae poena sequatur. VELL. 2, 100, 3 quidquid liberet pro -o vindicans. TERT. pall. 3, 4 sapientiam, hauddum -um (-am *var. l.*), praereptem potitur. COD. Iust. 4, 35, 19 (*ca. a. 294*) ultra -um (COD. Theod. 12, 1, 47. 15, 2, 2). HIL. in psalm. 118 nun 14 potestas in -o (-a *var. l.*; *'an* nobis licita' *ed.*) est, cum lex ... praescriptis nos gravibus non onerat. QVEROL. p. 10, 23 R. contra -um (AVG. serm. 21, 3 COD. Theod. 8, 4, 29. 12, 12, 15. *al.*). PELAG. in I Cor. 6, 12 ipsum -um trahet nos ad inlicitum. PRVD. ham. 170 ostentatque suos -o iactantius ignes. COD. Iust. 11, 10 (9), 6 (*ca. a. 473*) praeter -um. DRAC. laud. dei 1, 495 illicitum fas ante putant -umque ... creditur esse nefas. Orest. 920 a -o discerno nefas. CAES. AREL. serm. 32 (= Ps. AVG. serm. 309), 4 tanti sunt qui illa faciunt, ut iam quasi ex -o fieri credantur. **2** *plur.* -a, -ōrum: TAC. ann. 15, 37, 4 *Nero* per -a atque inlicita foedatus (*vol. VII 1, 376, 15 sq.*). LACT. inst. 6, 20, 15 quae apud homines pro -is habentur. PELAG. in II Cor. 11, 7 -a et concessa contempsi. PAVL. NOL. epist. 37, 4 abusione -orum (*v. vol. I 237, 81, sed exemplum debuit inseri 238, 10*). MACR. Sat. 3, 3, 12 quod ... -a et vetita confunderet. *al.*

abl. sing. **licitō** *pro adv.* *i. q. modo concesso* (GLOSS. *ἐνθέσμως. κατ' ἐξουσίαν. negatur* NOVELL.): GAIVS epit. 1, 4, 2 (illicita sunt coniugia) si emancipatio intervenerit, nuptiae ... -o contrahuntur. SOL. 11, 8 aedem ... praeterquam nudus vestigia nullus -o ingreditur. AMBR. Abr. 2, 11, 78 viri -o se errare credunt, si solo se abstineant adulterio. PASS. Macc. 10, 4 invadite membra, quae -o (-e, licet et *var. ll.*) potestis; animae vobis potestas nulla tribuitur. HIER. epist. 49, 15, 5 ab uxoribus, quibus -o (-e *var. l.*) iungebantur. MACR. Sat. 1, 1, 5 quod -o fieri Platonis dialogi testimonio sunt. 1, 4, 16 certum est -o et 'Saturnalium' et 'Saturnaliorum' dici. COD. Theod. 11, 8, 3 pr. *illud* -o committi. NOVELL. Anth. 1, 1 nec se non -o quasi fecisse formident *mulieres*. CASSIAN. conl. 17, 15 fidem -o (cito *var. l.*) dissolvi posse. *al. ap. eundem*. LEO M. epist. 167. LEX Burg. Rom. 36, 1 -o et iure. *al.*

adv. **licitē.** **1** *i. q. modo concesso*: MARCIAN. dig. 30, 114, 5 si quid alicui -e fuerit relictum. CYPR. sent. episc. 74 gratiam baptismi, ubi -e datur, consequantur (*opp.* baptizatos ... illicite). IVL. VICT. rhet. 3, 6 an criminose an -e factum sit. PELAG. in I Cor. 6, 16 quomodo cum uxore -e, ita et illicite cum meretrice. AVG. civ. 1, 9 p. 15, 18 D. rebus, quibus -e boni atque innocenter utuntur. adult. coniug. 1, 13, 14 coniux fidelis relinquere coniugem -e potuit infidelem. nupt. et concup. 2, 27, 45 parentes ... -e atque legitime ad procreandos filios coniugati. enchir. 18, 68 rerum saecularium quamvis -e concessarum ... cupiditates. *al. ibidem*. OROS. hist. 6, 20, 2 -e usurpatum apicem ... imperii. GREG. M. epist. 3, 54 p. 211, 16 ut illud ... agas -e, quod te agere in conventu ... velut inlicitum excusasti. *al.* CIL XIII 1921 omnib(us) corporib(us) Lug(duni) -e coeuntibus (1974). *addas etiam varias lectiones l. 44. 46.* **2** *i. q. intemperate, effrenate sim.*: PS. AVG. hypomn. 4, 7, 10 isto calore (*sc. genitali*) si vigor mentis vestrae ad illicita non dissolveretur, non a vobis tam -e laudaretur, quin potius ... damnaretur. CASSIOD. hist. 6, 26, 1 *imperator certior factus Athanasium* -e populo praedicare *iussit eum egredi Alexandria* (*Sozom. 5, 15 ἀδεῶς*). GREG. M. epist. 7, 32 p. 481, 15 *queritur abbas, quod monachi* monasterium temere deserant et -e, quocumque voluerint, vagantes exsistant.

cf. illicitus.

[licesso, -ere. *falso ex* licessit *Plaut. Asin. 603 formatum esse vidit Landgraf, ALL 9, 1896, 392.* GLOSS. IV 255, 6 -ere licere (V 506, 21, *ubi cetera sunt interpretamentum vocis q. e.* licentiosus, *v. supra*).]

licet *v.* liceo.

lichanos, *λιχανός.* *nomen digiti, soni, intentionis*: VITR. 5, 4, 5 (*ex Aristoxeno*) mobiles *soni* ... sunt, qui in tetrachordo ... locis loca mutant, ... -os hypatōn, ... -os mesōn (*eadem fere* PS. CENS. frg. 12, 3 *inter organi intentiones*). BOETH. mus. 1, 20 p. 206, 18 -os tertia *chorda* ..., quoniam -os digitus dicitur, quem nos indicem vocamus; Graecus a lingendo -on appellat *eqs.* p. 208, 15 quae prius ... hyperhypate vocabatur, nunc autem -os hypatōn dicitur. p. 209. 23 -os mesōn.

lichēn, -ēnis *m.*, *λειχήν.* *sg. nom.* -n, *gen.* -is, *dat.* -i, *abl.* -e, *pl.* *[B.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nom. -es, *gen.* -um, *acc.* -as *saepe; sg. acc.* -a PLIN. nat. 23, 133, -am *cod. h* PLIN. nat. 35, 195. PLIN. VAL. 2, 56 tit. (*in ipso cap. quater* ad -as), *nom., abl.* -a DIOSC.; *pl. acc.* -es PLIN. nat. 24, 106. *nom. sg.* -ē CHIRON 185 (*cf. l. 33* -a). *nota* -chan- *l. 39.*

1 *i. q. impetigo, scabies sim.* (*plur. saepe; sing.* PLIN. nat. 20, 130. 23, 56 [*?*]. 118. 26, 21. 28, 180. 226. 230. 252. 29, 93. 30, 88. 35, 195 [*?*]. CHIRON 185 [*plur.* 52]. ORIBAS.): PLIN. nat. 20, 4 inpetiginem et scabiem quaeque psoram et -as vocant. 20, 55 lepras, -as, lentigines exulcerat sanatque *alium.* 20, 103 Theodorus et -as . . . bulbis curat. 20, 130 *nasturcium* inlinitur . . . -i (*inde* GARG. MART. med. 13). 20, 224 -as et ulcera oris. 26, 2 *v. s.* mentagra (*vol. VIII 773, 29sqq.*). *al. ap. eundem.* MART. 11, 98, 5 nec triste mentum sordidique -es *arcent aliquem a basiis.* CHIRON 185 MARCELL. med. 19, 1. 68. PS. APVL. herb. 109 l. 11 ad -as, qui et lepras (leprosi herb. tit. morb. l. 87). CASS. FEL. 11 p. 19, 2 impetigines, quas Graeci -as vocant, Latini vulgo zernas appellant. *equorum, mulorum, asinorum*: PLIN. nat. 28, 180 *dentes firmantur* -e equi cum oleo infuso per aurem; est autem hoc non hippomanes . . ., sed in equorum genibus ac super ungulas (28, 226. 252 equae. *cf.* 28, 213 calculos expellunt -es equini ex vino . . . poti). 28, 230 asini. 30, 88 -en mulae potus. CHIRON 1 cap. 26 de impetigines, id est -as (52). MARCELL. med. 6, 23 si -em asini, id est collectionem duram, quae est circa crura eius, comburas.

2 *nomen herbarum*: **a** *herbae arboribus insitae* (*fere scabiei arborum similis?*): PLIN. nat. 23, 133 his (*silvestribus*) et sativis prunis est limus arborum, quem Graeci -a appellant, rhagadiis . . . mire utilis. **b** *herbae saxis insitae* (*marchantiam polymorpham L. et lecanoram parellam intellegunt Ernout ad* PLIN. *aliique*): PLIN. nat. 26, 22 -en . . . herba omnibus his (*herbis contra -as efficacibus*) praefertur, inde nomine invento; nascitur in saxis *eqs.* (26, 124). *ibid.* est aliud genus -is, petris totum adhaerens ut muscus, qui et ipse illinitur. DIOSC. 4, 50 p. 28, 14 de -a, id est brion (*i. βρύον*): -a, qui super petra maritima nascitur, brion est. ORIBAS. syn. 2, 7 La p. 97, 6 Mø. 2, 13 eup. 2, 1 L 10. **c** *myrtae*: DIOSC. 4, 139 p. 63, 13 murta agrestis . . . aut -a (*gr. 4, 144 λειχήνη* ['*suspectum*' *ed.*]).

cf. lichenicos, lichenione, lichenodes.

lichēnicos, *λειχηνικός. i. q. curae lichenum aptus, de τροχίσκῳ λειχηνικῷ*: PLIN. VAL. 2, 56 trociscus lychenicon (*bis; falso tradi vel edi vid. pro* -os; *ibid.*: tr., quo utimur ad lychenas *et* tr. ad lychanas). CASS. FEL. 11 p. 19, 7 trociscus appellatus a Graecis -os id est medens impetigines. ORIBAS. syn. 7, 49 add. Aa p. 194 top (*i.* trochiscus) -os.

? **lichēniōne** PS. APVL. herb. 38 l. 18 adn. *inter nomina hibisci* (lice- *trad.*; ligeniollo, ligenions *cett. recensiones.* '= *λειχηνιῶσα*' *edd.*).

lichēnōdēs, *λειχηνώδης.* CASS. FEL. 9 p. 16, 10 *maculae sunt* veluti zernosae, quas Graeci -es (*i.* -*δεις*) appellant.

līcia *v.* licium.

līciāmentum NOT. Tir. 99, 19[a] (*post* licium). *a* liciare *vel* licium.

līciātōrium, -ī *n.* *a* liciare *vel* licium. *nomen partis iugi textorii* (*cf.* insubulum. *dicitur nonnisi in comparatione c. hasta gravi militis; hebr.* manôr 'orᶜgîm, *gr. vertitur primo loco voce q. e. μέσαυλον, ceteris ἀντίον*): VVLG. I reg. 17, 7 *hasta* erat quasi -um texentium (II reg. 21, 19 I par. 11, 23. 20, 5).

liciatus *v.* licio.

licinia, -ae *f.* [*ad* 1. licinus *trahit André, Lex. des term. de botan. 186 coll.* cincinnalis '*verbenaca*' *a* cincinnus. *Sch.*] *nomen verbenacae, hierae botanes* (GLOSS. III 567, 29 -a [lacunia *trad.*] i. verbena): PALLAD. 3, 18, 4 *inter bacas.* MISC. Tir. p. 61, 4 *inter medicamenta, iuxta* verbinacum. PS. APVL. herb. 3 l. 50 (gallinacia *edd. dubitanter*, lyginion *Koebert*).

[liciniāret APVL. met. 10, 31, 2 *falso trad. pro* linearet *sim.*]

licinicon *v.* lychnicum.

licinium, -ī *n.*, *ἐλλύχνιον.* *derivatur a* lux: ISID. orig. 20, 10, 2 -us . . . quasi lucinius, est enim cicindela lucernae. *scribitur* luc-: CHIRON 107, CASS. FEL., ORIBAS. syn., CIL, GLOSS. licinius: ORIBAS. eup., ISID. [*langob.* liziñ, *ligur.* ležin. *cf. M.-L. 5018. St.*]

fere i. q. linamentum (*utrique notioni unam eandemque vocem subesse recte demonstravit Svennung, Wortstud. Oribas. 94*): **1** *de parte lucernae* (*v.* ISID. *l. c.* GLOSS.[L] V Aa L 523 -um: stuppa lucernae. GLOSS. V 621, 11 -um est, quod de candela vel lucerna emungitur. *adde* GLOSS.[L] V Aa L 522 lucinis ['*pro* lychnis*?*' *ed.*]): CIL VI 3038 (*s. III; enumerantur res, quae militi cohortis vigilum munere sebaciariorum fungenti praesto erant*) oleu(m), sebacia, -um (*sing. collect.?*), lucernas. PS. DIOSC. herb. fem. 21 (Hermes 31) p. 604, 16 *herba quaedam* ad -a (licima *trad.*, ellychnia *ed. coll. Diosc. 4, 103, 2 ἐλλύχνια*) tantum facit. ORIBAS. syn. 9, 41, 2 La p. 350 lucerna -um stincti ([*i.* lucerna -um stinctae. *Aa* nixus, *i.* myxus. *gr. ἐλλύχνια ... ἀποσβεννύμενα*]. *in eodem medicamento sec. eundem textum gr.* eup. 4, 111 p. 617 lucerna stuppa aut -us stinctus). *v. etiam var. ll. s. v.* ellychnium *vol. V 2, 398, 25. 31. 35.* **2** *in usu medic.*: CHIRON 85 aceto et oleo linteolis vel -o madido eum locum comples (VEG. mulom. 2, 22, 2). 107 -um tortum in crinicula (VEG. mulom. 2, 48, 6 -o . . . intorto *tantum*) cum axungia, aceto et oleo satiato (PS. THEOD. PRISC. add. p. 275, 16 [*Ps. Galen. XIV 338 λύχιον στρεπτόν necnon μοτόν Galen. XII 691 confert ed.*]). 651 subicito in plagas -um ('*i. q. licium*' *ed.*) cum aceto et oleo. 660 -um vel linteola tenera contra venam deprimis. 695 aceto et oleo -um ⌊et satiatum⌋ (exsatiatum *Niedermann, Rev. Phil. II ser. 47, 1923, 53*) in . . . plagam subcalcare. 699 ex aceto et oleo et -o et ex pannis madidis calcaturam facies (*sc. ut inculcetur in plagam.* calciaturam *ed.*). CASS. FEL. 32 p. 67, 1 ferramento -o involuto et moto tilto blande desecta detergere.

licinnus *v.* 2. licinus.

1. licinus, (-a, -um). [*orig. inc. Sch.*] *t. t. agriculturae, significantur boves quidam*: SERV. auct. georg. 3, 55 (*v. s.* 2. laevus).

compos.: relicinus. *cf.* licina.

cf. Onom.

2. līcīnus (*līci-inus *?*), -a, -um. [*fort. a* licium. *Sch.*] *subst. de rebus e liciis factis: neutr.*: ISID. orig. 19, 22, 27 -um vocatum, quod textura eius ligata sit in totum, quasi diceret liginum, c pro g littera commutata. *masc.*: GLOSS. II 515, 49 -us udonarin empilin (licinnus: adoramnenpylin *trad.*, *οὐδωνάρι(ο)ν ἐμπίλι(ο)ν cognovit Burg, BphW. 1920, 498sqq. fem.*: GLOSS. III 478, 12 -ae *μίτινοι.*

līcio, -ātum, -āre. *a* licium. *i. q. instruere liciis, quibus singula stamina ad subtemen inserendum separari possunt*: **1** *proprie*: POTAM. subst. 9 Migne suppl. 1, 205 organum telae unitum . . . fila retinet, omni tenacitate vincitur; . . . texit et texitur, vestitur et vestit, orditur et -at (*ibid.*: licio quo regitur *tunica texenda*). GLOSS. III 209, 59 *μιτίσασθαι* (*-τώ- coni. Goetz*): -are. **2** *translate per part. perf. de re praeformata* (*sc. quia forma vestis texendae determinatur additis liciis. usus fere excusatur praeter ap.* AVG. serm.): AVG. civ. 22, 14 p. 591, 20 D. *in semine* iam quodammodo, ut ita dicam, -tum (liniatum, limitatum *var. ll.*) videtur esse, quod nondum est, immo quod latet, sed accessu temporis erit. epist. 102, 5 in uno seminis . . . grano omnia, quae laudamus in arbore, tamquam -ta (liniamenta *var. l.*) latuisse. gen. ad litt. 3, 14 p. 80, 19 inerat iam . . . corporibus vis quaedam naturalis, et quasi praeseminata et quodammodo -ta primordia futurorum animalium. serm. 247, 2 (= CAES. AREL. serm. 175, 2) *in semine arboris* folia futura iam -ta sunt (-a *ex Caes. Arel. restituendum,* alligata *vel* occulta *codd. Aug., ni fallimur*).

cf. liciamentum, liciatorium.

liciscunt dimicant GLOSS. V 463, 25 ('*cf.* licitare pugnare' *ed., cf. p. 1373, 21;* litiscunt d. *vel* lucescunt micant *Heraeus in exemplari suo*).

licitātio, -ōnis *f.* *a* licitari. *i. q. actio licitandi* (EXC. Bob. gramm. I 553, 5 -o *ὑπερθεματισμός.* GLOSS. *διακήρυξις. ὑπέρθεμα.* promissio, sponsio. *sim. al. pertinet maxime ad oblationem pretii, fortasse ad vindicationem rei petitae l. 52. 64, si gen. obi.; accedit* de *l. 61, gen.* pretiorum *fere abundanter l. 62. in imag.* AMBR.): CIC. Verr. II 2, 133 exquisitis . . . pretiis et -bus factis. Att. 11, 15, 4 genus . . . condicionis *in Fufidianis rebus* eius modi fuit, in quo non solet esse controversia, cum ea pars, quae videtur esse minor, -e expleri posset. SEN. benef. 1, 9, 5 nummarium tribunal audita utrimque -e alteri addici non mirum. SVET. Aug. 75 ut per singulos lectos *in convivio, cum picturas venderet,* -o fieret. Cal. 22, 3 magisteria sacerdotii ditissimus quisque et ambitione et -e maxima vicibus comparabant. Nero 26, 1 quintana domi constituta, ubi partae et ad -em dividendae (divendendae *Torrentius*) praedae pretium absumeretur. GAIVS inst. 4, 166 (fructus licitando) haec . . . licendi contentio fructus -o vocatur (*de qua agitur usque ad* 4, 170). 4, 167 -e vicit (168. 169. COD. Iust. 3, 37, 1 [*a. 213*]. VLP. dig. 10, 2, 6. 10, 3, 7, 13 PAVL. dig. 39, 4, 9 pr.). VLP. dig. 4, 4, 7, 8 ut rursum admittatur -o. PAVL. dig. 10, 3, 19, 3 (*antea*: liceri eos) *iudex debet adiudicare servum ei,* penes quem -o remansit. COD. Iust. 8, 22 (23), 2, 1 (*a. 223*) ad -em . . . admissus (3, 37, 3, 1 *a. 224*). 9, 20, 6 (*a. 287*). 11, 61 (60), 1, 2. 11, 62 (61), 3, 1 (*a. 365*). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes[7] p. 271) I 21 (*suppletur*). SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 14 'licuisse' a -e. AMBR. Hel. 8, 24 multi concursant in macello; si tu reddideris, alter plus dabit . . .; talis fit de singulis -o. off. 3, 22, 133 non . . . vectigalis amicitia est; . . . non pecunia paritur sed gratia; nec -e pretiorum, sed concertatione benevolentiae. in psalm. 118 serm. 12, 39, 2 (*verba Luxuriae*) sumptus epularum tui capitis -o *est* (*antea*: pretium tuae vitae). PS. AMBR. pudic. Migne suppl. 1, 617 illae sunt vere uxores, . . . quas non multorum sponsorum c⟨ertamina⟩ -bus conponunt. COD. Theod. 1, 16, 7 pr. non infame -bus secretarium. 4, 13, 1 penes illum vectigalia manere oportet, qui superior in -e (litigatione *var. l.*) exstiterit. *ibid.* -um iura conductionumque. 4, 13, 3 ut adsiduis -bus sumat augmentum *vectigal.* 5, 15, 15. 18. 10, 2, 1. 2. *laxius de taxatione sim.*: COD. Iust. 11, 3 (2), 2, 3 (*a. 375*) nolumus munificentiam . . . improbam -em aestimationis excipere.

licitātor, -ōris *m.* *a* licitari; *cf.* DIFF. *infra.* [*vix recta var. l. pro* illicitator CIC. off. 3, 61 fam. 7, 2, 1. *falso trad. pro* lictor GLOSS. V 603, 20.] *i. qui pretium ponit in auctionibus* (*cf.* DIFF. Suet. p. 313, 29 quidam putaverunt hoc [*sc. ab illiciendo, ni fallimur*] dici -es emptores fictos, id est qui non essent empturi, sed adiectis pretiis per fraudem emptores deciperent. GLOSS. *ὑπερθεματιστής. διακηρυκτικός.* suasor [*vel* sponsor], provocator, conductor. *in imag.* PS. PROSP.): CIC. dom. 115 emit domum -bus (litigatoribus *codd.*) defatigatis prope dimidio carius quam aestimabat⟨ur⟩. AMBR. epist. 37, 17 non ille solum liber, qui dominum -em (litigatorem, liciatorem *var. ll.*) non pertulit aut tollentem digitum non vidit, sed ille magis liber, qui intra se liber est *eqs.* PS. PROSP. conf. p. 609[B] inopem me . . . subdoli

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

comites ... sub hasta mortis et auctione peccati cupidissimis -bus vendiderunt.

licitē, licitō *v.* licitus.

licitor, -ātus sum, -āri *et* licito, -āre. *a* liceri, licere. [*restituitur ex* [in]licitati DIFF. Suet. p. 313, 26.] **1** *intransitive* (*formae verbi deponentis vel infiniti praeter l. 12. 13. 21*): **a** *usu originario de emptore in auctione i. q. pretium ponere* (*cf.* PAVL. FEST. p. 116 -ti in mercando sive pugnando contendentes. DOSITH. gramm. VII 431, 15 -or *ὑπερθεματίζω, ἀναβιβάζω inter verba media ut* CHAR. gramm. p. 465, 10. 479, 20 B. GLOSS. II 464, 21 -or liceor *ὑπερθεματίζω*. SCHOL. Pers. ed. Kurz 5, 191 'licetur' id est adpraecipiabit ['adpretiabit?' *ed.*], liceri est enim -are, hoc est pretium ponere. GLOSS.^{L} II Philox. LI 33 -are *ὑπερθεματίσαι*): PLAVT. Merc. 441 quinquaginta poscit. :: non centum datur; potine ut ne -ere (litigere *CD*, liceret *B*) advorsum ⟨mei⟩ animi sententiam? PAVL. dig. 39, 4, 9 pr. locatio vectigalium, quae calor -antis ultra modum solitae conductionis inflavit. COD. Theod. 5, 15 (12), 15 *praedia* a priscis possessoribus sine incremento -andi esse retinenda. *v. etiam p. 1358, 22.* **b** *vi deflexa, sc. per imaginem e contentione licitatorum sumptam, i. q. contendere, pugnare* (*cf.* PAVL. FEST. *supra.* NON. p. 134, 11 -ari: congredi, pugnare [*afferuntur* ENN., CAECIL.]. GLOSS. V 643, 59 -are: pugnare): ENN. ann. 74 pars ludicra saxa iactant, inter se -antur. CAECIL. com. 69 quin machaera (macera *trad.*) -ari adversum ahenum (aeneum *trad.*) coepisti sciens.

2 *transitive* (*praeter formam deponentem* HEGES. *non inveniuntur nisi infinitae vel passivae*): **a** *de emptore fere i. q. pretio indicato sibi vindicare*: GAIVS inst. 4, 166 fructus -ando (*cf. p. 1372, 51*). AMBR. off. 2, 16, 76 *pauperes ficti* natalium simulatione -antes incrementa quaestuum. CYPR. GALL. gen. 1327 poscere venales species -taque farra (*Vulg. 42, 10* emerent cibos). **b** *de venditore fere i. q. pretio indicato aliquid venale proponere* (GLOSS.^{L} II Philox. LI 34 -tus *διαχηρυχθείς*. GLOSS. IV 360, 48 -atur: auctioni vel venditioni exponitur): AMM. 26, 6, 14 -antem imperii praemia Iulianum *Didium.* AMBR. virg. 1, 9, 56 tamquam mancipii forma venalis nuptura -atur, ut, qui pretio vicerit, emat. HEGES. 1, 37, 2 p. 73, 30 (*Mariamme viro alieno imaginem suam misisse dixerunt invidi*) quantae istud intemperantiae fuisse, ut ... viro ... formam suam venalem offerret, ut pulchritudinem (et pulchritudine *var. l.*) -retur; novae auctionis commercio se mulierem prostituisse *eqs.* (*v. quae adnotaverunt Caesar ad l. et Rönsch, Coll. phil. 75. huc spectare vid.* GLOSS.^{L} III Abstr. LI 14 [= GLOSS. V 308, 17] -retur: cum augmenti pretio [*falso pro* augmento pretii] distraheret). COD. Theod. 10, 17, 1 quaecumque ... sub auctione -anda sunt, fisco auctore vendantur. ENNOD. dict. 21, 10 p. 486, 2 (*p. 485, 17* substantiam suam vendidit) -tum pro ambobus censum testatur, quem pro uno constat expensum.

deriv.: licitatio, licitator.

licitus *adi. v.* liceo. *B.*

līcium, -ī *n.* (*f. v. l. 52*). [*orig. inc. Sch.*] *derivatur a* ligare *p. 1374, 16 sq.* *scribitur* lice- *cod. P* VERG. georg. 1, 285 *et l. 52. p. 1374, 36.* lī- *testantur* GELL. 12, 3, 4 SERV. Aen. 12, 375. *neutrum testatur* EXC. Bob. gramm. I 553, 38 -um *μίτος*. *fem. exstat: plur. acc.* -ceas VEN. FORT. vita Pat. 13, 40. *sing. nom.* -a: GLOSS. II 372, 15 *μίτος* -a, -um, filum. 493, 35 -a *μίτος*. NOT. Tir. 99, 19 -um. *legitur inde a* LEGE XII tab., LVCILIO, VARRONE. [*val.* iţ; *it.* liccio (*et var. dial.*); *sard. centr.* líttus, *mer.* líttsus; *raet. occ.* ličs *etc., or.* lits; *francogall.* lice (*et var. dial.*); *francoprov.* lisses *etc., prov.* liço *etc.; cat.* llis; *hisp.* lizos; *port.* liços. *cf. M.-L. 5020. Wartburg V 312 sqq. Battisti-Alessio III 2224. Wagner II 33. Corominas III 114. Machado II 1333. St.*] [*falso tradi videtur pro* Licinia *sim.* COLVM. 5, 8, 3. *dub. interpr.*: TIRO frg. Gell. 12, 3, 3 (lictorem vel a limo vel a -o dictum scripsit) -o enim transverso, quod limum (*vix subst.*) appellatur, qui magistratibus praeministrabant, cincti erant. *dub. an recte restituatur* PLIN. nat. 28, 83.]

i. q. μίτος, filum sim. (GLOSS.): **1** *usu prisco nonnisi in formulis iuris*: **a** lance et -o *furtum quaeri debet*: LEX XII tab. 8, 15^{b} (Gell. 16, 10, 8) *v. p. 938, 32 sqq.* **b** vocare, ire in -um *i. in locum -o saeptum* (*scribitur in codd. utique per* in, *non* ill-; *editur tamen iunctim. Varro ling. 6, 90. 94 sq. et Fest. p. 114 derivationem ab* illicere, elicere *sibi finxisse videntur, v. vol. VII 1, 376, 72 sq., invito contextu fontium. ad rem cf. Wickert, RE XIII 506, 60 sqq.*): TAB. cens. Varro ling. 6, 86 (*censor ad praeconem*:) omnes Quirites ... voca[t] in -um huc ad me (COMMENT. cons. *ibid.* 6, 88 [*verba iterat* VARRO ling. 6, 95, *ubi addit*: hoc ipsum 'in -um' scriptum inveni in M. Iunii commentariis *eqs.*], *ubi sequuntur verba accensi*: omnes Q., in -um vos ite [visite *trad.*] huc ad iudices). PAVL. FEST. p. 113 in -um v. antiqui dicebant ad contionem vocare.

2 *usu sollemni*: **a** *proprie*: *α in textura* (*ratione vix satis perspicua significatur sive subtegmen [v. post alios Walbank, ClQu. 34, 1940, 93 sqq.] sive instrumentum quoddam, quo stamina ad subtegmen inserendum separari possunt, cf. Blümner, Technol. I^{2} 149, 2; per synecdochen de ipso texto* AVSON.): LVCIL. 681 cribrum, incerniculum, lucernam, [in] laterem, in telam -um. VERG. georg. 1, 285 -a telae addere (*cf.* TIB. 1, 6, 79 conductis adnectit -a telis). LVCAN. 10, 126 pars *stratorum* auro plumata nitet, pars ignea cocco, ut mos est Phariis miscendi -a telis (*cf.* PLIN. nat. 8, 196 plurimis ... -is texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit). APVL. flor. 9, 18 tunicam ... tenuissimo textu, triplici -o, purpura duplici. TREB. trig. tyr. 14, 4 quae *paenulae* Alexandri effigiem de -is variantibus monstrent (*cf.* AMM. 14, 6, 9 varietate -orum). POTAM. subst. 9 Migne suppl. 1, 206 stamine, quo penditur *tunica* et subtegmine, quo vestitur, et -o, quo regitur (*item distinguuntur* stamina *et* subtegmina *infra l. 43*). AVSON. 38, 1 p. 332 P. -a qui texunt et carmina, carmina Musis, -a contribuunt, casta Minerva, tibi (416, 14 p. 283 *Philomela* per -a texta querellas edidit). CLAVD. carm. min. app. 5, 45 telas, quas cum multiplici frenarint -a gressu, traxeris. MACR. Sat. 5, 17, 5 ENNOD. opusc. 1, 44 p. 273, 5.

β in magia, medicina: VERG. ecl. 8, 74 terna tibi haec primum triplici diversa colore -a circumdo (*cf. 78* vincula necto. *locum memorant*: APVL. apol. 30, 7 -a discolora. DON. Ter. Andr. 911 -a ... dicta sunt quasi ligia [ISID. orig. 19, 29, 7 -a sunt, quibus stamina ligantur, quasi ligia]. SERV.: bene utitur -is, quae ita stamen implicant, ut haec adulescentis mentem implicare contendit). OV. am. 1, 8, 8 scit bene *anus lena*, quid *valeat* gramen, quid torto concita rhombo -a. fast. 2, 575 cantata ligat cum fusco -a plumbo (*cf.* PLIN. nat. 28, 48 inguinibus medentur aliqui -um telae detractum alligantes novenis septenisve nodis [*sim.* PLIN. med. 2, 22, 2]. -o ligare [in-, al-, con-]: PLIN. nat. 23, 125 *infra.* 28, 48. 29, 114. PLIN. med. 3, 15, 8 de -o. MARCELL. med. 14, 65. 22, 10. ANON. med. ed. Piechotta 199 de -o). PETRON. 131, 4 illa de sinu -um protulit varii coloris filis intortum cervicemque vinxit meam. PLIN. nat. 23, 125 si quis ... *nodum arboris* cum aluta inligatum -o e collo suspenderit, *eqs.* (PELAGON. 134 corticem in -o. *cf.* ORIBAS. syn. 9, 10, 18 La p. 288, 15 de -o ... adpensus). HIER. vita Hilar. 21 -o et lamina strictus *daemon* teneris. VVLG. iud. 16, 13. 14.

γ varia: OV. fast. 3, 267 *in nemore Dianae Aricinae* -a dependent longas velantia saepes. PETRON. 135, 5 solvit *Oenothea* ... -o pannum. AVSON. 325, 31 p. 111 P. -a fert glomerata manu deserta Ariadne (*cf.* HYG. fab. 42 -um revolvendo foras est egressus *Theseus*). PRVD. c. Symm. 2, 1106 cingunt *virgines Vestales* tempora taeniolis et -a crinibus addunt.

b *in imag., comparatione*: PLIN. nat. 11, 82 derelicta lasso *araneo* praetendi summa parte arbitrere -a (-cea *trad.*), at illa difficile cernuntur *sc. ut tenuissima* (*item texunt aranei*: SYMPH. 67. AVIEN. Arat. 1772 tenuia). STAT. Theb. 8, 382 Furiae rapuerunt -a Parcis (*de -is Parcarum ut*: silv. 5, 1, 157 tenduntur dura sororum -a [Ach. 1, 520]. APVL. met. 11, 25, 2 fatorum. ENNOD. carm. 2, 2, 8 fortia contingunt -a nobilibus). AMM. 17, 4, 15 vasti funes et longi ad speciem multiplicium -orum caelum ... subtexentes. HIER. in Ier. 1 prol. p. 3, 13 (*antea*: historia texitur) stamina tibi atque subtegmina et -a praeparabo, tu ... vestem ipse conficito. PAVL. NOL. carm. 24, 532 quem *ephod* spiritalis in dei verbo sacris doctrina texat -is. VEN. FORT. vita Pat. 13, 40 fila erant digitorum glomerata, mox tamen ... contractarum manuum se tela distendit et ... coeperunt digiti nervorum -ceas temperare.

in alliteratione: l. 28. p. 1373, 65.

deriv.: licio. *cf.* liciamentum, liciatorium, licinium, 2. licinus.

cf. bilix, trilix; *?*multicius.

licnītis *v.* lychnitis. **lico-** *v.* lyco-. *Keudel.*

***līctor,** -ōris *m.* [*derivandum videtur a radice* *lig- (*cf.* ligāre, *q. v.*), *sicut iam antiquis probabatur. Sch.*] *de orig.*: *a* ligare: VALG. Gell. 12, 3, 1 (frg. 1 Fun.) quod, cum magistratus populi Romani virgis quempiam verberari iussissent, crura eius et manus ligari vincirique a viatore solita sint, isque, qui ex conlegio viatorum officium ligandi haberet, -r sit appellatus (*adstipulatur ipse* GELL., *similia proferunt* NON. p. 51, 26 [*citans* CIC. Rab. perd. 13], PLVT. quaest. Rom. 67 Romul. 26, 3). PAVL. FEST. p. 115 quod fasces virgarum ligatos ferunt. *a* limus *vel* licium: TIRO Gell. 12, 3, 3 (frg. 14 Fun.) licio enim transverso, quod limum appellatur, qui magistratibus ... praeministrabant, cincti erant. *a* litor, *quam formam verbo gr. λειτουργός respondentem adfirmat priscam fuisse,* PLVT. (*supra*). i *productam testatur* GELL. 12, 3, 4 (*cf. apicem* CIL III 6759, i *longam* CIL IX 4057 [*imp. Aug.*], VI 31295^{a} [*imp. Dom. sive Traian.*]. *et passim*). o *apice signata: nom. sing.* CIL VI 1889 (*errore potius; an quod adhuc producte enuntiabatur?*), *casibus obliquis* VI 1911 (*ibidem nom.* -r *sine apice*). XIII 1813. XIV 409, 10. *scribitur*: lect- ITALA act. 16, 35 *et* 38 (cod. d), HIL. in psalm. 2, 36 (*cod. Veron.*) *et hic illic in codd. recc.* lit(t)- *e. g.* PLAVT. Asin. 575 (*deficiente A*). PETRON. 65, 3 FLOR. epit. 4, 12, 31. *notatur in titulis* lic CIL X 3939. lict VI 1852 XIII 3572. *acc. plur.* -is *vix recte trad.* PLAVT. Asin. 575 (*deest A. cf. p. 1375, 12*). NOT. Tir. 38, 51 -r. 58, 23^{a} -r (lect- *trad., sed eadem est nota quae* 38, 51). *legitur inde a* LEGE Plaetor. (Cens. 24, 3), PLAVTO; *de* INSCR. for. Rom. *v. p. 1376, 48.* [*de confusione c.* lector *v. supra l. 68 nec non p. 1090, 71 sqq.; traditur contextu corrupto* LIV. epit. Oxyrh. 7, 184; *dubie* SEN. frg. 36 *p. 1376, 56.* ASCON. Corn. p. 59, 18; *deletur ut glossema* LIV. 9, 6, 6.]

I *i. genus apparitorum* (*in usum sing. collect. vergunt maxime* COEL. *p. 1375, 12.* CIC. ad Q. fr. 1, 1, 13 sit -r ..., tuae lenitatis apparitor. LIV. 28, 27, 15. 33, 1, 5 *v. p. 1375, 52.* ASCON. *p. 1375, 19.* SIL. 8, 672 -r fert ... fasces. 10, 392 subnixae -e secures. *al.*): **A** *proprie* (*sc. apud Romanos. cf.* PAVL. FEST. p. 115 parentes magistratibus delinquentibus plagas ingerunt. SYNON. Cic. p. 446, 32 toga ... virgae. secures. fasces. -es. apparitores. paritores. GLOSS. -r: baculum regis portans.

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

officialis. imperium aut potestas. *ῥαβδοῦχος*. -es: apparitores qui ante iudices fasces ferunt. ministri consulum. *al.; ad rem v. praecipue Mommsen, Staatsr. I 373sqq. Kübler, RE XIII 507sqq.*): **1** *imperii insigne gerentes apparent regi, imperatori magistratibusque imperio instructis (sed in provincia -es conceduntur etiam magistratibus minoribus senatoribusve, ad singula v. opera citt.; usurpantur a privatis* CAES. civ. 1, 6, 7, *a militibus seditiosis* LIV. 28, 27, 15): **a** *in urbe vel imperii provinciis*: *α exempla varia*: LEX Plaetor. (Cens. 24, 3) praetor urbanus . . . duo -es apud se habeto. PLAVT. Epid. 28 (*iocose*) unum a praetura tua, Epidice, abest. :: quidnam? :: scies: -es duo, ulmei (viminei *trad., def. Duckworth*) fasces virgarum. LVCIL. 93 -es, turma omnis chorusque. COEL. hist. 45 duos et septuaginta -is (*vix acc. [ad gen. v. vol. VI 303, 29 sq.]; pro subi. potius Hannibalem sim. intellegas*; victores *Madvig*) domum deportavisse fascis. VARRO ling. 7, 37 ad bellum cum exit imperator ac -es, mutarunt vestem *sc. paludamenta induentes* (*cf. p. 1376, 2 nec non* CIC. Pis. 55 togulae -bus *e provincia revertentibus* ad portam praesto fuerunt). frg. Gell. 13, 12, 6 quaestores et ceteri, qui neque -em habent neque viatorem. frg. Non. p. 394, 5 nequis -em spurcum hominem liberum prehendere iussisse velit (LIV. 2, 29, 4. 3, 11, 2. ASCON. Corn. p. 48, 11 cum ille *consul* eos . . . prendi a -e iussisset, fracti eius fasces sunt lapidesque . . . in consulem iacti. *cf.* LIV. 1, 41, 1 conprehendunt). CIC. Verr. II 1, 72 istius *Verris legati* ille verbo -r, re vera minister improbissimae cupiditatis. 3, 156 innocentem securi percusserat (SEN. contr. 9, 2, 3. 22. 23. *aliter l. 60. cf.* LIV. 2, 5, 8 securi . . . feriunt. VAL. MAX. 2, 7, 6 ab -e . . . mactari. IVV. 8, 137 hebetes lasso -e secures). 4, 86 *Sopatrum* deiciant nudumque constituant (*cf. ibid.* spoliatum stipatumque -bus [LIV. 2, 55, 5 circumscindere et spoliare]. LIV. 8, 32, 11 lacerantibus vestem -bus. FRONTIN. [?] strat. 4, 1, 28 vestimenta per -em scidit). 5, 118 aderat ianitor carceris, carnifex praetoris, mors terrorque sociorum . . ., -r Sextius. 5, 142 sex -es circumsistunt valentissimi et ad pulsandos verberandosque homines exercitatissimi, caedunt acerrime virgis (LIV. 2, 5, 8. *cf.* VAL. MAX. 2, 7, 8 -um se verberibus lacerandum praebuit. *v. etiam sub γ*). Cluent. 147 quid sibi . . . scribae, quid -es, quid ceteri, quos apparere huic quaestioni video, volunt? (LIV. 2, 55, 3 quattuor et viginti -es a. consulibus et eos ipsos plebis homines. 28, 27, 15. *cf. l. 77. p. 1376, 56*). Rab. perd. 12 Porcia lex libertatem civium -i eripuit, Labienus . . . carnifici tradidit. Planc. 98 -bus dimissis, insignibus abiectis (Att. 3, 9, 1 SVET. Iul. 16, 1. *cf.* CIC. Att. 9, 1, 3 remotis sive omnino missis -bus). Phil. 2, 58 -es laureati antecedebant (LIV. 3, 26, 11. *cf.* CIC. rep. 2, 31 ut sibi *Tullo Hostilio* duodecim -es cum fascibus anteire liceret [LIV. 24, 44, 10]. 2, 55 ut singulis consulibus alternis mensibus -es praeirent. LIV. 10, 25, 5 praegredi. *al.*). Att. 8, 1, 3 molestissimos (*cf.* fam. 2, 16, 2 molesta haec pompa -um meorum nomenque imperii, quo appellor). fam. 12, 21 quod ipse in provincia facere sum solitus . . ., ut omnibus senatoribus -es darem. 12, 30, 7 (*ad Cornificium proc. Africae*) te tuis etiam legatis -es ademisse. *al.* CAES. civ. 1, 6, 7 -es . . . habent in urbe et Capitolio privati[m] contra omnia vetustatis exempla. 3, 32, 4. CIL I² 1289 (*titulus libertini ut* 1320 VI 1895. *al.*). HOR. carm. 2, 16, 10 (*in imag.*) neque consularis submovet -r miseros tumultus mentis (LIV. 3, 45, 5. 4, 50, 5. 8, 33, 4 SEN. contr. 9, 2, 2 SEN. epist. 94, 60. *cf.* LIV. 6, 38, 8 qui de medio plebem emoverent. 33, 1, 5 ante -em turba acta. 45, 7, 4 qui summoto iter . . . facerent. TAC. hist. 3, 80, 2 dimovere turbam ausus. *v. etiam sub γ*). S. C. Frontin. aq. 100 eos qui aquis publicis praeessent, cum eius rei causa extra urbem essent, -es binos et servos publicos ternos . . .habere . . .; *in urbe autem* ceteris apparitoribus isdem praeterquam -bus ⟨uti⟩. LIV. 1, 26, 8 accesserat -r iniciebatque laqueum (3, 41, 3. 24, 9, 1. *v. etiam sub γ*). 3, 57, 3 carnificibus, non -bus stipatus *Claudius decemvir.* 6, 34, 6 *ut* -r Sulpici *trib. mil. cons. pot.*, cum is de foro se domum reciperet, forem, ut mos est, virga percuteret (PLIN. nat. 7, 112. *cf. p. 1376, 58, aliter l. 23*). 24, 44, 10 consul animadvertere proximum -em iussit (*cf.* SVET. Iul. 80, 2 cum -r animadverti ex more iussisset). 26, 15, 9 ut -em lege agere iuberet (VAL. MAX. 3, 8, 1. *cf. sub γ*). *al.* SEN. contr. 2, 1, 8. VAL. MAX. 2, 10, 7 *cum* a -e in carcerem duceretur (*cf.* TAC. ann. 6, 40, 1 -um manibus in carcerem raptus est. SVET. Iul. 20, 4 extrahi curia per -em ducique in carcerem). *al.* SEN. dial. 3, 19, 3. nat. 4 praef. 13 *adulatorum* verba, quae iam ab alio magistratu ad alium cum -bus transeunt (*cf.* AMM. 15, 2, 3 amici . . . ad potiores desciverant, ut ad successores officiorum more poscente solent transire -es). frg. 124 PERS. 1, 75. 5, 175 festuca, -r quam iactat (*respicitur manumissio ut*: VLP. dig. 40, 2, 8 HERMOG. dig. 40, 2, 23). SIL. 10, 638 *consul clade accepta* muto -e invectus in urbem (*cf.* PLIN. paneg. 23, 3 silentes quietosque -es tuos subsequebare. 61, 7 sollemnis ille -um et praenuntius clamor). *al.* *β determinationes notabiliores*: QVADRIG. hist. 57 -es non ausi sunt descendere iubere *patrem consulis equo vehentem*; ubi iuxta venit, tum consul ait: 'quid postea?' -r ille, qui apparebat, cito intellexit, . . . *patrem* descendere iussit (*eundem appellant* proximum LIV. 24, 44, 10. VAL. MAX. 2, 2, 4 [*e Paride suppletum*]). CIC. Verr. I 53 consulum (LIV. 27, 27, 8 HIER. epist. 52, 11, 1. *cf.* HOR. carm. 2, 16, 10 consularis). II 5, 142 proximus (div. 1, 59 [*inde* VAL. MAX. 1, 7, 5]. BELL. Alex. 52, 3 TAC. hist. 3, 80, 2 CIL VI 1883. 1884 [*a. 130*]. INSCR. RevArch. VI 2, 1933, p. 437 n. 265. GLOSS. II 246, 55 *ἀρχιραβδοῦχος* -r p., summus -r. *cf.* GLOSS. -r summus: *ἀρχιραβδοῦχος*. *adde* LIV. *et* VAL. MAX. *supra nec non p. 1377, 10*). Pis. 53 laureatis (Phil. 2, 58 Att. 7, 10). ad Q. fr. 1, 1, 21 primus. LIV. 3, 49, 4 decemviri. 31, 14, 1 paludatis -bus profectus *consul* ab urbe (41, 10, 5. 7. 13. 45, 39, 11). CIL III 6083 (*s. I*) -r Fontei Agrippae proco(n)s(ulis) (INSCR. RevArch. VI 2, 1933, p. 437 n. 265 -r proxum(us) . . . p.). 6759 (*a. 166*) dec(urialis) -r . . . Pollionis leg(ati) Gal(atiae) (6987. VI 1872 *a. 206*. 1905. 32297 XIII 593). VI 1870ª -i III de(curiarum) (1873. 1875. 1878. 1882. 32294 qui Caesari et ⟨magist⟩ratibus apparent [*sim.* X 6522 INSCR. Dessau 9037]. 32295. 32296 X 6572. *cf.* VI 1874 -r ex III decuriis, qui magistratibus apparent [XIII 1813 ex III d.]). 1871 -r Caesaris (*cf.* 1878 Aug(usti) III decuriar(um). 1881 imp(eratoris). IX 4057 Augusti Caesaris). CLAVD. 28, 646 cingit regius auratis fora fascibus Vlpia -r *Honorii*. *γ in formulis iussionis sollemnibus* (*cf. testimonium* SEN. contr. 9, 2, 21 in descriptione supplici . . . illi, qui voluerunt omnia legitima supplici verba in sententias trahere, in vitia inciderunt, tamquam dixit Triarius 'summove': audis -r? summove . . .; 'verbera' . . .; 'despolia' . . .; 'age lege'): CIC. Rab. perd. 13 i (et *var. l., i.* ei), -r, colliga manus (*eadem*: LIV. 1, 26, 7 [i *suppleto*]. 1, 26, 11 i, -r, conliga manus . . .; i, caput obnube . . .; arbore infelici suspende; verbera. *item praecedit imperat. verbi eundi*: LIV. 3, 48, 3 ⟨i⟩, inquit, -r submove turbam et da viam domino *eqs.* 8, 7, 19 i, -r, deliga ad palum. 9, 11, 13 i, -r, deme vincla Romanis). LIV. 8, 32, 8 accede, -r (*iussione nullo alio imperativo praeparata ut*: 26, 16, 3 -r, viro forti addas virgas et in eum primum lege age. VIR. ill. 31, 4 expedi . . ., -r, secures [*e* LIV. 9, 16, 17 -em expedire securem iussit]). 9, 16, 18 agedum, -r, excide radicem hanc . . . incommodam ambulantibus. *ironice*: SEN. contr. 9, 2, 3 bibe, -r, ut fortius ferias.

b *in municipiis et coloniis* (*cf. p. 1377, 14sqq.*): CIC. leg. agr. 2, 93 *Capuae duumviris* anteibant -es non cum bacillis, sed, ut hic praetoribus urbanis antecedunt, cum fascibus bini. LEX Vrson. (CIL I² 594) 62, 12 IIviri⟨s⟩ in eos singulos -es binos, accensos sing(ulos), scribas binos, viatores binos, librarium, praeconem, haruspicem, tibicinem habere ius . . . esto. 62, 23 iis omnibus eo anno, quo anno quisque eorum apparebit, militiae vacatio esto. 62, 34 (*de mercede -um*). ITALA act. 16, 35 (cod. e = VVLG.) miserunt magistratus *Philippenses* -es (*gr. ῥαβδούχους ut* 16, 38). CIL X 3939 -i IIvirali Capuae. XII 4447 -r, viator ⟨col(oniae)⟩ . . . N(arbonensis). 4448 exs decuria -um, viatorum quae est *Narbone*. XIII 3572 IIvir(o) Ner(viorum) Q. Titius Vilicus -r. XIV 353 (*cf.* 4642, 11). 409, 10 patrono decuriae scribar(um) cerarior(um) et librarior(um) et -um et viator(um) item praeconum *eqs.*

2 *intersunt ludis, funeribus sim. instruendis*: PLAVT. Poen. 18 neu -r verbum aut virgae muttiant, neu dissignator praeter os obambulet. CIC. leg. 2, 61 *ut* dominus . . . funeris utatur accenso atque -bus. HOR. epist. 1, 7, 6 dum ficus prima calorque dissignatorem decorat -bus atris. CIL X 515 (*a. 142*) socii -es populares denuntiatores Puteolani (VI 1893 *si recte suppletur.* 32299).

3 *apparent sacerdotibus* (*huc spectat, si recte legit supplevitque Stroux, Philol. 86, 1931, 480,* INSCR. for. Rom. [CIL I² 1] 5 recei l⟨ictorem⟩): CIC. leg. agr. 2, 31 *comitiis* illis . . . ad usurpationem vetustatis per XXX -es auspiciorum causa adumbratis (*an -es magistratuum?*). LEX de flam. Narbon. (CIL XII 6038) 2 *contextu manco*. OV. fast. 2, 23 quae . . . capit -r . . . purgamina. PAVL. FEST. p. 82 -r in quibusdam sacris clamitabat: 'hostis, vinctus, mulier, virgo exesto'. p. 93 flaminius -r est, qui flamini Diali sacrorum causa praesto est. SEN. contr. 1, 2, 3 praecedens hanc *sacerdotem* -r summovebit? 1, 2, 7 non sine causa sacerdoti -r apparet. SEN. frg. 36 alius horas Iovi nuntiat, alius -r (lector *var. l. Aug. civ. 6, 10 p. 268, 27 D.*, lutor *Georges, temptaverunt alii alia*) est, alius unctor. PETRON. 65, 3 triclinii valvas -r percussit; . . . praetorem putabam venisse, *sed intravit Habinnas sevir.* CIL VI 1887 Fortunatus Aug(usti) l(ibertus) . . . ab epistulis, accensus patron(o) divo Aug(usto) Vespasiano, -r curiat(us), viat(or) (*v. vol. IV 1489, 15sqq., ubi addas*: VI 1846 scrib(ae) aedil(ium) curul(ium), -i c. 1847 ⟨pra⟩ec(o) quaestorius, sacerdotal(is) viator augurum, -r c. XIV 4641. 4642, 12). TAC. ann. 1, 14, 2 -em . . ei *Liviae divi Augusti sacerdoti* decerni (*cf.* 13, 2, 3 *Agrippinae* decreti a senatu duo -es, flamonium Claudiale).

B *per comparationem vel translate*: **1** *de iis qui supplicium sumunt* (*sc. hominibus praeter l. 75. 77*): **a** *generatim*: PLAVT. Asin. 575 (*ad Leonidam servum*) ubi saepe ad languorem tua duritia dederis octo validos -es ulmeis adfectos lentis virgis (*565* pendens adversus octo . . . viros, valentis virgatores). HIL. in psalm. 2, 36 (*ad I Cor. 4, 21* in virga veniam ad vos, an in caritate?) numquid Paulo ius praetorium erat, ut virgam comminaretur et cum officio -is ad ecclesiam Christi adesset? Ps. RVFIN. in Ioel 2, 24—25 ('reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus et rubigo et eruca') cuius *dei* sententiam quasi strenuus -r impleverit *sc. locusta et cet.* (*antea*: in afflictionem reorum munus implevere ultionis). CYPR. GALL. gen. 688 deus inmisso torsit -e (*sc. somnio*) tyrannum *Abimelech*, qui cum terrifico rupisset somnia visu. SIDON. carm. 2, 181 cum ferret . . . venenum . . . -is dextra magistro (*i. Socrati*). **b** *speciatim de carnificibus Romanis aevi recentioris* (*sc. militibus ut videtur* [*cf. synon.* speculator HIER., PASS.]; *prius distinguebatur* carnifex *vel infamandi causa iuxta ponebatur a* CIC., LIV. *p. 1375, 29. 37. 58. cf.* GLOSS. IV 108, 4 -r: apparitor vel percussor. 534, 1 apparitores aut ministri crudelitatis): HIER. epist. 1, 7, 3 furens et anhelus -r paludamento in cervicem retorto (*syn.*

[Bk.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

carnifex, percussor, speculator. *de eodem* 1, 13, 1). 1, 10, 1 tota -um caterva glomeratur; e quibus medius, ad quem damnatorum cura pertinebat, erumpens *eqs.* PRVD. perist. 3, 98 praetor ait: rapē praecipitem, -r, et obrue suppliciis. 10, 1109 elidit . . . fune collum martyris -r nefandus (*1101* tortor, sector). *al.* VAL. CEM. hom. 15, 5 cruentis -is manibus (*cf.* 16, 3 cruenti -is gladium). SIDON. carm. 2, 303 fracturus guttura. CASSIOD. var. 11, 40, 3 abstine noxiam, -r, securem. PASS. Rogat. 6 (*antea*: carnifex, spiculator).

2 *de iis qui quolibet modo ministrant, apparent*: **a** *apud externos*: SALL. Iug. 12, 3 qui proxumus -r Iugurthae carus acceptusque ei semper fuerat. LIV. 23, 10, 6 tum iniectae catenae ducique ante -em in castra *Hannibalis* est iussus *Magius Capuensis*. PLIN. nat. 8, 185 *Apis bos* incedit submotu -um. APVL. met. 3, 2, 1 -es duo de iussu magistratuum *Hypatensium* immissa manu trahere me . . . occipiunt (*de iisdem*: 3, 9, 6. *cf.* 9, 41, 7 immissis . . . -bus ceterisque publicis ministeriis . . . cuncta . . . perlustrari iubent *magistratus oppidi Graeci non nominati* [*Ps. Lucian. asin. 47 τινὰ . . . τῶν ὑπηρετῶν*]). VVLG. I reg. 19, 20 misit . . . Saul -es, ut raperent David. **b** *apud apes*: PLIN. nat. 11, 53 circa eum *regem* satellites quidam -esque, adsidui custodes auctoritatis. **c** *in pompis fabulosis*: CLAVD. 22, 373 (*de triumpho Martis*) Quirinus frena regit . . . -rque Metus cum fratre Pavore barbara ferratis innectunt colla catenis. MART. CAP. 5, 433 (*de pompa oratorum*) ante cunctos . . . senex quidam *i. Tisias* signum ac praeviam virgam gestans -is Romulei praecedebat usu.

3 *de re qua quis tamquam dignitatis insigni utitur*: PLIN. nat. 9, 114 cupiunt *margaritas sim.* . . . iam et pauperes, -em feminae in publico unionem esse dictitantes.

? **II** *i. defensor ecclesiae* (*sc. per interpretationem pravam e Graeco factam*): CONC.^{S} I 5 p. 361, 39 missis dispensatore et -e ac protodiacono . . . Ephesiorum ecclesiae (*gr. I 1, 7 p. 68, 20 τὸν ἔκδικον, Rustic. Conc.^{S} I 4 p. 54, 34* defensorem. *an intellegendum* lectore *coll. p. 1090, 71 sqq.?*).

deriv.: lictorius.

lictōrius, -a, -um. *a* lictor. *notatur in titulis* licto CIL VI 1880. lictor 1869 (*bis*). *i. ad lictores pertinens sim.*: CIL VI 1877 (*post a. 73*) exercuit decurias duas, viatoria(m) et -a(m), consulares (*item* d. -ae consulares: 1869. 1877 COD. Theod. 8, 9, 1. *ceterum* CIL VI 1869 d. -ae popularis denuntiatorum [*eadem* X 5917. *cf.* VI 1894 d. -ae po⟨pularis⟩]. 1880. 32298. 37150. *cf. p. 1376, 5 sqq.*). FLOR. epit. 1, 26, 3 -ae virgae (*inde restituit Freinsheim haud necessario pro* lictoris virgis *4, 12, 31*). VIR. ill. 20, 1 fasces -os (*narrat eundem eventum quem* FLOR.). *Bk.*

licu(i)a, -ae *f.* *nomen vasis fictilis* (*vocem λήκυθος subesse suspicatur Oxé, Bonner Jb. 130, 1925, 84*): INSCR. Graufesenque 2, 12 -uias (3, 10. 4, 10. 15. 5, 11. *al. ibid.; addito* ux [*i.* uxedia]: 20, 15—18). 6, 13 -uas (19, 8. 9). 10, 12 -uia (15, 8. 17, 12). *notatur* licu 7, 16.

licus *v.* lygos. **līda** *v.* 2. laetus.

lidium, -ī *n.* [*orig. inc. Sch.*] *nomen stramenti cuiusdam*: ALEX. TRALL. 3, 58 et -um de frondibus facias in pavimento et desuper spargas aliqua, quae infrigidare possunt, qualia sunt rosa . . . aut aliquid tale eorum, quae infrigidare et corroborare possunt, et de hoc ipso -um praeparare (*gloss. marg.* stramentum quale fieri solet in festivitatibus et ludis. *gr. 1 p. 361 P. ἐὰν εἰς τὸ ἔδαφος ἐπιῤῥίψῃς τινὰ τῶν ἐμψυχόντων, ἢ ῥόδα κτλ.*).

līdo *v.* laedo.

liduna, -ae *f.* [*obscurum. Sch.*] *i. q. accessus maris*: MARCELL. med. 15, 9 pulvis ex his fiat, die Iovis -a luna vetere (16, 101. 23, 78. 25, 11. 13. 15). *restituit Heraeus ibid.* 36, 49, *ubi trad.* luna.

līdus *v.* 2. laetus.

***liēn,** lienis *m.* [*vox prisca cognata cum gr. σπλήν, avest.* spərəzan-, *ind. vet.* plīhán-, *slavon.* slezena *etc., quae eandem notionem sonis non utique congruis praestant. Sch.*] *de formis: nom. sg.* -n (*praeter* GRAMM. *et* GLOSS.): PLAVT., PLIN. nat. *saepe*, SER. SAMM., CHALC., AMBR., MARCELL. med. -is (*falso trad.* lienis acori *pro* lien suco acori PLIN. nat. 26, 77. *potius gen.* GLOSS. V 113, 9): CELS. *ubique*. -ns: Ps. APVL. herb. 67 l. 3. 120 l. 5 *cod. B.* GLOSS. III 13, 3. 86, 13. -ne GLOSS. V 151, 51. *gen. pl.* -um: PLIN. nat. 23, 121. 34, 154 (*var. l. potior* -ium). 35, 34. -ium: PLIN. nat. 34, 154 (*var. l. deterior* -um). *forma erronea* linos GLOSS.^{L} II Abav. LI 30. *de quantitate*: li- *corripitur* PLAVT.; *producitur* ALC. AVIT. -e- *corripitur* PLAVT. (*fort. per iamb. correptionem q. d.*); *producitur* (*testibus* SERV. gramm. IV 452, 2 PHOC. gramm. V 415, 1 PRISC. gramm. II 149, 7; *fort. sec.* splen, renes): SER. SAMM., ALC. AVIT. [*falso trad.* -ium *pro* renium PLIN. nat. 22, 83; -em *pro* lichenem PLIN. nat. 35, 195.]

i. q. σπλήν (GLOSS.): **1** *varia exempla*: PLAVT. Curc. 220 valetudo decrescit, crescit labor; nam iam quasi zona -e cinctus ambulo, geminos in ventre habere videor filios. 236 -n enecat, renes dolent. 244 -n dierectust (-ruct- *trad.*). :: ambula, id -i optumumust (*ad totum locum spectare vid.* SER. SAMM. 425 dulcia Plautus ait grandi minus apta -i). Merc. 124 genua hunc cursorem (*sc. me*) deserunt; perii, seditio facit -n, occupat praecordia (PLIN. nat. 11, 205 peculiare cursūs impedimentum aliquando in eo -*e*, quamobrem minuitur [inuritur *trad.*] cursorum laborantibus. 26, 132 *herba* -es cursorum extinguit). CATO agr. 157, 7 si -es turgent, *brassica iuvat* (*cf.* CELS. 2, 7, 20 tumet. 4, 16, 1 intumescit. SCRIB. LARG. 144 -is tumorem [PLIN. nat. 23, 4]. SER. SAMM. 402 -n tumido circumligat ilia vinclo). VITR. 1, 4, 10 *pecora quaedam Cretensia* non habent apparentem splenem; . . . *herbam ἄσπληνον* rodendo imminuerunt -es; ita eam herbam colligendo curant lienosos. CELS. 2, 1, 8 -is dolor. 2, 1, 11 omnis calor et iecur et -em inflammat (inflat *var. l.*). 2, 7, 21 quibus magni -es sunt. 2, 21 -es *inter res mali suci.* 3, 21, 14 -em (splenem *var. l. ut* 3, 21, 15. 3, 24, 5). 4, 16, 2 aqua a ferrario fabro . . ., haec enim vel praecipue -em coercet. 4, 16, 2 eruca et nasturcium -em extenuant (PLIN. nat. 20, 25). 5, 18, 4 ne -em consumat *curatio quaedam* (PLIN. nat. 21, 116. 24, 10. 131. 26, 76. 27, 64 SER. SAMM. 414. *cf.* PLIN. nat. 22, 151 absumi [27, 34. 141. 32, 24]). *al.* SCRIB. LARG. 89 -em et iecur durum habentes (*cf.* 125 duritia iocineris et -is). 206. 260. PLIN. nat. 11, 204 *describitur locus -is in corpore*. 20, 166 *herba quadam* per urinam et alvum totum -em emitti (26, 76). 21, 131 radices eius *violae* . . . sedant -em. 22, 72 ad impetus -is. 23, 27 *herba quaedam bona est* -i . . . minuendo (*v. et p. 1377, 82*). 32, 33 *testudinum carnes dicuntur* -es tollere. *al.* APVL. Plat. 1, 15 -em . . . iocineri non frustra esse finitimum, ut eius redundantiam . . . relevet *eqs.* (*Tim. 72^{C} ἡ σπληνὸς . . . μανότης. cf.* AMBR. hex. 6, 9, 71 -n . . . cum iecore habet viciniam fructuosam). ARNOB. nat. 3, 13 CHALC. comm. 37. MACR. Sat. 7, 4, 20 ut iecur caloris, ita ipse -*n* frigoris domicilium est (*sim.* CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 174, 21 *dic mihi*, quo . . . situ . . . regula -is haereat (ALC. AVIT. carm. 1, 110 -is laevam [-is et in l. *N*] sortitur r. partem). *al.*

2 *medicamento sunt -es animalium*: **a** *splenibus hominum* (*fere in magia*): PLIN. nat. 11, 205 *-es* minimos esse pecori *Scepsio* tradunt, et inde ad -em invecta (inventa *var. l.*) remedia. 28, 102 mederi -em *hyaenae* -bus. 28, 200 bubulus (259). 28, 201 emi -em vituli, quanti indicatus sit, iubent magi . . . divisumque per longitudinem adnecti tunicae *eqs.* (28, 259). 28, 201 haedorum (*cf.* MARCELL. med. 23, 33 haedinus . . . -n similiter ut hircinus super splenem infantis adpositus). 30, 51 pecudis -n recens magicis praeceptis super dolentem -em extenditur dicente eo, qui medeatur, -i se remedium facere. *ibid.* caninus *et* catuli. **b** *aliis partibus corporis*: PLIN. nat. 28, 208 *ad ventrem* utuntur et -e asso caprae hircive. 28, 251 *asini* -n inveteratus ex aqua inlitus mammis abundantiam facit, vulvas suffitu corrigit. 30, 60 sistit alvum . . . -n pecudis tostus et in vino tritus. 30, 61 tormina -n ovium *sedat.* 32, 52 ex . . . ranis -n contra venena, quae fiant ex ipsis, auxiliatur. **3** *in imag.*: Ps. AVR. VICT. epit. 42, 21 *Traianum uxor* talem reddidit, ut . . . exactiones improbas detestans fiscum -em vocaret, quod eo crescente artus reliqui tabescunt.

deriv.: lienicus, lienosis, lienosus.

lienicus, -a, -um. *a* lien (*sec.* splenicus). *pro subst.: masc. pl.* -ī *i. q. homines liene affecti*: CAEL. AVR. chron. 3, 4 (*in cap.* de lienosis), 56 phlebotomiam recusarunt in -is (*ibid.* 57. 59). 3, 4, 64 -os vero phlebotomat. *neutr. pl.* -a *i. q. remedia lienosis auxiliantia*: CAEL. AVR. chron. 3, 4, 58.

? **lienōsis** *f.* *a* lien (*fort. sec.* paralysis, pthisis *sim.*). ISID. orig. 4, 7, 22 -is ab splene vocabulum sumpsit, Graeci enim *σπλήν* lien dicunt (*inter* hepaticus morbus *et* hydropis [*v. vol. VI 3, 3137, 43*]).

lienōsus, -a, -um. *a* lien. linios- CHIRON *ubique* (307 *et* 311 lininos- *falso editum esse dicit ipse editor praef. p. XXXIII.* 307 *posteriore loco* ligosus *cod.*). *i. q. liene, sc. praegrandi, affectus, σπληνικός* (GLOSS.): **1** *attributive, praedicative*: PLAVT. Cas. 414 perii, cor -um, opinor, habeo, iam dudum salit, de labore pectus tundit. SCRIB. LARG. 132 infantibus -is. PLIN. nat. 11, 130 *homines* gignuntur . . . in Cauno -i. ARNOB. nat. 7, 34 non dubitarent eos *deos* -os, lippulos . . . dicere, eo quod ipsi et -i et lippi sunt. **2** *pro subst.: masc. pl. et sg. de hominibus*: VITR. 1, 4, 10 curant -os hoc medicamento (*sc. herba*), quod etiam Cretenses *ἄσπληνον* vocitant. CELS. 2, 8, 16 SCRIB. LARG. 79. 105. 121. 126. 128. 129. 130. 132. 153. 259. 261 PLIN. nat. 7, 20 MARCELL. med. 22, 17. 23, 1 *et passim in hoc cap.* 27, 7. Ps. APVL. herb. 99 l. 13 Ps. MVSA herb. Vett. l. 74. 75 MISC. Tir. p. 52, 10 CAEL. AVR. chron. 3, 4, 49. 51. 56. 57. 58. 63. 67. *neutr. et masc. sg. de iumento*: CHIRON 297, 5 de -o (*item inscr. cap.* 307). 307. 311. VEG. mulom. 2, 92, 1 -is.

lienteria, -ae *f.*, *λειεντερία. cf.* ISID. orig. 4, 7, 37 -a dicta, quod cibum tamquam per lenia intestinae nullis obstantibus faciat prolabi. *vix veriloquium praebet* THEOD. PRISC. *l. c.* *nomen morbi* (GLOSS. III 600, 8 post vel prius dysenteriae evenit. 602, 31 per quam humectus cibus et indigestus exponitur): CELS. 2, 1, 8 lēvitas intestinorum, qui (*sc. morbus*; quae *J*) -a vocatur. HIPPOCR. aer. 10 p. 25, 20 -ae . . . nascuntur (*plur. gr.*). VINDIC. med. 30 dysenteriam . . . vel -am. *ibid.* dysenterias vel -as. THEOD. PRISC. log. 105 -*a* longo tractu effusionum veluti quendam limum intestinis obducit. PLIN. VAL. 2, 29 si escam quam manducaverit emittat, quod ipsum dicitur -a. CASS. FEL. 48 *v. s.* lientericus. ORIBAS. syn. 6, 4, 4 La p. 98. 9, 12, 3 Aa p. 297.

cf. lientericus.

lienteriacus *v.* lientericus.

lientericus, (-a, -um), *λειεντερικός. cf.* lienteria. *scrib.* -teriac- -tiriac- Ps. APVL. *masc. pl. pro subst. de hominibus lienteria affectis*: PLIN. nat. 29, 44 -is (lieni Ericis *codd.*; dysentericis *Plin. med. 2, 11, 4*). Ps. APVL. herb. 67 l. 2 ⟨lien⟩tiriacis. *ibid.* l. 4 THEOD. PRISC. log. 101. 105 DIOSC. 2, 49 p. 197, 14 CAEL. AVR. chron. 4, 8, 115. CASS. FEL. 48 p. 124, 19 -i dicuntur, qui ex antecedenti dysenteria . . . cibos . . . *[B.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

indigestos . . . tamquam per lenem intestinorum lapsum egerunt; unde passio lienteria dicitur. *et saepe in eodem cap.* *B.*

ligāmen, -inis *n.* *a* ligare (Prisc. gramm. II 126,3 Gramm. suppl. 113, 19). *scribitur etiam* leg- (Greg. Tvr. Franc. 6, 6 p. 273, 8 Lex Burg. Rom. 13, 2), lec- (Oribas. syn. 7, 35, 2 La). *abl. plur.* ligaminis Chron. Alex. chron. I p. 126, 290 (*iuxta* aereis). *legitur inde a* Prop., Ov., Gratt., Colvm. [*it.* legame; *raet. occ.* liam *etc., or.* leamp; *francog.* lien (*et var. dial.*); *prov. vet.* liam, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* lligam; *port.* liame. *cf. M.-L. 5022. Wartburg V 317 sq. Battisti-Alessio III 2193. Machado II 1335. St.*] [*confunditur cum* ligamentum Lex Visig. 8, 4, 1 *bis.* 9, 1, 2 Lex Sal. Merov. 32 tit. Lex Burg. Rom. 13, 2.]

i. q. vinculum vel quaelibet res, quae circa vel ad aliquem vel aliquid ligatur (*ad actionem ligandi spectat l. 35 et fortasse l. 20. 25*):
1 *proprie*: **a** *strictius* (*sc. servato respectu nectendi sim.*): *α varia*: Prop. 2, 29, 15 cum Sidoniae nocturna -a mitrae solverit. Ov. met. 14, 230 socios *Vlixis* . . . dempsisse -a ventis *Aeoli*. Colvm. 11, 2, 92 possit . . . salix . . . ad vitium -a praeparari. 12, 8, 1 herbas *in fasciculos ligatas* ita in lacte demittito, ut -a earum extent. Sil. 9, 629 *elephanti* manus abstulit . . . implicitum *virum* nexu diroque -e torsit. Pavl. sent. 1, 15, 1a (= Lex Burg. Rom. 13, 2) *si canem* in -n . . . redegerit (*cf.* Lex Sal. Merov. 6, 3 canem, qui -n novit. Lex Visig. 8, 4, 1 si quis . . . animal de pedica sive de -e [*var. l.* ligamento] tulerit). Schol. Hor. gloss. *Γ* sat. 1, 8, 50 ('incantata lacertis vincula') -a maleficii. Prvd. ham. 137 *diabolus* laqueos . . . in nodum revocat facilique -e tortas innectit pedicas nervosque in vincula tendit. Antidot. Brux. 143 ('pulveris compositio') -is hederae ÷ I (*i. pampini h.*). Chron. Alex. chron. I p. 126, 290 regem ligans aereis -is (*abl. plur.; cf. Lib. gener. ibid. 291* catenis aereis). Alc. Avit. hom. 8, 3 p. 119, 17 neque per -n corporis licentia vincta sermonis. 29 p. 150, 14 carcer . . . Petri pretios⟨or⟩um -um radio inlustrante resplenduit. Cassiod. in psalm. 118, 61 ('funes peccatorum circumplexi sunt me') funes . . . sunt implicita et tortuosa -a. Greg. Tvr. Franc. 6, 6 p. 273, 8 in his -bus vinctus tenetur. Mart. 3, 47 dissolutis -bus. Lex Burg. lib. const. 6, 6 fugitivum . . . de -e . . . evasisse. Lex Sal. Merov. 32 tit. de -bus ingenuorum (*32, 1* siquis hominem ingenuum . . . ligaverit). Lex Visig. 9, 1, 2 si fugitivus vinctus quocumque -e absolvatur. *ibid.* servum . . . ferro vinctum aut in quocumque -e (ligamento *var. l.*) constitutum. Isid. sent. 1, 28, 3 -a vinculorum. *β in medicina*: Colvm. 6, 6, 4 *sanguis* inhibetur papyri -e (*inde* Pallad. vet. med. 6, 6. *cf. Veg. mulom. 4, 4, 4* papyro ligata cauda restringitur). Oribas. syn. 7, 35, 2 La spongia . . . superposita cum -n leniter stringes; . . . finienda ligatura in superioris partes (*gr. μετ' ἐπιδέσεως, Aa* liganda est). Greg. M. past. 2, 6 p. 37D (*interpretatione allegorica ad Vulg. Ezech. 34, 4* quod fractum est, non alligastis) fracturam . . . -n astringit, cum culpam disciplina deprimit (*postea*: ligamenta). *γ in re magica de amuleto* (*cf. p. 1381, 32*): Greg. Tvr. Mart. 4, 36 *harioli* -a herbarum atque incantationum verba proferebant (*seq.* amotis -bus).

b *laxius*: *α respiciuntur partes corporis coniungentes, continentes*: Gratt. 470 stringendae nares et ⟨bi⟩na -a ferro armorum. Prvd. perist. 9, 86 Christus iubet resolvi pectoris -a *martyris morientis* . . . ac retinacula vitae relaxat. *β respicitur massa, quae caementa coniungit*: Cassiod. in psalm. 61, 4 (3) maceria . . . sine aliquo -e impensae (*v. vol. VII 1, 552, 43*) . . . componitur.

2 *translate* (*cf. l. 45*): Ps. Cypr. singul. cler. 37 evasimus . . . tanta -a quaestionum, quibus amatores eunuchos amplexus feminei ligaverunt, qui perversis interpretationibus decreta legalia demutare coguntur (*de argumentatione ut* Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 69C non praestigiis iuris neque -bus cuiusque facundiae). Boeth. herm. sec. 3, 9 p. 186, 16 categoricas propositiones Graeci vocant, . . . quae sine alicuius condicionis nodo atque -e proponuntur. Cassiod. var. 7, 47, 3 solvi nequeunt contracta -a (*postea*: ut reddat debitum, quod probatur esse contractum). inst. 1, 32, 6 quatenus erroris nostri -a solverentur. in psalm. 9, 16 (15) quas *gentes* dura videntur -a *peccatorum* cohibere. 29, 12 mors nos tortuosis -bus ambiebat. CE 1300, 9 (*contextu manco*) -a mentis.

ligāmentum, -i *n.* *a* ligare. Gloss. *ἱμάντωμα. δέμα.* amentum. *legitur inde a* Qvint., Tac. [*val.* legămînt; *fortasse etiam port. vet.* liamento. *cf. M.-L. 5023. Battisti-Alessio III 2228. Machado II 1335. St.*] [*de confusione c.* ligamen *v. supra l. 10. dub.*: Ps. Soran. dol. matric p. 129, 12 adponi oportet naribus eius *mulieris infirmae* ustum ex carnali -o vel aliud, quod potest fetore odoris ⟨prod⟩esse.]

I *i. q. vinculum vel quaelibet res, quae circa vel ad aliquem vel aliquid ligatur*: **A** *proprie*: **1** *strictius* (*sc. servato respectu nectendi sim.*): **a** *varia*: Qvint. inst. 11, 3, 144 aurium -a. Ps. Orig. tract. 12, 31 B. quod de sparto vel reste dicit (*Ios. 2, 18*) coccum debere suspendi, ⟨non⟩ quasi aliud genus -i non haberet . . ., sed *eqs.* Serv. auct. Aen. 12, 120 ('verbena tempora vincti') alii certa -a (legitamen *trad.*) verbenas volunt vocari. Avg. virg. 34, 34 capitis -o notabili (*cf.* Itin. Anton. Plac. 20 -um, quo utebatur *Maria* in capite). Damig. lapid. 20 *gagates lapis* omnem fraudem et -a persolvit. Ferreol. reg. 32 pes . . . sit -is temperatius vinculatus, Gloss. amentum: -um, quod est in media hasta. **b** *in medicina*: Tac. ann. 15, 54, 3 vulneribus -a quibusque sistitur sanguis parare. Chiron 50 *utere* sanguinis detractione, lanis . . ., deinde -is (vib- *trad.; cf. Veg. mulom. 2, 49, 1* conliganda sunt loca). Avg. civ. 22, 8 p. 570, 6 D. solvuntur nodi -orum, nudatur locus, inspicit medicus. doctr. christ. 1, 30 -a membris et vulneribus nostris adhibita. Ps. Soran. epit. 78 *umbilici incisiones* fiunt ex -is (*cf. Soran. p. 28, 23* lino secabant). Greg. M. *p. 1379, 45.*
c *in re magica de amuleto* (*cf. p. 1381, 32*): Avg. serm. 4, 36 -a diabolica. Cael. Avr. chron. 1, 4, 119 -a . . ., magos . . ., incantationes. Greg. Tvr. Mart. 1, 26 -a ei et potiones deferebant.

2 *laxius de complexu luctantium*: Gloss.[L] II Abav. ac 43 acrocheria: -a articularum (*i.* -lorum. *cf. p. 1381, 82*).

B *translate vel in imagine* (*accedunt gen. explicat.* debitorum, erroris, peccaminum, laborum, vinculorum): Avg. civ. 22, 4 p. 558, 5 D. ut res incorporea (*anima*) -o corporeo vinciretur. c. Faust. 19, 29 (*de matrimonio*) diaboli figmentum et -um (*antea*: vinculum). serm. 9, 14 *lex* non erit -um, sed ornamentum. Petr. Chrys. serm. 65 p. 386B Christus vincula inferni dirupit, mortis -a dissolvit. 126 p. 548C debitorum omnium, omnium contractuum delere et solvere -a. Apon. 4 p. 85 reciprocis argumentis resolvere falsa -a sententiarum. Cassiod. in psalm. 16 concl. erroris -a. 113, 6 (5) quod eius *saeculi* -a soluta sint (*cf. Aug. ad l.* saecularia impedimenta, *Prosp. ad l. p. 326B* saeculi vinculis *et alia sim.*). Greg. Tvr. Mart. 1, 23 -a peccaminum. Greg. M. epist. 11, 27 p. 296, 23 -a sanctae ecclesiae . . . solvere (*antea*: anathematis vinculo, *postea*: ligaturas eius *ecclesiae*). in euang. 22, 4 per linteamina . . . corporis *Christi* laborum -a signantur, quae . . . electos omnes, id est eius membra, constringunt. Pass. Rufinae et Secundae (BHL 7359) 2 captivitas ista temporalis aeternam captivitatem excludit, et vincula temporalia perpetua vinculorum -a dissolvunt.

II *i. q. fasciculus, involucrum sim.*: Itala cant. 1, 13 (Greg. Ilib. in cant. 3, 2 F.) -um guttae (*gr. ἀπόδεσμος τῆς σταχτῆς, cod. 169 al.* alligamentum g., *Ambr. in psalm. 118 serm. 1, 16, 3* colligatio g., *Vulg. 1, 12* fasciculus murrae). Avg. de serm. dom. 1, 16, 50 *aurum* fraude subtraxit . . . et supposuit simile -um cum terra.

ligātio, -ōnis *f.* *a* ligare. *legitur inde a* Scrib. Larg., Itala. [*fortasse francog.* liaison; *prov. vet.* liazon. *cf. M.-L. 5025. Wartburg V 320 sq. St.*]

i. q. actio vel effectus ligandi (*metonymice de instrumento ligandi hic illic sub 1b*): **1** *proprie*: **a** *neglecto respectu nectendi*: *α respicitur torpor* (*cf. p. 1392, 69*): Scrib. Larg. 255 *malagma facit* ad omnem tensionem et contractionem nervorum et -em, *ἀγκύλην* quod Graeci vocant. Chiron 323 *morbus* periculum vitae facit ab -e temporum (*Hippiatr. gr. I p. 94, 1 σύνδεσμος . . . τῶν κροτάφων.* facit adligatione *temptat Heraeus in exemplari suo*). *β respicitur complexus luctantium* (*cf. p. 1381, 82*): Gloss. V 343, 45 acroceria: -o articulorum (*aliter l. 53*). **b** *usu communi* (*sc. respectu nectendi sim. servato*): *α varia*: Schol. Verg. Bern. ecl. 6, 19 ('iniciunt *Fauno* ipsis ex vincula sertis') -es de lino tenero factae serta dicuntur. Cael. Avr. acut. 3, 6, 66 -bus tormentuosis (-i *ed. Rovillii*) organi. Op. imperf. in Matth. 29 p. 785 (*ad 12, 29* nisi . . . alligaverit fortem) ut, si te audita fortitudo terruerit, -o eius nuntiata confortet. Gloss. V 395, 25 t⟨h⟩eristrum -o capitis. *β in medicina*: Cael. Avr. acut. 1, 9, 65 -bus utimur *in phreneticis*, sed praetectis lana . . . locis, quos vinculis nectimus . . .; -bus etenim immodice constricta . . . tumescunt. 2, 37, 195 amplexu atque -e . . . utemur articulorum (chron. 3, 2, 31 a. impressam -em facere. *aliter l. 44*). chron. 1, 4, 120 -es nervos densant atque corporis oppressio. 2, 13, 186 de -bus pugnaverunt, siquidem Xenophon *aliique* . . . probent articulorum faciendam constrictionem: Herophilus vero capitis et brachiorum . . .; Asclepiades vero . . . -em excludit; . . . (187) impressa . . ., inquiunt *nostrae sectae medici*, ligatura vexat . . .; item Antipater . . . ait teneri materiam quidem -e, sed cum fuerit . . . relaxata, in . . . immodicum fluorem veniat. 3, 8, 127 solvere (*syn.* ligaturam). gyn. 1, 80 *uterus* fascia erit sustinendus, cuius medium inferius ab umbilico positum pari circulorum ductu per utraque latera proiecto . . . faciat -em; tunc inter scapulas . . . ducenda -o (1, 81 erit supradicta -o detrahenda [*Soran. p. 41, 5 Ilb. τελαμῶνα*]). 2, 62 addita praecordiorum -e. 2, 121 implendus sinus muliebris . . . lana et conductis femoribus addenda -o.

2 *translate*: **a** *ligatur animus*: Itala I Cor. 7, 27 (Hil. in psalm. 124, 10) solutus es ab uxore? noli quaerere -em (*Tert. uxor. 1, 7 l. 14* obligationem, *Vulg.* uxorem *sec. gr.*). Epist. pontif. 622 Schwartz p. 16, 29 in hac -e defunctum nusquam . . . absolvi (*respicitur Matth. 16, 19* quae ligaveris super terram *eqs.; similiter sec. Matth. 18, 18* Mvtian. Chrysost. hom. 4, 6 p. 269/70 -es, quae a nobis fiunt [*gr. δεσμῶν*]). Greg. M. moral. 28, 41 p. 472C infirmus . . . populus cum praeceptorum pannos nolens pertulit, ad firmiorem statum ex ipsa sua -e pervenit.
b *ligantur verba* (*t. t. rhet.*): Ps. Ivl. Rvf. schem. lex. 3 *ζεῦγμα* . . .: latine haec figura dicitur -o vel adnexio.

ligātor, -ōris *m.* *a* ligare. *i. qui ligat*: Orig. in Matth. 13, 31 p. 270, 28 (*ad 18, 18*) *apostoli* qui . . . sunt -es et solutores in terra (*gr. δέοντας*). Caes. Arel. serm. 200, 6 p. 769, 12 add. cod. H² ut abstineant se . . . ab idolis et incantatoribus, ab erbariis et -bus (*sc. eis, qui amuleta alligant*).

? **ligatrus** *v.* ligatus.

***ligātūra,** -ae *f.* *a* ligare. leg- (lec-) *e. g.* Cassiod. Ios. antiq. 3, 165 Oribas. eup. 4, 15, 2 La. *al.* Gloss. *δέμα. ἔνδεσμος.* obli-

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gatio, nexus. *legitur inde ab* ITALA. [*val.* legătură; *it.* legatura; *francog. vet. et med.* lieure (*et var. dial.*); *prov. vet.* liadura, *var. franco-prov., prov., vasc.; cat.* lligadura. *cf. M.-L. 5026. Wartburg V 320sq. Battisti-Alessio III 2193sq. St.*] [*confunditur c.* alligatura VVLG. *p. 1382, 26.* VEG. mulom. 2, 51 (lig- *P ut l. 58sqq.*).]

I *i. q. actio ligandi vel status ligatus nec non ligamen*: **A** *proprie*: **1** *strictius* (*sc. servato respectu nectendi sim.*): **a** *vario usu*: ITALA prov. 7, 22 (Didasc. apost. 5, 33) sicut bos ad occisionem ducitur et ut canis ad -am (*gr.* δεσμούς, *Vulg.* vincula). CET. FAV. 21 p. 303 asseres ... ad contignationem suspendes, ita ut binae perticae ... inter eos sint missae et faciant tomices -as (*Vitr. 7, 3, 2* tomice ... harundines ... religentur. *cf. Pallad. 1, 13, 1* perticas ... tomicibus alligatas). DON. Ter. Andr. 865, 1 ('quadrupedem constringito *Davum*') genus -ae sic dicitur 'quadrupes' [*ad eundem locum* EVGRAPH. eius manus retro vertens compedum -is efficias quasi quadrupedem). PALLAD. 1, 6, 11 -a in vitibus debet locum mutare (*item in cultura vitium* 3, 13, 3 palmes quod extra -am pendens habuerit ..., quod infra -am *eqs.* [*cf. Colum. 5, 6, 28 pars* quae vinculo adnexa susum tendit]. 4, 1, 3 *de -a surculi inserti. allegorice*: ZENO 2, 27, 3 [2, 11, 5 L.] -is adstringitur *vinea i. homo*, cum ... sacris interrogationibus obligatur [*antea*: nodis adstringitur]). ZENO 2, 11, 3 (1, 59, 6 L.) pedem -a destringit (GREG. M. dial. 4, 55 p. 313, 15 pedes quadam -a extrincxerant). VVLG. num. 19, 15 vas quod non habuerit operculum nec -am desuper (*Lugd.* alligamentum, *Aug. loc. hept. 4, 53* alligatura). GREG. ILIB. in cant. 4, 9 F. in retibus nodi sunt multi et -ae, quibus macularum spatia distenduntur. HIPPOCR. aer. 14 caput eius *infantis* ... cogunt in longitudinem crescere ... -a⟨m⟩ adhibentes (*gr.* δεσμά. *cf.* GLOSS. V 311, 7 mitra: ... -a capitis). ROMVL. fab. 22, 12 recc. gall. et vet. illius *leonis rete capti* -as lustrare coepit *mus*. BOETH. syll. categ. 1 p. 796^{D} ut ... quadrigarum frena vel lora non partes, sed quaedam ... -ae sunt ..., sic coniunctiones ... non partes orationis sunt, sed quaedam colligamenta. *al.* **b** *in re magica, sc. pertinet ad amuleta* (*ad usum explicandum possis ad actionem sive colli sim. cingendi sive remedii adnectendi recurrere*): MAR. VICTORIN. rhet. 1, 5 p. 173, 19 multi *medici* et incantatione et -is curant. AVG. doctr. christ. 2, 75 ad hoc genus (*superstitionem*) pertinent omnes etiam -ae atque remedia, quae medicorum quoque disciplina condemnat, sive in praecantationibus ... sive in quibusque rebus suspendendis atque inligandis (*sim.* ISID. orig. 8, 9, 30 -ae execrabilium remediorum). epist. 245, 2 superstitio -arum. in euang. Ioh. 7, 6 l. 36 seducunt per -as, per praecantationes. in psalm. 33 serm. 2, 18 -as adhibere et ire ad sortilegos (in psalm. 93, 20). 70 serm. 1, 17 l. 47 -as sacrilegas et incantationes (serm. 318, 3 noxia et s. -a, nefanda incantatio, magica consecratio. CAES. AREL. serm. 51, 4 p. 219, 20). serm. RevBén. 50, 1938 p. 8, 115 abstinete vos ... a -is, ab incantationibus, a mathematicis, a sortilegis (*cf.* serm. coll. Morin p. 580, 16 cavete ... a -is *eqs.*). CANON. Dionys. Exig. p. 57, 8 incantatoribus et philacteriis, ⌊id est -is⌋ (*om. rec. altera*). MAX. TAVR. c. pag. (JThSt. 17, 1916, 321) l. 245 pagani ... filacteria et -as et incantationes et sortes faciunt (ORIBAS. eup. 4, 88 Aa p. 606 *amuleti sim.* -a fiat de corrigia cervina [*gr. 4, 86, 11* ἄρτημα]. MART. BRAC. canon. 59 non liceat clericis ... -as facere, quod est colligatio animarum. *cf. l. 54*). ALEX. TRALL. 1, 71 phisicas -as (*gr. p. 557* τοῖς φυσικοῖς καὶ περιάπτοις). GREG. TVR. Iul. 46a p. 582, 10 *hariolus* -as collo suspendit (ORIBAS. syn. 3, 182, 4 Aa ex ... stercore lupi -am factam in linteo et ad collum patienti suspensam [*gr.* περιαπτομένη *sc.* κόπρος, *La* adpensus]. *cf.* CAES. AREL. serm. 1, 12 p. 11, 11 nullus phylacteria aut ... characteres vel aliquas -as sibi ... adpendat [19, 4 p. 86, 26]). *al.* **c** *in medicina*: VEG. mulom. 2, 47, 1 insanabilis est casus *sc. coxae fractae*, quia non recipit -am (*Chiron 588* alligaturam). 2, 84 -am istae partes *corporis* tenere non possunt (*Chiron 45* alligatura). 2, 91, 2 animal tenendum est, ne ... demoveat -am. AVG. doctr. christ. 1, 28 -am ... membris ... coaptat. in psalm. 146, 8 detrahit -am (*ibid. saepius* alligamenta). MARCELL. med. 7, 22 -am, quam feceris, solves (CAEL. AVR. chron. 3, 8, 127 *syn.* ligationem. ORIBAS. syn. 6, 31 [*gr.* δεσμούς]). THEOD. PRISC. eup. faen. 79 perseveranti medicamento sub -a (*cf.* PS. THEOD. PRISC. add. p. 286, 2 uteris medicamento ... sub -a). log. 11 -is fasciarum alligatos *phreneticos*. DIOSC. 1, 94 p. 49, 19 M. *ulmi* corium vulneribus ut -a adhibitum (*gr. 1, 84, 1* ἀντὶ ἐπιδέσμου). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 152 convenit ... articulorum tenacior -a, si vehemens fuerit *fluxus sanguinis* (*cf. p. 1380, 58 et* ORIBAS. syn. 6, 45, 1 Aa si ab inferioribus partibus fuerit fluxus, ... fortiores -as esse oportet in partes superiores *eqs.* [*gr.* δεσμούς, *sim.* La]. *aliter l. 82*). *al.* *in imagine*: PAVL. NOL. epist. 12, 3 genus hominum ita pervaserat peccatum, ut neque malagma debilibus et sauciis nec -a prodesset. AVG. in psalm. 50, 8 l. 52 de vulnere ipso non erubescis, de -a vulneris erubescis? (*sc. de paenitentia tamquam -a peccati; item*: serm. 351, 4, 9 CAES. AREL. serm. 64, 1 p. 263, 20). EPIPHAN. in euang. 49 p. 122, 6 *deus* propter vulnera nostra ... ad terrena descendebat deferens secum -as.

2 *laxius*: **a** *de complexu luctatorum*: AMBR. in psalm. 36, 55 qui ... -is tantum corporis certant, ... qui palaestae vocantur (*distinguuntur a pammachariis et pyctis*). GLOSS.^{L} III Abstr. AC 2 acrocheria (-chir- *i.* ἀχροχειρία): -a articulorum ('*palaestrae genus*' *editores. eadem* V Abba AC 47 GLOSS. V 260, 33. 343, 12. *cf. p. 1380, 10. 43. aliter l. 69*). **b** *de iunctura, compagine: rerum variarum*: VVLG. Sirach 45, 13 gemmis pretiosis ... in -a auri (linitura, litura *var. ll., gr.* ἐν δέσει). GREG. TVR. glor. conf. 54 *incendio* ruunt tegulae cum -is et reliquo tecti apparatu. glor. mart. 53 trabem cum -is suis. *partium corporis*: CLAVD. MAM. anim. 3, 11 p. 175, 1 tortuosae botulorum (*i. intestinorum*) enodibusque -is explicitae inflexiones ac reflexiones. GREG. TVR. Mart. 2, 6 dissolvebantur ... -ae nervorum eius *paralytici* et dirigebantur (glor. conf. 93 resolutis n. arentibus -is. *de eodem miraculo Ven. Fort. carm. 2, 16, 117* arida n. sese iunctura tetendit). **c** *de rebus fauces vel sensus occludentibus*: GREG. TVR. Mart. 1, 7 *homo surdus et mutus* coepit ... excreare partes nescio quas cum sanguine ...; tunc disruptis aurium ac faucium -is (ligamentis *ed. pr.*). 2, 29 confractis -is, quae palpebras obseraverant (*antea*: palpebris ... glutino coniunctis).

B *translate* (*cf. p. 1381, 72*): **1** *varia*: DIDASC. apost. 3, 24 de tantis ... nos -is *legis* eripuit *deus* (*inde* 3, 20 *restituit Tidner* ab omnibus praeceptis eius et -is [creaturis *trad.*]. *cf.* AVG. in euang. Ioh. 3, 14 lex ... ligavit eum, ... iam clamat de -a). GREG. M. *p. 1380, 23.* in euang. 37, 8 *hostia solvit* -am cordis (*opp.* vincula corporis). **2** *de sermone implicato* (*cf. p. 1394, 19*): RVFIN. Basil. hom. 5, 7 p. 1769^{A} 'suscipere versutias sermonum' (*prov. 1, 3*): sermo ..., qui ... varius est et instabilis, arte quadam semper et diversis -is ac molitionibus profertur implicitus (*gr. p. 400^{C}* τὸ ἐπίπλοκον ... ἔχων).

II *i. q. fasciculus, involucrum sim.*: ITALA prov. 7, 20 (Didasc. apost. 5, 27) -am pecuniae accipiens (*gr.* ἔνδεσμον, *Ambr. Cain et Ab. 1, 4, 14* involucro, *Vulg.* sacculum). VVLG. I reg. 25, 18 centum -as uvae passae ([all- *var. l., cf. II reg. 16, 1*]. 30, 12). GREG. TVR. glor. mart. 100 inquisitis -is divisisque particulis (*reliquiarum sanctorum ut* vit. patr. 2, 3 ubi -as ... singillatim composuit, ventum est ad reliquias beati Illidii; ... filum quo ligatae erant ... decidit). PALLAD. hist. mon. II 10 p. 360^{C} -am calamorum (*gr. p. 49, 18 B. δέμα, I 6 p. 271^{B}* fascem). GLOSS. II 579, 44 fascis: -a.

? **ligātus,** -ī *m.* *genus piscium*: AVSON. 393, 61 p. 247 P. referuntur ab unda ... urentes thynni et male tecti spina -i (*Schenkl c. cod. L*, -atri *Peiper c. aliis*, spinā elegati *edd. veteres nominativum vix aptum vitantes, sed elisionem ab Ausonio alienam admittentes; trad. etiam* ligari, legatri. *ad Ov. p. 1392, 70 male intellectum revocat Niedermann, Vox Romanica 5, 1940, 179*). *Bader.*

ligellum *v.* tigillum. **liggium** *v.* lynx. **ligirius** *v.* lyncurium.

līgma, *abl.* -te *n.*, λεῖγμα (*cf.* GLOSS. V 306, 31 -a graecum est [lagina *var. l.; 'pertinet ad* lagoena. ecligma *Heraeus' ed.*]). *nomen medicamenti*: PLAC. med. 21, 1 murium capita ... pro -te sumpta.

ligna, -ae *f. v.* lignum.

lignāmen, -inis *n.* *a* lignum, *cf.* materiamen, ξύλωμα. [*it.* legname; *prov. vet. or.* lenham; *cat.* llenyam. *cf. M.-L. 5030. Wartburg V 333. Battisti-Alessio III 2196. Corominas III 76. St.*] *i. q. opus e ligno confectum*: GLOSS. II 557, 40 ξύλινα -a. III 312, 52 ξύλωσις -n (520, 57 zyloseis -n).

? **lignāmentum,** -ī *n.* *a* lignum, *cf.* calamentum *?* [*falso trad.*: PLIN. nat. 16, 73 (linamenta *edd.*).] *i. q. congeries ligni* (*si vox recte traditur*): PASS. Theclae A 22 p. 56, 3 attulerunt -a (*cod. A*, congeriem *cod. B*) lignorum, ut Thecla combureretur (*gr.* ξύλα καὶ χόρτον, *rec. B* ligna, *rec. C* ligna et sarmenta).

lignārius, -a, -um. *a* lignum, *cf.* materiarius. *abbrev. scribitur* lignar CIL V 7044. lign XIII 6618. *pl. nom.* -ri CIL IV 485. 951. 960. *abl.* -ris CIL XIII 6623. -rii PALLAD. 1, 6, 2 GREG. TVR. Franc. 3, 17 -riis ISID. orig. 19, 19 tit. NOT. Tir. 74, 40 -us. [*subst. de operario: val.* lemnar; *it.* legnaio; *hisp.* lenero; *port.* lenheiro (*?*); *subst. neutr. de loco: it.* legnaia; *sard. centr.* linnárdzu, *mer.* linnárğu; *franco-gall. vet. et med.* laignier (*et var. dial.*); *prov. vet.* lenhier, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llenyer; *hisp.* leñera, *legion.* leñero. *cf. M.-L. 5032. Wartburg V 333sq. Battisti-Alessio III 2196. Wagner II 30. Corominas III 76. Machado II 1318. St.*] [*falso trad.* CAPITOL. Pert. 1, 1 -ae *pro* lanariae, *v. p. 916, 12.*]

i. q. ad lignum pertinens (GLOSS. ξυλικόν. ligneum): **1** *de rebus:* **a** *subst. subaudito vel iuxtaposito*: NOVIVS tit. -a (*sc. Atellana.* signario, licinaria *coni. viri docti*). SCRIB. LARG. 141 cornum cervinum limatum lima -a (*i. qua ligna limari solent*). PS. AGENN. grom. p. 69, 17 plerumque via, dum cum limite currit, etiam si vicinalis est aut -a aut privata, finem praestat (CIL XIII 1808 curatori viae -ae triumphalis). MVTIAN. Chrysost. hom. 8, 4 p. 297 fabricam -am discere (*gr.* τεκτονικὴν ἐπιστήμην). GREG. TVR. Franc. 3, 17 p. 117, 8 vir ... utilis in fabrica operis -i. GLOSS. II 378, 35 ξυλών cella -a (*v. etiam infra l. 76*) **b** *n.* -um *pro subst.*: α *de loco, ubi ligna reponuntur* (*cf.* CAPER gramm. VII 108, 4 atramentarium *dicendum est*, non atramentale, ut -um et armarium. GLOSS. II 378, 25 ξυλόβολον ἤτοι ξυλοθήκη cella -a, -um). PALLAD. 1, 32 tit. de fenili, paleario, -o (*in ipso cap.*: ligni ... repositiones). CIL XIII 6618 (*a. 212*) ag(entium in) lign(aris) (6623 [*a. 207*] vexil(latio) leg(ionis) XXII ... a. in -ris). CASSIAN. inst. 4, 24, 2 sumpsit ... de -o suo virgultum senex. β *de ligno, lignorum acervo*: Lex Sal. Merov. 122 si quis ... involaverit ... -um, quem alter capulaverit vel in carro carcaverit. γ ξυλοπώλιον -um GLOSS. III 306, 70.

2 *masc.* (*fem.* CIL V 7044) *pro subst. (adi. p. 1383, 12. 13) de operariis, qui ligna caedunt, dolant, vendunt* (GLOSS. II 378, 28 ξυλοκό-

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

πος, ὁ κόπτων ξύλα -us. 378, 30. *al.* ξυλοπώλης -us. 586, 33 -us ligna portans): LIV. 35, 41, 10 *Romae* porticum extra portam Trigeminam inter -os fecerunt. CIL IV 485 Marcellum aed(ilem) -i plostrari rog(ant) (*'costruttori di carri' De Ruggiero, Diz. Epigr. s. v.*). 951 -i. 960 -i universi. XIV 278 navicullariorum -o⟨r⟩um. TERT. adv. Marc. 3, 19 p. 408, 2 (*cf. locum geminum* adv. Iud. 10, 11) si legisti penes David (*psalm. 95, 10*) 'dominus regnavit a ligno', expecto quid intellegas; nisi forte -um aliquem regem significari ⟨putes⟩ Iudaeorum et non Christum, qui exinde a passione ligni . . . regnavit. ITALA Ios. 9, 21 (Hier. epist. 108, 8, 3 adv. Iovin. 2, 33 p. 331A) Gabaonitas . . . in aquarios -osque damnavit (*gr.* ξυλοκόποι, *Lugd.* ligni concisores). PALLAD. 1, 6, 2 ferrarii, -i, doliorum cuparumque factores. VVLG. Is. 44, 13 artifex -us. AVG. gen. c. Manich. 1, 8, 13 hominem artificem, verbi gratia -um fabrum (*v. vol. VI 1, 10, 70 sq., ubi addas* GREG. TVR. Franc. 5, 49 p. 260, 16). ISID. orig. 19, 19 tit. de -is (19, 19, 1 -us generaliter ligni opifex appellatur; carpentarius speciale nomen est *eqs.* [*2* sarcitector]). CIL V 7044 Antistiae . . . tesser(ariae) lignar(iae).

lignātio, -ōnis *f.* *a* lignari. GLOSS. II 378, 23 ξυλία -o. **1** *usu sollemni i. q. actio lignandi*: CAES. Gall. 5, 39, 2 milites, qui -is munitionisque causa in silvas discessissent. VITR. 5, 9, 8 de -e, quae maxime necessaria est ad cibum coquendum, difficilis et molesta est apparatio, quod et tarde comportatur et plus consumitur *lignum*. FRONTIN. strat. 1, 5, 3 in -em . . . exire. 2, 5, 13 in summis -is angustiis. VEG. mil. 3, 8 p. 85, 15 aquatio, -o, pabulatio secura ab hostium reddatur incursu. *in locutione concisa de facultate vel loco lignandi*: COLVM. 1, 5, 1 sit . . . vel intra villam vel extrinsecus inductus fons perennis; -o pabulumque vicinum. **2** *usu deflexo i. q. lignum* (*nisi fallimur*): HIER. epist. 78, 34, 2 (*explicatur nomen loci q. e.* æsjongæbær *num. 33, 35*) transfertur in 'ligna viri' sive 'dolationes hominis' . . . possunt -es viri (ligni dolationes, lignati opes *var. ll.*) saltuum et omnium arborum genera ac per hoc credentium multitudinem figurare.

lignātor, -ōris *m.* *a* lignari. *i. q. miles, qui lignatur*: CAES. Gall. 5, 26, 2 oppressis -bus. LIV. 10, 25, 5 -es ei cum praesidio occurrunt. 38, 25, 9 pabulatores -esque Romani (41, 1, 7 EPIST. Alex. l. 241 H.).

ligneolus, -a, -um. *a* ligneus *deminutive*. *de rebus vilibus, parvis ex ligno confectis*: LVCIL. 224 scutam -am in cerebro infixit. CIC. ad Q. fr. 3, 5, 9 hanc *epistulam* scripsi . . . ad lychnuchum -um. APVL. mund. 27 qui in -is hominum figuris gestus movent (*gr. p. 398b 16* οἱ νευροσπάσται *tantum*). AVG. conf. 11, 23, 29 circuitum illius -ae rotae (*sc. figuli, opp.* lumina caeli). ord. 1, 4, 11 *aqua* -is canalibus superlabitur.

quinquedentem sive **lignetere⟨m⟩** EDICT. imp. Diocl. JRS 63, 1973, 102 col. II 10, *gr. 15, 46 L.* ϑρεῖναξ. *ibid. 9* pala, *11* bidentem furcam ligneam. *obscurum; dub., an a* lignum *deriv.; vocem graecam velut* λιχμητήρ *subesse coni. Leumann in plagulis.*

lignētum xylia (*i.* ξυλεία) GLOSS. II 530, 62. *a* lignum.

***ligneus,** -a, -um. *a* lignum. *notatur*: lign CIL VII 1069. ligni CIL VII 1070. *vocativum* -ee *testantur* GRAMM. suppl. 99, 32. 100, 3 (*affertur* SEDVL. carm. pasch. 1, 268). 106, 4. *desunt compar., superl.* *scribitur*: ligni-: CIL VII 1070 (*cf.* GLOSS. II 557, 37 ξυλινις [*an* ξυλίνη*?*] linia) *et hic illic in codd.* lin(n)-, licin- *codd.* *legitur inde a* PLAVTO. [*sard. centr.* líndzos, *mer.* línğus. *cf. M.-L. 5032a. Wagner II 31. St.*] [*confund. cum* iligneus: PLIN. nat. 19, 27. *v. et l. 72. falso trad.* ligne- *pro* pnige-: VITR. 10, 8, 4. 5.]

i. q. ξύλινος (GLOSS.): **1** *i. q. ex ligno consistens, confectus vel ligni similis* (*cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 35, 11 purpureum, ut lapideum, -um, . . . quod purpura tantum constat): **a** *proprie*: PLAVT. Bacch. 936 tabellas obsignatas . . . quas fero, non sunt tabellae, sed equos quem misere Achivi -um ([*alluditur ad lignum tabellae, cf. p. 1388, 26; de equo Troiano v. vol. V 2, 738, 53 sq.*]. Rud. 268 equo -o [*tragica dictione pro navi*] per vias caerulas estis vectae? VEG. mil. 1, 18 p. 20, 18 equi -i *exercendis tironibus apti*. COD. Iust. 3, 43, 2 pr. [*in ludo quodam*] prohibemus . . ., ne sint equi -i). Men. 402 quam tu mihi nunc navem narras? :: -am *eqs.* Poen. 1365 ut sis apud me -a in custodia (*de vinculis ut l. 78. p. 1384, 14*). Pseud. 47 (*40* per ceram et lignum litterasque . . . salutem impertit) pro -an' salute vis argenteam remittere illi? Truc. 275 ni -ae haec sunt quas habes Victorias. CAECIL. com. 111 candelabrum (*v. vol. III 233, 21 sq.*). CATO agr. 10, 5 pilam (PLIN. nat. 18, 112 SER. SAMM. 306. *cf.* CHIRON 957 pileam). 11, 5 palas (12). 12 fibulas . . . -as (iligneas *Thielscher*). 13, 2 trullas. 22, 2 orbiculos. 70, 2 vase (71 SALL. Iug. 75, 4 CVRT. 10, 2, 23 COLVM. 6, 6, 4 SCRIB. LARG. 16 p. 11, 5 PLIN. nat. 14, 132. 18, 76. *al.*). 98, 2 supellectilem (PLIN. nat. 15, 34 CELS. dig. 33, 10, 7, 1 GLOSS. III 365, 77). COEL. hist. 54 signum Apollinis -um (CIC. Verr. II 4, 7. *cf.* TIB. 1, 10, 20 deus). QVADRIG. hist. 81 turrim (CAES. civ. 3, 9, 3 BELL. Hisp. 18, 7. 19, 1. *al.*). RHET. Her. 1, 13, 23 damnato . . . soleae -ae in pedibus inductae sunt (*de vinculis ut* CIC. inv. 2, 149. *de calceamento* PETRON. 95, 8). VARRO ling. 5, 121 *capularum* figuras . . . -as ac fictiles antiquas etiam nunc videmus. rust. 1, 50, 2 -um . . . incurvum bacillum. 3, 5, 16 ex orbi -o. CIC. inv. 2, 170 uri posse flamma -am materiam necesse est (APVL. apol. 61, 6. *cf.* LVCR. 6, 1061 materies). leg. 2, 45 -um (lignum *var. l.*) . . . quod ⟨quis⟩que voluerit uno e ligno ⟨di⟩cato (*Plato leg. 956 a* ξύλον δὲ μονόξυλον ὅτι ἂν ἐϑέλῃ τις ἀνατιϑέτω). Tusc. 5, 59 ponticulo (*cf.* VAL. MAX. 9, 13 ext. 4 ponte. NOT. urb. Const. 15, 19 pontem sublicium sive -um). NEP. Them. 2, 6 Pythia respondit *Atheniensibus*, ut moenibus -is se munirent (IORD. Get. 178). 2, 7 murum (*v. vol. VIII 1687, 6*). LIV. 1, 56, 4 columna (*v. vol. III 1738, 29 sqq.*). 30, 3, 8 hibernacula Carthaginiensium . . . -a ferme tota erant. VITR. 2, 8, 9 *picturae* inclusae . . . in -is formis (PLIN. nat. 35, 173). 5, 5, 7 publica -a theatra (ACT. lud. saec. Aug [CIL VI 32323] 108. 157. 161 lud. saec. Sept. Sev. [CIL VI 32331] 9. *in iisdem* [RhM. 81, 1932 p. 388 sqq.] 37 theatris tribus, -o, Pompeiano, odio. 44. 45. 46. 91. *huc pertinet, si recte suppletur*, CIL I² 985 ⟨in theatro lig⟩neo). 7, 1, 3 vectibus (7, 3, 10. 8, 6, 14 PLIN. nat. 36, 177). 7, 3, 2 cultelli. 9, 8, 3 canalem (COLVM. 7, 3, 20. *al.* CHIRON 957). 10, 4, 2 labro. PAVL. FEST. p. 35 boiae, . . . genus vinculorum, tam -ae quam ferreae. 45 fustibus clavisque -is . . . armati (62 VEG. mil. 1, 11 p. 15, 12). 50 fusticulus. SEN. contr. 7 pr. 9 culleum -um (*rhetorice de nave exarmata*). VAL. MAX. 4, 3, 5 catillo (PLIN. nat. 30, 54 PLIN. med. 2, 3, 1). CELS. 8, 15, 3 spatula -a (longa *var. l.*). PHAEDR. 2, 5, 15 alveolo (COLVM. 8, 5, 13). SEN. epist. 17, 12 nihil refert, utrum aegrum in -o lecto an in aureo colloces (95, 72 Tuberonis -os lectos. BOETH. c. Eut. 1, 44). COLVM. 2, 10, 27 rastris. 2, 12, 6 rastellis. 6, 26, 2 duabus angustis -is regulis . . . apprehendere *testium nervos* (BOETH. mus. 1, 11 regula . . . -a, per quam magnitudines chordarum . . . metimur). 11, 3, 53 stilo (AMM. 15, 10, 5. 23, 4, 5). 12, 18, 5 rutabulo (12, 20, 4. *al.*). 12, 22, 1 spatha (12, 22, 2. *al.*). 12, 48, 3 rudicula. SCRIB. LARG. 152 pilum (255. 264). MELA 1, 116 Budini Gelonion urbem -am habitant. PETRON. 33, 3 cum corbe, in quo gallina erat -a. 135, 4 camella. PLIN. nat. 18, 302 granaria. 30, 88 veribus. 33, 146 *triclinia*. 34, 123 piscinas. MART. 14, 13 tit. loculi. QVINT. inst. 6, 3, 61 cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata et . . . Fabii Maximi -a. TAC. ann. 4, 62, 1 compagem. HYG. grom. p. 90, 4 alii ponunt siliceos *terminos*, . . . alii aut roboreos aut ex certa materia -os. *al.* *fere pro gen. poss.* ligni: TERT. pall. 5, 5 -as maculas *mensarum*.

b *transfertur* (*-us* ad *aliquid* SIDON., *in lusu verborum c.* lignum SEDVL.): α *ad quaelibet dura, immobilia, macra sim.*: ① *respicitur corpus animantium*: CATVLL. 23, 6 est pulcre tibi . . . cum coniuge -a parentis. LVCR. 4, 1161 nervosa et -a *femina vocatur blande* dorcas. AVSON. 85, 2 p. 434 P. Daphnen et Nioben saltavit Simius idem, -us ut Daphne, saxeus ut Niobe. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 17 durescente . . . stomacho . . . -us earundem partium (*articulorum, oris sim.*) sensus. *de malo poeta*: MART. 10, 100, 6 habeas licebit alterum pedem Ladae, . . . frustra crure -o curris. ② *respiciuntur res*: PLIN. nat. 15, 86 *nucibus iuglandibus* gemino protectis operimento, pulvinati primum calicis, mox -i putaminis. 15, 88 membrana. 16, 110 durum -umque *semen salicis*.

β *ad homines stultos*: ARNOB. in psalm. 95 p. 464C ('exsultabunt omnia ligna silvarum') ligna . . . silvarum *homines*, qui -i et silvestres videntur mundi sapientibus. SIDON. epist. 5, 7, 4 *homines quidam sunt* ad intellegendum saxei, ad iudicandum -i. SEDVL. carm. pasch. 1, 268 -e, ligna rogas (op. pasch. 1, 26 quid obsecras), surdis clamare videris.

2 *i. q. ad arborem pertinens*: ITALA I Macc. 10, 30 (rec. L) pro dimidio fructus -i (ligni *var. l. ut Vulg.; gr.* τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου).

masc. pro subst. l. 49.

neutr. ligneum *pro subst.* (*cf.* GRAMM. suppl. 89, 31 neutra nomina secundae declinationis . . . ut templum, gaudium, -um): CLAVD. DON. Aen. 10, 225 p. 322, 9 ('nymphasque e navibus esse iusserat') fecit ex -is nymphas. ITIN. Anton. Plac. rec. B 10 nec -a nec paleae ibi (*in mari mortuo*) natant (*rec. A* lignum). *v. et* GLOSS. *p. 1383, 53.*

deriv.: ligneolus.

VARRO ling. 8, 62 (*inter voces compositas*) qui lapides caedunt, lapicidas *dici*, qui ligna, **lignicīdas** non dici. *a* lignum *et* caedere.

lignicola, -ae *m.* *a* lignum *et* colere; *cf.* saxicola, fonticola. *i. qui ligna, arbores adorat*: VITA Caes. Arel. 1, 55 *praedicavit* contra . . . augures, -as, fonticolas (*cf. Caes. Arel. serm. 14, 4* nolite ad arbores vota reddere).

lignifaber, -ī *m.* *a* lignum *et* faber. *i. q. faber lignarius*: Ps. MATTH. euang. 37, 1 (cod. B) quidam architector -r (faber lignarius *cod. A*). *ibid.* (cod. B) ille -r coepit contristari.

lignifer GRAMM. suppl. 101, 6 *inter nomina ex* fer *et variis vocibus composita.*

lignis, -idis *v.* lychnis.

ligniscisinus: ferrum quo virgae et frutices reciduntur GLOSS. V 603, 46 (lingui- *trad.*; lignicismus *Osbern*, lignicisivus *Barth*). *a* lignum, *altera parte obscura.*

lignītis *v.* lychnitis. **lignocalamus** *v.* linocalamus.

lignor, -ātum, -ārī. *a* lignum, *cf.* GELL. 17, 2, 9 'copiantur' (*Quadrig. hist. 24*) verbum castrense est . . . ex eademque figura est, qua '-antur' et 'pabulantur' et 'aquantur'. [*fortasse it. vet.* legnare; *prov. vet.* leinnar; *cat.* llenyar; *astur.* leñar. *cf. M.-L. 5031. Wartburg V 333 sq. Battisti-Alessio III 2196. St.*] [*falso trad.* GLOSS.L II Philox. LI 46 -atur διηϑεῖται *pro* liquatur, *id quod exstat ibid. 75.*] *i. q. ligna comburendi causa colligere* (*fere usu castrensi*): **1** *supinum* -tum *c. verbis mittendi, eundi*: PLAVT. Capt. 658 Colaphe, Cordalio, Corax . . . ecferte lora (*ad verberationem; Colaphus respondet*:) :: num -tum mittimur? (*cf. lusum verborum p. 1388, 56 sqq.*). CATO orig. 33 Libii, qui aqua-

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tum ut (et *codd.*) -tum videntur ire, securim atque lorum ferunt (Liv. 10, 25, 6. 40, 25, 4 pabulatum -tumque. 40, 30, 9 pabulatum et -tum. Schol. Hor. epist. 1, 14, 41. *dub.*: Tert. adv. Marc. 2, 21 p. 364, 18 qui sabbatis -tum ierat [*ita edd. nonnulli*; -tum egerat, igerat *codd.*; ligna tum legerat *Kroymann*]). Liv. 25, 34, 4 -tum pabulatumque progressos. 25, 39, 8 pabulatum -tumque et praedatum quidam dilapsi fuerant (35, 51, 4). Frontin. strat. 2, 1, 6 cum ... pabulatum -tumque procederet. Porph. Hor. epist. 1, 14, 42 *calo* vadit saepe -tum. **2** *gerund.* -andi: Caes. civ. 3, 15, 2 neque -andi atque aquandi ... potestas fiebat. 3, 76, 2 -andi pabulandique causa. Bell. Afr. 31, 1 pabulandi aut -andi ... gratia. **3** *praes. indic.*: Bell. Hisp. 27, 1 equites ... dum -antur interfecti sunt. Gell. 17, 2, 9 (*v. supra*) -antur.

deriv.: lignatio, lignator.

lignōsus, -a, -um. *a* lignum. *compar.* -ior Plin. nat. 19, 88; *e coni. vix probabili* 16, 158 *pro* limosiore. [*val.* lemnos; *it.* legnoso; *cat.* llenyós; *hisp.* leñoso; *port.* lenhoso. *cf. M.-L. 5033. Battisti-Alessio III 2197. Corominas III 76. Machado II 1318. St.*] *i. q.* ξυλώδης (*quod graece respondet*): **1** *i. q. ligno plenus, ligni similis* (*n. pl. pro subst.* Oribas.): **a** *strictius de plantis earumque partibus*: Plin. nat. 12, 30 radice lata -aque (20, 171. 21, 154. 25, 111. 26, 133. 27, 116. Diosc. 4, 43 p. 26, 14 [*gr. 4, 46, 1*]. Ps. Diosc. herb. fem. 32 [31] l. 7). 12, 126 galbanum ... cartilaginosum, purum ad similitudinem hammoniaci minimeque -um (*de suco sim. ut*: 28, 236 *glutinum* Rhodiacum ... quo candidius eo probatius; nigrum et -um damnatur). 13, 112 apyrenum *granatum* ... cui -us nucleus abesset (*de nucleis ut*: Garg. Mart. med. 42 p. 184, 21 mala concisa et interius -a parte purgata). 19, 78 *raphanorum* cortex crassior ... quam quibusdam arborum; ... cetera quoque aliquando -a. 19, 88 -iora *quam raphani* sunt reliqua in cartilaginum genere a nobis posita. 24, 69 *brya* fert ... -um fructum. 25, 65 eupatoria ... caulis -i *est*. 25, 120 ramis -is *verbasci silvestris*. Diosc. 4, 9 p. 13, 10 (*de symphyto*) tote -e sunt (*gr. 4, 9, 1. de eadem* Ps. Apvl. herb. 59 l. 23 *interpol.* 127 l. 8 *interpol.*). 4, 38 p. 24, 2 epatori frutex ... hasta habens recta et -a (*gr. 4, 41, 1*). 4, 115 p. 56, 25 virga *bubonii* est -a (*gr. 4, 119. de eadem* Ps. Apvl. herb. 60 l. 12 *interpol.*). Oribas. syn. 3, 194 accipis thimi comae ..., -a (L; sorcolos *cett.; gr. eup. 4, 141, 1* τὸ ξυλῶδες) vero proicis. **b** *latius de cibis male coctis*: Cael. Avr. chron. 4, 3, 69 singula *fercula ex avium carnibus confecta* erunt ... apte coquenda aut mediocriter assanda, ne -a fiant et digestioni officiant.

2 *poetice audacius i. q. ligno (hederae) circumplexus*: Sidon. carm. 22, 71 (*describitur currus Apollinis a grypibus tractus*) hederis ... circumplexis pendula lora virent; sensim fera subvolat ales aerias terraeque vias, ne forte citato alarum strepitu -as frangat habenas.

***lignum,** -ī *n.* [*a radice* leg- (*cf.* 2. lego), *quod veriloquium iam Varroni notum erat; ad formam cf.* dignus : decet. *Sch.*] *de orig.*: *ab* legere: Varro ling. 6, 66 ab legendo -a ..., quod ea caduca legebantur in agro, quibus in focum uterentur. *ab gr. λυχν-*: Isid. orig. 17, 6, 25 -a dicta, quia incensa convertuntur in lumen; unde et lychnium dicitur. 17, 7, 65 lyciniae *arbores* eo quod optimum dent lumen; nam *λυχνίς* lumen est; unde et -um nomen accepit, quia aptum est flammis et luminibus. 19, 19, 3 -um vocatum graeca etymologia, quia incensum in lumen convertitur et in flammam. *cf. p. 1389, 29. scrib.* linn- Ps. Apvl. herb. app. 20 l. 4. *de generibus discrepantibus*: *masc.* -us: Epiphan. in euang. 55 p. 145, 4 (-um *var. l.*). Itin. Anton. Plac. rec. A 20 qui -us [(quod -um *var. l. et* rec. B]. *cf. ibid.* -um ... quem [*sic etiam* rec. B]). *c. adi. masc.*: Itala exod. 10, 5 (Monac.) omnem (lev. 19, 23 [*ibid.*]. psalm. 104, 33 [Veron. *al.*]). Ezech. 17, 24 [cod. 175, Ps. Aug. spec. 76 p. 570, 3 *var. l.*) humilem ... viridem. Ps. Cypr. mont. 12 p. 116, 18 regalem. Grom. p. 306, 1 L. talem. *fem.* -a: Iord. Get. 267 silva ... -arum (-orum *var. l.*). *abl. sg.* -u: CIL VIII 20600 (*a. 359*). Not. Tir. 74, 39 -um. *legitur inde a* Plavto. [*val.* lemn; *dalm.* lank; *it.* legno; *raet. occ.* lain *etc., or.* leñ; *francog. vet. et med.* lin *'navis'; prov. vet.* lenh; *cat.* lleny; *hisp.* leño; *port.* lenho. *ex plur.* ligna: *it.* legna; *sard. centr. et mer.* línna; *raet. occ.* layna; *francog. vet. et med.* laigne (*et var. dial.*); *prov. vet.* lenha, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llenya; *hisp.* leña; *port.* lenha. *cf. M.-L. 5034. Wartburg V 332sqq. Battisti-Alessio III 2196. Wagner II 30. Corominas III 76. Machado 1318. St.*] [*restituitur ex* tignum (Plavt. Truc. 904 Lvcr. 6, 992 Varro ling. 5, 140 Sen. nat. 2, 52, 1), signum (Lvcil. 733 Prop. 3, 23, 22. *cf.* Zeno *p. 1389, 5.* Prvd. *p. 1389, 42*). *confunditur c.* linum (Plavt. Pseud. 42), lignys (*v. ibi*). *in versione loci corrupti*: Vvlg. II reg. 6, 5 -is (*cf. I par. 13, 8* virtute).]

i. q. ξύλον (Gloss.; *quod ubi respondet non adnotatur*): **I** *praevalente notione materiae*: **A** *de partibus arborum vel de tota materia earum* (*cf.* Avg. fid. et symb. 9, 17 ut radix -um sit et robur -um et rami -um nec tamen tria -a dicantur, sed unum; aut si haec habent aliquam dissimilitudinem, ut possint non absurde tria -a nominari, ut etiam tria -a dici possunt propter firmitatis diversitatem): **1** *ad comburendum paratis* (*doctrinam iurisconsultorum v. vol. VIII 449, 64sqq., ubi distinguitur vox q. e.* materia): **a** *plur.* (*exempla selecta*): Plavt. Aul. 357 -a hic apud nos nulla sunt. :: sunt asseres? :: sunt pol. :: sunt igitur -a, ne quaeras foris. 413 neque -a ego usquam gentium praeberi vidi pulchrius, itaque omnes exegit foras ... onustos fustibus ([*cf. p. 1388, 56sqq.*]. Cato agr. 16 ad fornacem. Hor. sat. 1, 5, 46). Stich. 358 -a caedite (Cato agr. 67, 1 Ov. medic. 16 Clavd. 18, 127. *aliter p. 1387, 75*). Titin. com. 136 toto fit in foco de -is mi dapalis cena ('*an* foro *pro* foco*? si forte* de -is cenam *servus verbera intellegi voluit' Ribbeck. cf. p. 1388, 56sqq.*). Cato agr. 7, 1 -a et virgae (38, 4. 50, 2 Ov. medic. 16 Gell. 4, 1, 22). 16 calcarius ... -a conficit ad fornacem (Colvm. 11, 2, 7). 37, 5 vitis et -a in caminum ficulna et codicillos domino in acervum compone. 55 -a domino in tabulato condito. 69, 2 lenibus -is facito calescat (*i. leniter ardentibus. acapna intellexit Scaliger, tenuia Popma coll.* Colvm. 12, 19, 3 tenuibus ... -is, quae gremia rustici appellant. *cf.* Apic. 1, 1 igni lento et aridis -is). Lvcil. 131 si dent (student *trad.;* scindent*?*) hi -a. Sent. Minuc. (cil I² 584) 34 quominus ex eo agro -a materiemque sumant utanturque (Tac. ann. 1, 35, 1 Plin. epist. 10, 41, 2 Cod. Theod. 11, 16, 15. *ceterum v. distinctionem vol. VIII 449, 64sqq.*). Pompon. Atell. 50 facite, ut ignis fervat, -a ins[t]ipite. Qvadrig. hist. 36 quae militibus opus sunt, -a, aquam, pabulum (*in eadem re*: Caes. civ. 1, 84, 1. 3, 15, 3 Liv. 22, 12, 9. 24, 1, 2. 27, 27, 3. *al.* Veg. mil. 1, 22). 81 -a subdidit. Cic. Verr. II 1, 45 ignem ex -is viridibus atque umidis. 1, 69 -a et sarmenta (Frontin. strat. 3, 17, 7 Rvfin. hist. 4, 15, 29). Mil. 33 cadaver ... infelicissimis -is semiustilatum (Catvll. 36, 8 pessimi poetae scripta ... infelicibus ustilanda -is). Att. 5, 16, 3 ne -a quidem *accipere*. Lvcr. 2, 387 ignis ... e -is ortus taedaque creatus. Hor. epod. 2, 43 sacrum vetustis exstruat -is focum. Prop. 3, 15, 46 -is funeris ustus (*cf.* Ov. *p. 1388, 33*). Pap. Corp. 315 -orum causimor(um) Ital(icorum). *et saepe. in imag.*: Optat. 1, 10 p. 12, 15 *schismaticos* destinatos poenis tamquam -a arida gehennae ignibus reservari. Hier. epist. 52, 3, 3 adulescentia ... quasi ignis in -is viridioribus suffocetur. Vvlg. Sirach 8, 4 non litiges cum homine linguato et non strues in ignem illius -a. Rvfin. Orig. in psalm. 36 hom. 2, 3 (*ad* I Cor. 3, 12 -um, faena, stipulam) ut *fenum et stipula* permaneamus tam diu in igne, donec de nobis -a iracundiae consumantur *eqs.*

b *sing.*: *α collectivus* (*cf.* Char. gramm. p. 91, 7 B. -um singulariter dici semper debet in multitudine [*affertur* Cato, *v. infra*]): Plavt. Cas. 255 ubi illi bene sit -o, aqua calida *eqs.* Merc. 397 ancilla ..., quae molat, -um caedat. Truc. 904 opust -o (ticno *sim. codd.*), opust carbonibus *eqs.* Cato orig. 27 vehes ... -i (CIL X 3678 -i duri v.). Hor. carm. 3, 17, 14 aridum compone -um. Ov. met. 15, 311 accendere -um. Liv. 38, 18, 4 *terra Axylon* non -i ... quicquam ... aut ullum aliud alimentum fert ignis; fimo bubulo pro -is utuntur. Colvm. 7, 8, 7 ma[l]lini[s] -i ... fumo. Plin. nat. 2, 82 ut ex flagrante -o carbo ... exspuitur. 7, 19 -i struem. 37, 35 *electro* incolas pro -o ad ignem uti. Lex met. Vipasc. (cil II 5181) 31 -um conductor repositum ... habeto. Apvl. met. 7, 17, 2 -o monte devehundo. 7, 21, 4 -o ... abiecto. Vlp. dig. 7, 1, 12 nec materia eum pro -o usurum, si habeat, unde utatur -o. Tert. adv. Marc. 3, 18 p. 406, 12 Isaac cum -um sibi portaret (Vvlg. gen. 22, 3 *et saepius* -a). *al.* *β de singulis -is*: Ov. met. 8, 454 (*loq. Parcae ad Meleagrum*:) tempora ... eadem -oque tibique ... damus (8, 479 -um fatale). Sen. nat. 2, 26, 2 ut saepe alia pars -i ardet, alia sudat. Plin. nat. 16, 208 teritur ... -um -o.

2 *ad fabricationem paratis* (*sing. collect.* Verg.): **a** *tignorum sim.*: Plavt. *p. 1385, 82.* Varro Men. 323 ut grallatores qui (*i. quibus*) gradiuntur, perticae sunt -a *φύσει ἀκίνητα,* sed ab homine ... agitantur. Caes. civ. 2, 2, 3 pedalibus -is coniunctis inter se porticus integebantur. 2, 2, 4 *testudo facta* ex fortissimis -is. Bell. Afr. 10, 1 comportari -a in oppidum. Verg. Aen. 9, 544 ad terram ... confixique suis telis et pectora duro transfossi -o (*sc. turris*) veniunt. Eleg. in Maecen. 1, 42 illum piscosi viderunt saxa Pelori ignibus hostilis reddere -a ratis. Prop. 3, 7, 53 hunc parvo ferri vidit nox improba -o. Ov. am. 1, 6, 74 vos ... crudeles rigido cum limine postes duraque conservae -a ... fores. ars 3, 232 brattea -a tegit (*cf.* Sen. epist. 115, 9 auro foeda -a latitare). met. 5, 125 dextera ... -o *portae* ... cohaesit. Pavl. Fest. p. 132 mamphur appellatur ... -um rotundum, quod circumagunt fabri in operibus tornandis. Fest. p. 141 -um quoddam, quadratum, ubi immolatur. p. 363 cum -um bes alterum dicimus, id est pedem et besem latitudinis habens. Pavl. Fest. p. 366 trabs ... dicitur duo -a conpacta. Cels. 8, 15, 5 (*bracchio luxato*) capite -i caput umeri inpulsum in suam sedem ... compellatur. Phaedr. 1, 2, 20 -um ... supra turba petulans insilit (*14* tigillum). Sen. epist. 88, 31 -a navi nihil conferunt, quamvis non fiat navis nisi ex -is. Sil. 6, 539 praefixo paribus -o mucronibus. Mart. 14, 90 norunt lautas ... mea (*sc. mensae*) -a dapes. Frontin. aq. 125 lapides ... -a ceteraque quibus ad eam rem (*sc. fornicibus reficiendis*) opus esset. Itala gen. 6, 14 (Ambr. hex. 6, 72; *cf.* Vvlg.) fac tibi arcam ex -is quadratis. exod. 25, 28 (Lugd.) de -is imputribilibus (Vvlg. -is setthim). lev. 14, 45 (Lugd., *cf.* Vvlg.) delent domum et -a eius et lapides eius. Ivvenc. 1, 662 (*ad Matth. 7, 3*) deripe ... proprio fallax de lumine -um (*660* tignum). Amm. 17, 7, 5 -orum exstantium acuminibus. Veg. mil. 1, 24 sudes de -is fortissimis. Serv. georg. 3, 24 scaena de -is ad tempus fiebat. Vvlg. I Esdr. 6, 11 tollatur -um de domo. Avg. in psalm. 31, 25 l. 39 distortum -um, etsi ponas in pavimento aequali, non collocatur. *al.*

b *signorum sim.*: Cic. leg. 2, 45 *v. p. 1383, 84.* Hor. sat. 1, 8, 1 olim truncus eram ... inutile -um, cum faber, incertus, scamnum faceretne Priapum, maluit esse deum (*de Priapo ut*: Priap. 10, 4 -um rude villicus dolavit et dixit mihi: 'tu Priapus esto'. 56, 3 eheu me miserum.

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod ista *mentula* -um est, quae me terribilem facit videri [73, 3 *mentula* nunc est . . . inutile -um]. MART. 6, 49, 3 nec . . . de -o mihi quolibet columna est. 8, 40, 6 silvam domini focis reserves: si defecerit haec, et ipse -um es). FEST. p. 169 navia ex (est *trad.*) uno -o exculpta. APVL. apol. 29, 3 *ut* -um dedolaret. 43, 6 *v. l. 20*. 65, 1 cur non argento vel auro, sed potissimum ex -o simulacrum fieri voluerim. 103, 2 -um consecras. MIN. FEL. 23, 12 nisi . . . nondum deus saxum est vel -um vel argentum. TERT. nat. 1, 12, 1 crucis qualitas signum est de -o: eandem materiam colitis penes vos cum effigie. 1, 12, 4 mutilum et truncum dicastis -um. apol. 16, 6 Ceres Pharia, quae sine effigie rudi palo et informi -o prostat. *al.* FIRM. err. 27, 3 -um diaboli ardet semper et moritur. VVLG. deut. 4, 28 servietis diis, qui hominum manu fabricati sunt, -o et lapidi. sap. 14, 1 alius navigare cogitans . . . -o (*i. navi*) portante se fragilius -um invocat. Ier. 2, 27 dicentes -o: pater meus es tu et lapidi: tu me genuisti. 3, 9 moechata est cum -o et lapide. COMM. apol. 750 *deos* -o vel aeramine fusos. instr. 1, 14, 3 -um nam forte non esset *Silvanus*. 1, 14, 5 deficit -um. 1, 18, 12 deus -i. 1, 19, 2 Dianam dicere -um. 1, 19, 11 sq. vertitur a se⟨se⟩ rotans cum -o bifurci, ac si putes illum adflatum numine -i. *al.* *in proverbio* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1098*): APVL. apol. 43, 6 non . . . ex omni -o, ut Pythagoras dicebat, debet Mercurius exsculpi.

3 *varia exempla*: **a** *generatim*: LVCR. 1, 871 in -is si flamma latet fumusque cinisque, ex alienigenis consistant -a necessest. 1, 874 ex alienigenis quae -is ⟨ex⟩oriuntur. 1, 891 in -is cinerem fumumque videri. 1, 901 non est -is . . . insitus ignis (*904* silvis). 1, 912 primordia . . . eadem . . . creare ignes e⟨t⟩ -um. 1, 914 verba quoque ipsa inter se paulo mutatis sunt elementis, cum -a atque ignes distincta voce notemus. 2, 881. 2, 889. 2, 897. 3, 786. 4, 148 in materiam -i (*i. in -um*). VERG. georg. 1, 144 primi *homines* cuneis scindebant fissile -um (PLIN. nat. 16, 67. 16, 187). 2, 31 caudicibus sectis . . . truditur e sicco radix oleagina -o. 2, 118 odorato . . . sudantia -o balsama (*cf.* Ov. met. 10, 308 sudata . . . -o tura). Ov. met. 1, 556 oscula dat -o: refugit tamen oscula -um (*in transfiguratione hominum ut*: 8, 771 nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima -o. 9, 365. 10, 497. 11, 80 Pont. 1, 2, 35). NVX 38 nuda . . . deiecto cortice -a patent. PAVL. FEST. p. 41 vermium -o editorum (*cf.* PLIN. nat. 11, 66 nascuntur et in ipso -o teredines. 11, 113. 30, 115. VVLG. II reg. 23, 8 tenerrimus -i vermiculus). CELS. 8, 7, 1 os . . . ut -um in longitudinem finditur. COLVM. 7, 10, 8 -i (*tamarices*) sucus. PLIN. nat. 2, 226 lacu Velino -um deiectum lapideo cortice obducitur. 12, 96 vermiculi -um erodant et excavent corticem. 13, 116 *tamarice* cuius infelicia -a appellamus, quae tamen feliciora sunt Graecia (*i. quam -a Graeciae*). 13, 122 *ferulae* -um omne corticis loco habent forinsecus, -i autem loco fungosam intus medullam. 13, 127 firmioris -i. 16, 22 fortius. 16, 65 inter corticem ac -um. 16, 157 tenui. 16, 183 siccius. 16, 230 durissimo. 16, 232 vilioris. 17, 141 caeduo -o. MART. 11, 41, 6 damnavit . . . rogis noxia -a pater. *al.* *proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. n. 1649*): HOR. sat. 1, 10, 34 in silvam non -a feras insanius ac si *eqs.* SIDON. epist. 7, 3, 1 hac . . . fronte possemus fluminibus aquas, silvis -a transmittere.

nomen instrumenti agriculturae, μάχελλα, ὄρυξ sim. (GLOSS.), *ἀμμοδίχελλα* (CHAR. gramm. p. 451, 51 B.): **1** *proprie*: CATO agr. 135, 1 *emas* Minturnis ... -es. ALF. dig. 33, 7, 16, 1 (*e Cornelio*) perticas rastros -es instrumenti vineae esse (*item inter instrumenta fundi* VLP. dig. 33, 7, 8 pr. PALLAD. 1, 42, 2). HOR. epod. 5, 30 Veia ... -bus duris humum exhauriebat (LVCAN. 4, 294 rastris d. que -bus arva ... fodere. AVIEN. Arat. 68 d. versare -bus arva [*cf. gr. 8 μαχέλησι*]). carm. 3, 6, 38 rusticorum mascula militum proles, Sabellis docta -bus versare glaebas. epist. 1, 14, 27 non tacta -bus arva. OV. am. 3, 10, 31 bene iactati pulsarant arva -es (CALP. ecl. 4, 117). met. 11, 36 longi (Pont. 1, 8, 59). fast. 1, 699 *ad bella* versi ... in pila -es (*cf.* STAT. Theb. 3, 589 incurvi saevum rubuere -es. VVLG. Ioel 3, 10 concidite ... -es vestros in lanceas. Mich. 4, 3 concident ... hastas suas in -es. COD. Iust. 11, 63 [62], 4, 1 [*a. 384/389*] tela in usum vomeris -isque convertere). COLVM. 2, 15, 5 *cum agricola lupinum* inaraverit idque tempestive vomere vel -e succiderit. 10, 89 cespitis herbam contundat marrae vel fracti dente -is (*cf.* SIDON. carm. 7, 379 flexi ... -is exercet dentes *agricola. sed* VEG. mil. 2, 25 *iuxta ponitur* bidentes). LVCAN. 1, 169 antiquos Curiorum passa -es ... rura. PLIN. nat. 18, 42 (*e Pisone*) graves (*cf.* SIDON. epist. 8, 8, 1 pondus -is obtusi). MART. 4, 64, 32 centeno gelidum -e Tibur vel Praeneste domate (IVV. 11, 89 domito referens a monte -em). 9, 22, 3 ut Setina meos consumat gleba -es. 9, 57, 7 nil est tritius Hedyli lacernis ..., nec Tusca -o vinea politus. IVV. 7, 33 defluit aetas ... patiens ... -is. TAC. hist. 3, 27, 2 e proximis agris -es, dolabras ... convectant. PANEG. 2, 9, 7 iugera ... -e versanda. AMM. 20, 11, 21. VEG. mil. 1, 24 p. 26, 22 *ad castra munienda.* VVLG. I reg. 13, 20 ut exacueret ... -em. 13, 21 acies ... -um. CLAVD. 22, 195 *incola pace fruens* exesos ... situ cogit splendere -es. 24, 92 quis meminit Latio Senonum servisse -es? rapt. Pros. 1, 197 (*Ceres ad Siciliam*) nullos patiere -es. SALV. gub. 7, 9 non ... nos ad aratra aut ad -es vocat *deus* (*affertur Matth. 11, 28*). DRAC. laud. dei 2, 181 nullo fodiente -e. 2, 442 *homo, nisi mores suos in peius mutasset,* vomere non terram proscinderet atque -e. **2** *in imag., translate*: PRVD. c. Symm. 1, 640 *lingua Latina cultu deorum se inquinavit haud aliter ac si quis temptaret* limo ... madentes excolere aureolis ... -bus arva (*an proverbialiter dictum?*). ARATOR act. 2, 308 *Paulus* docet verbique -bus omnes excolit.

ligŏrem calorem GLOSS. III 602, 40. *obscurum; an leg.* teporem*?*

1. ligula, -ae *f.* [*eiusdem radicis ac* lingo, *cf.* figulus *iuxta* fingo. *Sch.*] *de scriptura*: lig- CIL IV 1560 (*lectione incerta*) *et saepe in codd.; metro firmatur ap.* PLAVT., MART. ling- (*cf. gr. infra et* MART. 14, 120 -a argentea: quamvis me -am dicant equitesque patresque, dicor ab indoctis lingula grammaticis. CHAR. gramm. *v. s.* lingula): CATO, PLIN. nat. (*iuxta* lig-), GLOSS. (*item*). leg- SIDON. (lig- *edd.*), GLOSS. NOT. Tir. 99, 43 licola (ligola, ligula, lixa *var. ll.*). *legitur inde a* PLAVTO. *transit in gr. λίγγλα*: PAP. Berol. III 781 VI 3 (*s. I*) *-α μεγάλη. ibid.* 16 *-αι.* [*de romanicis v. sub* 1. lingula.]

i. q. cochlear maius (*cf.* MART. 8, 71, 9 *v. infra*. IDIOM. gen. gramm. IV 581, 65 -a *μυστρίον* [GLOSS.]. GLOSS. IV 361, 15 -a cocliare vel lingulaca [inguacla *vel* linguacla *codd.*]. GLOSS. *μυάκιον. κοχλιάριον. κοχλιῶρυξ. app.* magna MARCELL. med. 27, 16, grandis 20, 84): **1** *proprie*: **a** *in univ.*: PLAVT. Poen. 1014 (*1013 loq. Poenus*: lech lachanna *eqs., id quod a Milphione iocose pervertitur*:) -as, canalis ait se advexisse (*locum dubitanter huc rettulimus*). CATO agr. 84 pone *savillum* cum catillo et -as (*sc. item pone.* -a *edd.*). COLVM. 9, 15, 13 *fructus mellis* saepius -a purgandus est. PLIN. nat. 21, 84 -is hauriunt florem *cerae.* CIL IV 1560 -ae CVII (*lect. inc.*). MART. 5, 18, 2 decembri mense, quo volant mappae gracilesque -ae (*inter dona Saturnalicia ut*: 5, 19, 11 Saturnaliciae -am misisse selibrae ... luxuria est. 8, 33, 23 -am ... vel cocleare. 8, 71, 9 octavus *annus* -am misit sextante minorem, nonus acu levius vix cocleare tulit. 14, 120 *v. supra*). 8, 59, 7 perdunt -as ... ministri. APVL. flor. 9 p. 35 *Hippias habebat* ampullam ... oleariam ... iuxtaque honestam strigileculam, ... flexa tubulatione -ae, ut et ipsa in manu capulo moraretur et sudor ex ea rivulo laberetur. **b** *mensura est*: COLVM. 12, 21, 2 adicitur ... -a cumulata vel mensura semunciae bene plenae salis (*cf.* MARCELL. med. 16, 69 plena [20, 84. 88]). SCRIB. LARG. 111 dantur ... -ae binae vel ternae. 144 datur quantum lupinus ex mellis -a et aquae cyathis IIII (*inde* MARCELL. med. 26, 2; *Plin. Val. 2, 37* cum cochleare mellis). 230 anatis sanguinis quasi duae -ae. PLIN. nat. 20, 36 *silis* prodest ... duarum aut trium -arum mensurā (20, 261. 28, 194 MARCELL. med. 15, 109. 27, 16. *cf.* GARG. MART. med. 36 ad modum -ae). 24, 31. 26, 74. 119 MARCELL. med. 6, 30. 17, 1 per -am unam ... sumpta. 26, 28 dabis ... bibendam -am unam. 27, 11 quantum -a capit. PS. APVL. herb. 1 l. 29 sucum ... de cocleario vel de -a dabis bibere. PS. THEOD. PRISC. add. p. 321, 32 *medicamentum* in vase ... servabis et, cum opus fuerit ..., -am sumes. APIC. 7, 298. 8, 369 ORIBAS. syn. 3 add. p. 900.

2 *pro voce contumeliosa* (*ratione non perspicua; in eadem fabula l. 16*): PLAVT. Poen. 1309 -a, i in malam crucem (*sic ACD,* leg- *B.* GLOSS. IV 255, 14 -a: arguta [-tus *var. l.*], loquax *huc rettulit Löwe, Anal. Plaut. 207 = Gloss. nom. 217*).

3 *per similitudinem de auris parte exteriore*: SIDON. epist. 1, 2, 2 aurium -ae *Theodorici regis* ... crinium superiacentium flagellis operiuntur.

deriv.: 2. linguella.

2. ligula (leg- *trad.*) est cingla equorum GLOSS. V 620, 33. *a* ligare*?*

3. ligula *v.* 1. lingula. **ligulātī** *v.* lingulati.

ligurio (*et deriv.*) *v.* ligurr-. **ligūrium** *v.* lyncurium. *B.*

1. ligurrio, -īvī *vel* -iī, -īre. [*eiusdem radicis ac* lingere, *formatum ut* scaturrīre *iuxta* scatĕre, scalpurrīre *iuxta* scalpere. *Sch.*] *de origine*: DON. Ter. Eun. 235 'abligurierat' suavibus escis consumpserat, nam *ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ* est -ire, et *λιγυρόν* Graeci suave appellant (*sim.* 936). *scribitur in codd.* ling-: VARRO rust. 3, 16, 6 GLOSS. V 307, 48. -guri- FEST. p. 116 DIOM. gramm. I 370, 31 DON. Ter. Eun. 936. *variant scripturae in codd.* -gori- GLOSS. V 643, 61. *perf.* -vi *et* -ii *afferunt* CHAR. gramm. p. 321, 6 B. DIOM. gramm. I 370, 31 *affirmantes litt. v consuetudine supprimi, ceterum non exstat nisi* -ierit HOR. sat. 1, 3, 81. *imperf.* -īb- MACR. Sat. 3, 16, 17. *legitur inde a* PLAVTO, TER.

i. q. λιχνεύειν (*cf.* NON. p. 134, 24 -ire: degustare, unde abligurrire; multa avide consumere [*afferuntur* HOR. sat. 1, 3, 81 CATVLL. frg. 2]. GLOSS. II 361, 47 *λιχνεύομαι* -io. V 307, 48 -it linguit [GLOSS.[L] II Abav. LI 18]. V 307, 66 -atis [-guma- *trad.*] sine fastidium appetatis. GLOSS.[L] I Ansil. LI 258 -it summitatem degustat. 259 -ire summatim gustare): **1** *proprie vel in imagine*: **a** *c. obi.* (*subaudiendo* VARRO; *degustantur ipsi homines, qui cibos praebent, pro cibis iocose ap.* PLAVT.): PLAVT. Capt. 84 *parasiti* victitant suco suo, dum ruri rurant homines, quos -ant. VARRO rust. 3, 16, 6 iis *apibus* unctus qui accessit, pungunt, non, ut muscae, -unt (ling- *codd.*). HOR. sat. 1, 3, 81 qui *servus* ... semesos piscis tepidumque -ierit ius. 2, 4, 79 puer unctis tractavit calicem manibus, dum furta (*sc. fercula surrepta*) -it (SCHOL.: leviter comedit). HIER. epist. 64, 2, 1 ostendit *venter* ... totum, quod -imus (*Hilberg*; satagimus, curamus, gluttimus *alii*; currimus *trad.*), quod voramus, in secessum proici. AVG. c. acad. 3, 11, 26 p. 66, 28 cum delectatione aliquid -enti. ord. 2, 11, 32 p. 170, 15 -ens aliquid gulae stimulo concitatus. MACR. Sat. 3, 16, 17 *p. 1397, 34. obscaene*: ATELL. inc. 4 (Suet. Tib. 45) hircus vetulus capreis naturam -it. *fortasse huc pertinet* CATVLL. frg. 2 (*v. s. 2*). **b** *absolute*: TER. Eun. 936 quae *meretrices* dum foris sunt, nil videtur mundius ...; quae cum amatore suo cum cenant, -unt (*opp. 938* quam inhonestae solae sint domi atque avidae cibi. *939* vorent. *cf.* DON.: -ire dicitur, qui eleganter

[Kemper]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et morose cumque [more secumque *var. l.*] multo fastidio suaviora quaeque degustat. SCHOL. Ter. p. 111, 5 leviter degustant [videlicet summis labris, paulatim sumendo *add. DME*]. Bemb.: leviter gustant. EVGRAPH.: leviter cibos tangunt, cui contrarium abligurrire, quod significat absumere).

2 *translate* (*pro cbi. est structura partitiva ap.* CATVLL.): **a** *usu communi*: LVCIL. 530 publicitus vendit (vendis *Bentinus*) tamen atque extrema -is. CIC. Verr. II 3, 177 non reperietis hominem timide nec leviter haec improbissima lucra -entem; devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. dom. 47 quoniam iam dialecticus (*sc. es*) et haec quoque -is (*affert* IVL. RVF. rhet. 7 p. 40 quoniam etiam iura -is. *vocem* iura *addunt edd. apud* CIC.). CATVLL. frg. 2 de meo -ire libido est (*an ad 1a, sensu obscaeno?*). AVG. beat. vit. 13 p. 99, 17 (*antea*: habent in epulis suis et animi quandam luxuriem, si ultra modum in eas et voraciter irruant) illud . . . libenter -atis volo, quod subito mihi . . . suggestum est inferendum, . . . et est . . . quasi scholastico melle confectum. **b** *c. colore avide appetendi* (*fortasse huc spectant* LVCIL. 530. CATVLL. frg. 2 *supra*): CIC. fam. 11, 21, 5 cum quidam de collegis nostris agrariam curationem -rent, disturbavi rem totamque nobis integram reservavi. FEST. p. 116 lixae . . . a -endo quaestum (*cf. Paul. Fest.* quaestus gratia).

in lusu verb. c. dialecticus (**διαλεικτικός?*) CIC. dom. 47 (*v. supra*).

deriv.: 2. ligurrio, ligurritio, ligurritor, ligurrus.

compos.: ab-, obligurrio.

2. ligurriō, (-ōnis *m.*) *δίχνος* (*leg. λίχνος*), *λίμβος* GLOSS.^{L} II Philox. LI 47. *a* ligurrire.

ligurrītio, -ōnis *f.* *a* ligurrire. *fere i. q. γαστριμαργία*: CIC. Tusc. 4, 26 aegrotationi . . . subiecta sunt: . . . pervicacia, -o, vinulentia . . . et si qua similia.

ligurrītor, -ōris *m.* *a* ligurrire. -guri- *var. l. praeter* MACR. *i. qui ligurrit*: PAVL. FEST. p. 90 fiscellus casei mollis appetitor, ut catillones catillorum -es. MACR. Sat. 3, 16, 17 Lucilius . . . eum *piscem* . . . quasi -em catillonem appellat, scilicet qui proxime ripas stercus insectaretur; proprie autem catillones dicebantur, qui . . . catillos ligurribant (*seq. Lucil. 1174 sqq.*). VITAE patr. Iurens. 38 M. -es . . . discedunt omnimodis incenati (*ironice de hominibus gulae subtilioris*). *sensu obscaeno*: AVSON. 123 tit. p. 343 P. in Eunum -em. 128 tit. p. 344 P. ad Eunum -em paedagogum. *ibid.* 1 Eunus Syriscus, inguinum -or.

ligurrus, -ī *m.* *a* ligurrire. *scrib.* -gurus GLOSS. II 361, 48. *is qui ligurrit*: GLOSS. II 361, 6 *λίμβος* -us. 361, 48 *λίχνος* gulosus, ligurus, catillo. *Kemper.*

ligus *v.* lygos.

ligustrum, -ī *n.* [*orig. inc. Sch.*] [*fortasse march.* crústici; *francoprov. alp.* ŧuϑra *etc. 'vaccinium myrtillus L.' cf. Wartburg V 334 sq. St.*] *nomen plantarum*: **1** *-um vulgare L.* (*cf.* SERV., SCHOL. Verg. Bern. *infra*; GLOSS. *ἀνθεμίς, λευκὸν ῥόδον. λευκόροδον. κυνόροδον*): **a** *in comparationibus respicitur color albus*: VERG. ecl. 2, 18 o formonse puer, nimium ne crede colori; alba -a (-sta *P*) cadunt, vaccinia nigra leguntur ([SERV. *ad l.* flos est candidus, sed vilissimus. SCHOL. Verg. Bern. *ad l.* flores papaverum. flores sunt candidi, qui de arboribus decidunt]. *v. etiam* CLAVD. *sub b*). OV. met. 13, 789 candidior folio nivei Galatea -i (MART. 1, 115, 3 loto c. puella cygno, argento, nive, lilio, -o). MART. 8, 28, 11 lilia tu, *toga*, vincis nec adhuc delapsa -a. CLAVD. 18, 349 veluti nigrantibus alis audiretur olor corvo certante -is. **b** *alia exempla*: CELS. 2, 33, 4 verbenarum contusa cum teneris caulibus folia, cuius generis sunt olea . . . -um *eqs.* (*medicamento est ut*: 6, 13, 3 mandere -um oportet sucumque eum [eius ORIBAS. eup. 4, 71 Aa p. 592] ore continere. MARCELL. med. 12, 41 -i folia commanducato. 17, 26 -i . . . sucum. *cf. infra sub 2*). COLVM. 10, 300 fer calathis violam et nigro (nigra *a*) permixta -o balsama cum casia nectens. PLIN. nat. 16, 77 non nisi in aquosis proveniunt . . . -a, tesseris utilissima. MART. 9, 26, 3 *inutile est donare* Paestano violas et cana -a colono. CLAVD. rapt. Pros. 2, 130 haec *puella Proserpinam flores colligentem sequens* graditur stellata rosis, haec alba -is. 3, 240 pallere -a, exspirare rosas, decrescere lilia vidi. SIDON. epist. 9, 13, 5 vers. 38 casias, -a, caltas calathi ferant. carm. 2, 413 serpylla, -um, lilia . . . parturiunt campi *prope Indiam*. 24, 60 inter violas, thymum, -um *eqs.* VEN. FORT. Mart. 1, 508 o felix regio sancti pede, lumine, tactu, illustris lustrante viro loca, lustra, -a.

2 *cypros*: PLIN. nat. 12, 109 hanc esse dicunt arborem, quae in Italia -um vocetur. 24, 74 -um, si eadem arbor est, quae in oriente cypros, suos in Europa usus habet; sucus discutit (eius *trad.*) nervos, articulos, algores *eqs.* (1, 24, 45 *medicinae ex* -o).

in consonantia syllabarum extremarum VEN. FORT. (*v. supra*).

līliāceus, -a, -um. *a* lilium. *scrib. in codd.* -cius *praeter* ORIBAS. lilea- ORIBAS. eup. 4, 100 *cod. Ab.* **1** oleum -um: PALLAD. 6, 14. SORAN. p. 53, 14. 100, 25 app. 12 ANTIDOT. Brux. 3. ORIBAS. syn. 2, 27 p. 106, 19 Mø. (*gr. κρίνινον*). 3, 2, 2 p. 849 factus . . . de flore lilii (*gr. item*). eup. 4, 100 (*gr. 4, 98, 1 τὸ ἀπὸ τῶν κρίνων*). **2** bulbus -us: ANTIDOT. Brux. 174. *cf.* liliatus, lilinus.

līliācus *v.* liliatus. **līlialium** *v.* liliolum.

līliātus, -a, -um. *a* lilium. *scribitur in codd.* -acus DIOSC., GLOSS. **1** *i. q. e liliis confectus, de oleo*: DIOSC. 3, 112 p. 424, 10 GLOSS. III 541, 25. 577, 6 (-atum *manu priore*). **2** *lilii formam habens*: CASSIOD. Ios. antiq. 8, 77 capitella *columnarum* fusilia -a (*gr. χωνευτὸν ... κρίνον. subest III reg. 7, 22* opus in modum lilii). *addas* GREG. M. epist. 1, 66 (*v.* lilium *sub 2*). *cf.* liliaceus, lilinus.

līliētum, -ī *n.* *a* lilium. *i. q. locus liliis consitus*: PALLAD. 3, 21, 3 *bulbuli* in alios digesti ordines nova -a formabunt.

līlinus, -a, -um. *a* lilium, *cf. λείρινος* *i. q. e liliis confectus, de oleo*: SCRIB. LARG. 156 (lilii *trad.*; irini *Marcell. med. 25, 2*). PLIN. nat. 21, 22 (lilium *trad.*). 23, 95 (*cf.* 1, 23, 49) quod et Syrium vocavimus (*sc. 21, 127*). 25, 40 (lirino *var. l.*). *cf.* liliaceus, liliatus.

līliocatēna, -ae *f.* *a* lilium *et* catena. ‖ *nomen ornamenti*: GLOSS. III 22, 34 (*v. s.* liliolum).

līliolum, -ī *n.* *a* lilium. *nomen ornamenti* (*cf.* lilium *s. 2 et Rönsch, Coll. phil 280 sq. Heraeus, Kl. Schr. 143, 1*): GLOSS. III 93, 43 *περιδέραιον* -um. 202, 63 *περίθεμα* -um. 367, 62 -um *περιαυχένιον* (22, 34 *π.* lilialium, liliocatena *in capite cui inscribitur* de aureis).

***līlium,** -ī *n.* [*utrum* lilium *per assimilationem e λείριον ortum an vox utraque e communi fonte derivanda sit, diiudicari vix potest. Sch.*] *derivatur a gr. λείριον*: VARRO ling. 5, 103; *a* lac: ISID. orig. 17, 9, 18 -a lactei floris herba, unde et nuncupatur quasi liclia (liglilia, licilia *var. ll.*). *scrib.* liri- *sec. gr.* CELS. 5, 11. lileum (PROB. app. gramm. IV 198, 18 -um, non lileum. GLOSS. V 218, 8 -a, non -a [*altero loco* lilea *legendum esse vid.*]): PS. AVG. serm. ed. Mai 46, 2 *ccd. unus.* NOT. Tir. 105, 71. *cf.* lileacius (*v. s.* liliaceus). *de genere: inter nomina generis neutr.* DVB. NOM. gramm. V 583, 12 (*affertur* SIDON. carm. 2, 111). GRAMM. suppl. 41, 26. *masc.* -us: ORIBAS. syn. 2, 12 Aa p. 99, 7 Mø. (La -o, *gr. κρίνον*). GLOSS. III 570, 19 narcissus: -us silvaticus. 588, 67 -us hortensis (609, 36). 611, 14 -us agrestis (623, 55. *cf.* 590, 19 agrestis -um). *acc. pl.* -os GREG. M. epist. 1, 66 (*v. infra sub 2*). *fem.* -a: ISID. orig. 17, 9, 18 (*v. supra*). GLOSS.^{L} II Abav. LI 19 -ae . . . albae rosae. *vix* SYMM. epist. 1, 34 (28), 2 *animus* livet ut -a (*antea*: rosa). *de* -lii(s) *et* -li(s) (*postulatur* i *geminata* MART. CAP. 3, 295): PLIN. nat. 1, 21, 11. 32, 40. 109 -li. -liis *quasi una syllaba est* CE 709. *legitur inde a* CAES. (*v. sub 2*), VARRONE, VERG. [*sard. centr.* lídzu, *mer.* líllu; *francog.* lis; *prov. vet.* lis *etc. ex* *jilium, gilium: *it.* giglio (*et var. dial.*); *raet. or.* dzi; *francoprov.* ilo *etc., prov. or.* ieli *etc. ex* *lirium: *it. sept.* liri *etc.; francog. vet.* lir; *prov. vet.* liri, *prov.* lire *etc., vasc.* liri; *cat.* lliri; *hisp.* lirio; *port.* lirio. *cf. M.-L. 5040. Wartburg V 336 sq. Battisti-Alessio III 1807. Wagner II 33. Corominas III 105 sq. Machado II 1343 sq. St.*]

nomen herbae: **1** *proprie*: **a** *in univ.*: VARRO rust. 1, 35, 1 inter vergiliarum occasum et brumam . . . serere -um et crocum. VERG. ecl. 2, 45 (*Corydon ad Alexim*) tibi -a plenis ecce ferunt nymphae calathis. 10, 25 capitis Silvanus honore . . . grandia -a quassans (*in corona ut*: MIN. FEL. 38, 2 et rosam veris et -um. TERT. coron. 14 l. 25). georg. 4, 131 *senex Corycius* holus albaque circum -a . . . premens. Aen. 6, 709 apes . . . candida circum -a funduntur (SERV.: circum flores . . ., speciem pro genere posuit). 6, 883 (*loq. Anchises ad Aeneam*) manibus date -a plenis, purpureos spargam flores animamque nepotis his saltem accumulem donis (*in honorem mortuorum ut*: CE 467. 578. *cf.* CVLEX 403 -a *inter flores circa tumulum seruntur*). CIRIS 97 *Musis offertur* crocus alterna coniungens -a caltha. COPA 16 quae virgineo libata Achelois ab amne -a . . . attulit in calathis. HOR. carm. 1, 36, 16 breve (*i. non diu florens*) -um (*cf.* VAL. FL. 6, 493 quīs vita brevis). PRIAP. 65, 1 *porcus* rostro crescentia -a morsit (mersit *trad.*). PROP. 1, 20, 37 irriguo surgebant -a prato. 3, 13, 30 *olim mos erat* nunc violas tondere manu, nunc mixta referre -a virgineos lucida per calathos. 4, 4, 25 *Tarpeia* tulit . . . argentea -a nymphis. OV. met. 5, 392 Proserpina . . . aut violas aut candida -a carpit (fast. 4, 442 COLVM. 10, 270). 10, 212 *Hyacintho mortuo* flos oritur formamque capit quam -a *capiunt*, si non purpureus color his, argenteus esset in illis. 10, 262 -a *inter munera Pygmalionis*. 12, 411 ut . . . modo se violave rosave implicet, interdum canentia -a gestet *Hylonome*. fast. 5, 317 *cum Flora irasceretur*, -a deciderant *eqs.* MANIL. 5, 258 ille colet . . . -a. CELS. 5, 11 *discutit ea, quae in corpore coierunt* (*in usu medic. ut*: 5, 27, 13^{A} folio . . . -i. 6, 18, 6^{A} -i radix [PLIN. nat. 21, 126. 28, 235. 30, 110. 32, 109 VEG. mulom. 4, 10, 3]. PLIN. nat. 13, 10 *unguenti pars est* [13, 11. 32, 40 unguento et semine -i]. 21, 127 folia *et* semen *et* sucus, qui flore expressus est. 28, 223 bulbis [CAEL. AVR. chron. 4, 8, 128]. 30, 50 flore. MISC. Tir. p. 52, 17 -um tritum). COLVM. 9, 4, 4 in hortensi lira consita nitent candida -a. 10, 99 calathis . . . virentia -a canis. PETRON. 127, 9 *Iovis concubitu* alba . . . de viridi riserunt -a prato (*Hom. Ξ 348 λωτὸν ... κρόκον ... ὑάκινθον*). CALP. ecl. 2, 58 fons . . . tremulo percurrit -a rivo. 3, 51 te sine . . . mihi -a nigra videntur . . .; (53) at si tu venias, et candida -a fient et *eqs.* (*inde* NEMES. ecl. 2, 44. 47). 3, 78 per me tibi -a prima contigerant primaeque rosae. 6, 33 illum, candida qui medius cubet inter -a cervum. PLIN. nat. 15, 31 e -o . . . fit *oleum* sub diu sole, luna, pruina maceratum. 16, 153 flore *smilacis* . . . olente -um. 21, 70 *apium causa serendum est. al.* QVINT. inst. 8, 3, 8 -a et violas et anemonas. NEMES. ecl. 2, 24 *puellam* roseis stringentem -a palmis. FIRM. err. 7, 2 nec coronam istam *lacum Siciliensem cingentem* alba deserunt -a. LAMPR. Heliog. 19, 7 stravit et triclinia . . . -is, violis *eqs.* PRVD. cath. 5, 124 felices animae . . . calcant et pedibus -a candidis. CE NSc. 1926 p. 284 n. 2 Musis dedita templa -a, poma, rosae . . . coronant. *al. genera distinguuntur* (*cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 21, 22—26 album

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et candidum; rubens, quod Graeci crinon vocant, alii florem eius cynorrhodon; purpureum, narcissum vocant; *tertium genus, cui est* calix herbaceus. MARCELL. med. 16, 104 silvaticum (GLOSS. III 570, 19). Ps. DIOSC. Vind. 3, 122 p. 133, 14 agreste (THEOD. PRISC. eup. faen. 58). *ibid.* marinum (*olim legebatur* helium m.). GLOSS. III 539, 52 caelinum. 559, 5 hortense (588, 67. *al.*).

b *in comparationibus respiciuntur*: **α** *color albus*: VERG. Aen. 12, 68 Indum sanguineo veluti violaverit ostro siquis ebur aut mixta rubent ubi -a multā alba rosa, tales virgo dabat ore colores. LYGD. 4, 34 color in niveo corpore purpureus, ut ... cum contexunt amarantis alba puellae -a. PROP. 2, 3, 10 -a non domina sint magis alba mea. OV. am. 2, 5, 37 purpureus venit in ora pudor ..., quale rosae fulgent inter sua -a mixtae. met. 4, 355 *natator* translucet aquis, ut eburnea siquis signa tegat claro vel candida -a vitro (MART. 4, 22, 5 merserat in nitidos se Cleopatra lacus ...; condita sic puro numerantur -a v.). MART. 1, 115, 3 candidior puella ... -o, ligustro. 5, 37, 6 *puella superat* -um ... non tactum. 8, 28, 11 (*ad togam candidam*) -a tu vincis. AVSON. 330, 5 p. 117 P. age, pictor, puniceas confunde rosas et -a misce *ad Bissulam pingendam*. SYMM. epist. 1, 34 (28), 2 si durius teras *animum hominis diligentis*, livet ut -a. CLAVD. carm. min. 25, 126 matura tumescit virginitas, superatque nives ac -a candor. RVT. NAM. 2, 65 *Luna oppidum marmoribus insigne* indigenis superat ridentia -a saxis. CE ClQu. 4, 1910, 263 vers. 13 lactea colla tibi fulgent quasi -a multa. *inde -a exempla sunt castitatis, sanctitatis* (*apud Christianos praeter* MART. CAP.; *subsunt et* cant. 2, 1 ego flos campi et -um convallium *et* Matth. 6, 28 considerate -a agri, quomodo crescunt [*sim.* Luc. 12, 27]): CYPR. epist. 10, 5 p. 495, 3 *ecclesia* erat ante in operibus fratrum candida, nunc facta est in martyrum cruore purpurea; floribus eius nec -a nec rosae desunt (*de sanctis item*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 46, 2 quasi -a dei sunt. 57, 1 pratum nobis -orum ... Christus in euangelico campo plantavit. GREG. M. in euang. 35, 8 ecclesia ... habet in pace -a, in bello rosas. CE 709 [*s. VI med.*] *episcopus* -is ceu vernantibus artus conservans ab alvo *matris*). HIL. in Matth. 5, 11 '-a' non laborantia neque nentia significari intelligenda sunt angelorum coelestium claritates *eqs.* TRACT. in Luc. 5, 1 Migne suppl. 1, 336 velut apes ad thymum ..., ita ad rosam salutiferam virginis et -um odoriferum patris *ruerunt turbae* (*de Christo ut*: AMBR. obit. Valent. 56. HIER. epist. 22, 19, 5 [*explicatur* cant. 2, 1]. EVCHER. form. 3 p. 17, 12 -um: Christus vel angeli, a candore iustitiae [*affertur* cant. 2, 1. *item*: CE Engström 69 *s. V*]). HIER. epist. 54, 14, 1 suscipe viduas, quas inter virginum -a et martyrum rosas quasi quasdam violas misceas (QVODV. [?] prom. 5, 14, 17 nec flores sancti desunt huic *spiritali* convivio: -a v., continentium violae, roseae coronae martyrum. PETR. CHRYS. serm. 98 p. 476^{B}. *cf.* CAES. AREL. serm. 213, 5 candentibus -is similis ... virginitas. VEN. FORT. carm. app. p. 371, 1, 233 inde rubore rosas, candore hinc -a vincens *Maria*). 65, 2, 1 quam multae *sunt* Susannae, quod interpretatur -um, quae candore pudicitiae sponso serta componunt *eqs.* COMM. instr. 2, 26, 7 (*ad lectores*) inter agrestiva (*vix sanum*) benefac[i]tis -a sitis. MART. CAP. 9, 902 (*loq. Hymenaeus*) *vespere* rosis iugabo -a, virgo deusque sacro sociabunt foedera lecto. PETR. CHRYS. serm. 22 p. 262^{B} *ecclesia ornatur* verecundiae rosis, -is castitatis, pudoris violis.

β *brevitas vitae* (*cf.* HOR. *supra sub a*): OV. ars 2, 115 forma bonum fragilest ..., nec violae semper nec hiantia (candida *var. l.; alii alia coni.*) -a florent (SEN. Phaedr. 768 anceps f. bonum mortalibus ..., languescunt folio ut -a pallido. *cf.* NEMES. ecl. 4, 22 nec semper -a candent). met. 10, 191 ut siquis ... -a ... infringat fulvis horrentia (haerentia *trad.*) linguis, marcida demittant subito caput illa, *sic marcebat Hyacinthus*. VAL. FL. 6, 492 *Medea in summis moenibus est nescia futuri mali*, -a per vernos lucent velut alba colores praecipue, quīs vita brevis totusque parumper floret honor. STAT. silv. 3, 3, 128 florentes ... scidit Atropos annos, qualia pallentes declinant -a culmos *eqs.* MART. 8, 33, 14 plena magis nimio -a sole cadunt *quam phiala tenuissima est*. HIER. epist. 60, 13, 2 marcescebat ... flante austro -um.

γ *proceritas*: OV. fast. 2, 707 *Tarquinius* virga -a summa metit; nuntius ut rediit decussaque -a dixit, filius 'agnosco iussa parentis' ait, *sc. capita principum praecidere* (*Liv. 1, 54, 6* summa papaverum capita).

δ *forma floris, foliorum*: VVLG. III reg. 7, 19 capitella ... columnarum quasi opere -i fabricata erant. 7, 22 super capita columnarum opus in modum -i posuit. 7, 26 labium ... eius *vasi erat* quasi labium calicis et folium repandi -i. 7, 49 *v. l. 82*.

ε *mollitas*: SEDVL. carm. 1, 278 sancto ... in carmine ... damnare nefas, ne mollia sentibus uram -a (*cf.* op. pasch. 1, 27 p. 191, 1 ne ... -a nimio decore mollissima rubus asper exurat).

2 *per similitudinem significantur*: **a** *munimenta quaedam* (*sermone fortasse non technico*): CAES. Gall. 7, 73, 8 *scrobes stipitibus ad capiendos hostes circum armati sunt*; id ex similitudine floris -um appellabant *milites* (*cf. Orat. imp. Hadr. ad exerc. [CIL VIII 2532. 18042] frg. D^{b} 7* caliculis). **b** *ornamenta varia*: ITALA exod. 25, 31 (Lugd., *cf.* VVLG.) facies candelabrum de auro puro: ... scaphus ... et -a ex ipso erint ([*gr. κρίνα ut ibid.* 25, 33. 34. *sim.* VVLG.]. VVLG. exod. 37, 17. 19. 20. *cf.* III reg. 7, 49 quasi -i flores). VVLG. Iudith 10, 3 assumpsit ... dextraliola et -a et inaures et anulos (*cf. Rönsch, Coll. phil. 280 sq.*). DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII a 5 -a aerea duo. GREG. M. epist. 1, 66 coronas cum delfinis duas et de aliis coronis -os (*corr. in* liliatis *codex unus*).

deriv.: liliaceus, liliatus, lilietum, lilinus, liliolum.

compos.: liliocatena. *B.*

līma, -ae *f.* [*ad radicem adi.* lēvis*? Sch.*] ISID. orig. 19, 7, 4 -a dicta eo quod lene faciat; nam limum lene est. GLOSS.^{L} I Ansil. LI 272 sq. -a est, unde fabri ferrum limant (*'an* f. liniunt [le-]*?' ed.*); a liniendo ergo -a vocata est. NOT. Tir. 91, 79. *inde a* PLAVTO. [*it.* lima; *sard. centr. et mer.* límma; *raet. occ.* ŧima, *or.* lime; *francog.* lime (*et var. dial.*); *prov. vet.* lima, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llima; *hisp.* lima; *port.* lima. *cf. M.-L. 5042. Wartburg V 337 sq. Battisti-Alessio III 2230. Wagner II 28. Corominas III 94. Machado II 1336. St.*]

instrumentum aptum ad terendum, poliendum sim. (GLOSS. *ξίνη. ξινητήριον. ξινίον*): **1** *proprie*: **a** *usu vario*: PLAVT. Men. 85 compediti ... anum (*sc. pedicam*) -a praeterunt. PLIN. nat. 9, 109 *margaritae* conchis ... adhaerescunt nec his evelli queunt nisi -a. 11, 172 *linguae ferarum quarundarum sunt* imbricatae asperitatis ac -ae similis. 13, 40 lignum in pomo ... quibusdam *palmis* osseum, -arum (*Detlefsen*; lym- *M*, limatumque *cett.*) dente contra fascinantes religione politum. 18, 261 Italia aquarias cotes dedit -ae vice imperantes ferro. 28, 148 hircorum sanguini tanta vis est, ut ferramentorum ... scabritia poliatur (tollatur *var. l.*) vehementius quam -a. VEN. FORT. vita Radeg. 26, 62 -a cilicii membra tenera setis asperis dissipante. GREG. M. epist. 4, 30 p. 266, 21 *v.* limatura *sub fine*. **b** *fabri, artificis sim.* (*cf.* VARRO ling. 7, 68 scobinam a scobe; -a enim materia⟨e⟩ fabrilis est. *ad rem cf. Hug, RE XIII 545 sq.*): MAECEN. carm. frg. 2, 4 quos Tunnica -a perpolivit anellos. VITR. 7, 11, 1 aes cyprum -is crassis uti scobis facta. PHAEDR. 4, 8, 5 *vipera* -am *fabri* momordit (*seq. verba -ae tamquam personae*). SEN. epist. 65, 13 sic necessarium est exemplar artifici quomodo scalprum, quomodo -a. SCRIB. LARG. 141 cornum cervinum limatum -a lignaria. PLIN. nat. 33, 126 (*iuxta* coticulis). 33, 140 interradimus alia *argentea*, ut quam plurimum -a perdiderit. 34, 43 *artifex signo perfecto* e reliquiis -ae suam statuam fecit. 34, 83 Theodorus ... ipse se ex aere fudit; ... dextra -am tenet. 37, 109 *topazus gemma* sola nobilium -am sentit, ceterae Naxio et cotibus poliuntur (*inde* ISID. orig. 16, 7, 9. *limantur gemmae ut* 37, 200 -ae probationem. HIER. in Am. 3, 7 sqq. p. 1073^{B} solus adamas non atteritur et nulla -a imminui potest, sed e contrario -am terit). QVINT. inst. 2, 12, 8 detrahere doctrinam aliquid ut -am rudibus et cotes hebetibus. APVL. met. 6, 6, 1 currum, quem ei *Veneri* Vulcanus aurifex subtili fabrica studiose poliverat et ... obtulerat -ae tenuantis detrimento conspicuum. flor. 9 p. 36 (*inter ferramenta, qualibus Hippias usus est*). ARNOB. nat. 6, 14 simulacra ista ... ex incudibus et malleis nata, grosis rasa, descobinata (*trad.*) de -is *eqs.* (*cf.* VVLG. Is. 44, 12 faber ferrarius -a operatus est [*opp. 13* artifex lignarius ... in runcina]. HIER. in Is. 44, 6/20 l. 83 quod ... -a ... formetur deus. l. 114 arte dialectica quasi ... -a et runcina formant deum suum. PRVD. c. Symm. 1, 439 si formam statuae lamnis commisit aenis -a terens). ZENO 1, 15, 2 (1, 25, 3 L.) vana figmenta in quaslibet formas, vultus ... auri argentique detrimento matris -ae moderato (*'fort.* -ae moderante *vel* mordaci *scribendum' Löfstedt*) dente figurata. ENNOD. dict. 10, 6 p. 456, 23 aurum nihil est, nisi ... fulvo pretium metallo -a fabricante iungatur. CAES. AREL. serm. 86, 4 -ae vel mallei auro *serviunt*.

2 *metaphorice*: **a** *limantur scripta*: HOR. ars 291 si non offenderet unum quemque poetarum -ae labor et mora (*293* multa litura. SCHOL.: id est expolitionis et emendationis *eqs.*). OV. trist. 1, 7, 30 ablatum mediis opus est incudibus ..., defuit et scriptis ultima -a meis (*cf.* PLIN. epist. 8, 4, 7 extremam ... -am). Pont. 1, 5, 19 -a mordacius uti (Ps. VARRO sent. 110 quibus scierit facile ignoscendum, id m. -a coaequet). 2, 4, 17 ut ... meus -a rasus liber esset amici, non semel admonitu facta litura tuo est (MART. 10, 2, 3 nota leges quaedam, sed -a rasa recenti). CALP. ecl. 4, 52 vis, hodierna tua subigatur pagina -a? STAT. silv. 2 praef. l. 11 ne quis *lectorum* asperiore -a carmen examinet (*de alienorum operum obtrectatione etiam* APVL. flor. 9 p. 29 meum ... unumquodque dictum acriter examinatis ..., ad -am et lineam certam redigitis. ENNOD. epist. 2, 6, 3 p. 45, 6 scrutator ... quid -a poliret invenit, dum per infabricata verba discurreret [*seq.* tali dente]). 4, 7, 26 nostra Thebais multa cruciata -a. MART. 5, 80, 13 securus erit *meus libellus* ..., quem censoria (*cf. p. 1401, 28*) ... docti -a momorderit Secundi. QVINT. inst. 10, 4, 4 ut opus poliat -a, non exterat (*cf.* PLIN. epist. 5, 10, 3 perfectum opus ... est nec iam splendescit -a, sed atteritur). PLIN. epist. 1, 2, 5 quo magis intendam -am tuam. 1, 8, 3 rogo, ut ... etiam particulas qua soles -a persequaris. AVSON. 299, 16 p. 170 P. correcta magis quam condemnata vocabo, adponet docti quae mihi -a viri. SERV. ecl. 9, 26 carmen nondum ad -am redactum. SIDON. epist. 4, 8, 5 carminis si quid incus metrica produxerit, non minus (*sc. quam argenti*) forti et asprata -a poliri. *fere pro statu limato*: VELL. 2, 9, 3 ut in illis *Graecis* -ae, in hoc *Accio* paene plus videatur fuisse sanguinis. *ambigue* SIDON. epist. 8, 6, 18 Varronem logistoricum ... et Eusebium chronographum misi; quorum si ad te -a pervenerit, ... poteris, postquam arma deterseris, ori quoque tuo loquendi robiginem summovere.

b *limantur varia*: **α** *c. gen. rei, quae limatur*: APVL. met. 8, 8, 5 ad -am consilii desiderium petitoris distulit *Charite*. ENNOD.

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dict. 9, 5 p. 451, 17 magister . . . ingeniorum -a, fabricator sensuum. *β c. gen. rei vel personae, quae limat*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 21, 22 cum asperitas vetus illa paulatim ad elegantioris vitae sermonisque -am perpolita sit. ZENO 1, 13, 8 (1, 3, 16 L.; *de circumcisione spirituali*) *Christus* recte cultellos petrinos fecit . . ., id est sua doctrina formatos, spiritus sancti -a acuminatos constituit viros apostolos *eqs.* PS. HIER. in Rom. prol. -a iustitiae. DAR. Aug. epist. 230, 1 non quo . . . tui me probavisset melior -a iudicii. SIDON. carm. 23, 144 fabro genitore procreatus oris maluit expolire -am *Demosthenes* (epist. 2, 10, 6 poeticum ingenium et o. tui -am . . . studiorum cotibus expolitam quereris obtundi). FAVST. REI. epist. 9 p. 211, 8 dominus ad rubiginem longa securitate contractam salutiferae -am castigationis admovit. RVRIC. epist. 1, 3 p. 356, 18 acies sensuum ignorantiae nubilo quasi crassitate scabrosae rubiginis obsessa nisi assidua doctoris -a purgetur. HERACL. Alc. Avit. epist. 54 p. 83, 24 me sedulo collocutionis vestrae -a componit. ENNOD. carm. 1, 7 praef. 2 p. 524, 6 rubiginosos lingua et sensu hebetes peritiae -a componere (epist. 5, 3, 2 p. 126, 10 dum nulla p. -a comeretur *sermo*). dict. 8, 8 p. 448, 11 studiorum -a (epist. 2, 13, 3 p. 53, 17 ad oris fabricam. 4, 34, 3 p. 122, 7 nos ad hanc fabricam nulla . . . s. -a composuit. 9, 8, 1 p. 233, 19). opusc. 2, 11 p. 291, 4 homines omni artis -a compositos et caminis fabrilibus excoctos. APON. 1 p. 6 *anima* -a martyrii splendescit *eqs.* (*v. p. 1423, 34*). GREG. M. in euang. 38, 7 p. 1286^{D} ferrum animae nostrae nequaquam perducitur ad subtilitatem acuminis, si hoc non eraserit alienae -a pravitatis. *γ alia*: MACR. Sat. 1, 14, 13 annum civilem Caesar habitis ad -am (lunam, limen *var. ll.*) dimensionibus . . . publicavit. RVT. NAM. 1, 605 *Lucilli* vulnificis satyra ludente Camenis nec Turnus potior nec Iuvenalis erit; restituit veterem censoria -a (*cf. p. 1400, 70*) pudorem dumque malos carpit, praecipit esse bonos. MART. CAP. 3, 226 (*Grammaticae velut 'Iatrices' -a describitur*). ENNOD. opusc. 2, 2 p. 288, 4 animus . . . necessitate conclusus profert eloquium sine quacumque -a captivum . . ., ut . . . diligentiam decoris abiuret (*an pro 'sine ornatu'? seq.* dicendi ornamenta *et* picta verba).

locutio adverbialis ad -am *redigere sim.*: APVL. flor. 9 p. 29 SERV. ecl. 9, 26 MACR. Sat. 1, 14, 13.

homoeoprophoron -am et lineam APVL. flor. 9 p. 29.

deriv.: 1. limarius, 1. limo, limula.

līmācius, (-a, -um). *a* 3. limus. *i. q. de limo factus*: TERT. resurr. 49 p. 101, 8 primus, inquit *apostolus*, homo de terra, choicus, id est -us, id est Adam (*carn. 8 l. 29* de terrae limo, *gr. χοϊκός I Cor. 15, 47, ubi Vulg.* terrenus).

limana *v. s.* libanum.

1. līmārius, (-a, -um *vel* -ī *m.*). *a* lima. *i. q. limarum artifex*: CIL XII 4475 faber -us. 4476 -us.

2. līmārius, -a, -um. *a* 3. limus. *i. q. ad limum pertinens*: FRONTIN. aq. 15 *Anio novus* excipitur ex flumine, quod . . . limosum et turbulentum fluit; ideoque . . . interposita est piscina -a, ubi inter amnem et specum . . . liquaretur aqua (*19* piscinis . . ., ubi . . . limum deponunt).

līmātē *v.* 1. limo.

līmātio, -ōnis *f.* *a* **1.** limare. *i. q. actio limandi*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 141 studentium corpora fieri tenuiora -e quadam animi iugium cogitationum atque disputationum.

GLOSS. II 428, 16 *ξυητής* **līmātor.** *a* 1. limare.

līmātulus, -a, -um. *a* 1. limatus *deminutive, cf.* acutulus. *i. q. venuste limatus*: CIC. fam. 7, 33, 2 opus est huc -o et polito tuo iudicio et illis interioribus litteris meis, quibus (*an* quo*?*) saepe verecundiorem me in loquendo facis (*cf. Stroux, Philol. 93, 1938, 408 sqq.*).

līmātūra, -ae *f.* *a* **1.** limare (limatus), *cf.* rasura *sim.* *plur. nonnisi* GLOSS. GLOSS.^{L} I Ansil. PE 842 peripsema: rasura aut -a (*intrad.*) cuicumque rei. GLOSS. III 568, 22 lipidiscalco (*i. λεπίδες χαλκοῦ*) i. -a copri (*cf.* 602, 44). 595, 11 secturas: -as (629, 3).

i. q. scobis (*in serm. medicorum praeter* GREG. M.; *gr. resp. ῥίνημα, ῥινήματα*): PLAC. med. 12, 1 rec. *β* elefanti dentem contritum cum melle, id est -a eboris, maculas . . . tollit. 12, 2 rec. *β* item de -a qui dentes . . . fricaverit. Ps. THEOD. PRISC. add. p. 356, 7 (= PLIN. VAL. 1, 25) aeraminis rubei -ae *unciam unam* (DIOSC. 5, 102 p. 206, 13 *aerugo* fit et de -a eraminis et de lepida [*gr. 5, 79, 2*]). DIOSC. 1, 108 p. 92 b 18 rasura vel -a eius *ebeni* infundunt . . . et terunt (*gr. 1, 98, 2*). 5, 106 p. 209, 12 -a plumbi terunt et lavant (*cf. gr. 5, 81, 2*). CASS. FEL. 32 p. 66, 2 alumen scissum cum -a corali tritum. 72 p. 174, 17 -am cornu cervini (ORIBAS. syn. 3 add. p. 912 sarapiados, botanes, corni c. -a equale *pondus* teris). ORIBAS. eup. 2, 1 L 12 Aa (*cf.* La) p. 486 -a (-ria Ab) eius ligni *i. loti arboris.* syn. 3, 68 aspalto -a. 3, 104 electru id est sucini -a (PHILVM. med. 2 p. 131, 6 s. -ae [*emendavit Kind, BerlPhilWoch. 32, 1912, 148*]). *limantur catenae martyris*: GREG. M. epist. 4, 30 p. 266, 20 dum frequenter ex catenis eisdem (*i. Pauli*) multi . . . benedictionem petunt, ut parum quid ex -a accipiant, assistit sacerdos cum lima.

1. līmātus, -a, -um *v.* 1. limo.

2. līmātus, -a, -um. *a* 1. limus; *cf.* togatus *sim.* *i. q. limo cinctus*: CIL X 3942 (*Capuae*) magister familiae -ae ('*apparitores sunt magistratuum limo cincti, id est qui sint condicionis servilis*' *Mommsen ad l.*). *Balzert.*

1. līmāx, -ācis *m.* (COLVM.), *f.* (PLIN., ISID.). [*nisi subest gr. λείμαξ* (*hoc sensu ap. Hesych. tantum*), *cognatum c. ross.* slimak *sim. Sch.*] *derivatur a voce q. e.* 3. limus: VARRO ling. 7, 64 -x ab limo, quod ibi vivit (*affertur fortasse non recte* PLAVT. Cist. 405, *v. s.* 2. limax). PAVL. FEST. p. 116. ISID. orig. 12, 5, 7 -x: vermis limi, dictus, quod in limo vel de limo nascatur, unde et sordida semper et immunda habetur. NOT. Tir. 109, 61 -x (*60* coclea). [*prov.* limáze *etc.; astur.* limaz; *suffixo mutato: it.* lumaca (*et var. dial.*); *raet. occ.* lumagia *etc.; francog.* limace (*et var. dial.*); *var. francoprov., prov., vasc.* limak; *cat.* llimach; *hisp.* limaza (*et var. dial.*). *cf. M.-L. 5045, 5043. Wartburg V 339 sqq. Battisti-Alessio III 2282. Corominas III 95. St.*]

nomen cochleae (GLOSS. *γυμνοκοχλίας. λεπιδοκοχλίας. sing. collect.* COLVM.): COLVM. 2, 10, 30 ne ante quintam et vicesimam lunam terrae mandetur *vicia*; aliter satae fere -em nocere comperimus (*eadem praecipiunt* PLIN. nat. 18, 228 PALLAD. 2, 6). 10, 324 teneras audent erodere frondes implicitus conchae -x hirsutaque campe. PLIN. nat. 9, 162 quaedam tempore anni gignuntur et in umore ut in terra, vere . . . -es . . .; eodem tempore evanescunt. 18, 156 -es nascuntur in vicia et aliquando e terra cocleae minutae, mirum in modum erodentes eam. 19, 177 innascuntur . . . lactucis et oleri . . . -es et cocleae. 29, 113 -is inter duas orbitas inventae ossiculum . . . adalligatum *est remedium* (30, 139 adalligari iubent et -is lapillum sive ossiculum. VEG. mulom. 1, 62, 2 os -is . . . alligare. MARCELL. med. 1, 41 -i calculum, quem in capite habet, tolle. *cf.* PLIN. nat. 30, 101 -em in pellicula vel IIII -um capita praecisa harundine. PLIN. med. 3, 7, 5 -is cinis aspersus. MARCELL. med. 8, 53 -es complures tere). 32, 5 *echenaidem* -i magnae similem esse. TERT. anim. 10, 6 incedunt quaedam *animalia* . . . spumante reptatu, quod -es. PALLAD. 1, 35, 2 contra culices et -es . . . fuliginem spargimus. POL. SILV. nom. anim. chron. I 544, 2 -x (*inter* nomina insectorum sive reptancium). EVCHERIA anth. 390, 18 (*inter adynata*) -em . . . sibi tructa petat.

***?* 2. līmāx,** *pl.* -ācēs *adi.* [*a* 1. limare. *Sch.*] *fere i. q. atterens, expilans, spolians sim.*: PLAVT. Bacch. 16 -es viri (*explicat* NON. p. 334, 1 quod atterant et consumant, *s. v.* limare *afferens. sunt qui malint ad* 1. limax *referre*; *vocem* viri *pro gen. accipit Ritschl, op. phil. II 324, cf. etiam et Ussing ad loc.*). Cist. 405 non quasi nunc haec sunt hic *meretrices*, -es, lividae (*sic affertur a Varrone, v. s.* 1. limax; *A Plauti* -es aut lividae *habuisse vid.*).

***?* 3. līmāx,** *pl.* -ācēs *adi.* [*ex* 1. limus *et* 2. limax *conflatum. Sch.*] *i. q. e limis oculis proveniens*: FVLG. myth. 2, 1 p. 37, 18 *Paris*, ut ferarum . . . mos est, ad libidinem -es visus intorsit quam virtutem . . . inquisivit (*Mythogr. 3, 11, 23* visus *tantum*).

limbātus, -a, -um. *a* limbus. *i. q. limbo ornatus*: TREB. Claud. 17, 6 (*epist. Gallieni*) chlamydes . . . -as (lym- *P*).

limbellus, -ī *m.* *a* limbus *demin.* *i. q. limbus*: GLOSS. I 307 limbo (*Verg. Aen. 4, 137?*) -o.

limbulārius, -ī *m.* (*an* -a, -um *?*). *a* limbus. *i. qui limbos conficit*: PLAVT. Aul. 519 stant . . . in atriis textores -ii (-buar- *codd. defic. A*; -bol- Non. p. 541, 27), arcularii.

limbus, -ī *m.* [*orig. inc. Sch.*] *scrib.* lemb- VARRO rust. 2, 3, 7 *teste Politiano. est var. l.* PRVD. *l. c.; dub.* GLOSS. V 218, 9 alibi per i inveni ('*per* y *?* e *?*' *ed.*). *legitur inde a* VARRONE (*v. sub 2*), VERG. [*it.* lembo; *raet. centr.* lembo; *francoprov.* limba *etc. cf. M.-L. 5046. Wartburg V 343. Battisti-Alessio III 2199. St.*] [*variat in codd. c.* nimbus VERG. Aen. 2, 616 (*teste Servio*). CLAVD. 17, 118.]

i. q. χράσπεδον (*cf. Schuppe, RE XIII 546 sq.*): **1** *de clavis ad vestimenta* (*genualia* OV., *retia* GRATT.) *pertinentibus* (*cf.* SERV. Aen. 2, 616 est pars vestis extrema, quae instita dicitur. 4, 137 est . . . fascia, quae ambit extremitatem vestium secundum antiquum ritum, ut [*affertur Verg. Aen. 5, 250*]. SCHOL. Stat. Theb. 6, 345 [367] -o: zona seu fascia; -us enim proprie fascia picta dicitur, quae imis assuitur vestibus [*affertur* VERG. Aen. 4, 137]. ISID. orig. 19, 33, 7 -us est, quam nos ornaturam dicimus. GLOSS. *πέζα. κυκλάς. ἡ περὶ τὴν χλανίδα κύκλῳ πορφύρα*): **a** *de margine vestis*: *α usu sollemni*: VERG. Aen. 4, 137 Sidoniam picto chlamydem circumdata -o (OV. met. 2, 734. 5, 51 chl. Tyriam, quam -us obibat aureus. STAT. Theb. 6, 540 Maeonio . . . circumflua -o . . . chl.). OV. met. 6, 127 ultima pars telae *ab Arachne confectae* tenui circumdata -o. 10, 593 poplitibus suberant picto genualia -o. STAT. Ach. 1, 330 picturato cohibens vestigia -o. PRVD. c. Symm. 2, 577 cuius *Veneris* inauratum tremeret gens Persica *apud Carrhas Crassum vincens* -um (nimbum *coni.*). SIDON. epist. 4, 20, 2 viridantia saga -is marginata puniceis *gerunt comites Sigismeris.* carm. 15, 14 tegit extima -i circite palla pedes *Palladis.* GREG. TVR. Franc. 5, 18 p. 221, 20 -um aureis contextum filis in partibus desecasti. CORIPP. Iust. 2, 117 vestis *imperatoris* . . . pretioso candida -o. *β de tota veste -o ornata* (*cf.* NON. p. 541, 25 -us . . . muliebre vestimentum, quod purpuram in imo habet [*affertur Plaut. Aul. 519* limbolarii]. LYD. mag. 2, 4 *ἐν δὲ ταῖς εὐωχίαις Caesares utuntur λιμβοῖς, πορφυροῖ δέ εἰσι τρίβωνες ποδήρεις Μαιανδρίαις γραμμαῖς κτλ.*): TREB. trig. tyr. 14, 4 tunicae et -i et paenulae. 30, 14 *Zenobia* ad contiones galeata processit cum -o purpureo gemmis dependentibus per ultimam fimbriam. HIER. in Matth. 27, 27 ut . . . induant chlamydem coccineam pro rufo -o, quo reges veteres utebantur (*cf.* GLOSS. V 416, 53 pro rufo -o: pro rufa infula).

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *de variis cingulis*: GRATT. 25sq. prima iubent *magistri* tenui nascentem iungere filo -um et quadruplices tormento adstringere -os (*significatur margo retis*). STAT. Theb. 6, 367 *Apollo cantu finito* chelyn lauro . . . subligat et picto discingit pectora -o. AMM. 16, 10, 8 *catafracti equites* -is ferreis cincti (25, 1, 1 loricae -is circumdatae f.).

c *de vittis* (*cf.* SVET. Gloss. V 463, 30 ornamentum capitis): STAT. Ach. 1, 850 *virgines* gemmatis . . . nectunt tempora -is. ARNOB. nat. 2, 41 ut . . . imminuerent frontes -is. CLAVD. DON. Aen. 4, 135 -us regibus deputatur et diis, qui eorum caput candido orbe circumdat. PRVD. psych. 188 a cervice *Superbiae* fluens tenui velamine -us concipit infestas textis turgentibus auras. CLAVD. 17, 118 *Iustitia* frontem -o (nimbo *var. l.*) velata.

2 *per similitudinem de variis zonis*: VARRO Men. 92 mundus domus est . . ., per quam -us pictus bis sex signis . . . altus . . . Lunae bigas acceptat (*cf.* rust. 2, 3, 7 -um duodecim signorum. MART. CAP. 2, 209 *in circulo lacteo* saepta candentia culmenque sectatum -is nivalibus albicabant). PLIN. nat. 37, 174 mesoleucos fit mediam gemmam candido distinguente -o. AVSON. 289, 9 p. 147 P. moenia *Mediolani* . . . in valli formam circumdata -o (labro, Lambro *coni.*). CARM. de Sod. 7 arcum *pluvialem* purpureo et viridi signantem nubila -o. OROS. hist. 1, 2, 1 (*inde* IORD. Get. 4 COSMOGR. 1, 1[a]) orbem totius terrae oceani -o circumsaeptum (CASSIOD. Ios. antiq. 3, 185 qui *o.* utique cuncta suo -o circumdat [*gr. ἐμπεριείληφε tantum*]. *cf.* IORD. *infra*). CASSIOD. Ios. antiq. 3, 226 -um altaris sanguine perfundunt sacerdotes (*gr. τὸν κύκλον. Vulg. lev. 1, 5* circuitum). IORD. Rom. 309 qui . . . Reni in -o castra metassent ([*Oros. hist. 7, 32, 11* ripae . . . insederunt]. *cf.* Get. 82 [*ex Ablabio*] super -um Ponti . . . commanere. 108 inter -um maris et Emi radices). *incorporaliter*: SIDON. epist. 8, 1, 1 epistularum seriem . . . in extimo fine parvi . . . numeri summa protendat, opus videlicet explicitum quodam quasi marginis sui -o coronatura (m. *est gen. inhaerentiae q. d.*). ALC. AVIT. hom. 6 p. 110, 35 triduum . . ., quod inter ascensionis . . . cultum diemque dominicum quasi quodam opportunitatis propriae -o circumpositis sollemnitatibus marginaretur.

deriv.: limbatus, limbellus, limbularius.

līmē *v.* 1. limus. *B.*

***līmen,** -inis *n.* [*formatio genuina in* -men *cadens videtur a radice parum dilucida; an cognatum sit cum vocabulis consonantibus* limes, 1. *et* 4. limus (*q. v.*), *non liquet. Sch.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 116 limis obliquus, id est transversus; unde et -a (*item*: FRONTIN. grom. p. 13, 5 HYG. lim. grom. p. 133, 2 DON. Ter. Eun. 601 ISID. orig. 15, 14, 2 [*cf.* 15, 7, 8]). *de scriptura*: PROB. inst. gramm. IV 118, 39 sunt nomina quae plerosin patiantur, hoc est quae e littera plus scribantur, ut puta -n et leimen (*exempla desunt*). CIL I[2] 2661 (*a. 171 a. Chr.*) lemena (*pro -a accepit editor dubitanter. vix conferas* leminibus INSCR. christ. Diehl 1293 [*s. VII?*]). i *longa* CIL X 4882. *notatur* lim CIL XIII 5336 (*s. V*). *acc. sing.* -mem INSCR. christ. Diehl 2294 adn. NOT. Tir. 59, 56 -n. 100, 57[a] -n. *de notione et differentiis*: NON. p. 336, 4sqq. -n locus stadii dictus (*cit.* VERG. Aen. 5, 316); -n omnis ingressus (*afferuntur* VERG. Aen. 2, 453 VARRO Men. 568); -n non solum quod sub pedibus est dicitur, sed etiam quod superius est ingressu (*affertur* NOVIVS Atell. 49). CHAR. gramm. p. 43, 21 B. *οὐδός*. AGROEC. gramm. VII p. 122, 17 -n aedium est, limes regionum (*item* ISID. diff. 1, 348). SYNON. Cic. p. 414, 31 aditus . . . introitus. vestibulum. -n. p. 422, 18 domus. sedes. penates . . . tectum. -n. parietes domestici. *eqs.* p. 425, 1 foris. ostium . . . -n. cardines. aditus. *eqs.* GLOSS. *οὐδός, πρόθυρον, βατήρ. οὐδὸς καὶ φλιά. θύρα.* ingressus, introitus. ad -a: ad portas. *al.* *legitur inde a* CARM. Arv. (CE 1) 7, PLAVTO, TER., CATONE. [*raet. occ.* im *etc.*, *centr.* lim *etc.*; *norm. (angl.) vet.* lyme; *'finis': langob.* limni; *norm.* lime. *cf. M.-L. 5047. Wartburg V 343. St.*] [*confunditur in codd. c.* lumen *passim (cf. p. 1406, 18. 81, 1408, 54)*, *c.* limes *e. g.* AETNA 167 STAT. Theb. 6, 390 Ach. 2, 34 IVV. 15, 154, *c.* culmen LVCAN. 5, 155 STAT. Theb. 2, 479 CLAVD. 3, 27, moenia VERG. Aen. 11, 235 STAT. Theb. 12, 259, nomen MART. 8 praef., numen *p. 1406, 82. al.* *e coni. dub.* TVRPIL. com. 174.]

CAPVT PRIVS: *notione originaria i. q. οὐδός* (*item* GLOSS.; *plur.* -a *de uno ostio poetarum more potius quam cum respectu et superi et inferi -is usurpatur in poesi passim inde a* LVCIL. 1107 [*iuxta*: fores], *in prosa non nisi* IVST. 19, 3, 11 AVG. civ. 22, 8 p. 578, 14 D. SVLP. SEV. dial. 3, 4, 2. *al.*; *augetur saepe, maxime sub II, accedentibus epith.* ipsum LVCR. 2, 960. 6, 1157 VERG. ecl. 8, 92 Aen. 2, 242. *al.* CVLEX 224 SEN. epist. 22, 16. *al.*, primum VERG. Aen. 2, 469. 2, 485. *al.* OV. rem. 80 fast. 2, 316 SEN. Herc. f. 1133. *al.*): I *corporaliter*: A *strictius respicitur saxum, lignum sim. transversum*: 1 *in ianuis aedificiorum, sc. ad sustinendas fores positum (sive de -e infero sive, sc. rarius, de supero, cf. p. 1404, 2sqq. 9. 79. 1405, 65. inde passim de ipso aditu, ianuis sim., cf. e. g. p. 1409, 17 sqq. 29 sqq.)*: a *profanorum (fere domorum; conclavium e. g. p. 1404, 8. 15 sqq.; oppidorum l. 82 sqq. p. 1404, 33. al.)*: α *varia selecta*: CARM. Arv. (CE 1) 7 Mars, -n sali, sta berber (*interpr. inc.*; *fines agri Romani intellegit Norden, Priesterbücher 161 sqq., sed iure dubitat Latte, Religionsgeschichte 65, 2, an potius de -e domus sit accipiendum; ceterum non desunt, qui aliud vocabulum latere putent*). PLAVT. Bacch. 955 cum portae Phrygiae -n superum scinderetur (VERG. Aen. 2, 242 ipso in -e p. substitit *equus ligneus*. 2, 803 obsessa. 3, 351 Scaeae . . . amplector -a p. 9, 687 PHAEDR. app. 14 [16], 12 LVCAN. 6, 200 VAL. FL. 7, 382. *et saepius*). 987 (*comparantur fata Troiae et Nicobuli*) nunc superum -n scinditur (Merc. 830 -n s. inferumque, salve. NOVIVS Atell. 49 -n s., quod mei . . . confregit caput, inferum autem, ubi ego . . . digitos defregi meos. FEST. p. 306. GLOSS. II 464, 28 *ὑπέρθυρον* supra postes, superius -n, suggrunda. *cf. l. 75 sq. p. 1403, 83*). Persa 571 -a indas ferrea, ferream seram atque anellum. CATO agr. 14, 1 *ad villam aedificandam facienda sunt* -a, postes, iugumenta, asseres *eqs.* LVCIL. 1107 ante fores . . . et triclini -a. LEX par. fac. Put. (CIL I[2] 698) 1, 13 insuper id *ostii lumen* -n robustum long(um) p(edes) VIII . . . imponito. CIC. Caecin. 35 si te . . . non modo -e tectoque aedium tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohibuerint (*cf.* Mil. 75 ut sororem non modo vestibulo privaret, sed omni aditu et -e). har. resp. 2 concidit in curiae paene -e (LIV. 3, 41, 4. 5, 7, 9 *prae gaudio* -e c. *non* continebatur senatus. 45, 44, 20 osculo -n c. contigisse *Prusiam*. VAL. MAX. 2, 2, 1. *al.*). CATVLL. 66, 17 thalami . . . intra -a (OV. epist. 20 [21], 160 met. 10, 456 PETRON. 26, 4 STAT. silv. 1, 2, 142). PVBLIL. Q 33 qui debet, -n creditoris non amat. VARRO rust. 2, 4, 14 *harae* -n inferius altum palmipedale (*cf. l. 3sq.*). 3, 7, 2 intra -a ianuae solet pasci *columbarum genus* (*v. vol. VII 1, 134, 72 sqq.*). VERG. georg. 2, 511 exilio . . . domos et dulcia -a mutant. Aen. 2, 469 vestibulum ante ipsum primoque in -e Pyrrhus exultat (SERV. auct.: videtur v. et -n pro una re dixisse). 2, 508 convolsa . . . -a tectorum (LYGD. 3, 3 ut marmorei prodirem e -e tecti. OV. met. 14, 254 in -e tecti *Circes*. fast. 1, 137 sedens . . . prope -a tecti ianitor. SIL. 6, 73 -a pulsabat tecti. STAT. Theb. 2, 479 t. e -e summo aspectant matres [culmine *var. l.*, limite *codd. rec.*; *vix ad p. 1406, 16*]). HOR. carm. 3, 4, 10 nutricis extra -a. epist. 1, 19, 36 mea cur . . . opuscula lector laudet . . . domi, premat extra -n. OV. met. 2, 814 in adverso venientem -e sedit exclusura *Aglauros* deum (*v. vol. I 867, 82 sq.*). 12, 281 -n tellure revulsum tollit *Lapitha quidam*. VITR. 6, 8, 2 -a . . . et trabes structuris cum sint oneratae. SEN. dial. 5, 23, 5 *Timagenes* tota civitate direptus est: nullum illi -n praeclusa Caesaris domus apstulit. STAT. Theb. 12, 201 nec surda . . . pulsabimus urbis -a (HEGES. 4, 8, 1 p. 255, 18 quos ne -e quidem u. dignos putarunt). MART. 7, 61, 2 *tabernae dilatatae sunt* inque suo nullum -e -n erat (*i. -n non iam est, ubi fuit vel esse debet*); *sed edicto Domitiani* . . . quae fuerat semita, facta via est; . . . (9) tonsor, caupo, cocus, lanius sua -a servant. *et passim.*

β *in superstitione vel religione*: Ⓘ *respicitur omen quod fit in -e transeundo* (*huc fortasse spectat* NOVIVS *supra l. 3*): PLAVT. Cas. 815 sensim super attolle -n pedes, mea nova nupta, sospes iter incipe hoc, ut viro tuo semper sis superstes *eqs.* (*in nuptiis ut*: VARRO frg. Serv. ecl. 8, 29 *sponsas* ideo -n ait non tangere, ne a sacrilegio inchoarent, si depositurae virginitatem calcent rem Vestae, id est numini castissimo, consecratam. CIC. Cluent. 15 nonne timuisse *Sassiam genero nubentem* . . . -n cubiculi? CATVLL. 61, 167 transfer omine cum bono -n . . . pedes. LVCAN. 2, 359 translata vitat contingere -a planta [COMMENT. *ad l.* hoc secundum Romuli morem, ut regiam velut raptae videantur ingressae, aut ne offenderent]. SERV. Aen. 2, 469. *cf. l. 59*). OV. am. 1, 12, 4sq. omina sunt aliquid: . . . cum discedere vellet ad -n digitos restitit icta Nape; missa foras iterum -n transire memento cautius. epist. 13, 86 *cum exires*, pes tuus offenso -e signa dedit. 20 (21), 71 fuit ad coeptas hora sinistra vias; quo pede processi? quo me pede -e movi? (*cf.* PETRON. 30, 6 cum conaremur in triclinium intrare, exclamavit *puer* . . .: 'dextro pede'; . . . trepidavimus, ne contra praeceptum aliquis nostrum -n transiret). SIL. 7, 49 dirum egressis *Fabiis* omen: scelerata minaci stridentis sonitu tremuerunt -a portae. AVG. doctr. christ. 2, 77 (*inter superstitiones*) -n calcare cum ante domum suam transit, . . . redire domum si procedens offenderit. Ⓘ *respiciuntur varia*: VARRO ling. 5, 61 ideo ea (*ignis et aqua*) nuptiis in -e adhibentur. VERG. ecl. 8, 92 *vestes Daphnidis absentis* -e in ipso, terra, tibi mando: debent haec pignora Daphnim (SERV. in loco sacro. *item defodiuntur, subduntur sim.*: OV. fast. 2, 573 tria tura . . . sub -e ponit, *sc. ut hostiles linguae vinciantur*. COLVM. 7, 5, 17 *contra morbum ovium* scrobem defodiamus in -e stabuli et vivam pecudem . . . obruamus. PLIN. nat. 29, 67 *draconis* caput . . . -i ianuarum subditum . . . fortunatam domum facere promittitur. 30, 82 *canis* genitale . . . sub -e ianuae defossum). PROP. 4, 8, 84 *Cynthia lustrans domum* pura -a tergit aqua. OV. fast. 6, 156 *Carna* ter arbutea -a fronde notat, *sc. ut striges pellantur* (*cf.* AVG. civ. 6, 9 p. 263, 28. 29 D. *ad Silvanum arcendum* circuire -a domus et primo -n securi ferire, postea pilo, tertio deverrere scopis). PLIN. nat. 18, 303 rana in -e horrei . . . suspensa, *sc. ad frumentum servandum* (20, 101 scillam in -e . . . ianuae suspensam contra malorum medicamentorum introitum pollere. 29, 83 *vespertilio* pedibus suspensum super -n. Ps. APVL. herb. 12 l. 5 radix super -n aedificii s.). 32, 44 (*contra mala medicamenta*) stella marina . . . adfixa -i superiori (MARCELL. med. 14, 66 *contra uvam dolentem*: super -n stans superiori -i . . . picem capite suo adfigat). 34, 151 praefixisse in -e . . . clavos adversus nocturnas lymphationes. ITALA exod. 12, 7 (Cypr. testim. 2, 15 Aug. loc. hept. 2, 64) *sanguinem agni* ponent super duos postes et super -n in domibus, *ne occidantur primogeniti* (*gr. φλιάν, Vulg.* superliminaribus. *de eadem re*: 12, 22 [Aug. loc. hept. 2, 65] tinguetis ex sanguine qui est iuxta ostium et linieitis super -n [*gr. ut supra*, VVLG. tinguite sanguine qui est in -e et aspergite ex eo superliminare]. LACT. inst. 4, 26, 37. *cf. p. 1406, 75*). MARCELL. med. 2, 4 emicranum . . . curant vermes . . . in -e cum terra

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de -e . . . triti. 4, 27 qui sumit *medicamentum*, supra -n adsistat (*cf.* 23, 35 in -e stans . . . bibito [25, 35 Ps. Apvl. herb. 92 l. 19 Ps. Theod. Prisc. add. p. 324, 5. *addas p. 1404, 76*]). Ps. Apvl. herb. 7 l. 4 lavato eum *qui incantatus est* . . . ante -n extra domum.

γ in re amatoria (*sc. respicitur domus amicae vel amici*): Catvll. 32, 5 ne quis -is obseret tabellam. 63, 65 mihi ianuae frequentes, mihi -a tepida, mihi floridis corollis redimita domus erat (Prop. 1, 16, 22 turpis . . . in t. -e somnus erit?). Lvcr. 4, 1177 exclusus amator -a saepe floribus et sertis operit (*cf.* Ov. ars 3, 72 sparsa . . . -a . . . rosa). Hor. epod. 11, 22 heu -a dura, quibus lumbos et infregi latus (Tib. 2, 6, 47 dominae dulces a -e d. agnosco voces. Ov. rem. 508 nec latus in d. -e pone tuum [met. 14, 709]. 677. fast. 5, 339 ebrius ad d. formosae -n amicae cantat. *cf.* am. 1, 6, 73 crudeles rigido cum -e postes duraque conservae ligna, valete, fores. 1, 9, 19 durae -n amicae obsidet). carm. 1, 25, 4 amat . . . ianua -n, quae prius multum facilis movebat cardines. 3, 10, 19 non hoc semper erit -is aut aquae caelestis patiens latus. Tib. 1, 2, 17 *Venus* favet, seu quis iuvenis nova -a temptat, seu reserat fixo dente puella fores. 1, 5, 71 non frustra . . . in -e perstat. 2, 1, 74 *Cupido* dicere iussit -n ad iratae verba pudenda senem. 2, 6, 13. Prop. 1, 13, 34 quoniam semel es periturus amore, utere: non alio -e dignus eras. 3, 24, 29 (25, 9) -a iam nostris valeant lacrimantia verbis. *al.*

δ in clientela sim. (*sc. respicitur domus patroni vel viri cuiuslibet potentis*): Hor. epod. 2, 8 forum . . . vitat et superba civium potentiorum -a (Colvm. 1 praef. 9 salutatoris . . . circumvolantis -a p. Mart. 12, 18, 4 dum per -a te p. sudatrix toga ventilat. Clavd. 21, 43 nullis haerere potentum -bus). Manil. 5, 65 -a pervolitans, unumque per omnia verbum mane salutandi portans (*inde*: Firm. math. 8, 6, 2 per omnium -a matutinis semper salutationibus pervolabunt. *cf. l. 24 et* Sen. dial. 10, 14, 3 cum omnium -a cotidie perambulaverint . . ., *cum* salutationem circumtulerint). Sen. contr. 2, 1, 1 ⟨ab⟩ ambitiosa turba clientium -a deserta. Sen. benef. 6, 34, 1 magno aestimare introitum ac tactum sui -is. dial. 9, 12, 6 cum multorum frustra -bus inlisus nomenclatores persalutavit. epist. 4, 10 superbis adsidere -bus (*cf.* Hor. *supra*). 19, 4 migrabit ad aliud -n salutator. 47, 9 stare ante -n Callisti dominum suum vidi. 84, 12 intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium -a? Pers. 1, 109 videsis, ne maiorum tibi forte -a frigescant. Mart. 8, 44, 4 omne -n conteris salutator (*cf.* 10, 10, 2 cum . . . mane salutator -a mille teras [*sim.* 12, 29 (26), 1]). 10, 58, 12 nocte dieque frequentat -a. Ivv. 1, 96 sportula primo -e parva sedet turbae rapienda togatae. 1, 100 vexant -n. 3, 124 -e summoveor.

b *sacrorum et sepulcralium* (*exempla selecta*): Caes. civ. 3, 105, 3 simulacrum Victoriae . . . ad valvas se templi -nque convertisse (Ov. fast. 6, 481 quare famulas a -e t. arceat *Mater Matuta*. Lvcan. 5, 155 Sil. 1, 617. *al.*). Verg. Aen. 1, 448 aerea cui *templo Iunonis* gradibus surgebant -a (*cf. Hom. η 89 ἐν χαλκέῳ . . . οὐδῷ*. Liv. 10, 23, 12 aenea in Capitolio -a. Plin. nat. 34, 13 prisci -a . . . ac valvas in templis ex aere factitavere). 2, 366 per . . . domos et religiosa deorum -a. 4, 202 variis florentia -a sertis (*cf.* Ciris 98 sparsa . . . -bus floret rosa). Hor. sat. 1, 5, 99 flamma sine tura liquescere -e sacro (Sen. Herc. f. 617 Lvcan. 2, 31 Stat. Theb. 9, 637. *cf.* Tib. 1, 2, 84 [86] sacratis). Prop. 4, 9, 27 devia puniceae velabant -a vittae. CIL V 3257 (*a. 1 a. Chr.*) valvas, -n de sua pecunia Laribus dant. Phaedr. 3 prol. 16 (*in imagine*) intrare si Musarum -n cogitas (*1* Phaedri libellos legere si desideras). Lvcan. 1, 62 pax . . . ferrea belligeri conpescat -a Iani. Stat. Theb. 8, 200 Didymaea. silv. 1, 2, 177 Cybeleia. Tac. hist. 5, 8, 1 ad fores tantum Iudaeo aditus, -e praeter sacerdotes arcebantur (*de templo Salomonis ut* Ivvenc. 3, 642 primo sub -e templi. Hier. in Ezech. 12, 5 p. 470 -n . . . portae. Vvlg. Ezech. 9, 3 ad -n domus [*Tert. adv. Iud. 11, 7* subdival]. *et saepius*). Tert. pudic. 1 p. 222, 6 digamos foris (*i. extra ecclesiam*) sistimus; eundem limitem -is moechis . . . et fornicatoribus figimus. 4 p. 226, 1 reliquas . . . libidinum furias . . . non modo -e, verum omni ecclesiae tecto submovemus (Novatian. Cypr. epist. 30, 6 p. 554, 17 adeant ad -n e., sed non utique transiliant. Cypr. epist. 57, 3 p. 652, 13. 59, 16 p. 686, 4 nec audent . . . ad e. -n accedere, sed foris . . . pererrant. *al.*). Itala Is. 6, 4 (Ps. Vigil. Thaps. trin. 12, 117) levatum est -n *templi* (*gr. ὑπέρθυρον, Vulg.* superliminaria). Prvd. perist. 2, 520 apostolorum et martyrum exosculantur -a (Sidon. epist. 1, 5, 9 triumphalibus a. -bus affusus . . . sensi . . . explosum esse languorem. Ennod. epist. 9, 25, 3 p. 247, 17 a. -bus . . . subplicare. opusc. 2, 89 p. 315, 3. *al.*). Clavd. carm. min. 50, 1 per cineres Pauli, per cani -a Petri *obtestor*. CE 1111, 1 tu quicumque mei veheris prope -a busti. CIL VI 576 extra hoc -n aliquid de sacro Silvani efferre fas non est. *et saepe. respicitur sedes pontificis* (*aliter l. 66*): Greg. M. epist. 1, 33 p. 47, 15 apostolorum -bus praesentare meque consiliario utere (4, 41 p. 277, 15 Petri apostolorum principis -bus nos praesentate. 9, 235 p. 231, 7. 11, 25 p. 286, 33). 5, 35 p. 316, 4 ad . . . Petri . . . -a non venistis. 9, 150 p. 151, 15 *ut* ad apostolorum -a properare festinet sciturus, quod a nobis cum omni suscipiatur affectu. *al.*

c *in allegoriis Christianorum*: Ivvenc. 2, 720 (*ad Matth. 12, 44*) *daemon* repetit suetae sitiens habitacula mentis; at si . . . corda . . . ornatuque levi ridentia -a cernit *eqs.* Prvd. ham. 491 *lapis i. Christus* continet . . . saxorum seriem constructaque -a firmat. perist. 10, 351 (*346* aedem sibi ipse *deus* mente in hominis condidit) illic sacerdos stat sacrato in -e foresque primas virgo custodit Fides. Greg. M. epist. 8, 31 p. 32, 28 quisquis . . . in huius *caritatis* cardinem mentem figit, eum de supernae patriae habitaculo cuiuslibet adversitatis impulsio non evellit, quoniam, quocumque se verterit, a mandatorum -e non excedit.

2 *in stadio vel circo*: Verg. Aen. 5, 316 signo . . . corripiunt spatia audito -nque relinquunt *cursores* (Non. *p. 1403, 48*. Serv. aut regulam aut signum de creta factum. *item significatur campi percurrendi initium*: Stat. Theb. 6, 593 ut ruit atque aequum submisit regula -n, corripuere . . . spatium *cursores*). Sil. 16, 316 fores oculis et -a servat equorum *vulgus* (*respiciuntur ostia carcerum ut*: Stat. Theb. 6, 390 iam . . . locus ouique est et -is ordo; . . . *viri et equi* stant uno margine clausi. 6, 426 *Arion equus* a -e discors). Stat. Theb. 6, 615 iam finem iuxta, dum -a victor Parthenopaeus *cursor* init.

3 *in fundamento saepis cuiusdam*: Plin. nat. 17, 101 *agricola* casam saepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, -n subdidit ex hedera.

? 4 in fenestris (*si recte trad.*; Stat. Theb. 2, 479 *p. 1404, 25 non huc pertinere docuit Håkanson, Statius' Thebaid 14sq.; sunt qui huc trahant* Vitr. 6, 6, 7 -a *pro* lumina *conicientes*): Paneg. 11, 11, 3 omnibus . . . aut per fores in publicum proruentibus aut per superiora aedium -a (lum- *Livineius haud inepte*) imminentibus.

B *laxius per comparationem respiciuntur aditus sive partes anteriores*: **1** *habitaculorum -bus positis carentium* (*sc. animantium; venti l. 33; sedes inferorum superorumve v. sub 3*): **a** *variorum*: Varro Men. 568 cum volucris venit . . . usque ad -a nidica (nitida *var. l.; temptaverunt alii alia; interpretatus est* Non. *p. 1403, 49*). Verg. georg. 4, 188 mussant . . . oras et -a circum *apes* (4, 257 ad -a pendent. Sil. 2, 221 glomerant ad -a murmur). **b** *antrorum*: Verg. Aen. 3, 616 dum trepidi crudelia -a linquunt *Cyclopis* (3, 626 *cum* sanie . . . adspersa natarent -a). 6, 45 *Sibyllae* (6, 115. 151. *an ad A?*). 8, 232 saxea temptat -a *Caci*. Ov. met. 11, 609 custos in -e nullus *antri Somni* (Stat. Theb. 10, 89 -n . . . Quies et . . . Oblivio servant). fast. 2, 316 antra subit *Omphale* . . .; garrulus in primo -e rivus erat. Aetna 167 ubi, quod teneat ventos acuatque morantes, in vacuo defit, cessant . . . et in ipso -e tardant. Stat. Ach. 1, 119 in -e primo (*Chironis ut* 1, 171). Tert. pall. 3, 2 *serpens* pariter . . . specum ingrediens et cute egrediens ab ipso statim -e erasus exuviis ibidem relictis novus explicat. Clavd. 22, 441 illius *matris annorum* ut magno Sol -e constitit antri.

2 *regionum, locorum variarumque rerum corporearum* (*v. etiam 3*): **a** *in terra, mari, urbe*: **α** *varia*: Lvcr. 5, 485 extrema ad -a *terrae* (*loco nondum sanato*). Verg. Aen. 7, 598 (*in imag.*) mihi, *i. Latino*, parta quies omnisque in -e portus funere felici spolior. 10, 355 certatur -e in ipso Ausoniae (Serv.: id est litore. Clavd. Don.: bene dixit -n provinciae finem maris et initium terrae. *cf.* Macr. Sat. 3, 1, 2 ut . . . in ipso Italiae -e . . . possit *Aeneas* . . . invocare *Iovem*). Manil. 5, 632 piscibus exortis cum pars vicesima prima signabit terrae -n (Paneg. 6, 7, 1 ad intimum terrarum -n accessit. Prisc. periheg. 993 litora pars habitant, mediae pars -a t.). Val. Fl. 6, 354 veluti . . . sese ipsius Aeoliae frangunt in -e venti. Stat. silv. 4, 3, 97 *pontis* ianua prosperumque -n arcus. Mart. 3, 5, 5 *Iulium* primae quaeres in -e Tectae *viae*. Min. Fel. 3, 3 cum in ipso aequoris -e plantas tingueremus. Sol. 31, 1 Libyae finis . . . et Aegyptium -n. Ivst. 14, 3, 9 *quod milites* redeuntes domum . . . revocaverit et . . . ab ipso -e patriae abductos . . . deceperit (Arator act. 2, 681). Clavd. 8, 129 Hesperio de -e *i. Hispania* surgit origo *Honorii*. 22, 302 quaecumque profana pagina de primo venisset -e Phoebi (*i. ex oriente; opp.* '*Italia*'). Mart. Cap. 6, 627 Europae . . . principium inchoamentique -n Hispaniae contributum.

β fretum, fauces: Plin. nat. 3, 4 *in freto Gaditano vada* carinas territant; qua de causa -n interni maris multi eum locum appellavere ([*inde* Sol. 23, 14 -n interni aequoris]. *de eodem*: Flor. epit. 3, 6, 9 qua primum m. nostri -n aperitur [*inde* Isid. orig. 13, 15, 2 ubi primum ab Oceano m. magni -n aperitur]). Stat. Theb. 8, 290 Caspia -a (*cf.* silv. 4, 4, 64 metuenda . . . portae -a Caspiacae).

b *in libris* (*sc. de eorum primis partibus, nisi initium narrationis intellegere ideoque ad II trahere malis*): Stat. silv. 3 praef. primum -n eius *libri* Hercules Surrentinus aperit. Mart. 8 praef. in ipso libelli huius -e profiteri. Tert. ieiun. 8 p. 283, 24 in -e euangelii Anna . . . ieiuniorum quoque testimonio augetur. monog. 8, 1 statim quasi in -e duo nobis *euangelium legentibus* antistites Christianae sanctitatis occurrunt (*i. Zacharias et Iohannes*). Avg. in psalm. 76, 1 psalmi huius -n ita inscribitur.

c *in corpore hominum*: Itala psalm. 140, 3 (cod. 136 Cas.) constitue . . . munitionem super -n labiorum meorum (*gr. περὶ τὰ χείλη tantum*). Lact. inst. 4, 26, 39 frons . . . summum -n est hominis et lignum sanguine delibutum crucis significatio est (*interpretatione allegorica -is agnino sanguine signati [exod. 12, 7] ut*: Gavdent. serm. 3, 11 G. agni . . . sanguinem . . . in -bus habentes nostrarum frontium . . . protegimur [6, 17]). Avson. 359, 12 p. 216 P. (*de cunno, sc. versu Vergiliano p. 1407, 38 in obscenum deflexo*).

3 *usu ambiguo respiciuntur tam habitacula quam regiones*: **a** *caeli* (*praeter locos infra allatos, quos non omnes suspicione prorsus carere fatemur, huc trahi possint coniecturae dubiae pro* lum- Catvll. 66, 1 -a mundi. Manil. 1, 583 -a solis, *nec non pro* numine Catvll. 66, 7 caelesti -e. 66, 59 in -e caeli): **α** *varia exempla*: Acc. trag. 531 in quos *Lemni insulae* delatus *Volcanus* locos dicitur alto ab -e (lum-

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

trad.) caeli (Ov. trist. 5, 11, 25 ut adhuc c. tibi *Caesari* -a claudant *dei*. Manil. 4, 868 quid . . . prodest . . . scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat . . . prohibetque a -e c. Clavd. 24, 287 primi sub -e c. . . . Luna [*cf. l. 18*]. Hil. gen. 154 via, quae ducit castos ad -a c. CE 705, 10 [*s. V*] *episcopus mortuus* ovans penetravit -a c. *v. etiam p. 1406, 83*). Cic. Arat. 240 e quibus *orbibus caelestibus* annorum volitantia -a (lum- *trad.*) nosces, quae densis distincta licebit cernere signis (*sc. loca, quibus anni temporum vices signantur*). Verg. ecl. 5, 56 insuetum miratur -n Olympi sub pedibusque videt nubes et sidera Daphnis (Clavd. 15, 18 ad rapidi -n tendebat O. *Roma dea*). Aen. 10, 117 solio . . . Iuppiter aureo surgit, caelicolae medium quem ad -a ducunt. Val. Fl. 5, 695 surgitur in somnos seque ad sua -a flectunt *dei*. 8, 334 crebra ruina poli caelestia -a laxat (*sc. vehementibus imbribus*). Sil. 2, 479 *Hercules in caelo* ad -a sanctae contendit Fidei. Tert. scorp. 10 p. 167, 22 scito . . . introitum *in caelum* . . . reseratum viribus Christi, nec ullam moram aut quaestionem in -e Christianis occursuram. Ps. Damas. epigr. 72, 7 siderei . . . -a regni (*iuxta* claustra poli. lum- *trad.*). Clavd. 7, 164 *Theodosius in caelum ascendens* ingreditur . . . globum Lunae -nque relinquit Arcados (*i. Mercurii stellae. cf. l. 4*). rapt. Pros. 1, 90 commune profundis et superis numen *i. Mercurius*, qui fas per -n utrumque solus habes. Pavl. Nol. carm. 14, 114 illum *sanctum Felicem* superi sacra gloria -is ambit (*cf.* Rvst. Help. benef. 136 quae *gratia* . . . superas . . . fores et -a pandit ad mundi potioris iter regnumque perenne caelestis patriae). Mart. Cap. 1, 29 reserato stellantis poli -e sol repente clarus emicuit (*cf.* 2, 122 [vers.] stellata poli conspice -a). Carm. de resurr. 44 qui *deus* totum in libra posuit sub -e mundum (-e *sc. caeli Waszink dubitanter ad loc.*). β *aurorae, solis*: Catvll. 64, 271 aurora exoriente vagi sub -a solis (*cf. p. 1406, 82. 1408, 56*). Sen. Thy. 818 *sole cursum invertente* stupet *Aurora* . . . perversa sui -a regni. Sil. 5, 26 nec se thalamis Tithonia coniunx protulerat stabatque nitens in -e primo. 16, 229 iam . . . novum terris pariebat -e primo egrediens aurora diem. Lact. Phoen. 43 ubi sol pepulit fulgentis -a portae. Clavd. carm. min. 27, 4 umida roranti resonant cum -a curru *solis*.

b *Orci*: Verg. Aen. 6, 279 (*273* vestibulum ante ipsum primisque in faucibus Orci Luctus et ultrices posuere cubilia Curae) tum . . . Sopor . . . mortiferumque adverso in -e Bellum. 6, 402 casta licet patrui servet Proserpina -n (Stat. Theb. 4, 429 ubi -a p. effugit *Hecate-Diana*). 6, 563 nulli fas casto sceleratum insistere -n. 6, 575 cernis custodia qualis vestibulo sedeat, facies quae -a servet? 6, 636 occupat Aeneas aditum sedis *Ditis et Proserpinae* . . . ramumque adverso in -e figit. 6, 696 (*Aeneas ad patrem*) tua tristis imago . . . haec -a tendere adegit. Cvlex 217 flagrantia . . . -a. Ov. met. 4, 450 (*Iuno intrat Orcum*) sacro . . . a corpore pressum ingemuit -n. Germ. frg. 4, 13 Leo . . . repellit instantis morbos et Ditis -a cludit (Sen. Herc. O. 1921 an . . . Styx . . . praeclusit iter teque (*i. Herculem*) in primo -e D. fata morantur? Tro. 723 perfracto -e D.). Sen. Herc. f. 47 *Hercules* effregit . . . -n inferni Iovis. 719 hic vasto specu pendent tyranni -a, hoc umbris iter, haec porta regni. Tro. 403 -n . . . obsidens custos non facili Cerberus ostio (*cf.* Stat. Theb. 2, 26 caeco recubans in -e . . . Cerberus. Apvl. met. 6, 19, 3 ante ipsum -n et atra atria Proserpinae . . . excubans *canis*). Val. Fl. 1, 848 Sil. 13, 539. 578 ante aulam atque aditus et inexorabile -n. Stat. Theb. 1, 96 *Tisiphone* Taenariae -n petit inremeabile portae. 8, 56 cum custode remoto ferrea Cerbereae tacuerunt -a portae. 12, 558 Stygiae . . . a -e portae . . . submovet *umbras*. silv. 2, 1, 228 ades huc emissus ab atro -e . . . Glaucia (Prvd. cath. 9, 75). 2, 7, 122. 4, 6, 104 penetrata . . . spoliataque -a mortis (*sc. ab Hercule. aliter l. 68 sqq.*). Apvl. met. 6, 18, 2 inibi (*in Taenaro*) spiraculum Ditis et per portas hiantes monstratur iter invium, cui -e transmeato simul commiseris, iam . . . perges ad ipsam Orci regiam. 11, 23, 7 accessi confinium mortis et calcato Proserpinae -e *eqs.* (Inscr. christ. Diehl 4797, 8 [*variatur* Verg. Aen. *l. 37*] servem P. -n). Arnob. nat. 5, 28 inferorum. Clavd. 3, 27 *Allecto* infernas ad -a taetra sorores . . . vocat. *al.*

II *incorporaliter* (*sc. imagine loci ubique fere servata. exempla pertinent passim ad actionem intrantis, ita ut haud raro idque maxime sub B subluceat color secundarius initii, exordii sim. [opp.* exitus *p. 1408, 28]; in actione exeundi p. 1408, 6. ceterum cf. p. 1405, 52. 79. 1406, 40. 64*): **A** *-n vitae mortisve*: **1** *accedente gen.* (*huc fortasse etiam* Val. Fl. *sub 2*): Catvll. 68, 4 ut . . . a mortis -e restituam *amicum* (Plin. nat. 7, 143 a -e ipso m. revocatus. Sil. 5, 423 m. . . . in -e cruda facta virum. 14, 444. Epigr. Bob. 28, 1 -a m. inibat. Ivvenc. 2, 343 puero . . . in luminis oras -e de m. subitam remeasse salutem. *al.*). Lvcr. 2, 960 leti iam -e ab ipso ad vitam . . . reverti (6, 1157 languebat corpus l. iam -e in ipso. 6, 1208 metuentes -a l. Cvlex 224 cum te restitui superis l. iam -e ab ipso). 3, 681 cum gignimur et vitae cum -n inimus (Sen. Herc. f. 1133 quas *umbras* in primo -e v. scelus oppressit. Lvcan. 2, 106 primo in -e v. infantis . . . rumpere fata. Stat. Theb. 5, 535 vix prima ad -a v. . . . iaces, *Archemore. al.* Ivvenc. 4, 27 si venient . . . sub -a v. [*Vulg. Matth. 22, 28* in resurrectione]. *al. cf. p. 1408, 9*). Sen. epist. 22, 16 quid est turpius quam in ipso -e securitatis, *sc. quam moriendo assequimur*, esse sollicitum? Sil. 13, 548 infantum . . . gregibus . . . turbaeque in -e lucis . . . extinctae (Apvl. met. 11, 21, 7 transactis vitae temporibus iam in ipso finitae l. -e constitutos. Ivvenc. 2, 652 l. . . . ad -a tendit [*Vulg. Ioh. 5, 24* transit . . . in vitam]. 3, 314 certos istic sub -e l. inveniam [*Vulg. Matth. 16, 28* quidam . . . non gustabunt mortem]. Prvd. cath. 12, 126 quos *infantes* l. ipso in -e . . . sustulit *Herodes*. Clavd. 22, 64 vitae . . . et l. in -e). Stat. silv. 5, 3, 72 mihi -e primo fatorum et viridi, genitor, ceu raptus ab aevo tartara dura subis. Firm. math. 8, 6, 12 nati in ipso momento vitae moriuntur, aut in ipso nascendi -e constituti . . . strangulantur. *per imaginem exeuntis de fine vitae* (*ut l. 11. cf. p. 1407, 82. 84*): Rvfin. hist. 5, 1, 60 qui iam vitae huius -n excesserant. **2** *sine gen.*: Verg. Aen. 6, 427 infantum . . . animae flentes, in -e primo quos dulcis vitae exsortis . . . abstulit atra dies (*nisi* vitae *simul a* -e *pendet*). Val. Fl. 1, 823 primo . . . rudem sub -e rerum te (*i. Aesonis filiolum*) . . . diripiunt. Stat. Theb. 8, 490 inopino -e (*P*, limite *ceteri nec non* Schol. *ut videtur*) vita exsiluit. Carm. de resurr. 75 Eva . . . patefecit -a leto. CE 1069, 2 immatura tui properantur tempora fati primaque praecipiti -e vita ruit. 1385 (*a. 565*) -e quem primo sustulit atra dies.

B *variarum rerum*: **1** *sine gen.*: Verg. Aen. 11, 423 cur indecores in -e primo deficimus, cur ante tubam tremor occupat artus? Ov. rem. 80 dum licet, . . . in primo -e siste pedem: opprime, dum nova sunt, . . . semina morbi *i. amoris*. Sen. epist. 49, 6 nec ego nego prospicienda ista *sc. scripta leviora*, sed prospicienda tantum et a -e salutanda . . ., ne verba nobis dentur *eqs.* Val. Fl. 3, 679 vos, quibus et virtus et spes in -e primo (*opp. Hercules* parta iam laude tumens). Stat. silv. 5, 2, 86 mortalia quisquis *deus* pectora sero videt nec primo in -e sistit conatus scelerum. Qvint. inst. 2, 11, 1 nobis incohanda est . . . pars *quaedam* artis . . .; quamquam video quosdam in ipso statim -e obstaturos mihi. Tert. adv. Val. 3 p. 180, 4 a manifesto ad occultum retorquere de -e fidem offendere est. **2** *accedente gen.* (*adi. pro gen.* Stat.): Cvrt. 6, 3, 16 in ipso -e victoriae stamus. 9, 2, 26 non in -e operum laborumque nostrorum, sed in exitu stamus. Stat. silv. 4, 2, 61 saepe annua pandas, *Domitiane*, -a (*item de initiis temporum*: Epigr. Bob. 9, 5 tres orbes, Saturne, tuos *i. nonaginta annos* . . . vixi; nunc quarti postquam tua -a inivimus orbis, concidimus. Sedvl. carm. pasch. 2, 41 decimi de -e mensis fulgebat sacrata dies [*sed op. pasch. 2, 4* decimi lumen . . . radiabat]. CE 1161, 2 *anni* secundi -bus rapuit me sibi Persephone). 5, 2, 173 ingens reserat tibi -n honorum Caesar. Tac. ann. 3, 74, 3 nec, ut mos fuerat, acta aestate retrahit copias . . ., sed ut in -e belli dispositis castellis . . . Tacfarinatem proturbat (Paneg. 2, 37, 2 quod eam (*i. Emonam*) tyrannus Alpibus obiacentem tamquam b. -n attriverat). Papin. frg. Vat. 12 in ipso contractus -e (Cod. Iust. 8, 44, 24 pr. [*a. 294*]). Cod. Iust. 2, 56 (57), 1, 3 (*a. 294*) in ipso litis -e (*cf. 2* in ipso litis exordio). Lact. inst. 6, 3, 6 cum primae adulescentiae -n adtigerit (*cf.* Firm. math. 3, 2, 14 cum fuerint -n senectutis ingressi [5, 1, 17. 25. 8, 29, 3]. CIL VIII 21564 in ipso -e iuventutis). Firm. math. 6, 40, 3 qui primis caerimoniis initiati ad ipsum secretorum -n accessimus . . . reliqua debemus audire. Symm. epist. 7, 43 quae *scripta* . . . primum apud te notitiae -n aperirent. rel. 19, 2 in ipso -e quaestionis (Ferrand. epist. 3, 6 vide . . . quam latenter alterius q. -n intravimus, ipsa veritate ianuas reserante). Hier. adv. Pelag. 2, 19 p. 556^{D} scientiae -n intrare. Mart. Cap. 6, 576 quae *Satura* totam fabellam ab inchoamentorum motu -eque susceperit (*cf. p. 1406, 56*). 8, 814 auscultare physicis in ipso astruendi -e. Cassiod. var. 9, 9, 3 ut primordia nostra a praestitis inchoarent clementissimumque dominum in ipso regni -e sentiretis. *? singulariter de initio lucendi* (*sc. locutionibus, quae p. 1407, 27 allata sunt, ad tempus translatis*): Verg. Aen. 6, 255 ecce . . . primi sub -a (*FM*; lum- *PR, Serv. ad l., Claud. Don. ad l., Char. gramm. p. 307, 8 B.; utramque lectionem exhibent codd.* Probae centonis 160) solis et ortus sub pedibus mugire solum (-a *praetulerunt Norden ad l. eumque secuti edd. plerique; sed cave ne grammatici* lum- *testantes confirmentur loco gemino 8, 69* aetherii . . . orientia solis lumina).

appendix locutionum: **1** *-n intrare, egredi, petere sim.* (*iuncturae selectae*): Plavt. Men. 416 si intrassis intra -n (Afran. com. 5 *transitive ut*: Varro Men. 176 Cic. Phil. 2, 45. 68 Nep. Dion 9, 4 Ov. met. 7, 331. *et saepius*. sub limem: Inscr. christ. Diehl 2294 adn.). Ter. Hec. 378 ut -n exirem (Clavd. Don. Aen. 2, 670 p. 238, 23. ex . . . -e: Cic. top. 37. -e: Ov. met. 5, 43). Cic. Cael. 34 pedem -e extulerat (Svlp. Sev. dial. 3, 6, 2 extra . . . -n. *cf.* Ov. ars 3, 418 ultra -a ferte pedes. Ivv. 10, 29 de -e moverat unum protuleratque pedem). top. 37 cum redierint . . . ad . . . -n (Tib. 2, 6, 13. per -n: Stat. silv. 1,2, 34). Lvcr. 3, 681 -n inimus (Stat. Theb. 6, 615 Epigr. Bob. 9,5 Avson. 22, 1 p. 424 P. *cf.* Verg. Aen. 8, 362 subiit [Sil. 7, 174 Ivv. 14, 220 Avson. 157, 37 p. 15 P.]). 3, 1065 tetigit . . . -a villae (Verg. georg. 4, 358 Ov. epist. 6, 24. 20 [21], 165 trist. 1, 3, 55 Petron. 88, 8. *al.*; *cf.* Ov. Pont. 4, 5, 16 ut -n contigeritis [Ivvenc. 4, 353 Inscr. christ. Diehl 1825, 12]. Lact. inst. 6, 3, 6 cum -n adtigerit [Prvd. perist. 10, 105 Svlp. Sev. dial. 3, 14, 1. 6]). Varro rust. 1, 56 venio . . . ad -n (Verg. Aen. 6, 45. 8, 145 Ov. met. 14, 702 Stat. silv. 1, 2, 233. *al.* iuxta . . . -a: Stat. Theb. 12, 259. sub -a: Ivvenc. 4, 27). Verg. georg. 2, 504 penetrant . . . -a (Stat. Theb. 6, 38 silv. 4, 6, 104 Clavd. carm. min. 30, 131 CE 705, 10. in -a: Ivvenc. 4, 223). 3, 317 superant (Plin. paneg. 47, 5 Rvt. Nam. 1, 44). Aen. 2, 321 ad -a tendit (Ciris 216 Ivvenc. 2, 652 Clavd. 15, 18. -a: Verg. Aen. 6, 696). 2, 752 -a . . . repeto (Stat. Ach. 1, 842. *cf.* Lavs Pis. 82 -a . . . pete [Stat. Theb. 1, 96. 3, 688. 11, 756 Mart. 11, 47, 4. 12, 3, 7]). 3, 616 -a linquunt (Prop. 4, 9, 54 Ov. met. 13, 628 Stat. Theb. 11, 352 Clavd. rapt. Pros. 3, 202.

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cf. PETRON. 123 vers. 228 relinquit [TAC. ann. 13, 19, 1]). 4, 645 inrumpit -a (PANEG. 12, 19, 3 PRVD. perist. 10, 74. per ... -a: PLIN. paneg. 49, 1). 6, 115 *ut* -a adirem (OV. epist. 20, 176 met. 3, 274 trist. 3, 5, 8. 5, 4, 34 LAVS Pis. 110 SIL. 3, 4 STAT. Theb. 8, 200 DRAC. laud. dei 2, 537. ad -n: NOVATIAN. Cypr. epist. 30, 6). OV. am. 1, 12, 5 -n transire (SEN. dial. 2, 14, 2 epist. 68, 5 PETRON. 30, 6. per ... -n: SEN. dial. 2, 15, 5). SEN. contr. 10, 4, 7 ad ... -n accedes (CYPR. epist. 59, 16 PANEG. 6, 7, 1 FIRM. math. 6, 40, 3. *transitive*: COD. Theod. 9, 16, 1 = Iust. 9, 18, 3 pr.). PHAEDR. app. 3, 6 -n excedens (RVFIN. hist. 5, 1, 60 BOETH. cons. 1, 1, 12 W. a ... -e: GREG. M. epist. 8, 31 p. 32, 29. *cf.* TAC. ann. 6, 50, 5 discedi ... ab -e. PLIN. epist. 7, 5, 1 a ... -e recedo [CYPR. epist. 57, 3]). PETRON. 94, 7 -n egressus (STAT. Theb. 7, 17 silv. 1, 2, 142 SVLP. SEV. dial. 3, 4, 4 PALLAD. hist. mon. I 5 p. 266[B]. ultra -n: QVINT. inst. 11, 2, 13. -e: PANEG. 11, 11, 3. a -e: VVLG. Ezech. 10, 18. subter -n: VVLG. Ezech. 47, 1). FIRM. math. 3, 2, 14 -n ... ingressi (5, 1, 17. 25. 8, 29, 3 VVLG. III reg. 14, 17 COD. Theod. 9, 16, 2. super -n: VVLG. Soph. 1, 9). *al.* **2** *-n aperire, claudere*: VERG. Aen. 2, 480 perrumpit (*cf.* IVVENC. 4, 781 -e rupto). 6, 525 pandit (STAT. silv. 1, 1, 22. 4, 2, 61 RVST. HELP. benef. 136). 7, 613 reserat (SIL. 12, 428 STAT. Theb. 10, 652 silv. 3, 3, 165. 5, 2, 173 Ach. 2, 34 MART. CAP. 1, 29). PROP. 2, 7, 9 clausa (OV. trist. 5, 11, 25 GERM. frg. 4, 13 LVCAN. 10, 459 STAT. Theb. 5, 97 IVVENC. 4, 221 SEDVL. carm. pasch. 1, 190 op. pasch. 1, 15. *cf.* IVVENC. 4, 725 concludunt). 4, 1, 146 signata. OV. am. 3, 1, 50 adstricti. Ib. 615 obstructo. SEN. Herc. f. 47 effregit (*cf.* Tro. 723 perfracto. ITALA psalm. 106, 16 [cod. 136 Cas.] confregit). LVCAN. 1, 62 conpescat. LAVS Pis. 236 patefecit (CARM. de resurr. 75 SEDVL. carm. pasch. 1, 190 op. pasch. 1, 15. *cf.* STAT. silv. 2, 7, 122 solet ... patere -n [SVLP. SEV. dial. 2, 5, 8]). FLOR. epit. 3, 6, 9 aperitur (ISID. orig. 13, 15, 2). *al.* **3** *-n pulsare*: OV. am. 2, 19, 39 quis ... -a pulset (SEN. Herc. O. 606 SIL. 6, 73 STAT. Theb. 5, 97. 8, 349. 12, 201 silv. 1, 2, 48. *al.*). LVCAN. 5, 520 commovit (*5, 531* pulsante manu). STAT. silv. 1, 2, 146 plauserunt.

CAPVT ALTERVM: *per confusionem verborum i. q. limes* (*notiones propinquas esse elucet p. 1408, 6 sq.*): GLOSS. *φλ[ο]ιά, ὁροθέσιον, οὐδός, παρόρια. cf. p. 1403, 59. vix huc pertinet p. 1415, 11.*

deriv.: liminaris. *cf.* liminium.

compos.: *?* pro-, superlimen. *cf.* elimino, postliminium, sublimis.

limenarcha, -ae *m.*, *λιμενάρχης. i. qui portui praeest*: CIL VI 1440 (*ante Neronem*) Apollonius limena⟨rcha⟩ Cypri. PAVL. dig. 11, 4, 4 -ae ... fugitivos deprehensos recte in custodiam retinent. CHAR. dig. 50, 4, 18, 10 -ae *inter alios* ... muneribus personalibus adstringuntur. COD. Iust. 7, 16, 38 (*a. 294*) non idcirco minus, quod te -a creato nemo contradixit, ... moveri tibi status quaestio poterit. *dub.*: CIL XV 1544 (*inscr. lateris*) *provisio* limenarc⟨hae⟩ (*sic De Rossi, qui item supplet* 1542; limenar⟨ia⟩ *Mommsen. cf.* limenarius, limenianus). *Meijer.*

? **limenārius,** -a, -um. *hybride a λιμήν* (*cf.* limenarcha, limenianus). *i. q. ad portum* (*λιμένα*) *pertinens* (*cf. Diz. Epigr. s. v.*): CIL XV 1542 (*inscr. laterum*) seculo Constantiano provisio limena⟨ria⟩ (*suppl. Mommsen*, limena⟨rchae⟩ *De Rossi*).

limeniānus, -a, -um. *hybride a λιμήν* (*cf.* limenarius, limenarcha). *i. q. ad portum* (*λιμένα*) *pertinens*: CIL XV 1543 (*inscr. laterum*) seculo Constantiano provisio -a (*finis vocis incerta; 'an intellegendum* provisionis -ae *?' ed.*).

limeris lapis est parvus viscide stringentis *eqs.* DAMIG. lapid. auct. 80. *obscurum.* *B.*

***līmes,** -itis *m.* [*origo haud magis perspicitur quam aliorum quorundam nominum sollemnium, quae illo rationis incertae suffixo* -it- *ornantur; antiquis consonabat cum* 1. limus *vel* limen; *qua ratione cum Festi* 4. limus *cohaereat, aegre diiudicaveris. Sch.*] *de origine*: FRONTIN. grom. p. 13, 2 (*eadem fere* HYG. lim. grom. p. 132, 20) -es ... appellati transversi s⟨unt⟩ (transversos *vel* -us *tantum trad.*) a limo, [id est] antiquo verbo [transgressa] (id est antiquo verbo transversi HYG. *item a* limus: ISID. orig. 15, 14, 2 GLOSS.[L] I Ansil. LI 333); ... alii et prorsos et transversos dicunt -es a liminibus, quod per eos in agro intro et foras eatur (quod per eos agrorum itinera serventur HYG. *item a* limen: SIC. FLACC. grom. p. 117, 5. INST. Iust. 1, 12, 5 *explicatur vox* postliminium). *scribitur* limis *pro* -s PS. AGENN. grom. p. 57, l. 14 (*ceterum v. Josephson, Casae litterarum, 105*) *nec non in* GLOSS., *ubi etiam* limeis, libis. *notatur* lim INSCR. Année épigr. 1964 p. 77 n. 197. *de genere et de formis: nom.* limitum *sec. gr. λίμιτον* GLOSS. II 387, 19 *ὅρος ἐπὶ χώρας* terminus, finis, -um, haec terminatio (*vix pro gen. explicat.; item* 391, 7 *ὄχθη* ripa, -um). *ad genus fem. v. Josephson l. c. 158. ad notionem v. infra, maxime p. 1412, 65 sqq., ceterum* CHAR. gramm. p. 47, 10 B. -s ⌊*στράτιος*⌋ *ὅρος* (⌊⌋*corruptum esse ex ἀτραπός coniecit Leumann in plagulis coll.* GLOSS. *l. 79*). AGROEC. gramm. VII 122, 17 limen aedium est, -s regionum (vel finium *add.* ISID. diff. 1, 348). GLOSS. -s: *τρίβος, πλαγία, ὁδός. παράτριβος. ὁροθέσιον. ἀτραπός. ἀτραπὸς ἤτοι ὁ ὅρος. τέλος ὅ ἐστι πέρας. λίμιτον.* finis vel terminatio. finis, terminus. -es: *ὁροθέσια. adde l. 72. abiit in sermonem gr. λίμιτον* (*praeterea occurrit forma λίμης, v. Preisigke, Wörterbuch III 214. errori potius traditionis tribuas, quam lemma *λιμίτης suspiceris Novell. Iust. edict. 13, 11, 1 τοῖς ... λιμίταις*). *legitur inde a* PLAVTO, LEGIBVS agr., Mamil., VRSON., VARRONE, CIC. [*sic.* límmitu, *neap.* lémmeto, *abrut.* yę́mmətə, *march.* gliémito, *pedem.* lümi, *langob. alp.* límat *etc.; sard.* límiđe; *raet. or.* linda; *francoprov.* lẽda; *cat.* llinda; *hisp.* linde; *port.* linda; *notione q. e. 'limen': langob. alp.* límat. *cf. M.-L. 5048. Wartburg V 344 sq. Battisti-Alessio III 2233. Wagner II 29. Corominas III 98. Machado II 1337. St.*] [*confunditur in codd. maxime c.* limen, lumen, miles, *ceterum c.* litus (VERG. Aen. 6, 900 LVCAN. 9, 74).]

CAPVT PRIVS: *notione originaria i. q. via, trames sim.* (*sc. fere recto cursu extentus; cf.* -s rectus OV. met. 7, 782 trist. 2, 477 MANIL. 3, 332 SEN. epist. 123, 12 MELA 1, 102 VAL. FL. 4, 614 *et saepius*, directus MELA 1, 16, non flexus LVCAN. 3, 218; *at occurrit* -s curvus OV. met. 14, 830 SEN. Thy. 842 [*cf.* curvatur AVIEN. orb. terr. 1042] *et apud ipsos agrimensores recentiores, sc. contra eorum artis praecepta* -s gammatus ..., hoc est tortuosus GROM. p. 319, 7 L. [*eadem fere* 323, 6. *cf.* 363, 13 tortuosum. 363, 23 gammatum. PS. AGENN. grom. p. 69, 18 regammante]): **I** *-s est cuilibet usui*: **A** *vi originaria servata* (*sed vergit hic illic in vim directionis vel ipsius motus, cursus sim., maxime l. 20 sqq. 64. p. 1411, 43*): **1** *proprie; -e utuntur*: **a** *aquae* (*de alveo vel cursu sim.*): PLAVT. Poen. 632 (*homines comparantur fluvio*) vos certumst sequi; ... vostra ripa vos sequar, ... vostro gradiar -e. PROP. 4, 4, 50 lubrica tota via est ...: quippe tacentes fallaci celat -e semper aquas (*nisi ad b*). 4, 9, 60 lympha ... avia secreti -is. OV. met. 8, 559 solito dum flumina currunt -e, dum tenues capiat suus alveus undas. PLIN. nat. 5, 141 *mare* verticibus -em fodiens, donec Asiam abrumpat Europae *sc. in Hellesponto*. STAT. silv. 4, 3, 85 -e me *i. Volturnum* colis beato. PAVL. NOL. carm. 27, 466 cum ... ductus aquae ... exiguam huc tenui dimittat -e guttam. VICT. VIT. 1, 1 aequor ... angusto se -e *sc. freti Gaditani* coartavit.

b *animantia eorumque vehicula; pertinet ad*: *α itinera per terram facta*: Ⓘ *quaelibet*: Ⓐ *usu communi* (*sc. praevalente vi locali*): VARRO rust. 2, 4, 8 in lutosos -es ac lustra. EDICT. imp. Aug. de aq. Venafr. (CIL X 4842) 45 neve eae fistulae ... nisi sub terra, quae terra itineris viae publicae -isve erit, ponantur (*cf.* CIL XI 3003, 29 *aquam duxit* per vias -esque publicos). OV. rem. 599 -s ... tenuis ..., qua tulit illa ad mare saepe pedes. met. 2, 699 hoc -e ... ire. 7, 443 tutus ad Alcathoën ... -s composito Scirone patet. 14, 371 caecis ... vagantur -bus. trist. 5, 6, 40 (*de semita formicarum*) gracili ... -e (*cf. Verg. georg. 1, 380* angustum ... iter). LIV. 22, 12, 2 transversis -bus in viam Latinam est egressus (31, 39, 5 profectus inde t. -bus. 41, 14, 2 per t. -es [mil- *V*] superatis montibus. *cf. 2, 39, 3* t. tramitibus). 22, 15, 11 Appiae -e pervenire in agrum Romanum (*c. gen. viae ut*: TAC. hist. 3, 25, 1 per -em viae sparguntur. FLOR. epit. 4, 8, 6 interciso Herculanae viae -e. OROS. hist. 5, 23, 22 primus ... per Taurum duxit exercitum ac -em itineris fecit. *adde p. 1412, 6 et cf.* STAT. silv. 2, 1, 176 agmina, Flaminio quae -e Molvius agger transvehit). 31, 24, 10 -s mille ferme passus longus in Academiae gymnasium ferens ...; eo -e Athenienses ... signa extulerunt. 32, 13, 5 Triccam ... proximis -bus petit. 34, 28, 2 cum audisset descensum difficilis et artae viae esse, ... praemissis, qui munirent viam, lato satis et patenti -e ad Eurotam amnem ... pervenit. MANIL. 5, 652 *funambulus* ausus sine -e gressus. VELL. 2, 120, 2 penetrat interius, aperit -es *Tiberius in Germania* (*item aperiuntur -es copiis promovendis*: FRONTIN. strat. 1, 3, 10 -bus [mil- *trad.*] per centum viginti milia passuum actis ... subiecit dicioni suae hostes. 1, 5, 10 -em agere coepit tamquam per eum erupturus. TAC. ann. 1, 50, 1 silvam Caesiam -emque a Tiberio coeptum scindit, castra in -e locat. *cf.* OROS. *supra. de -e subterraneo*: CLAVD. rapt. Pros. 2, 165 transilit ... arcano -e muros). SEN. dial. 7, 1, 2 conprensus aliquis -s et interrogati incolae non patiuntur errare *viatorem*, at hic (*i. in consequenda vita beata*) tritissima quaeque via ... maxime decipit. CVRT. 10, 2, 27 (*Alexander ad milites seditiosos*) fugientibus me pateant -es. COLVM. 1, 8, 7 semitas novosque -es in agro fieri ne patiatur *vilicus* (*sim.* 11, 1, 23). LVCAN. 4, 740 super ardua ducit saxa ... abrupto -e signa (*cf.* STAT. Theb. 1, 332 scopuloso in -e). 9, 408 inreducem ... viam deserto -e carpit. *al.* Ⓑ *praevalente respectu directionis, tractus vel actionis eundi* (*pauca certiora*): VERG. Aen. 9, 372 procul hos (*i. Nisum et Euryalum*) laevo flectentis -e cernunt (CLAVD. carm. min. 18, 13 laeva iubet rector: l. deducunt *mulae* -e gressum [ordine cursum, currum *var. ll.*]). OV. met. 7, 782 nec -e callida recto in spatiumque fugit, sed ... redit in gyrum (LVCAN. 9, 712 semper r. lapsurus -e cenchris). STAT. Theb. 1, 136 in diversa trahunt *iuvenci* ... et vario confundunt -e sulcos. silv. 2, 2, 11 qua -e noto Appia longarum teritur regina viarum (*cf. l. 42 sq., quae exempla etiam huc trahi posse non negamus*).

Ⓘⓘ *per multitudinem obstantem* (*ignem* SEN., *mare* OROS.): VERG. Aen. 9, 323 (*Nisus ad Euryalum*) haec ego vasta dabo et lato te -e ducam (*in pugna ut*: 10, 514 latum ... per agmen ... -em agit ferro *Aeneas*. SIL. 1, 267 qua sparsit ferrum, latus rubet aequore -s. 4, 462 cessere globi latusque ... apparet campo -s. 9, 379 qua dextera ... Poeni -em agit. 9, 610 laxo diducit -e turmas *elephas*. STAT. Theb. 9, 183 *Tydeo* ingens -s utrimque datus. 10, 298 sua quemque *ductorem* cruento -e turba subit. CORIPP. Ioh. 5, 418 -e largo implicitas planate vias). SEN. benef. 3, 37, 2 utrimque flamma recedente -em adapertum *esse*. OROS. hist. 1, 10, 15 deus divisit ... mare, ... ut inoffensi spe -is provocati ... intrarent.

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β *itinera per aquas facta* (*cf. p. 1410, 84*): Ov. epist. 17 (18), 133 patet attritus solitarum -s aquarum, non aliter multa quam via pressa rota. trist. 1, 10, 16 longum tenui -e fecit iter *navis*. Lvcan. 2, 709 angustus puppes mittebat in aequora -s. 3, 218 rates non flexo -e ponti . . . duxit (*cf.* Val. Fl. 4, 614 -e recto puppis . . . transcurrat). 6, 15 iter aequoreo praecepit -e. Sil. 14, 362 late spumat canenti sulcatus gurgite -s. Stat. Theb. 9, 364 -e non uno . . . funera nati vestigat *Ismenis nympha*.

γ *itinera varia et fabulosa*: Varro Serv. auct. georg. 1, 34 tres . . . vias *esse in caelum*: unam . . ., alteram per -em qui est inter leonem et cancrum (*cf.* Cic. rep. 6, 26 bene meritis . . . quasi -s ad caeli aditum patet. Sen. Herc. f. 970 monte gemino -em ad superos agam). Ov. met. 2, 19 adclivi . . . -e . . . venit *Phaethon ad regiam Solis*. 8, 203 medio . . . ut -e curras, *Icare*. 14, 830 Irin . . . descendere -e curvo. Sen. Herc. f. 568 inferis prospectus pateat lucis et invius -s det faciles ad superos vias. Sil. 13, 551 claustra . . ., quae secreti per -is umbram Elysios ducunt campos (*cf.* 13, 778 Elysio tendentem -e . . . effigiem). 14, 240 specus . . . caecum iter ad manis tenebroso -e pandit. Stat. Theb. 2, 61 *Sopor* noctis agebat equos . . . et recto decedit -e caeli. 8, 84 (*ad Amphiaraum*) qui -e . . . non licito per inane ruis (*cf.* 8, 326 *ad inferos* veniemus . . ., quo -e cuncti, qua licet ire via).

c *sol, sidera*: Verg. Aen. 2, 697 longo -e sulcus *stellae* dat lucem (*cf.* Ov. met. 15, 849 flammiferum . . . trahens spatioso -e crinem stella micat. Stat. Theb. 5, 286 nostrum . . . iter longae claravit -e flammae [Schol. stellae tractu]. *v. etiam p. 1412, 23*). Ov. met. 2, 130 sectus in obliquum est lato curvamine -s *solis*. Manil. 1, 711 veluti . . . discernit semita campos . . .: candidus in nigro lucet sic -s Olympo (*de via lactea ut* 1, 714). 3, 332 modo quae fuerant surgentia -e recto sidera, curvato ducentur in aethera tractu. Sen. Thy. 803 quid te *i. Solem* aetherio pepulit cursu, quae causa tuo -e certo deiecit equos (*cf.* Lvcan. 2, 412 diem pronum transverso -e ducens *Phaethon*. frg. 7, 1 raptum transverso -e caeli flammati Phaethonta. Clavd. 5, 210 -e iusto devius). 842 *Luna* curvo brevius -e currens *quam Sol*. benef. 4, 23, 3 quantam fatorum seriem certus -s educit (*4, 23, 1* circumitus solis ac lunae). nat. 7, 24, 1 quis unum stellis -em ponit . . .? nempe . . . alios et alios circulos habent. Lvcan. 7, 867 velut . . . solis iniqui -e vel glacie nuda . . . iaceres, *Thessalia deserta*. Sil. 4, 105 accipiter medio tendens a -e solis. Stat. Theb. 1, 25 licet artior omnis -s agat stellas, *ut Domitiano locus paretur*. 4, 2 Phoebus . . . angusto *diei hibernalis* cogebat -e (*abl. compar.?*) vernum longius ire diem (*vix ad II B 4*). 4, 691 adiuvat . . . Phoebus adhuc summo . . . -e. *al.*

d *varia* (*sc. quae moventur vel tamquam mota inducuntur. passim c. respectu directionis, tractus sim.*): α *generatim*: Ov. trist. 2, 477 ut recto grassetur -e (tramite *var. l.*) miles *ludi latruncularii*. Manil. 1, 601 intervalla pari servantes *circuli* -e semper (*item de ductu linearum*: 2, 521 altera . . . in bellum diverso -e ducit linea *trigoni*. 2, 648 *diametros* secat medium transverso -e caelum. Avien. Arat. 532 tertia . . . linea . . . haud simili sese sub -e tendit *quam ceterae*). 2, 792 qua primum terras aequali -e cernit *sidus zodiaci oriens*. Plin. nat. 13, 98 murena (*i. citri vitium*) nigro transcurrens -e (*cf. p. 1412, 29*). Stat. Theb. 7, 747 arva virosque -e non uno . . . secum praecipitans *ruina montis*. silv. 2, 2, 84 tibi Parthenopen derecto -e ponti ingerit *cubiculum*. Opt. Porf. carm. 9 *in versu intexto* 19, 1—24, 6 -e sub parili crescentis . . . ramos *palmae*.

β *speciatim extenduntur -e loca*: Mela 1, 16 ad septentrionem . . . paene ut directo -e extenta est *Europa* (*cf.* 1, 102 huc atque illuc longo rectoque -e extentus *Pontus*, sinuatus cetera). 2, 85 *Pyrenaeus mons* per omnem provinciam longo -e inmissus (*cf.* Prisc. periheg. 632 nunc obliqua means, nunc recto -e currens *Taurus mons* [*Dionys. periheg. 641 ἴχνεσιν ὀρθότατον, Avien. orb. terr. 844* directa . . . vestigia figit]). Colvm. 10, 92 *in horto* foros adverso -e ducens rursus in obliquum distinguat tramite parvo. Sil. 14, 647 inclusos porrecto -e longis porticibus . . . lucos. Plin. epist. 9, 7, 4 illic recta gestatio longo -e . . . extenditur, illic . . . leviter inflectitur.

2 *in imagine et translate*: a *vario usu*: Catvll. 68, 67 *Allius amantes adiuvans* clausum lato patefecit -e campum. Ov. ars 3, 558 nec stabilis animos . . . ut capias, idem -s agendus erit. Pont. 1, 3, 20 ut e molli sanguis pulmone remissus ad Stygias certo -e ducat aquas (Germ. frg. 4, 162 si cura . . . c. me -e ducit. *cf.* Stat. silv. 5, 3, 237 labat incerto mihi -e cursus te sine et orbatae caligant vela carinae). Stat. Theb. 1, 16 (*3* unde iubetis ire, deae?) -s mihi carminis esto Oedipodae confusa domus (*cf.* CE 1552 B, 5 quo nunc Calliope gemino me -e cogis, quas iam transegi, rursus adire vias?). 1, 390 medio de -e vitae in senium vergens *Adrastus* (*cursum potius vitae intellegas quam terminum aetatis ut*: Pelag. in II Tim. 4, 7 p. 522, 9 in extremo v. -e constitutus. Mar. Victor aleth. 3, 542 longaevo . . . decedens -e v. *aliter p. 1413, 77*). 5, 736 recto descendunt (sed tendunt *Garrod*) -e Parcae (Optat. app. 10 p. 216, 6 vitam . . . per r. -em *verae religionis* dirigamus. Phoebad. c. Arian. 7 l. 42 D. a r. evangeliorum -e recesserunt). 10, 611 venit alma salus, sed -e duro. silv. 5, 1, 186 -e coepto tende libens. Mart. 11, 90, 1 carmina nulla probas molli quae -e currunt, sed quae per salebras . . . cadunt. Tert. adv. Val. 5 p. 182, 5 -s principalium magistrorum. Itala psalm. 138, 3 (Veron. *al.*) semitam meam et -em meum investigasti (*gr. σχοῖνον, Hil. ad l. 9* directionem, *Vulg.* funiculum). Lact. inst. 6, 12, 26 quamvis verum -em non tenuerint *philosophi*, tamen . . . propius aberrarunt *a veritate* (*cf.* Avg. civ. 19, 1 p. 346, 31 D. nec . . . naturae -s in tantum ab itinere veritatis deviare permisit *philosophos*, ut *eqs.*). Serv. Aen. 3, 374 ('ire per altum') per -em fortunae superioris.

b *respicitur cursus vitae ad bonum vel malum tendens*: Sen. epist. 123, 12 rectum sequi -em *ad honesta ducentem* (Cypr. epist. 65, 2 *lapsi* a recto -e veri itineris aversi). Sil. 15, 46 (*verba Voluptatis*) non -e duro . . . decurrat . . . aetas (*cf. l. 8. p. 1411, 79*). Stat. silv. 2, 3, 67 *tu, cui* medius per honesta et dulcia -s. Cypr. hab. virg. 21 (*ad Matth. 7, 14*) durus et arduus -s, qui tendit ad gloriam: per hunc viae -em martyres pergunt ([*opp.* lata et spatiosa itinera]. Isid. reg. monach. praef. 2 arduum illum -em atque angustum . . . incedat *eqs.*). Ivvenc. 1, 680 quam lata . . . via est, quae -e laevo . . . convolvit iter caligine mortis (*Matth. 7, 13*). 2, 360 revocare malos peccantum a -e gressus. Sidon. epist. 7, 6, 7 latum spiritalis ruinae -em traxit *civitas*. Drac. laud. dei 2, 717 criminis et poenae -s semel unus habetur. *in lusu c. notione finis*: Avg. c. mend. 9, 20 si hanc peccatis aperuerimus viam . . ., lato -e, immo nullo -e, sed convulsis, et remotis omnibus terminis infinito spatio cuncta intrabunt.

B *transfertur ad res in -is formam porrectas*: 1 *varias*: Manil. 2, 361 cum praeteriens (*Housman*, praedales *vel* per tales *trad.*) forma[n]tur singula -s *hexagoni* sidera . . . sexque per anfractus curvatur virgula in orbem (*cf. p. 1411, 45*). Sen. Thy. 699 atrum . . . -em sidus trahens (*item de vestigiis lucidis, crinibus cometarum sim.*: Plin. nat. 2, 96 faces vestigia longa faciunt priore ardente parte, bolis vero perpetua ardens longiorem trahit -em [*vertit Ioh. Lydus ostent. 10ª p. 34, 7 αὔλακα*]. Stat. Theb. 11, 473 niveus . . . deae sequitur vestigia -s. *cf. p. 1411, 22 sqq.*). Pers. 3, 57 quae Samios diduxit littera (*i. Y*) ramos, surgentem dextro monstravit -e callem. Plin. nat. 37, 184 nigram materiam *gemmae* distinguente -e albo ([Sol. 2, 44 quam . . . -es albi intersecant]. *cf.* Sol. 33, 19 *sardonychis* medietas circuitur -e candicante [*Plin. nat. 37, 89* circuli albi]. Clavd. carm. min. 36, 2 *in crystallo* trahitur -s lucidiore gelu). Stat. Theb. 7, 595 cum -e fusi sanguinis (Flor. epit. 1, 14, 3 *ut* ad victoriam iter s. sui -e aperiret *Decius*). Opt. Porf. carm. 1, 4 picto -e dicta notans *Thalia quondam*, . . . nunc . . . paupere vix minio carmina dissocians (*respicitur columna scripturae ut*: 20ᵇ, 1 diviso metiri -e *carmen*. 20ᵇ, 8 *donec poeta* cumulato -e claudat *carmen*. 26, 16 normatā . . . regulā, ut ora quadrae sit vigente -e, vel inde . . . linea tendatur . . . latior. Symm. epist. 3, 1 artare paginam -e parciore. Compvt. Carth. 1, 5 quae *columna bissextilis* cancellis lunaribus glutinata certo -e sociatur. Boeth. mus. 3, 31 p. 266, 12). Veg. mulom. 1, 56, 36 mediae cervicis *equinae* setas aequaliter oportet attondi, ita ut tam dextri quam sinistri -is continuata serie iubae relinquantur intactae. Pavl. Nol. carm. 19, 461 (*de tigno transverso crucis*) geminos transverso -e gestans cantharulos. 19, 466 de -e eodem *pendens scyphus* (limine *trad.*; -e *Hartel, Patrist. Stud. VI p. 70, tignum quoddam intellegens*). Cypr. Gall. gen. 1182 quam *manum primo loco nascentis gemelli* femina sollers punicea de reste ligat . . .: hic quoniam fuerat discretus -e *eqs.* 2 *regiones* (*cf. p. 1411, 54*): Lvcan. 9, 862 quisquis superum . . . hinc torrente plaga, dubiis hinc Syrtibus orbem abrumpens medio posuisti -e mortes. Plin. nat. 25, 94 circa Abderam et -em, qui Diomedis vocatur, equi pasti inflammantur rabie. Sol. 38, 13 a Ciliciae finibus Asiaticum -em dispescit *Taurus*. Avien. orb. terr. 475 *Europa* tamquam speculis . . . trinis spectat *solem* . . .: unus Hiberos -s habet, -s tenet alter . . . Graios, Ausoniae medius protendit . . . arva (*aliter Dionys. periheg. 332 χερηΐδα, Prisc. 328* partes). 582 Atticus . . . -s iacet, Attica tellus (*Dionys. periheg. 423 οὖδας tantum ut Prisc. 425* tellus). 698 prolixus -s Abantum *sc. Euboea insula*. 1150 alterius Syriae -s iacet (*Dionys. periheg. 971 αἶα*). Clavd. 15, 149 (*verba Africae imprecantis*) medius flagrantis Olympi me quoque -s agat (*de zona fervida caeli. cf.* rapt. Pros. 1, 261 squalebat inustus -s [*syn.* plaga]). Oros. hist. 1, 2, 84 *nostrum mare* in meridiem magis vergens angustiorem inter se et oceanum coartatae Africae -em fecit.

II *-s adhibetur ad dividendum vel finiendum sim.* (*in appositione determinat subst. l. 76, si recte trad.*): A *strictius in divisione agrorum*: 1 *vi originaria de viis*: a *leges et doctrinae agrimensorum* (*epitheta -um collegit Bursian in indice editionis* Grom. *Lachmannianae*): Lex agr. (CIL I² 585) 89 ⟨quae viae in eo⟩ agro ante quam Cartago capta est fuerunt: eae omnes publicae sunto -esque inter centuria⟨s⟩ (*cf.* Vrson. [CIL I² 594] 78, 36 sqq. quicumque -es quaeque viae quaequae itinera *sunt* . . ., eae viae eique -es eaque itinera publica sunto. *cf.* Frontin. grom. p. 10, 7 omnes . . . -es secundum legem colonicam itineri publico servire debent. Hyg. lim. grom. p. 134, 1 per hos *-es actuarios* iter populo sicut per viam publicam debetur). Mamil. grom. p. 263, 13 sqq. L. (= Vrson. [CIL I² 594] 104, 10 sqq.) qui -es decumanique . . . deducti (factique *add. Vrson.*) erunt quaecumque fossae limitales (-es *Mamil.*) in eo agro erunt . . ., ne quis eos (*om. Vrson.*) -es decumanosque obsaeptos . . . habeto neve eos arato *eqs.* (*cf.* Lex Visig. 10, 3, 2 qui . . . -es complanaverit aut terminos fixos fuerit ausus evellere. *cf. p. 1413, 66*). p. 264, 11 qui hac lege coloniam deduxerit . . ., in eo agro, qui ager intra fines eius coloniae . . . erit, -es decumanique ut fiant terminique statuantur curato. Pavl. Fest. p. 71 decimanus appellatur -s, qui fit ab ortu solis ad occasum; alter ex transverso currens appellatur cardo (Plin. nat. 18, 326. 331. Frontin. grom. p. 11, 10 Hyg. lim. grom. p. 132, 7. *al.*; *cf.* Hyg. lim. grom. p. 135, 5 po-

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sita auspicaliter groma, ipso forte conditore praesente, . . . *solis* ortum comprehenderunt et in utramque partem -es emiserunt. p. 144, 13 quibusdam coloniis . . . decimanus maximus et kardo a civitate ori⟨un⟩tur et per quattuor portas in more⟨m⟩ castrorum ut viae amplissimae -bus dirīguntur; haec est constituendorum -um ratio pulcherrima). p. 235 prorsi -es appellantur in agrorum mensuris, qui ad orientem derecti sunt (Frontin. grom. p. 12, 12 *cardine et decumano actis* reliqui -es fiebant angustiores et inter se distabant par[t]ibus intervallis; qui spectabant in oriente⟨m⟩, dicebant prorsos; qui dirigebant in meridianum, dicebant [et] transversos [*eadem fere* Hyg. lim. grom. p. 132, 18]). Plin. nat. 17, 169 vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis . . . aliisque transversis -bus denum pedum distingui per media iugera (*item definitur latitudo*: Hyg. grom. p. 71, 3 -es lege late patere debent . . .; maximus decimanus et cardo plus patere debent . . ., ceteri autem -es, qui subruncivi appellantur, patere debent pedes VIII. lim. grom. p. 157, 9 -bus latitudines secundum legem . . . divi Augusti debemus decimano maximo pedes XX *eqs.* p. 169, 12. *al.*). Frontin. grom. p. 10, 20 -um prima origo, sicut Varro descripsit, a[d] disciplina[m] Etrusca[m] *eqs.* Hyg. grom. p. 72, 14 quintum quemque -em diligenter agi oportet . . ., ut quadraturae diligenter cludi possint; lapidem autem in quintarios poni oportet, reliquos autem roboreos (*cf.* lim. grom. p. 136, 18 divus Augustus . . . numero -um inscriptos lapides omnibus centuriarum angulis defigi iussit. 137, 10 -s inscriptionibus claudi ita, ut cuius centuriae essent lapides intellegeretur [*cf.* Cod. Theod. 2, 26, 4, 1 veteribus signis -s inclusus]. 170, 5 actuarios -es diligenter agemus et in eis lapides inscriptos defigemus adiecto scamnorum numero *eqs.*). lim. grom. p. 145, 19 omnis -um conexio rectis angulis continetur. 167, 2 agrum -bus includemus, hoc est centuriabimus. *al.* **b** *varia exempla* (*cf.* Plavt. *infra l. 73*): Varro ling. 5, 13 quae radices egerit *verbum* extra fines suas, persequemur; saepe enim ad -em arboris radices sub vicini prodierunt segetem. rust. 1, 15, 1 fines praedi satione [sationis notis *trad.*] arborum tutiores fiunt, ne familiae rixent cum vicinis ac -es ex litibus iudicem quaerant (*cf.* Hor. epist. 2, 2, 171 qua populus adsita certis -bus vicina refugit iurgia). 1, 16, 6 si . . . ad -em quercetum habet *vicinus*. Verg. ecl. 1, 53 vicino ab -e saepes. georg. 1, 126 ne signare quidem aut partiri -e campum fas erat (*aetate aurea ut*: Ov. am. 3, 8, 42 signabat nullo -e mensor [fossor *var. l.*] humum. Avien. Arat. 299 nullus telluri -s datus, indice nullo culta secabantur [*cf. Germ. 118* parvi terminus agri]. Clavd. 3, 380 tum tellus communis erit, tum -e nullo discernetur ager. *cf.* Ov. met. 1, 136 *ferrea aetate* communem . . . prius . . . humum longo signavit -e mensor). 2, 278 nec setius omnis in unguem arboribus positis secto via -e quadret: ut . . . *cum* cohortis explicuit legio (*cf. l. 27*). Hor. carm. 2, 18, 25 revellis agri terminos et ultra -es clientium salis avarus (*cf.* Ivv. 16, 38 sacrum effodit medio de -e saxum). Tib. 2, 1, 18 di patrii, purgamus agros . . .: vos mala de nostris pellite -bus. Colvm. 4, 32, 1 *opp.* mediis agris. 10, 345 caput . . . aselli . . . fixisse Tages in -e ruris. CIL V 2546 caput -is Lontriconis permutatum ex d(ecurionum) d(ecreto) (Grom. p. 307, 16 L. in caput -is terminum invenies). Inscr. Année épigr. 1964 p. 77 n. 197 finis inter Trid(entinos) et Feltr(inos) lim(es) lat(us) p(edes) *tot. al.*

2 *vi deflexa de ipso -is signo, termino* (*dubium an huc trahi possit*, Pavl. Fest. p. 116 -es in agris nunc termini, nunc viae transversae. *exempla certiora*): Verg. Aen. 12, 898 saxum antiquum ingens campo quod forte iacebat, -s agro positus litem ut discerneret arvis (*sec. Hom. Φ 405 λίθον . . . τόν ῥ' ἄνδρες πρότεροι θέσαν ἔμμεναι οὖρον ἀρούρης*). Tert. praescr. 37 l. 14 (*in imag.*) qua potestate, Apelles, -es meos commoves (*cf.* Avg. serm. 22 A 5 L. contra potentem, qui movit -em tuum. *v. Legem Mamil. grom. p. 264, 15 L.* nequis . . . loco moveto *terminum*). Obseq. 33 grex luporum -es, qui in agrorum divisione . . . depositi (dis- *? Rossbach*) erant, dissipavit (*cf. Oros. hist. 5, 12, 2* stipites, terminorum indices). Avg. civ. 21, 4 p. 493, 1 sqq. D. ut eos *carbones* substernere soleant, qui -es figunt, ad convincendum litigatorem, quisquis . . . lapidem -em non esse contenderit. Petr. Chrys. serm. 154 p. 608A dominum praediorum -bus affixi tituli proloquuntur. Lex Burg. Rom. 39, 1 terminos aut -es aut arbores terminales . . . evellere aut abscidere et signa impressa eradere (Inscr. Dessau 5982a -es ebulsi sunt et . . . ⟨p⟩ositi de⟨nuo⟩). CIL VIII 7148 -s fundi Sallustiani (*cf.* 20618 -s agrorum).

B *laxius transfertur ad quoslibet fines, terminos vel res dividentes* (*sc. sive de zona sive de linea; cf. etiam l. 57*): **1** *limitantur varia*: **a** *incorporaliter*: α *generatim*: Plavt. Poen. 48 (*iocose per imaginem agri limitandi*) eius *argumenti* . . . regiones, -es, confinia determinabo: ei rei ego finitor factus sum. Ov. rem. 326 mala sunt vicina bonis . . .; iudicium . . . brevi -e falle. Sen. Med. 308 inter vitae mortisque vias nimium gracili -e ducto (*cf.* Arnob. nat. 2, 35 mediae qualitatis animas esse . . . et in medio -e vitae atque interitus contineri). benef. 1, 15, 2 benignitatis fines introrsus referre et illi minus laxum -em aperire (*cf.* Lact. inst. 6, 17, 29 virtutum exactissimos -es nosse aut tenere. Clavd. 17, 96 quo fine beatum dirigitur, quae norma boni, qui -s honesti). Qvint. inst. 9, 1, 3 tenui -e dividuntur *tropi et figurae*. Tert. idol. 15 p. 49, 2 esse nos oportere . . . subditos magistratibus . . ., sed intra -es disciplinae, quousque ab idololatria separamur. adv. Val. 20 p. 198, 13 demiurgus extra Pleromatis -es constitutus. Arnob. nat. 7, 28 p. 262, 17 omnis haec ratio longe est ab diis sita nec exigui -is interiectione discreta. Lact. inst. 1, 3, 16 ut suos quisque *deus* -es . . . transgredi nequeat. 6, 19, 5 deus certos -es statuit *adfectibus*: quos si transcenderint *eqs.* (*cf.* Chalc. comm. 194 animi vigor . . . progressus est ad iracundiae -em. Alc. Avit. hom. 16, 2 p. 124, 18 *si* mentis impetus moderationis -em non excessit). 6, 23, 27 *voluptatem* castitatis pudicitiaeque -bus includere (*cf.* epit. 56, 6 qui -es eius *libidinis* . . . non tenent. Avg. civ. 1, 1 p. 4, 23 D. ibi accipiebat -em trucidatoris furor. epist. 92, 4 sine -e timoris vel pudoris fertur impunita loquacitas. serm. ed. Mai 126, 10 -s positus est cupiditati. *al.*). Optat. 2, 12 p. 101, 6 a falsae opinionis -bus separata *veritas* (*antea*: in sinu opinionis). Ambrosiast. in II Cor. 12, 6 ultra gloriam . . . tendere, quam -s meritorum admittit. Avg. conf. 3 8, 16 diruptis -bus humanae societatis. Ps. Avg. hypomn. 3, 8, 13 -s fidei sanae defenditur *tunc*, quando termini, quos posuerunt sancti patres, . . . observantur (*cf.* Vincent. Ler. 4, 7 intra . . . incorruptae vetustatis castissimos -es. Avell. p. 370, 16 -bus . . . praefixis positarum semel synodalium regularum. *al.*). *al.*

β *speciatim in arithmetica (geometria, musica) de singulis numeris (figuris, intervallis) quibus definitur series eorum*: Chalc. transl. p. 36A *in intervallis* medietatum . . . altera quota parte -is extimi praecellebat unum extimum -em, tota praecellebatur ab alio extimo -e (*gr. ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην sc. μεσότητα, Cic. Tim. 23* extremis). *ibid.* natis itaque -bus sesculorum et item eorum, quibus accedit pars sui tertia *eqs.* (*gr. ἡμιολίων . . . διαστάσεων . . . γενομένων, Cic.* intervallis). comm. 10 ita dimidietatis et dupli ratione sociantur *tria quadrata* et fit extimorum -um et medietatis una eademque condicio; . . . sive enim summi -is minorem summam cum imi -is maiore summa multiplicavero seu contra summi -is maiorem summam cum imi -is minore summa contulero multiplicans, utraque hac via nascitur duodecim numerus (*sim. in serie solidarum figurarum*: 15). 17 utitur . . . remedio continui competentis, propterea quod . . . est . . . adunatrix distantium -um, similisque eius rationis, qua deus . . . usus est, tum extimi mundi -bus, igni atque terrae, aeris et aquae insereret medietatem. 36 alium numerum infra decimanum -em (*antea*: qui finibus decimani numeri continentur. *ad eundem -em ordinis arithmetici spectant*: Fav. Evl. 13, 1 W. [p. 9, 3 H.] intra -em primi versus. 23, 7 [p. 17, 7] prohibente epogdoi versus . . . -e. Fvlg. myth. 3, 9 propter novenarium -em, quia decimus alterius ordinis primus gradus est. Macr. somn. 1, 6, 11 quem *denarium numerum* primum -em constat esse numerorum. Mart. Cap. 7, 746 fines . . . vel -es mihi sunt monas, decas *eqs.*). 41 quia sex numerus facit unum -em et item duodecim secundum efficit -em iuxta rationem duplicis quantitatis. *et saepe apud eundem*. Fav. Evl. 16, 1 W. (p. 12, 14 H.) a numero pari . . . tribus illis -bus duplicatis natus est cybus. Boeth. arithm. 1, 9 p. 19, 10 donec extremitates *seriei numerorum* -em faciant. 1, 19 p. 41, 7 inter hos *numeros* . . . velut inter inaequales intemperantias medii temperamentum -is sortitus est ille numerus, qui perfectus dicitur (*postea*: medietatis obtinens terminum).

b *corporaliter*: Varro Men. 260 neque post respiciens neque ante prospiciens, sed limus intra -es culinae (*cf. -es aedificiorum*: Tert. spect. 20 p. 21, 17 extra -es circi . . . et extra cardines theatri. pudic. 1 p. 222, 6 digamos foris sistimus, eundem -em liminis *sc. ecclesiae* mocchis . . . figimus). Manil. 4, 930 animi sedes . . . per totum angusto regnat de -e corpus (*cf.* Opt. Porf. carm. 3, 29 arto in -e clausa *mens*). Sen. Oed. 365 has omnes *venas iecoris* retro prohibens reverti -s oblicus secat (*cf.* Lvcan. 1, 623 pulmonis . . . fibra latet parvusque secat vitalia -s. Chalc. comm. 220 qua nervis obsitus -s interiectus cor a pulmone secernit utroque). Lvcan. 7, 298 (*Caesar ad milites ante pugnam*) camporum -e parvo absumus a votis. Plin. nat. 15, 59 rara componi *mala*, uti -es pervii spiritum aequalem accipiant. Val. Fl. 6, 361 raptata *a pugnantibus* . . . -e in arto membra viri *caesi* (*de spatio inter acies interiecto. cf.* Clavd. Don. Aen. 12, 115 p. 566, 15 ['parabant in medio . . . aras'] hoc est in -e). Stat. Theb. 4, 450 in -e silvae. Plin. epist. 5, 6, 33 rectus hippodromi -s . . . hemicyclio frangitur; . . . finito vario illo . . . curvamine recto -i redditur (*an ad I?*). Tert. adv. Val. 6 p. 183, 1 *nomina* Graeca ponemus; significantiae per paginarum -es aderunt (*aliter p. 1412, 35*). virg. vel. 17, 3 *non pars tantum capitis velanda est*; -es et fines eius eo usque porriguntur, unde incipit vestis. Chalc. comm. 98 *caelum* visus nostri -em. 295 infinitam et sine -e *esse silvam*. *al.*

2 *limitantur terra, regiones sim.*: **a** *generatim*: Ov. fast. 2, 683 gentibus est aliis tellus data (in *var. l.*) -e certo, Romanae spatium est urbis et orbis idem. Lvcan. 1, 216 *Rubicon* Gallica certus -s ab Ausoniis disterminat arva colonis (*item de fluviis*: 1, 404 finis . . . Hesperiae, promoto -e [mil- *var. l.*], Varus. 2, 487 hoc -e bellum haereat [*cf.* Paneg. 12, 15, 1 *ut* ad resistendum Padi -e . . . uteretur]. Itala *infra*. Itin. Alex. 18 quicquid . . . -s Euphratis dispesceret ac muniret. Avien. orb. terr. 1339 Ganges fit -s caespiti Eoo. *al.*; *cf. p. 1415, 41*). Plin. nat. 8, 225 non transeunt . . . onagri -em (onagrium item *trad.*), qui Cappadociam a Cilicia dividit. Stat. Theb. 1, 157 -s uterque poli. 4, 413 Mortis (*i. Tartari*) -e manes elicitos. Ivv. 10, 169 infelix angusto -e mundi *Alexander* (Hier. epist. 18 A, 7, 7 quomodo . . . apostolorum sonus m. -es penetret. hom. Orig. in Ezech. 4 p. 362, 19 m. -es tenent *ecclesiae*. Pavl. Nol. carm. 10, 238. *cf.* Adnot. Lucan. 4, 72 quo

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Oceano quasi orbis -e cuncta cohibentur. CONC.^{S} I 5 p. 206, 5 ex ultimis terrae -bus adventantes [SEDVL. hymn. 2, 2]. ARATOR act. 1, 23 sub extremum diffuso in -e mundum). MIN. FEL. 6, 2 ultra . . . ipsius oceani -es. ITALA num. 21, 13 (Aug. quaest. hept. 4, 42) castra conlocaverant trans Arnon in Ermon, quod exstat a -bus Amorrhaeorum; est enim Arnon -s Moab inter Moab et inter Amorrhaeum (*gr. bis ὅριον, Lugd.* finis; *Vulg.* in finibus . . .; terminus). SOL. 49, 6 hoc est conliminium, in quo -s Persicus Scythis iungitur (*inde*: MART. CAP. 6, 693. ISID. orig. 9, 2, 62 -s est Persicus, qui Scythas ab eis dividit). Ps. HIL. libell. 5 p. 75, 9 maria . . . inclusa in terrae -bus (*cf.* AVG. conf. 13, 17, 20 tu . . . figis -es, quousque progredi sinantur aquae. HIL. gen. 48 -e [limine *trad.*] certo liquuntur maria nec finem transilit unda. MART. CAP. 9, 912 [vers.] Nerea freti noscere -em). AVIEN. orb. terr. 38 altera pars *scriptorum* orbem *i. tres continentes* telluris -e findit, *non aquis* ([*Dionys. periheg. 19 ἠπείροισι διὰ χθόνα νοσφίζουσιν, Prisc. periheg. 28* terris . . . discernere terras]. *cf.* 48 rite quis orbi -s haberetur [*Dionys. 26 ἀμφ' οὔροισι, Prisc. 36* discrimina]). *al.* *c. gen. inhaerentiae*: SIDON. epist. 3, 1, 5 veterum finium -bus effractis . . . possessionis . . . metas in Rhodanum . . . proterminant *Gothi.* **b** *speciatim respiciuntur fines extremi imperii Romani* (*sc. plus minusve munitionibus instructi, unde pressius fere de ipsis operibus l. 45. 52sq.; ad rem v. Diz. epigr. s. v.*): TAC. Agr. 41, 2 tot exercitus . . . amissi . . . nec iam de -e imperii et ripa, sed de hibernis legionum et possessione dubitatum (AVSON. 419, 82 p. 375, 563 P.). Germ. 29, 4 -e acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur *sc. ii, qui decumates agros exercent.* TERT. adv. Iud. 7, 8 -es suos transgredi non sinuntur *Germani* (*syn.* termini, fines). ACT. Arv. a. 213, 21 per -em Raetiae (*c. gen. provinciae ut*: CIL III 764 [*aet. Diocletiani*] prov(inciae) Scyt(hiae) [12483 *a. 337/40*]. 10596 [*a. 365/7*] Val(eriae). PANEG. 8, 3, 3 porrectis usque ad Danuvii caput Germaniae Raetiaeque -bus. CAPITOL. Aur. 22, 1 ab Illyrici -e. *al.*). CIL VIII 22765 (*a. 262/3*) militibus . . . ex -e Tripolitano (ITIN. Anton. Aug. p. 73, 4 COD. Theod. 12, 1, 133. *item c. adi. provinciae*: TREB. trig. tyr. 29, 1 Libyci. VOPISC. Aurelian. 13, 1 Scythici -is, . . . orientalis -is . . ., Illyriciani -is et Thracici . . ., Retici -is. quatt. tyr. 3, 1 Africani [COD. Iust. 1, 27, 2, 17]. *al.*). PANEG. 6, 11,5 magis ornant -em castella quam protegunt. 7, 14, 1 per -es, qua Romanum barbaris gentibus instat imperium. 8, 13, 3 repente Rheno institisti omnemque illum -em . . . tutatus es (*cf.* AMM. 28, 3, 7 castra -esque vigiliis tuebatur et praetenturis). 9, 18, 4 castra . . . toto Rheni et Histri et Eufratae -e restituta (10, 2, 6 per totum H. -em *eqs.; item de fluviis*: 8, 13, 3 *supra.* 10, 7, 3 Rhenum . . . videbatur ipsa sic natura duxisse, ut eo -e Romanae provinciae ab immanitate barbariae vindicarentur. AVSON. 3, 8 p. 322 P. *Germanis devictis* nec Rhenum Gallis -is esse loco. 406, 75 p. 242 ab usque Rheni -e. *al. sed opponuntur*: SPART. Hadr. 12, 6 *ubi* barbari non fluminibus sed -bus dividuntur). 10, 9, 1 Romanum -em victoria[m] protulit (VOPISC. Prob. 14, 5 si -s R. extenderetur et fieret Germania tota provincia. LVCIF. reg. apost. 11 p. 61, 26 [*verba Constantii imp.*] *ut* solus intra -em R. imperassem. moriend. 4 p. 292, 24. AMM. 17, 13, 1 -em perrupere R. 18, 5, 3. 28, 5, 1. OROS. hist. 6, 21, 8 a R. -bus abstinere). TREB. trig. tyr. 3, 9 transrenani -is ducem et Galliae praesidem (*v. vol. V 1, 2323, 41 et 46sqq.*). VOPISC. Aurelian. 10, 2 ut -em restitueret (*cf.* RVF. FEST. 14 supra ripas Tigridis -s est reformatus. NOVELL. Theod. 24, 4 ad . . . -um refectionem). ITIN. Anton. Aug. p. 464, 1 a -e id est a vallo *Hadriani.* Ps. AVR. VICT. epit. 42, 14 redditus -s Romanae possessionis. RVF. FEST. 8 -s inter Romanos et barbaros . . . est constitutus. AMM. 15, 8, 6 rupta -um pace. 23, 5, 2 cum in ipsis barbarorum confiniis interiores -es ordinaret. 24, 2, 4 per nostros -es diu grassatus *Saracenus* (25, 6, 11. 27, 12, 11 -es n. disterminantes *montes* et Lazicam. 31, 4, 9 n. -is reseratis obicibus. IORD. Get. 22, 113). 29, 6, 2 studio muniendorum -um . . . in ipsis Quadorum terris . . . aedificari praesidiaria castra mandavit (*cf.* ANON. de mach. bell. 20 tit. de -um munitionibus. COD. Theod. 7, 15, 1 propter curam munitionemque -is atque fossati). *et saepe.* *? fere pro ipsis copiis -em custodientibus*: COD. Iust. 12, 35, 17 (*a. 472?*) neminem in ullo numero equitum vel peditum vel in quolibet -e (*var. l.* milite) . . . sociari concedimus (*ibid. bis iuxta* numerus).

3 *limitatur caelum, mundus sim.* (*aliter p. 1414, 82. 1416, 10*): OV. met. 1, 69 -bus dissaepserat omnia (*i. elementa partesque mundi*) certis. MANIL. 1, 580 *circulus aequinoctialis* aequali distinguit -e caelum. 1, 582 brumalis nomine -s (timens *sim. trad.*) ultima designat . . . lumina solis. 1, 609 (*de duobus coluris*) alter ab excelso decurrens -s Olympo Serpentis caudam siccas et dividit Arctos *eqs.*; (618) alter in hunc medium summumque incumbit in axem perque pedes *ursae* . . . transit *eqs.*; (625) illo rursus de -e (*i. gyro priore, quem secat*), tangit te, Capricorne *eqs.* 1, 653 quidquid erit caelique imum terraeque supremum, qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus . . ., praecingit tenui transversum -e mundum; haec . . . per totum volitabit linea caelum (*de horizonte ut*: 1, 664 [*vers. spur.*]. ANTH. 761, 37 -s in astris dimidium sphaerae momentis omnibus abdens. CHALC. comm. 67 -s . . . partes mundi determinans [*66* horizon limitans mundum]). 2, 811 *cardo ad horoscopum pertinens* tenui partitur -e mundum. LVCAN. 7, 363 quidquid signiferi conprensum -e caeli . . . hominum sumus. STAT. Theb. 3, 502 sub excelso spirantis -e caeli. 4, 783 (777) sub -e cancri. GELL. 2, 22, 3 -es regionesque esse caeli quattuor: exortum, occasum, meridiem, septentriones (*item respiciuntur cardines caeli*: 2, 22, 14 certo atque fixo -e est meridies. ANTH. 484, 1 quattuor a quadro consurgunt -e venti. AVIEN. Arat. 1693 si duri -e ab euri, si regione noti . . . coruscat. PRISC. periheg. 903 ab eoo . . . -e [*Dionys. periheg. 976 πρὸς ἀντολίην*]). CHALC. transl. p. 30^{D} cuncta . . . intra conseptum et -em suum continens *mundus* (*gr. ἐντὸς ἔχον tantum*). p. 40^{B} terram . . . constrictam -bus . . . cuncta continentis poli (*male resp. gr.*). comm. 82 ad summum -em solstitialis epicycli. *al. cf. etiam p. 1411, 22 sqq.*

4 *limitatur tempus*: LVCAN. 2, 11 saecula iussa ferentem fatorum immoto divisit -e mundum. STAT. silv. 3, 1, 18 angusti bis seno -e menses longaevum mirantur opus. TERT. apol. 48, 12 finis et -s, medius qui interhiat *inter duo aeva.* adv. Marc. 4, 33 p. 532, 2 (*ad Luc. 16, 16*) quasi . . . -em quendam agnoscamus Iohannem constitutum inter vetera et nova, ad quem desineret Iudaismus et a quo inciperet Christianismus (*postea*: interstite Iohanne. OPTAT. 5, 5 p. 131, 5 quia *baptisma Iohannis* quasi quidam -s fixus esset iussionis inter tempora antecedentia et sequentia. AVG. c. Pelag. 3, 4, 11 praeteritae dispensationis -em quendam. serm. 293, 2 interiectus quidam -s testamentorum duorum). CENS. 15, 3 *multi* -em istum (*i. annum octogesimum et unum*) transgressi sunt (*antea*: finem vitae . . . legitimum. *cf. p. 1411, 72 necnon* PROSP. carm. de ingrat. 445 -e in ipso extremi flatus. CE 1434, 7 sexaginta annos vicino -e tangens). CHALC. comm. 130 *deum* disposuisse *stellas* tamquam -es temporum annorumque signa (*cf.* HIL. in psalm. 134, 11 vices . . . anni definitis -bus temperantem *solem.* MAR. VICTOR aleth. 1, 109 signata . . . -e certo tempora dissiciens *sol*). LEO M. epist. 138 p. 1102^{A} tempus *paschale* . . . ita dispositos habet -es suos (*cf.* PROSP. chron. I p. 484, 1376 in primi mensis -e *paschatis celebrandi*). AVELL. p. 54, 17 sententias iudicum . . . temporum -s . . . sancit (BOETH. cons. 4, 6, 5 W. quamquam angusto -e temporis saepti tamen aliquid deliberare conabimur. *adde* CHALC. *supra*). EVSTATH. Basil. hex. 6, 7, 14 tempus *non* patitur ulterius -em disputationis extendi (*gr. πέρα τοῦ μέτρου. cf.* CLAVD. MAM. anim. 3, 17 p. 188, 20 latius dicendae causae . . . modum statui, -em fixi). *al.*

iuncturae verbales selectae: **1** *c. acc.*: **a** *facere, constituere sim.*: agere: VERG. Aen. 10, 514 OV. ars 3, 558 SEN. Herc. f. 970 SIL. 9, 379 FRONTIN. strat. 1, 3, 10. 1, 5, 10 TAC. Germ. 29, 3 HYG. grom. p. 72, 14. *al.* (*cf.* exagere: AGENN. grom. p. 43, 17). aperire: VELL. 2, 120, 2 SEN. benef. 1, 15, 2 (*cf.* adaperire: SEN. benef. 3, 37, 2). determinare: PLAVT. Poen. 48. ducere: SEN. Med. 308 HYG. lim. grom. p.140, 8 SERV. georg. 2, 278 HIER. epist. 7, 1, 2 (*cf.* deducere: LEX Mamil. grom. p. 263, 13 L. Vrson. [CIL I^{2} 594] 104, 10). facere: LEX Mamil. grom. p. 264, 11 L. Vrson. (CIL I^{2} 594) 104, 10 PAVL. FEST. p. 71 COLVM. 1, 8, 7. 11, 1, 23 FRONTIN. grom. p. 12, 12. *al.* figere: TERT. pudic. 1 p. 222, 6 OPTAT. 5, 5 p. 131, 5 AVG. civ. 21, 4 p. 493, 1 D. conf. 13, 17, 20 serm. 28, 3. *al.* (*cf. adi.* fixus: GELL. 2, 22, 14. praefigere: AVELL. p. 370, 16). mittere: FRONTIN. grom. p. 14, 18 = HYG. lim. grom. p.135, 8 (*cf.* emittere: HYG. lim. grom. p. 135, 6). ponere: VERG. Aen. 12, 898 SEN. nat. 7, 24, 1 AVG. serm. ed. Mai 126, 10 (*cf.* disponere: CHALC. comm. 130 LEO M. epist. 138 p. 1102^{A}). regere: GROM. p. 358, 10 L. (*cf.* dirigere: PAVL. FEST. p. 235 HYG. lim. grom. p. 134, 15 LIB. col. I p. 217, 7. 18 L. GROM. p. 273, 7 L.). statuere: LACT. inst. 6, 19, 5 ENNOD. dict. 5, 6 p. 439, 20 (*cf.* constituere: HYG. lim. grom. p. 131, 8. 132, 7. 134, 5. *al.* TERT. adv. Marc. 4, 33 p. 532, 2 CHALC. comm. 34. *al.* instituere: SIC. FLACC. grom. p. 116, 21. 118, 14. 16. 129, 29 RVF. FEST. 14). trahere: SEN. Thy. 699 PLIN. nat. 2, 96 CLAVD. carm. min. 36, 2 SIDON. epist. 7, 6, 7. *al.* **b** *transire sive proferre sim.*: commovere, movere *v. p. 1413, 57 sqq.* (*aliter* promovere: LVCAN. 1, 404 PANEG. 11, 5, 4). excedere: HIER. hom. Orig. in Ier. 5 p. 631^{B} ALC. AVIT. hom. 16, 2 p. 124, 18 GREG. TVR. Franc. 2, 25 p. 70, 16 GREG. M. moral. 20, 73. extendere: VOPISC. Prob. 14, 5 EPIST. pontif. 362, 2 Migne 20 p. 774^{A} EVSTATH. Basil. hex. 6, 7, 14. proferre: PANEG. 8, 1, 4. 10, 9, 1. rumpere: VOPISC. Tac. 3, 4 GROM. p. 350, 15 L. (*cf.* disrumpere: AVG. conf. 3, 8, 16. irrumpere: SIDON. epist. 9, 1, 1. perrumpere: AMM. 17, 13, 1. 23, 3, 4. 26, 5, 7). transire: PLIN. nat. 8, 225 GREG. M. in Ezech. 1, 5, 3. transgredi: TERT. adv. Iud. 7, 8 CENS. 15, 3 LACT. inst. 1, 3, 16 AVG. civ. 15, 16 p. 93, 3 D. *al.*

2 *c. abl.*: **a** *ire sive ducere sim.*: currere: OV. met. 8, 203. 559 SEN. Thy. 842 MART. 11, 90, 1 MAR. VICTORIN. verb. script. 5 PRISC. periheg. 632 (*cf.* decurrere: SIL. 15, 46 AVIEN. Arat. 1519 PRISC. periheg. 903. transcurrere: PLIN. nat. 13, 98 VAL. FL. 4, 613). descendere: OV. met. 14, 830 STAT. Theb. 5, 736. ducere: VERG. Aen. 9, 323 OV. Pont. 1, 3, 20 MANIL. 2, 521 GERM. frg. 4, 162 COLVM. 10, 92 LVCAN. 2, 412. *al.* gradi: PLAVT. Poen. 632 (*cf.* egredi: LIV. 22, 12, 2. gressum deducere: CLAVD. carm. min. 18, 13. gressum ecferre: SIL. 16, 488). ire: OV. met. 2, 699 STAT. Theb. 4, 2. 6, 629. iter facere: OV. trist. 1, 10, 16 (*cf.* iter aperire: FLOR. epit. 1, 14, 3. iter pandere: SIL. 14, 240). venire: OV. met. 2, 19 STAT. Theb. 8, 326. 10, 611 (*cf.* pervenire: LIV. 22, 15, 11. 34, 28, 2). **b** *dividere sim.*: dissaepire: OV. met. 1, 69. distinguere: MANIL. 1, 580 PLIN. nat. 17, 169 CYPR. GALL. num. 434. dividere: LVCAN. 2, 11 QVINT. inst. 9, 1, 3 SIC. FLACC. grom. p. 100, 10. SPART. Hadr. 12, 6. *al.* (*cf.* -s dividit: MANIL. 1, 609 PLIN. nat. 8, 225). partiri: VERG. georg. 1, 126. secare: MANIL. 2, 648 PRISC. periheg. 339 (*cf.* -s secat: MANIL. 1, 609 [612]. SEN. Oed. 365 LVCAN. 1, 623 PLIN. nat. 18, 331). signare: VERG. georg. 1, 126 OV. am. 3, 8, 39 met. 1, 136

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MAR. VICTOR aleth. 1, 109. c *includere vel sim.*: artare: SYMM. epist. 3, 1 BOETH. cons. 2, 7, 6 W. claudere: FRONTIN. grom. p. 13, 14 HYG. grom. p. 78, 22 SIC. FLACC. grom. p. 122, 20 PS. AGENN. grom. p. 57, 13 BOETH. categ. 1 p. 169^{D} (*cf.* -s claudit: MANIL. 1, 609 [617]. HYG. lim. grom. p. 139, 10 PS. AGENN. grom. p. 57, 14. -e concludere: AVG. c. acad. 3, 3, 5. includere: HYG. grom. p. 85, 20 lim. grom. p. 167, 2 LACT. inst. 6, 23, 37 [-s includit: EPIST. pontif. 362 Migne 20 p. 773^{A}]). praecingere: MANIL. 1, 653. 664 (*cf.* -s praecingit: SOL. 9, 2). *al.*

CAPVT ALTERVM: *per confusionem verborum i. q. limen* (*cf. p. 1410, 4 necnon* limitaris): GLOSS. II 389, 21 *οὐδός* -s hoc limen.

homoeoprophora et lusus verborum: VARRO Men. 260 limus intra -es. PANEG. 2, 32, 3 ut et -i manus suspecta decederet et militi auxiliator accederet. SYMM. or. 2, 30 vacant ora legibus, arma -bus.

deriv.: limitalis, limitaneus, limitaris, limito.

compos.: *cf.* limitotrophus.

līmeum, (-ī) *n.* [*vox gallica teste Plinio. Sch.*] *nomen herbae*: PLIN. nat. 27, 101 (*cf.* 1, 27, 76) -um (lym-, -mae- *var. ll.*) herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant *eqs.*

līmicola, -ae. *a* 3. limus *et* colere, *cf.* fonticola, amnicola. *i. qui in limo vivit*: AVSON. 396, 36 p. 251 P. -is . . . ostreis.

līmifex *adi.* *a* 3. limus *et* facere. *i. q. ex limo creans*: INSCR. christ. Hisp. 385, 2 *deus* -x testacei . . . corporis comptor.

līmigenus, -a, -um. *a* 3. limus *et* gignere, *cf.* amnigenus *Auson. Mos. 116.* *i. q. in limo nascens*: AVSON. Mos. 45 tu *Mosella* neque -is (-ger- *R*) ripam praetexeris ulvis, nec piger immundo perfundis litora caeno.

līmināris, -e. *a* limen. *scribitur* lum- ITALA Am. 9, 1 (cod. 175). [*subst. i. q. 'limen': sard. centr.* liminárĭu, liminárdzu, *mer.* liminárğu; *langued.* lĕnnáu, ennáu; *hisp. vet.* limbrar, limnar; *hisp.* umbrál (*et var. dial.*); *port.* limiar. *cf. M.-L. 5050. Wartburg V 345. Wagner II 29. Corominas IV 646 sq. Machado II 1337. St.*]

1 *adi. i. q. ad limina pertinens, in limine positus sim.*: VITR. 6, 3, 4 trabes earum *alarum* -es ita altae ponantur, ut altitudines latitudinibus sint aequales. AVG. epist. 40, 2 (*ad Hieronymum*) quae sit eius *libri tui* inscriptio nescimus . . ., non enim hoc codex ipse ut adsolet in -i pagina praetendebat (*respondet* HIER. epist. 112, 3, 1 cum . . . quaereres, ut tuis verbis utar, cur '-is p.' non esset inscripta. *cf. de praefationis loco*: COMMENT. in Don. gramm. V 325, 7 in eius *opusculi* -i paginola exponendum esse). **2** *n. pro subst. i. q. limen* (*inter nomina neutra in 'e' desinentia affert* PS. ASPER gramm. suppl. 43, 4 -e, superliminare): ITALA exod. 12, 7 (Ps. Cypr. pasch. 1 p. 249, 21) *sanguinem* ponent super duos postes et super -a in domibus (super limen *var. l. et Ambr. epist. 23, 19; gr. ἐπὶ τὴν φλιάν, Vulg.* in superliminaribus. *contaminatur c.* 12, 13 [Priscill. tract. 6, 110] sanguis quem in postibus et -bus posuistis [*aliter gr. et Vulg.*]. *inde*: PRISCILL. tract. 6, 107. 108 omnia . . . in postibus aut in -bus animati corporis data vult *deus* in introitum divini sermonis aptari). Am. 9, 1 (cod. 175) movebuntur -a (*gr. τὰ πρόπυλα, Hier. ad l.* vestibula, *Vulg.* superliminaria. *item in templis*: HIER. in Is. lib. 3 praef. commotum est . . . -e templi [*eadem* in Is. 6, 4, *ubi Vulg.* superliminaria cardinum, *Ps. Vigil. Thaps. trin. 12, 117* limen]. in Ezech. 47, 6—12 p. 474^{B} -e templi fractum corruit. ITIN. Anton. Plac. rec. A *et* B 17 [limitare *var. l.*]).

compos.: superliminare.

līminium, -ī *n.* *vox e compos.* postliminium *prave ficta.* **1** *habetur in loco suffixi*: SVLP. RVF. Cic. top. 36 in quo *verbo 'postliminium'* . . . nihil . . . esse notandum nisi 'post', et '-um' illud productionem esse verbi . . ., ut in 'finitumo', 'legitumo' *eqs.* **2** *usurpatur pro nomine sui iuris*: GLOSS. -um: captivitas. servitium mortiferum, captivitas. -um est servitium. GLOSS.^{L} V Abba LI 47 -um: servitium, terminus (*sc. per confusionem c.* limes).

1. līmis *v.* limes. **2. līmis** *v.* 1. limus.

līmitālis, -e. *a* limes (*cf.* limitaris). [*subst. i. q. 'limen': apul.* limmitale, *it. sept.* umdal *etc.; francog. vet. et med.* lintel; *var. francoprov., prov., vasc. cf. M.-L. 5052. Wartburg V 345 sq. Corominas II 174. St.*] *i. q. ad limitem agri pertinens*: LEX VRSON. (CIL I^{2} 594) 104, 11 fossae -es in eo agro erunt (*cf. p. 1412, 76*). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 170 ('populus adsita certis limitibus') qua populus arbor 'adsita' id est innata -is (lem- *trad., idque prava distinctione*; limitaris *Meyer, Holder*) certaminis indicat fines certos.

[līmitāmentum *perperam pro* imi- *in edd. vet.* MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 9 p. 21, 13.]

līmitāneus, -a, -um. *a* limes. *forma* -anus PRISC. gramm. II 78, 19 (*iuxta* veteranus *al.*) *et fortasse* INSCR. *infra* (*cf.* translimitanus). *?* lem- INSCR. *infra.* *legitur inde a s. IV; abiit in sermonem gr. λιμιτάνεος* (*λιμητάναιος*). [*dubiae lectionis* INSCR. Epigraphica 3, 1941 p. 201 n. 1683 ⟨M⟩aurosi ⟨l⟩emitani.]

i. q. ad limitem imperii pertinens (*non nisi in re militari sive publica; cf. ad rem* PROCOP. arcan. 24, 12 *κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων . . ., οὕσπερ λιμιταναίους ἐκάλουν* [*inde* SVDA *Λ* 549; *sim.* MALALAS chron. 12 p. 308, 19]. *ceterum v. Neumann, RE Suppl. XI 876 sqq.*): **1** *de hominibus*: **a** *adi.*: *α* miles -us: LAMPR. Alex. 58, 4 *v. sub* β. VOPISC. Prob. 14, 7 ut numeris vel -is m. quinquagenos *tirones* . . . intersereret. COD. Theod. 7, 4, 30 pr. 8, 4, 17 ut . . . species horreis erogandae comitatensibus m. . . . deferrentur, -is vero pretia darentur (COD. Iust. 1, 27, 2, 8 ut extra comitatenses m. per castra m. -i constituantur, qui possint . . . civitates limitis defendere et terras colere. *ibid. iterum*). NOVELL. Theod. 4 rubr. ne duciani vel -i m. ad comitatum exhibeantur. 24, 2 -i . . . m. (-orum m. COD. Iust. 1, 46, 4, 2) . . . annonarum partem. 24, 3 ab omni -orum m. ac foederatarum gentium concussione temperaturos *magistros militum.* 24, 4. β dux -us: LAMPR. Alex. 58, 4 sola, quae de hostibus capta sunt, -is d. et militibus donavit . . . dicens attentius eos militaturos, si etiam sua rura defenderent.

b *m. pro subst.* (*sed hic illic possis etiam e contextu subaudire vocem q. e.* miles; *distinguitur* miles *l. 27 sqq.*): SPART. Pesc. 7, 7 erga milites tanta fuit censura, ut, cum apud Aegyptum ab eo -i vinum peterent, responderit *eqs.* RVF. FEST. 25 reparato de -is Daciae exercitu. NOT. dign. occ. 25, 20 sub dispositione . . . comitis Africae: -i (vinit-, umct- *codd.; enumerantur postea sedecim* praepositi limitum. *sim.* 26, 12). COD. Theod. 11, 1, 21 -orum annona. NOVELL. Theod. 4 pr. opem . . . -orum poscit utilitas, qui . . . exhibitionibus diversorum iudicum dicuntur adflicti, ut inter privatam vitam et militarem scientiam neutri nascantur. 4, 1. 2. COD. Iust. 1, 27, 2, 8 pro -is . . . ordinandis . . . exemplum fecimus unius numeri -orum; si inveneris . . . idonea corpora . . ., -orum constituas numero in unoquoque limite, ut . . . possint ipsi -i sine comitatensibus militibus una cum ducibus suis adiuvare loca, ubi dispositi fuerint, non longe limitem exeuntes nec ipsi -i nec duces eorum, ut nullum etiam dispendium a . . . ducianis praedicti -i sustineant. 1, 27, 2, 13 quanti et qui milites in quibus locis vel civitatibus *Africae* constituti sunt et quanti -i in quibus locis vel limitibus constituti sunt (*item distinguuntur a militibus legionariis sim.*: NOVELL. Iust. 103, 3, 1 *dux* praeerit militibus et -is et foederatis et quicquid in provincia armatum omnino est). 12, 59, 8 duces eorumque apparitores nec non -os castrorumque praepositos.

2 *de rebus ad hanc militiam pertinentibus*: CAPITOL. Gord. 28, 2 ut nulla esset . . . ⟨ci⟩vitas -a (milit- *P*) potior et quae posset exercitum p. R. ac principem ferre, quae totius anni . . . condita non haberet. COD. Theod. 7, 15 rubr. de terris -is ([*cf. 4, 15, 1* spatia, quae gentilibus propter curam . . . limitis . . . fuerant . . . concessa]. Iust. 11, 60 rubr. de fundis limitotrophis et t. et paludibus et pascuis -is vel castellorum). 12, 1, 56 si . . . recens adhuc erit ratio militiae -ae, . . . curiis . . . adgregabuntur (CONC.^{S} II 2, 2 p. 26, 17 nullum . . . ad aliquam . . . adspirare m. nisi cohortalinam vel -am; si qui vero extra cohortalinam vel -am inventi fuerint militare *eqs.* [*eadem, sed oratione contractiore, Cod. Iust. 1, 5, 8, 6*]. II 3, 2 p. 92, 4 ad nullam . . . aspirare m., nisi forte ad cohortalinam vel -am [*cf. exemplar gr.* II 1, 3 p. 123, 20 *στρατείαν . . . τὴν τῶν κορταλίνων ἢ τῶν λιμιτανέων*]). NOVELL. Theod. 24 rubr. de . . . locis -is . . . redhibendis. 24, 4 agros . . . -os universis cum paludibus omnique iure, quos ex prisca dispositione -i milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio atque arare consueverant.

compos.: collimitaneus. *cf. ?* inter-, translimitanus.

līmitānus *v.* limitaneus *p. 1417, 73.*

līmitāris, -e. *a* limes (*cf.* limitalis). [*subst. i. q. 'limen': norm.* linter; *francoprov.* lēda *etc., prov. vet.* lumdar *etc., prov.* lindar *etc.; cat.* llindar; *mutata syllaba suffixa: francog. vet. et med.* lintier; *port.* lindeira. *cf. M.-L. 5052. Wartburg V 345 sq. Corominas II 174. Machado II 1337. cf.* limitalis. *St.*]

1 *notione originaria i. q. ad limitem agri pertinens*: VARRO ling. 5, 21 hinc (*i. a terendo*) fines agrorum termini, quod eae partis propter -e iter (item *F*) maxime teruntur. HYG. lim. grom. p. 169, 10 rigorum latitudines velut limitum observabimus: interstitione -i mensuras per strigas et scamna agemus. SERV. auct. ecl. 9, 7 perticam -em (milit- *trad.*) *v. s.* limitator. **2** *per confusionem c.* liminare *n. pro subst. i. q. limen* (*cf. p. 1417, 53 necnon* GLOSS. Reich. ed. Stalzer p. 105, 899 limitem: -e [limptarem *trad.; v. Pokrowskij, ALL 15, 1908, 577*]): LEX Sal. Merov. 58, 2 in duropello, hoc est in -e, stare debet intus in casa respiciens.

līmitātē *v.* limito.

līmitātio, -ōnis *f.* *a* limitare. [*vix recte trad.*: GLOSS.^{L} III Abstr. LI 21 (*inde* I Ansil. LI 330 *necnon* GLOSS. IV 534, 12) -o certo firmoque limite (limite secto [*sec. Verg. georg. 2, 278*] *vel* limitata *coni. ed.*). *perperam insertum in edd. vet.*: COLVM. 3, 12, 1 (*pro* aestimatio), MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 9 p. 21, 11 (*pro* imitationem).] *i. q. actus vel effectus limitandi* (*cf.* SIC. FLACC. grom. p. 118, 21 quamvis una res sit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii -em, alii cancellationem, alii typon): PLIN. nat. 1, 18, 77 -o agrorum (*enarratur 18, 331 sqq.*). FRONTIN. grom. p. 16, 15 adhibere . . . metiundi diligentiam, qua[e] potius actus incessus -is (incessae imilitationis *vel* incensiti imitationis *trad.*) effectum laterum longitudine[s] aequet. SIC. FLACC. grom. p. 122, 21 centuriae limitibus clausae, qui a limit⟨ation⟩ibus excipiuntur. 125, 2 sqq. aliquando . . . in limita⟨tioni-b⟩us ⟨si⟩ (*corr. Lachmann*; ⟨si⟩ inlimitatus *dubitanter Thulin in app.*) ager etiam ex vicinis territoriis sumptus non suffecisset et auctor divisionis . . . velit . . . agros . . . assignare *civibus*, voluntate⟨m⟩ sua⟨m⟩ edicit (edictis *trad.*) . . . in formis extra -em. 128, 24 divisi sunt complurium municipiorum agri et una -e comprehensa sunt; . . . (128, 27) ergo fit, ut plura territoria confusa unam faciem -is accipiant. 129, 25 Grac-

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

chanorum et Syllanorum -um. LIB. col. II p. 252, 9 ager . . . tribus limitibus est assignatus in centuriis: quorum -o pedaturae haec est: *eqs.*

līmitātor, -ōris *m.* *a* limito. *i. qui agrum limitandum curat*: SERV. auct. ecl. 9, 7 usque ad eum . . . locum perticam limitarem Octavius Musa porrexerat, -r ab Augusto datus (*ad rem cf. Philarg. Verg. ecl. 8, 6 rec. I p. 143, 6 sqq.*).

līmito, -āvī, -ātum, -āre. *a* limes. leim- CIL VIII 22786 f *et* k (*a. 29/30*). *perf. stirp. brev.*: -asse AVG. civ. 15, 12 p. 81, 5 D., *long.*: -verunt SIDON. epist. 7, 1, 1. *legitur inde a* TREBATIO, VARRONE rust., *terminis lapideis a. 29/30* CIL VIII 22786 f *et* k, PLIN. nat., FRONTINO. [*fortasse hisp.* lindar; *port.* lindar. *cf. M.-L. 5051. Corominas III 98. Machado II 1337. St.*]

I *pro obi. est quod limite afficitur, fere i. q. (limite) partiri, digerere sive terminare, circumscribere sim.* (*sc. res praeter* AVG. civ. *infra l. 54; absolute l. 37 necnon* PLIN. nat. 17, 185 ALC. AVIT. epist. 95. *al.; res terminans indicatur per abl. instr. saepius,* sub *c. abl. l. 61,* usque ad *infra l. 55. 64, subi. est* CHALC. comm. 18. 66 SERV. auct. georg. 1, 108. *al.*; GLOSS. -ta: terminata. *cf.* II 386, 49 *ὁρίζω ἐπὶ τόπου ἤτοι χώρας* finio, termino, -o. 403, 40 *περιορίζω* -o. *dub. an huc spectet* GLOSS. lim⟨it⟩at: exterminat [*nisi erat* eliminat; *an* [ex]terminat*?*]):
A *strictius in divisione agrorum* (*cf. B 2*): **1** ager -tus (-andus LIB. col., OROS.; *cf.* PAVL. FEST. p. 116 -tus a. est in centurias dimensus): FLORENT. dig. 41, 1, 16 (*ex Trebatio, frg. 72 Lenel*) in a. -tis ius alluvionis locum non habere; . . . Trebatius ait agrum, qui . . . hostibus devictis . . . concessus sit . . ., habere alluvionem neque esse -tum, agrum autem manu captum -tum fuisse, ut sciretur, quid cuique datum esset, quid venisset, quid in publico relictum esset (*ad ius alluvionis cf.* VLP. dig. 43, 12, 1, 6 insula *in publico flumine nata* . . . occupantis est, si -ti a. fuerunt [*sim.* 43, 12, 1, 7]). FRONTIN. grom. p. 1, 13 a. . . . -tus hac similitudine decimanis et cardinibus continetur. FRONTIN.(?) grom. p. 31, 19 refer[en]t, in quo agro agatur: si -tus est . . .; si in agro arcifinio si[n]t. HYG. lim. grom. p. 162, 12 a. -to accepturorum comparationem faciemus ad modum acceptarum (*Hyg. grom. p. 73, 6* mensurā peractā). LIB. col. I p. 211, 24 lex a. -andis metiundis. OROS. hist. 5, 12, 2 mensores ad -andum Carthaginiensem a. missi (*cf. Obseq. 33* limites, qui . . . depositi erant). **2** *absolute*: CIL VIII 22786 f *et* k (*cippi limitares a. 29/30*) leg(io) III Aug(usta) -vit C. Vibio Marso proco(n)s(ule).

B *laxius respiciuntur*: **1** *varia* (*sc. incorp. cum respectu sive partiendi, digerendi sive terminandi. usum fere excusat* AVG.): VARRO rust. 2, 2, 1 quoniam . . . -ta est pecuaria quaestio, nunc rursus vos reddite nobis . . . de unaquaque re (*respicitur partitio scientiae pastoralis, quae facta est 2, 1, 11 sqq.*). COD. Theod. 2, 18, 1 (*a. 321*) ubi actio partium -ta sit, contentiones . . . satietate altercantium metas compresserint. CHALC. comm. 295 *silvam* indeterminatam . . . minime genitam, -tam vero generatam esse . . ., hoc est . . . exornatam . . . atque illustratam a digestore deo esse generatam (*ibid.* Stoicos definitam et -tam s. esse natura propria, Pythagoram vero infinitam et sine limite dicere, cumque illi quod natura sit immensum non posse ad modum atque ordinem redigi censeant. 312 utrum -ta *sit s.*, id est determinata, nequaquam consentiunt; . . . si est -ta s., . . . figurae compos erit per semet ipsam, quae informis . . . evidenter ostensa est [*postea*: aliquo limite circumiri]). AVG. civ. 6, 1 p. 246, 6 D. huc usque istas deas singulas posse, suis officiis quodam modo -tas (*cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 2, 3 p. 247/8 usque ad lunam potentiam *Christi* -antes [*gr. p. 23 μέχρι σελήνης συγκλείοντες . . . τὴν δύναμιν*]). contin. 12, 27 *continentia* moderans et quodam modo -ans in coniugibus carnis concupiscentiam et eius . . . inordinatum motum certis . . . finibus ordinans (*cf.* retract. 1, 19, 9 quatenus intellegenda atque -anda [elim-, imit-, milit- *var. ll.*] est haec fornicatio). FAV. EVL. 15, 4 (p. 10, 18 H.) quia duobus finibus terminetur linea longitudinis, sub dualis numeri natura -atur. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 217^{E} hoc . . . tenore huius praeceptionis -to. AVELL. p. 700, 15 cum Christiana fides . . . regularibus constitutis stabili . . . tramite -etur. NOVELL. Iust. 23, 3, 1 causas . . . usque ad decem librarum auri quantitatem -tas (-andas *var. l.*). EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 127, 27 ut . . . fidelium actiones inlicitas . . . synodus positis regulis -ret (*ed.*, litig- *trad.*). **2** *terra, regiones, areae variae*: PLIN. nat. 17, 169 vineas -ari *oportet* decumano XVIII pedum . . . aliisque traversis limitibus denum pedum distingui . . ., aut . . . totidem pedum cardine, quot decumano, -ari (*cf. Colum. 3, 20, 4* semitis ac decumanis distinguendae *vites*). 17, 185 breves ad ⟨l⟩imitandum caveas circumdant *vitibus*. ITIN. Alex. 20 ubi solum *urbis condendae* describi conveniret, . . . -andae humo ferunt pulverem defuisse. SERV. auct. georg. 1, 108 tramites . . . sunt convalles, quae de lateribus utrimque perviae -ant montes. MART. CAP. 6, 626 a quo *Tanai flumine* incohans Asia Nili . . . alveo -atur (*postea*: terminari. *in descriptione terrarum ut*: 6, 629 *promonturio* terminatur Oceanus, qui tum Hispaniae -atur excursibus). SIGISM. Alc. Avit. epist. 93 p. 100, 18 dominationem *Romanam* . . . obex nulla concludit, nec ullis provinciarum terminis . . . sceptrorum diffusio -atur (*cf.* ENNOD. opusc. 3, 88 p. 353, 18 quo sit dominiorum antiquitas -ta confinio [antiqui⟨tus vicini⟩tas *Hartel, haud necessario*]). ALC. AVIT. epist. 95 ab incursibus formidandis Rodano -ante muniri. *figurae geometricae*: CHALC. comm. 12 sint duo . . . triangula -ta Graecis litteris. 18 quadratura, quam -ant Graecae litterae quattuor (*postea*: quod *quadratum* continetur litteris). 112 qui *globus Luciferi* -atur notis. **3** *tempus: in sermone iuris*: COD. Theod. 4, 6, 3, 4 a defensione fiscali duum mensuum ⟨tempo⟩ra -entur, intra quae si non *eqs.* 4, 15 (14), 1, 3 quae *actiones* antiquitus fixis (*om.* Iust. 7, 39, 3, 2) temporibus -antur ([*opp.* perpetuae a. *cf. Cod. Theod. ibid. rubr.* de actionibus certo tempore finiendis]. NOVELL. Iust. 36 pr. certis finibus nostras a. -are censemus). 9, 36, 2 necessariis . . . dilationibus non negatis . . . intra anni curricula (intra certum tempus Iust. 9, 44, 2 pr.) criminales causas -andas (*cf. Cod. Theod. ibid. rubr.* ut intra annum criminalis quaestio terminetur). NOVELL. Valent. 27 pr. vagas aeternasque calumnias et nullo temporum fine conclusas certis et designatis terminis -are. *cetera exempla*: AVG. civ. 15, 12 p. 81, 5 D. Aegyptios . . . lunae fine -asse annum *dixit Plinius* (*nat. 7, 155* annum . . . determinabant . . . lunae senio). Ps. AMBR. paenit. 28 p. 1001^{A} forsitan hoc, quod aut primum putatur aut medium, imminentis occidui meta iam -et. **4** *caelum, mundus*: CHALC. comm. 66 dicitur . . . circulus finalis . . . horizon Graeco nomine -ans mundum dividensque in duas partes iuxta hominum visum (*fere pro adi.*: 71 infra c. -antem [*antea*: ultra finalem c.]. *cf.* PRISC. LYD. solut. 4 p. 67, 2 divisum . . . ab aspectu nostro hemisphaerium obliquam -antem sectionem habet). MACR. somn. 1, 15, 10 *in zodiaco* quantum . . . spatii lata dimensio porrectis sideribus occupabat, duabus lineis -tum est.

II *pro obi. est limes: i. q. terminando, finiendo ponere* (*usum absol. sub I digessimus*): COD. Theod. 9, 19, 2, 2 ultimum . . . finem strepitus criminalis, ⌊quem . . . fas non sit excedere⌋ (*post* -amus *transposuit* Iust. 9, 22, 22, 2) anni spatio -amus (compendioso sp. -amus Iust.). AVELL. p. 51, 10 ut termino, qui evidenter est -tus, excluderet *seditiosos* (*antea*: nullus intra vicesimum lapidem conventus habeatur). SIDON. epist. 7, 1, 1 necdum terminos suos ab Oceano in Rhodanum Ligeris alveo -verunt *Gothi* (*cf. de iisdem 3, 1, 5* metas in Rhodanum Ligerimque proterminant).

part. praes. -ans, -antis *vergit in vim adi. notione q. e. finalis sim. l. 18.*

p. p. p. -tus, -a, -um *fere pro adi. v. supra, maxime sub IA 1.*

? adv. **līmitātē** *i. q. definite sim.*: PRAEDEST. 1, 58 *v.* lineo.

deriv.: limitatio, limitator.

compos.: collimito, delimito, illimitatus.

līmitotrophus, -a, -um. [*compositum more graeco e λίμιτον* (*pro* limes) *et τρέφειν videtur. Sch.*] *scribitur* limitroph- NOVELL. Theod. (*cod. Δ omnibus locis*) *nec non* COD. Iust. 11, 60 rubr. (*codd. KOI*). -trof- *in cod. rescripto Taurinensi s. V/VI* COD. Theod. 5, 12, 31 pr. *et hic illic in recentioribus. legitur non nisi in iunctura* fundus -us *i. limitaneus, sc. destinatus ad sustinendos milites limitaneos*: COD. Theod. 5, 12, 31 pr. *contextu lacuna depravato.* NOVELL. Thecd. 5 rubr. de patrimonialibus rei dominicae et -is f. per orientem sitis (*aliter Cod. Iust. 11, 62 rubr.* de f. patrimonialibus et saltuensibus et emphyteuticis. *cf. 11, 62, 8 a. 386* quos *f.* constat . . . principum sanctionibus limiti deputatos). 5, 2 pr. patrimonialibus f. ac -is nec non etiam saltuensibus . . . ad ius privatum . . . translatis (*sim.* 5, 2, 1). COD. Iust. 11, 60 rubr. de f. -is et terris . . . limitaneis vel castellorum (*cf. 11, 60, 1 pr. a. 385* possessiones, quae ad limitem frumenta conveherent. *11, 60, 3 pr. a. 443* agros limitaneos).

līmma, -atis *n.*, *λεῖμμα.* [*vix recte trad.* MART. CAP. 1, 37 polos et -ta axiumque vertigines (*spatium inter circulos caelestes intellexit Kopp*; climata *haud inepte Grotius, v. vol. III 1348, 11*).]

t. t. musicae i. q. hemitonium: explicationes: CHALC. comm. 45 (*ad transl. p. 36^{B}* epogdoi spatiis epitritorum . . . intervalla complebat ita ut ad . . . perfectionem deesset aliquid epitrito, *gr. τὰ ἐπίτριτα . . . συνεπληροῦτο λείπων . . . μόριον, Cic. Tim. 23* cum particulam . . . relinqueret) hemitonium quod dicitur, a veteribus autem dihesis appellabatur, -a cognominavit *Pythagoras*; -a vero est, cum aliquid deest integritati. 47 quia epitritus non solum ex duobus epogdois constat, sed etiam ex alio quoque, aliquantulo scilicet, sicut diatessaron non ex solis duobus tonis constat, sed ex hemitonio, quod veteres -a appellabant, . . . dixit singulorum epitritorum esse quandam portiunculam reliquam, hanc ipsam scilicet rationem hemitonii designans, quod ait tantum esse, quantum desit ducentis quadraginta tribus adversum ducentos quinquaginta sex, quo minus sit plenus epogdous numerus. *sim.* MACR. somn. 2, 1, 23 BOETH. mus. 2, 28. *cetera exempla*: FVLG. myth. 3, 9 p. 74, 16 potest *humana vox* . . . et -ta subrigere et parallelos concordare et distonias mollire (*opp.* -ta . . . facta non erigit *cithara*). MACR. somn. 2, 2, 20 ait . . . Plato (*supra l. 58*) . . . hemioliis epitritis et epogdois et -e hiantia intervalla supplesse *deum* (*sim.* 2, 3, 15). 2, 4, 11 tonorum vel -um minuta subtilia. MART. CAP. 1, 11 duplis ac sesquialteris nec non etiam sesquitertiis . . . iuncturis, licet intervenirent -ta, concinebant *arbores in silva Apollinis.*

limnēsia, *acc.* -am *f.* (limnesius *m.*), *λιμνησία, λιμνήσιον* (*cf.* limnestis). *nomen herbae centauriae* (*vix huc pertinet* PELAGON. 383 limniadis; *v. Onom. s. v.* Lemnias): DIOSC. 3, 7 p. 379, 19 centauria minore, quem multi lymnesiam dicunt, aquosis locis nascitur (*gr. 3, 7, 1 λιμνήσιον ut* Ps. DIOSC. Vind. 3, 7 p. 12, 10; *sed centauriae maiori aequiperatur* GLOSS. *infra*). ISID. orig. 17, 9, 33 eadem *centauria* et *λιμνήσιος* (limsios *cod. T*), quia locis humectis nascitur. GLOSS. III 547, 33 limnisius: centauria (*ad script.* -nis- *cf. p. 1421, 2*).

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

limnēstis (-ēs), *?gen.* -eōs, *acc.* -em (-eam, -ēn) *f.*, *λίμνηστις* (*λιμνῆστις. cf.* limnesia). *scribitur* -nist- *saepe, ceterum etiam* lym-, lin- *sim.* **1** *nomen herbae centauriae*: Ps. APVL. herb. 34 l. 18 a Graecis dicitur centauria maior, alii Nession, ... alii -is, ... Itali fel terrae (*inde ut vid. depravatum, sc. item inter compluria nomina centauriae*: GLOSS. III 581, 16 limites. *cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 6 p. 10, 13 κενταύρειον τὸ μέγα· ... οἱ δὲ λιμνήσιον, ... οἱ δὲ λίμνηστις, ... Ῥωμαῖοι φὲλ τέρραι*). GLOSS. III 567, 33 liminutis i. centauria. 568, 6 limnesto i. centauria maior. **2** *dubium an potius de adarca accipiendum quam de centauria* (*praeter l. 17 cf. e. g. Galen. VI 434 δι' εὐφορβίου καὶ λιμνήσεως, ἣν ἀδάρκην ... ὀνομάζουσιν*): ORIBAS. eup. 4, 5, 8 La p. 532 *inter medicamenta ad alopeciam post* euforbius ..., tapsia *enumerantur* -es aut adarces (*gr. λιμνῆστις* [*λημν- trad.*]. *eundem vertit locum* syn. 8, 23 Aa p. 239). syn. 1, 30 La p. 85, 12 Mø. si ... aperire vis, -em (-eam *Li*, -en *As*, *Ab*), euforbium *adhibeas* (*gr. εἰ δ' ἀμύξαι, λιμνῆστιν, εὐφόρβιον. eadem coll. med. 10, 12, 2, nisi λιμνήσιον. cf. Aet. 3, 180 εἰ δὲ ἀμύξαι, λιμνῆστις ἐμβάλλεται ἡ καλουμένη ἀδάρκη ἢ εὐφόρβιον*). PHILVM. med. 1 p. 110, 4 de euphorbio et -eos acopa confecta.

limnias *v.* Lemnias (*Onom.*).

1. līmo, -āvī, -ātum (-ītum), -āre. *a* lima. *de formis: p. p. p.* -it- *?*HIER. epist. 57, 4, 1 (*Hilberg sec. cod. vetustissimum,* -at- *cett.*). VEN. FORT. carm. 2, 16, 153 (-atae, linitae, lumineae *var. ll.*). *forma* -assis CAECIL., TVRPIL., *cf.* GLOSS. *infra*. *perf. brev.* -asset PHAEDR. 3, 10, 49, -asti SYMM. epist. 9, 110, 2 HIER. adv. Rufin. 3, 10. *de notione*: NON. p. 333, 36 '-are' exquirere et delenire secundum consuetudinem ⌊a lima⌋ (aliam *codd.*) dictum (*affertur Plaut. Men. 85* anum lima praeterunt, *Bacch. 16* limaces viri), quod adterant et consumant; '-are' etiam dicitur coniungere (*afferuntur exempla infra sub IA citata praeter* PLAVT. Merc. *et* Poen. *cf.* GLOSS.^{L} II Abav. LI 20 [= so 5] -vit: sociavit. IV Ps. Plac. L 16 -asses [-is *? Lindsay*]: conlocasses [*?*]. V Aa L 403 -vi: sociavi atque coniunxi). SYNON. Cic. p. 438, 7 politus. comptus. -tus. tersus *eqs.* GLOSS. *ξινῶ*. informo. -at: *ξινίζει*. acutat. mulcet. -atur: acuitur vel politur. -tus: acutus. -ta: *διαξινητά* (*de argenteis*). GLOSS.^{L} II Philox. LI 52 -at[ur]: rimatur, terit, *ζητεῖ* ('*an* -at: terit, r.: *ζ. ?' Lindsay*). *legitur inde a* LIV. ANDR., PLAVTO, *sed usu communi non ante* CIC.; *in schemate coniugationis* VARRO ling. 10, 14 (*iuxta* ferre). CHAR. gramm. p. 214, 11 sqq. B. (*iuxta* scribere, legere). [*it.* limare; *raet. occ.* ɫimer; *francog.* limer; *prov. vet.* limar, *var. francoprov., prov.; cat.* llimar; *hisp.* limar; *port.* limar. *cf. M.-L. 5044. Wartburg V 338 sq. Battisti-Alessio III 2231. Corominas III 94. Machado II 1336. St.*] [*falso trad.*: CIC. de orat. 3, 197 (*M, pro* lenimur). LVCR. 3, 10 (*pro* lib-, *item* BOETH. herm. sec. 6, 13 p. 459, 14). PROP. 4, 6, 25 (*pars codd., pro* lun-). CELS. 8, 10, 7^{F} *altero loco* (*pro* lev-, *item* 6, 12 *F*^{2}). LVCAN. 9, 678 (*G*^{v} *V pro* ham- [lun- *L*]). PLIN. nat. 13, 40 (*pro* limarum).]

i. q. (tamquam) lima terere (-tum lima lignaria *p. 1423, 25; in lusu verborum c.* 3. limus *l. 58. p. 1422, 68, c.* 1. limus *p. 1423, 6*):

I *notione q. e. atterendo tractare* (*vergunt in vim q. e. lima adhibita effingere, condere sim., sc. accedente ut vid. obi. effecto* SYMM. *p. 1422, 8,* PRVD. *p. 1422, 62 et fortasse* HIER. *p. 1422, 10,* SIDON. epist. *p. 1422, 15; cf.* in artus *p. 1422, 65*): **A** *in locutione prisca* 'non (*sim.*) cum *aliquo vel aliqua* -are caput', *sc. amoris sim. causa* (*sed i. q.* '*coniungere*' *intellexit* NON. *l. 28 sqq., item Bücheler, Kl. Schr. III 26, usum vix recte derivans a* 1. limus, *sc. collata notione q. e. cingulum*): LIV. ANDR. trag. 28 cum ollis (*Mariotti, StIt. 24, 1950, 86*; illos *trad.*, illoc *Ribbeck*) ... numquam -vit c. PLAVT. Bacch. frg. 10 nec cum quiquam -res c. Merc. 537 (*loq. meretrix*) inter nos coniuravimus ...: ego cum viro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum, neuter stupri causa c. -ret. Poen. 292 cum illac numquam -vi c. (293):: curram igitur ... ad lacum, limum petam, (294) ... ut illi et tibi limem caput. Scem. frg. Non. p. 334, 7 pater tuus numquam cum illa etiam -vit (-bit *trad.*) c. CAECIL. com. 140 ne cum meo gnato posthac -assis (-asses *trad.*) c. TVRPIL. com. 113 ne amoris causa cum illa -assis (-assit, -asset *var. ll.*) c.

B *usu communi* (*cf.* attenuare): **1** *praevalente respectu perpoliendi, confirmandi, acuendi*: **a** *incorporaliter* (*maxime de scriptoribus vel scriptis perficiendis, de dicendi genere attenuato e. g. l. 82. p. 1422, 36*): *α formae verbales*: Ⓘ *hominem, indolem sim.* (*absolute* PASS. Macc.): CIC. de orat. 1, 115 neque ... haec ita dico, ut ars aliquos (aliquid *L*) -are non possit. Brut. 236 *M. Piso* habuit a natura genus quoddam acuminis, quod etiam arte -verat. opt. gen. 9 *Lysias* ieiunior, cum se ipse consulto ad minutarum causarum genera -verit. MART. 6, 64, 16 tibi plus mentis, tibi cor -ante Minerva acrius (AVG. in psalm. 113 serm. 1, 4 l. 29 etiam grossa corda -vit *Michaeas*). PLIN. epist. 1, 10, 11 illi *philosopho* te expoliendum (extollendum *var. l.*, excol- *Beroaldus*) -andumque permittas. MAR. VICTORIN. ad Iust. 7 quorum *hominum* aliter et corpus alitur, aliter aptatur habitus, aliter species -atur usu sumendi (*sc. vestitum?*), aliter retinetur. SIDON. carm. 15, 98 *Socratica secta* ad mores hominum -andos transtulit usum. ENNOD. dict. 8, 15 p. 450, 9 ut, quos a me -andos accepisti, doctissimos reddas. PASS. Macc. 1, 29 (*28 cogitatio* officio periti functa cultoris inutilia sarmenta succidens *eqs.*) cogitatio -ando purum reddens hominem ... confirmat. Ⓘⓘ *res varias*: CIC. de orat. 3, 190 cum exercitatione tum stilo, qui et alia et hoc maxime ornat ac -at, formanda nobis oratio est. ac. 1, 2 (*loq. Varro*) quaedam institui, quae ... -antur a me politius (*3* accuratius tractare). SEN. nat. 6, 5, 2 opiniones veteres parum exactas esse et rudes: ... nova omnia erant primo temptantibus; postea eadem illa -ta sunt. APVL. Plat. 1, 3 cum principes ... inpolitas *sententias* et inchoatas ... tradidissent, eas hic ... ratione -ando ... perfectas fecit (AVG. epist. 93, 43). AVSON. 350, 1 p. 206, 3 P. opusculum, quod nec labor excudit nec cura -vit. 412, 5 p. 270, 23 (*de opusculo Paulini*) exquisitim universa -bo (*seq.* expolitionis). SYMM. epist. 9, 110, 2 pari nitore atque gravitate senatorias actiones et Romanae rei monumenta -asti (*antea*: condendae historiae). HIER. epist. 21, 42 excoli non posse sermonem nisi quem propria manus -verit. adv. Rufin. 3, 10 quos *libros* -asti per triennium. 3, 12 in quibus *libris* sic cuncta -verim, ut nihil in illis, quod a fide catholica discrepet, Latinus lector inveniat. VINCENT. LER. 23, 13 ut ... dogmata ... excurentur, -entur, poliantur. SIDON. epist. 1, 1, 3 tuae ... examinationi has ⟨litterulas⟩ non recensendas ..., sed defaecandas, ut aiunt, -andasque commisi. 9, 15, 1 vers. 46 -ans faceta ... poemata.

β p. p. p. pro adi. (*pro superl.* maxime -tus CIC. de orat. 1, 180; *compar.* -ior, -ius CIC. Brut. 35. 93 fin. 5, 12 HOR. sat. 1, 10, 65 PLIN. epist. 1, 20, 22 GELL. 19, 9, 10 AVG. trin. 10, 1, 1 COD. Theod. 1, 1, 5, 4): Ⓘ *de hominibus, ingenio sim.*: CIC. de orat. 1, 180 Q. Scaevola ... oratione maxime -tus atque subtilis. 3, 31 *Cotta* -tus ... et subtilis. nat. deor. 2, 74 *Velleium* moribus domesticis ac ... urbanitate -tum. HOR. sat. 1, 10, 65 fuerit Lucilius ... comis et urbanus, fuerit -tior idem quam rudis ... carminis auctor (*69* detereret sibi multa *eqs.*). MART. 7, 51, 5 iure madens varioque togae -tus in usu *Pompeius Auctus* (*an ad 2?*). QVINT. inst. 12, 10, 17 Attici -ti quidam et emuncti nihil inane aut redundans ferebant. PLIN. epist. 1, 20, 22 *qui effusius dicit,* viribus peccat; quod certe, etsi non -tioris, maioris tamen ingenii vitium est (COD. Theod. 1, 1, 5, 4 ad contexendos codices ... deligendi viri sunt ... -tioris i.). GENNAD. vir. ill. 80 vir in divinis scripturis doctus et in earum sensibus subtilissima exercitatione -tus. CYPR. GALL. exod. 215 -ta facundus ora gerens *Aaron* (*Vulg. 4, 14* eloquens). VICTRIC. 5 monachorum -ta ieiuniis caterva. ENNOD. dict. 7, 6 p. 444, 25 nisi -ta non rutilant illa, quae se erigunt praerogativa nascendi (*sc. sanguinis mundioris dotes. antea*: magistra politione). Ⓘⓘ *de sermone*: CIC. Brut. 35 *a Demosthene* nihil subtiliter dici ..., quo fieri possit aliquid -tius. 93 -tius dicendi ... genus (QVINT. inst. 2, 8, 4 presso -toque g. d. *cf.* CIC. fin. 5, 12 de summo ... bono, quia duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod *ἐξωτερικόν* appellabant, alterum -tius, quod in commentariis reliquerunt. QVINT. inst. 11, 1, 3 parvum [pressum *J. Müller*] -tumque. 11, 1, 31 pressum et mite et -tum). orat. 20 subtili quadam et pressa oratione ⟨et⟩ -ta (-ti *cod. Poggii; opp.* impoliti). fin. 3, 40 -tam quandam et rerum et verborum *Stoicorum* tenuitatem. GELL. 19, 9, 10 quibus *versibus* mundius, venustius, -tius, tersius (*Salmasius,* press- *sim. trad.*) ... nihil quicquam reperiri puto. HIER. vir. ill. 130 accurati -tique sermonis (GLOSS. V 662, 55 -to tersoque). Ⓘⓘⓘ *de rebus variis*: CIC. fin. 3, 40 *v. supra.* AVG. trin. 10, 1, 1 ad ea ipsa ... enodatius explicanda -tior accedat intentio (*seq.* diligenter intuendum est).

b *corporaliter vel in imagine*: *α tela sim.*: OV. Pont. 4, 6, 37 linguae tela ... tuae, quae tibi tam tenui cura -antur (*sim. de maledictis* HIER. epist. 57, 4, 1 quasi -itas ad pugnandum sagittas reponere). PLIN. nat. 8, 71 *rhinoceros* cornu ad saxa -to praeparat se pugnae (*fort. subest veriloquium ξινᾶν κέρας ut* 18, 2 cum arbore exacuant -entque cornua elephanti et uri, saxo rhinocerotes, utroque apri dentium sicas). VVLG. Ezech. 21, 9 gladius exactus est et -tus (21, 10 ut splendeat. 21, 11. 21, 15 acuti et -ti ad fulgendum [*cf.* 21, 28 mucro evaginate ad occidendum, -ate, ut interficias et fulgeas]. OP. imperf. in Matth. 52 p. 932 qui ... gladium suum aeruginare dimiserit, ... festinat -are gladium suum). *β usu vario*: PLIN. nat. 36, 54 signis e marmore poliendis gemmisque etiam scalpendis atque -andis. PORPH. Hor. sat. 1, 2, 62 'oblimare' (*v. p. 1423, 7*) conterere significat, ut quae a fabris -antur. PRVD. perist. 10, 274 *ars* defluentem leniter flectens comam -at capillos et corymbos Liberi. GREG. M. epist. 4, 30 p. 266, 19 de catenis *Pauli* ... partem vobis aliquam transmittere festinabo, si tamen hanc tollere -ando praevaluero. in artus: ANTH. 173, 3 docta manus varios (vivos *Baehrens*) lapidem -vit in a. *Marsyae.* DRAC. laud. dei 1, 330 (*de Adam, sec. gen. 2, 7. fortasse ad* 2. limo) animal rationis amicum formatur virtute dei, -atur in a. (*336* plasmavit [-vit *denuo* EVG. TOLET.] per membra virum de pulvere factum; limus adhuc deformis erat, membratur in a.).

2 *praevalente respectu explorandi, perquirendi, probandi sim.* (*huc spectat fortasse p. 1421, 25. ceterum cf. vol. V 2, 389, 69 sqq.*): CIC. off. 2, 35 alia est illa, cum veritas ipsa -atur in disputatione, subtilitas, alia, cum ad opinionem communem omnis accommodatur oratio. PHAEDR. 3, 10, 49 si delata perscrutatus crimina pater familias esset, si mendacium subtiliter -asset (rim- *Schoppe; cf. 5* exploranda est veritas). CYPR. epist. 14, 1 ut ea, quae circa ecclesiae gubernacula utilitas communis exposcit, tractare simul et plurimorum consilio examinata -are possemus (*simili pleonasmo*: 72, 1 ad quaedam disponenda et consilii communis examinatione -anda. COD. Theod. 13, 5, 32 quae tuae cognitionis -vit examen). 18, 1 rerum gerendarum consilium -are (VITA Fulg. p. 33 L.). 34, 4 *cum* cognitio haec singulorum tractanda sit et -anda plenius ... cum plebe ipsa universa. SYMM. epist. 1, 60 amicus -tae probitatis (*antea*: instrumenta probitatis ... excoluit). CASSIOD. in

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 51, 4 quae ideo inconsulta protulit, quia ea praemisso iudicio non -vit. Ps. Vigil. Thaps. trin. 3, 22 universa secundum regulam evangelicam -antes vel distinguentes.

3 *praevalente respectu laedendi, corrumpendi* (*in lusu verborum* Hor.): Hor. epist. 1, 14, 38 non istic obliquo oculo (*sc.* '*limis*' *ut sat. 2, 5, 53*) mea commoda quisquam -at, non odio obscuro morsuque venenat (*cf. sat. 1, 2, 62* rem patris oblimare). Qverol. p. 40, 13 R. (*nisi ad II*) pauxillum argenti levibus tensum tympanis -ari commutarique. Cael. Avr. chron. 5, 11, 140 vomitus post cibum :. . . quamquam corpori detrahant carnem, ... stomachum -ant ('*rodunt, excoriant*' *Amman*).

4 *hyperbolice* '*vinctus vincula sua -at*', *sc. per inversionem pro* '*vincula membra vincti terunt sim.*': Prvd. ham. 444 in laqueum iam colla dedit, iam compede dura nectitur et pedibus servilia v. -at.

II *notione q. e. deterendo tollere* (*usum absol. sub I digessimus*):
A *tractantur homines, indoles sim.* (*incorporaliter, cf. imagines sub BI*): Cic. de orat. 3, 36 *Isocrates* tantum alteri (*sc. Ephoro*) adfinxit, de altero (*sc. Theopompo*) -vit, ut id confirmaret (conform- *var. l.*) in utroque, quod utriusque natura pateretur. fam. 3, 8, 8 de tua prolixa beneficaque natura -vit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum. Qvint. inst. 2, 4, 7 *in pueris* materiam esse ... volo vel abundantiorem ...; multum inde decoquent anni, multum ratio -bit, aliquid velut usu ipso deteretur. **B** *tractantur res*:
1 *corporaliter* (*fort. huc spectat l. 8*): Cels. 8, 10, 7[F] si acutum *est fragmentum ossis eminens,* ante acumen eius, ⟨si⟩ longius est, praecidendum; si brevius, -andum. Scrib. Larg. 141 cornum cervinum -tum lima lignaria, quantum quattuor ... coclearia, ... maceratum deinde tritum (*inde* Marcell. med. 28, 2. Plac. med. 1, 5 rec. *β in parte codd.; cf.* limatura *nec non* Plin. nat. 34, 168 quidam ... scobem plumbi lima quaesitam sulpuri miscent ...; quidam -tum plumbum sic terunt, quidam et plumbaginem admiscent). Garg. Mart. med. 9 clavi pedum imposito eo *blito* -ari et comprimi creduntur. *in imagine*: Prvd. cath. 7, 205 (*de ieiunio*) hoc est ..., quod -at aegram pectorum rubiginem (corporis libidinem *var. l.*). Apon. 1 p. 6 *anima* deposita ... consuetudine criminum ... lima martyrii splendescit; nullum enim aliud ferramentum fortius potuit reperiri, per quod antiquae scoriae animae -rentur, nisi martyrii lima. **2** *incorporaliter*: Vel. gramm. VII 71, 2 quidam 'quoius, quoi' scribebant; nos ... illam pinguitudinem -are maluimus (*cf.* Cassiod. gramm. VII 164, 16 [*ex Papiriano*] pinguedinem). Tert. scorp. 5 p. 155, 25 fidei disciplinas ... auditum transgressionis auditu devotionis -antes. Symm. epist. 1, 3, 1 (*ad patrem*) si quid in tuis versibus sorduisset, id ut mei stili cura -ret (*seq.* corrigi. *cf.* Vincent. Ler. 1, 8 *ut nihil in eo commonitorio* reprehendant *sancti sc. clerici,* quod adhuc videant promissa emendatione -andum). 6, 74 cum reliquias malae valetudinis plena sanitate -verit *Prosdocius.* Ven. Fort. carm. 2, 16, 153 tertia lux rediens nocturnas solverat umbras et caeco occurrit sic revocata dies; undique -itae cecidere a fronte tenebrae, sanguinis unda rigat, luminis atra lavat.

p. p. p. **līmātus,** -a, -um *pro adi. v. p. 1422, 16.*

adv. **līmātē,** *compar.* -ius. *i. q. modo limato*: Mar. Victorin. gramm. VI 133, 33 hexametris antepositis istum *versum* subiciens copulavit (*sc. Homerus in Margite*), quod postea Archilochus -ius interpolando composuit. Ivl. Vict. rhet. 6, 2 p. 398, 9 illa prior *definitio* subtilius et -ius philosophicis disputationibus coartatur. Amm. 15, 1, 1 residua pro virium captu -ius absolvemus. 15, 13, 2 Constantinus ... cum -ius superstitionum quaereret sectas. Ambr. hex. 6, 8, 44 tractemus -ius, quid sit *eqs.* Gloss.[L] I Ansil. ce 612 (= IV dub. Plac. c 17) caesim (*Quint. inst. 9, 4, 126*): quasi -e aut dolate. Gloss.[L] V Aa e 236 elimatius polite, -e, munde. *huc fortasse* Cic. *p. 1422, 39.*

deriv.: limatio, limator, limatura, 2. limax. *cf.* limatulus.

compos.: de-, 1. e-, 2. ob-, perlimo.

2. līmo, -āre. *a* 3. limus. **1** *i. q. limo obducere* (*per lusum verborum iocose dictum*): Plavt. Poen. 294 *p. 1421, 59.* *?* **2** *fere i. q. limo effingere*: Drac. *p. 1422, 68.* *cf.* 2. elimo, illimo, 1. oblimo.

[**3. līmō** *adv. v.* 1. limus *p. 1427, 83.*]

[**4. līmo(nēs)** *falso traditum vel impressum videtur* Alex. Trall. 2, 51 (*gr. 2, 321 πέπων, unde emendes* melones).]

līmōcinctus, -ī *m.* *a* 1. limus *et* cinctus. *significatur servus publicus limatus* (*ad rem v. Diz. Epigr. IV 1385 sq.*): Lex Laur. frg. III 1 (*a. 212—216*) ⟨lim⟩ocinctos. CIL V 3401 curatori Vicetinor(um) apparitores et -i tribunalis eius. X 2052 manibus Aniceti ⟨l⟩imoci⟨ncti⟩. XIII 8334 Senecioni -o. *cf.* 2. limatus.

līmōdēs *v.* loemodes.

līmōnia, -ae *f.*, *λειμωνία.* **1** *species anemones*: Plin. nat. 21, 65 alterum genus anemones, quae -a vocatur (*cf. Theophr. hist. plant. 6, 8, 1 ἡ λειμωνία καλουμένη*). **2** *nomen scolymi*: Plin. nat. 22, 86 (1, 22, 43 -o *falso trad.*) scolymum ... in cibos recipit oriens et alio nomine -am appellat.

līmōniātis, (-idis *?*) *f.*, *λειμωνιᾶτις, λειμωνιάτης* (*scrib.* -es Plin. nat. 1, 37, 62 *in parte codd.*). *nomen gemmae viridis*: Plin. nat. 37, 172 (*cf.* 1, 37, 62) -is eadem videtur quae smaragdos.

līmōnium, -ī *n.*, *λειμώνιον.* Gloss. III 567, 68 -um i. beta. [*falso trad.* -o *pro* limonia Plin. nat. 1, 22, 43.] *i. q. beta silvestris*: Plin. nat. 20, 72 (*cf.* 1, 20, 28). Diosc. 4, 16 p. 16, 16 (oli- *trad.; gr. λιμ- cod. E*).

līmos *v.* loemos.

līmōsitās, -ātis *f.* *a* limosus. *i. q. status limosus, putridus* (*cf. p. 1425, 11 sq.*): Chiron 94 humores interius nutriuntur ... et -em et callositatem totius vulneris ... faciunt ...; fit fistula. Anon. med. ed. Piechotta 191 ad visinteria -e (*sc. dysenteriae vel lienteriae -em; cf. Cels. 4, 23, 1* intestinorum lēvitās *et p. 1430, 48 sq.*) quaeres id *cynocefalion.* Cass. Fel. 32 p. 65, 5 -em excludit *medicamentum quoddam.*

līmōsus, -a, -um. *a* 3. limus, *cf.* lutosus. *compar.* -ior Plin. nat. 16, 158; *superl. deest.* Gloss. *ἰλυώδης.* -um: *θολῶδες. χοϊκόν.* Gloss.[L] I Ansil. li 364 -o: paludoso, lut[u]oso. 365 -o lacu: in fluctuosa palude. *legitur inde a* Bell. Alex., Sall., Verg. [*fortasse val.* imos; *it.* limoso; *francog. med.* limeux; *hisp.* limoso; *port.* limoso. *cf. M.-L. 5054. Wartburg V 348 sq. Battisti-Alessio III 2235. Corominas III 98. Machado II 1337. St.*] [*dub. an recte trad.* Qverol. p. 40, 5 R. ampullam truncam -am (*cf.* 3. limus *IIA1.* rimosam *Peiper al.*).]

i. q. limo insignis: **I** *strictius sc. limo terrae, luto*:
A *proprie*: **1** *-a est aqua, flumen sim.* (*iuxta* turbidus, turbulentus): Bell. Alex. 5, 2 *aqua,* quae flumine Nilo fertur, adeo est -a ac turbida, ut ... morbos efficiat ([*antea*: liquescit et subsidit]. Vitr. 8, 1, 2 sabulone soluto ... inferioris loci invenietur *a.*; ea erit -a et insuavis [*cf.* Plin. nat. 31, 48 *infra*]. Frontin. aq. 89 turbulentas -asque a. Cet. Fav. 4 p. 292 [*e Vitr. p. 1429, 84*] quodsi -a a. fuerit, salem ei miscebis [*inde* Pallad. 9, 9, 3]. *de a. marina v.* Evstath. *infra*). Verg. Aen. 2, 135 -o ... lacu (Sil. 13, 563 -i ... lacus *Phlegethon Cocytos Styx*). Ov. met. 1, 634 -a ... flumina potat *Io* (Frontin. aq. 15 Anio novus ... excipitur ex flumine, quod ... -um et turbulentum fluit [*seq.* piscina limaria]. Oribas. syn. 4, 14, 3 La p. 13 in f. -is [*gr. ποταμοῖς ἰλυώδεσι.* Aa p. 14 *vitiose*: -is et fluvialibus. *cf.* Cels. 2, 21 -i ... rivi ferunt *pisces duros*]. *cf.* Ov. met. 7, 6 -i Phasidos. Plin. nat. 36, 190 -us *Belus,* vado profundus: non nisi refuso mari harenas fatetur. Sil. 6, 142 turbidus ... Bagrada ... -as *extendit* ... undas *sc. per campos*). 6, 381 -o ... saliunt in gurgite ranae (Arnob. nat. 4, 16 p. 154, 16 ex caeno et ex gurgitibus ... -is. *cf.* Sol. 5, 24 ager Agrigentinus eructat -as scaturrigines). 8, 237 -o ... elice (*teste* Dub. nom. gramm. V 587, 1; ramosa ... ilice *codd.*). Plin. nat. 31, 48 sabulum exiles -asque *venas* promittit (Pallad. 9, 8, 2). Evstath. Basil. hex. 3, 7, 3 crassiorem ... -amque *partem humoris* inferioribus *stationibus* destinavit *locus* (*gr. γεώδες. sim.* 3, 7, 11 graviorem ... et -am *partem aquae maris* velut faecem aliquam). *fere per tautologiam ipsa faex sim.*: Itala psalm. 39, 3 (cod. 136 Cas.) extraxit me de laco miserie et e luto -o (*gr. ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος* [*cf. p. 1430, 15*]. *explicat* Cassiod. *ad l.* sicut lutus laci fetidus atque gravis est, ita et hominum delicta -a sunt). Amm. 15, 4, 5 -a subluvie. Cassiod. var. 11, 14, 5 torrentes ... -a faece corrupti (*cf.* Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 31 p. 404[C] -am ... faeculentiam [*gr. 249[A] τὴν ... ὑλώδη τῆς τροφῆς ὑποστάθμην*]).

2 *-a est terra, palus, glaeba sim.* (*iuxta* lutosus, cretosus): Sall. Iug. 37, 4 circum murum ... planities -a hiemalibus aquis paludem fecerat. Ov. am. 3, 6, 1 amnis harundinibus -as obsite ripas (Porph. Hor. sat. 1, 10, 36. *item ripae harena limo sordet* Ov. trist. 4, 1, 7 innitens -ae ... harenae). fast. 4, 300 sedit -o pressa carina vado (*item de regione sub aqua sita*: Colvm. 8, 16, 7 -a regio planum educat piscem ..., idonea est conchyliis. Anthim. 43 in -is locis vel lutosis). Sen. Ag. 768 palude -a (Oed. 547. nat. 6, 8, 4 -a et obsita. Colvm. 2, 2, 16 Sil. 4, 750 Serv. Aen. 6, 154. Hier. in Is. 14, 23 p. 226[D] p. infertiles et -ae ac lutosae, in quibus caeno gaudentia reptant animalia [*opp.* ager irriguus]. Avg. serm. 8, 5 l. 136 L. = Caes. Arel. serm. 100, 3). nat. 6, 26, 1 pinguis et -i soli est *Aegyptus* ..., crevit in solidum arescente limo (Colvm. 2, 9, 4 adhuc -o et madente. *cf. de condicione vel qualitate glaebae* 2, 4, 5 arva [*antea*: lutosus ager]. 2, 4, 6 -os lutososque agros [2, 10, 4 cretam reformidat -oque non exit agro *lupinum. cf. p. 1425, 16*]). Tac. ann. 1, 63, 4 cetera -a, tenacia gravi caeno. 1, 65, 5 neque figi -a humo poterant *aquilae.* Evstath. Basil. hex. 4, 5, 2 -am et adhuc ex ... inundatione deformem atque invalidam *terram* (*gr. πηλώδη οὖσαν*). *tropice de terra*: Ps. Avg. serm. ed. Caillau 2, 77, 1 p. 135 refundebat *moriens* -ae matri (materiae Ps. Avg. serm. ed. Mai 561) vasculum suum; quod de terra acceperat, terrae reddebat.

3 *-a sunt varia*: Verg. ecl. 1, 48 -o ... iunco (*cf.* Lvcan. 2, 70 ulva). Colvm. 7, 9, 7 terrenum pabulum consectabimur, et sicco -um (*sc. pabulum, cf. p. 1425, 16*) praeferemus, ut paludem rimentur *sues.* Plin. nat. 9, 47 -ae (*sc. thynni*) vere aut e luto pelamydes incipiunt vocari et, cum annuum excessere tempus, thynni. Carm. de Iona 89 quam *praedam* ... avide -is faucibus hausit *cetus.*

B *metaphorice vel translate (sec. gen. 2, 7, qui locus affertur I Cor. 15, 47):* *-us est homo, corpus eius*: Ps. Cypr. tract. 2 qui ante (*v. l. 79*) -i et veteres fuimus, ... delicto primae nativitatis purgati vivamus (*cf.* Petr. Chrys. serm. 117 p. 521[B] quos origo -ae stirpis profuderat ... terrenos). Hil. trin. 9, 40 -i corporis graves animae (Ambr. in psalm. 118 serm. 14, 27, 1 c. ... quod erat ante -um et caeno hereditariae conluvionis obstructum. 16, 14, 1. *cf.* exhort. virg. 6, 34 si ... tenebras huius -ae carnis illuminet *virginitas*). Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 128, 20 erat ... cor eius *Pharaonis* secundum ea, quae cogitabat, luteum et -um. *inde -a sunt facta sim. hominis* (*cf. supra* Rvfin.): Tract. de indur. cord. Phar. 29 l. 5 terrenis et luteis operibus ...,

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-is et cruentis facinoribus. Avg. conf. 2, 2, 2 exhalabantur nebulae de -a concupiscentia carnis. *v. etiam l. 18.*

II *laxius sc. aquosa pulpa, callo sim.*: Sen. epist. 95, 25 ostrea, inertissimam carnem caeno saginatam, nihil existimas -ae gravitatis inferre? (*respicitur carnis qualitas, ut in pisce* Sidon. carm. 24, 46 -um et solido sapore pressum piscem perspicua [*sc. minime -a*] gerens in unda *Tarnis*). Plin. nat. 16, 158 ubi -iore (lign- *coni.*) induruit callo *harundinis coma* ..., contusa ... feruminat textus glutino tenacior (*cf. de planta* 27, 34 radice -a, cavernosa ..., hirsuta). 23, 7 ulceribus ... manantibus, cicatricibus marcidis, ossibus (auribus *edd. vet. e Diosc. 5, 5, 2*) purulente -is. Cass. Fel. 46 p. 117, 8 vesica ulcerata ..., aut -a aut arenosa qualitate solidata (*opp.* arenosa *ut*: Misc. Tir. p. 48, 13 fistulis ... -is et arenosis et calculosis). Cassiod. var. 10, 29, 1 -ae podagrae ... inundatione.

n. plur. pro subst. (*vix sing. p. 1424, 69*): Plin. nat. 18, 135 cretosa tantum -aque odit *lupinum* (*opp. 134* sabulosa et sicca atque ... harenosa). Serm. Arian. frg. II 13 p. 638[A] ut cogitaret *anima* carnalia ..., sentiret terrena et -a.

deriv.: limositas. *Balzert.*

limpidātōrius, -a, -um. *a* limpidare. *i. q. limpidum, nitidum sim. reddens*: Diosc. 5, 128 p. 222, 17 virtus *herbae* est ... -a (*gr. 5, 103, 4 σμηκτικήν*).

limpiditās, -ātis *f.* *a* limpidus. *i. q. perspicuitas*: Iord. Get. 93 in flumine illo, qui nimii -is saporisque ... oritur.

1. limpido, -āvī, -ātum, -āre. *a* limpidus. [*hisp.* limpiar; *port.* limpar. *cf. M.-L. 5055. Corominas III 100. Machado II 1338. St.*]

1 *-antur quae (qui) sordibus, vitiis sim. affecta sunt, fere i. q. limpidum reddere, purgare sim.* (*c. abl. separ.* Zeno, Soran. *cf.* Gloss.[L] II Abav. li 24 -at oblimat [*cf. vol. IX 2, 96, 23sqq.*]): **a** *incorporaliter*: Zeno 2, 45 (1, 33, 3 L.) aestas ... fidelis est populus, angelicus et mundus, ... peccatorum paleis -tus. Apon. 8 p. 158 qui ... torno praecepti tam -ti resplendent, ut nullus in eis pallor sinistrae conscientiae resideat. Cassiod. in psalm. 45, 4 l. 80 mundus ... ad domini se credulitatem -to ... corde revocavit. **b** *corporaliter*: *α in re medica* (*-atur vox humana l. 44sqq.*): Chiron 86 donec se vulnus -et et aequet (97 pulver ... vulnera -et et sanet; hanc ergo curam [*acc. pro nominativo*] -at et sana est et fistulas curat [*Veg. mulom. 2, 27, 4* elimpidat]. Veg. mulom. 3, 28, 3 [*3, 28, 2* elimpidanda]. Diosc. 1, 96 vulnera sordida [*gr. 1, 86 ἐπέχειν*]. 2, 135). Soran. p. 10, 17 quod ... sanguinem ... excludat et eodem corpus -et *purgatio menstrualis.* Diosc. 1, 75 p. 40, 18 M. aqua ... leprosos -at (*gr. 1, 74, 3 ἐκβάλλει ... λεπριῶντας ὄνυχας*). 2, 38 dentes (*gr. 2, 59 σμήχει*). 2, 104 p. 220, 13 vultus -at, lentigines tollet ([*gr. 2, 120 ἀποκαθαίρει*]. 3, 98 [*gr. 3, 88 εὐθετεῖ*]). 5, 39 p. 183, 15 *acetum* vocem -at, perclara facit (*gr. 5, 17 τὸν ἦχον εὔτονον καὶ λαμπρὸν ἀποτελεῖ. cf.* Plin. Val. 1, 47 tit. ad fauces -andas). *β in variis condicionibus*: Damig. lapid. 8 exebenus lapis albus est ..., cum quo solent aurifices aurum -are. Diosc. 2, 149 *struthio* lotores lane utuntur ad fumigio, quod fumigio -ant lana(m) (*gr. 2, 163 πρὸς κάθαρσιν*). 4, 154 ippofaes ..., unde in oriente res -ant (*gr. 4, 159 γνάπτουσι τὰ ἱμάτια*).

2 *-antur ipsa vitia, sordes sim., fere i. q. purgando tollere* (*vix huc trahas l. 35sq.*): Veg. mulom. 2, 18 est ... vitium eiusmodi, ut interdum oculo album inducat, ¡interdum -et¡ (vel impediat *A*, ita quod impedit visum *P; cf. Chiron 77* ut ... albiginem faciet et ... elimpidet). Diosc. 1, 81 p. 45, 2 M. *oleum* alopicias capitis -at (*gr. 1, 72, 2 δασύνει*). 1, 86 p. 47, 2 glaucomatas et cicatrices (*gr. 1, 77, 2 σμήχει*). 1, 134 p. 66, 21 radix ... maculas vultui -at (*gr. 1, 123, 1 ἀποκαθαίρει*). 2, 68 p. 209, 10 sernas (*gr. 2, 85, 3 ἰᾶται*). 2, 145 p. 233, 26 maculas (*gr. 2, 159, 4 σμήχει*). 3, 88 p. 416, 6 *sucus silphii* aspredine(m) faucium et vocis -at (*gr. 3, 80, 5 ἀποκαθαίρει*).

deriv.: limpidatorius. *compos.*: elimpido, *?* oblimpido (*v. vol. IX 2, 96, 23*).

2. limpīdo, -inis *f.* *a* limpidus. *i. q. status nitidus, liquidus sim.*: Antidot. Brux. 27 (26) p. 371, 11 *illa* conteris usque ad -em; cumque spissare coeperit *eqs.* (41 p. 375, 11 teris u. ad summam -em). *cf. p. 1426, 73.*

***limpidus,** -a, -um. [*iuxta* limpor (*q. v.*) *ut* liquidus: liquor. *Sch.*]

de orig.: Isid. orig. 20, 3, 6 -um vinum, id est perspicuum, ab aquae specie dictum, quasi lymphidum. *scribitur* lym- *hic illic in codd.*, lem- Oribas. syn. 6, 4, 2 La. limpa *pro* -a *fortasse per errorem scribae* Diosc. 1, 82. *compar.* -ior *inde a* Vitr., *superl.* -issimus *inde a* Frontino. *legitur inde a* Catvllo, Vitr. [*val.* limpede; *tusc.* lémpore; *fortasse sard. centr. et mer.* límpiu; *raet. or.* límpid; *fortasse prov.* linde; *vasc.* límpie; *hisp.* limpio; *port.* limpo; *vocali syllabae* lim- *mutata: it. sept.* lamped *etc. cf. M.-L. 5056. Wartburg V 348. Battisti-Alessio III 2235. Wagner II 29. Corominas III 100sq. Machado II 1338. St.*] [*falso tradi vid.* -a *pro* liquida Cael. Avr. chron. 5, 10, 105 (*cf. ibid.* 103).]

i. q. perspicuus, lucidus, nitidus, purus sim. (Gloss. *διαφανής. διαυγής. λαμπρός.* Gloss.[L] II Abav. li 23 -um: manifestum, tranquillum. *acced.* ab *aliqua re p. 1426, 35*): **1** *corporaliter*: **a** *-ae sunt res perspicuae*: Catvll. 4, 24 -um lacum *Benacum* (Frontin. aq. 93). Vitr. 8, 4, 2 aqua ..., si fuerit -a et perlucida (8, 6, 15. Plin. nat. 37, 28 *in descriptione crystalli.* Frontin. aq. 90 Peregr. Aeth. 11, 2 Vita Anton. 49 p. 59, 17, Pascent. Aug. epist. 240. *al.*). Sen. nat. 1, 12, 2 cum sic coactus aer et -us constitit, ut faciem solis acciperet. Colvm. 12, 34 mustum. Plin. nat. 35, 184 *aluminis* liquidi probatio, ut sit -um lacteumque. 37, 126 *chrysolithi* (*cf. p. 1425, 84.* Ampel. 8, 24 smaragdo). Pallad. 11, 14, 12 vinum ... ex austero -um atque optimum fieri, si ...; item feculentum statim -um reddi, si *eqs.* (Isid. orig. 20, 3, 6 *v. p. 1425, 68*). Pelagon. 59 muccus. Chiron 223 *humorem* (Veg. mulom. 1, 43, 4). 753 unum oculum claucum habent et alterum -um (*cf. l. 50*). Rvfin. Adamant. praef. p. 1, 4 fluenta -issima. Soran. p. 13, 19 sanguine (Cael. Avr. chron. 2, 11, 126). Theod. Prisc. eup. faen. 40 gutta ammoniaci. 45 resinae terebinthinae. *al.* **b** *-a est vox humana*: Plin. nat. 34, 177 *sandaraca* fauces purgat ... vocemque -am et canoram facit. **c** *-ae sunt res variae* (*saepe superficie nitida praeditae*): Apvl. met. 11, 10, 1 illae *mulieres* -o tegmine crines ... obvolutae (*cf.* Herm. Pal. vis. 1, 2, 2 veniens quaedam femina ... in veste -a [*gr. ἐν ἱματισμῷ λαμπροτάτῳ, vulg.* splendida]). 11, 16, 8 carina citro -o perpolita florebat. Itala act. 10, 11 (Chromat. serm. 3, 4) linteum -um (*aliter gr. ὀθόνην μεγάλην, Vulg.* l. magnum; *sed codd. dg* l. splendidum, *Const. apost. 6, 12, 6 ὁ. λαμπράν. cf.* Cael. Avr. chron. 2, 14, 203 linteolo). apoc. 21, 21 (Primas. *ad l.*) plateas civitatis ex auro -o sicut vitreum -um ([*gr. χρυσίον καθαρὸν ὡς ὕαλος διαγής, cod. g* aurum purum tamquam vitrum perlucens; *Vulg.* aurum mundum tamquam vitrum perlucidum]. Rvfin. Greg. Naz. orat. 5, 10, 3 p. 178, 20 a. post fornacem -ius invenitur et purius [*gr. aliter*]). Firm. math. 8, 23, 1 stella (8, 31, 4. 5. 6. 7. *cf.* Vvlg. sap. 17, 5 siderum -ae flammae [*gr. ἔκλαμπροι φλόγες*]. 17, 19 orbis ... -o illuminabatur lumine [*gr. λαμπρῷ ... φωτί*]). Serm. Arian. frg. II 8 p. 635[A] *artifex aufert* immunditiam, ut diligenter munda et -a ea *pergamena* perficiat. Schol. Hor. sat. 2, 4, 30 introrsum -a conchilia implentur luna crescente. Chiron 60 vulnus (Veg. mulom. 2, 13, 7). Vvlg. I reg. 17, 40 *David* elegit sibi ... -issimos lapides (*cf.* Ezech. 24, 7 super -issimam petram effudit illum *sanguinem* [24, 8. 26, 4. 14. *cf.* Hier. *ad l.* 226[B] ut pateret omnibus nec terra operiretur aut pulvere]). Plac. med. 11, 6 rec. *β medicamen in maculis illinitum* faciem -am facit (11, 13, *ubi rec. a* splendidam). Diosc. 2, 85 capillos capitis ab immunditiis -os servat (*gr. 2, 102, 2 σμήχει τρίχας*). 2, 92 vultus -os facit ([*gr. 109, 2 πρόσωπον σμήχουσι*]. 2, 120 v. -os ... reddet [*gr. 2, 135, 2 προσώπου λαμπρυντικόν*]). 3, 20 *tracantus* sic eligendus est: ... -us et lucidus *eqs.* (*gr. διαυγής tantum*). *saepius apud eundem.* Cael. Avr. acut. 2, 18, 103 lanis (3, 18, 180 chron. 1, 3, 57. 2, 1, 18. *al.*). chron. 3, 8, 92 pane -o fermentato. 4, 3, 43 ulcera. Lavrent. paen. p. 100[A] (*ad Luc. 19, 4* ascendit in arborem sycomorum, ut videret eum) relinque in animo tuo unam arborem -am fructiferam, crucis stigmata praeferentem. Isid. ord. creat. 6, 9 -issimo subcaelestium spatiorum habitaculo. *de hominibus*: Diosc. 5, 96 p. 202, 2 *ad pompholyngas decerpendas operarii fornacem* ingrediuntur nudi, -i (*gr. non respondet*).

2 *incorporaliter*: **a** *-ae sunt variae res*: Apvl. flor. 20 p. 97 creterras Athenis bibi, ... geometriae -am, musicae dulcem *eqs.* Zeno 2, 53 (2, 13 L.) -ae aestatis messe gaudentes (*cf.* 1. limpido *in initio*). Serm. Arian. frg. I 1 p. 596[B] -o ... oculo animi (I 4 p. 606[A]. *cf. supra l. 8 et* Cassiod. in psalm. 32, 20 animas [Ios. antiq. 10, 194, *ubi gr. καθαρῶν*]). Rvfin. Basil. hom. praef. eloquentiae eius -issimum flumen (*cf.* Greg. Naz. orat. 1, 60, 2 p. 49, 16 prohibens eos turbulenta aqua potare gregem, id est uti debere verbo -o et perspicua sinceraque doctrina [*gr. aliter*]. Vita Amator. [BHL 356] 7 AASS Mai. I 53[E] eloquiis). Orig. princ. 1, 1, 5 purissima mens ac -issima. Ps. Phoebad. fid. 4 p. 40[B] *dei substantia est quoddam* simplex ..., purum, nulla concretione permixtum, -um, bonum *eqs.* Vindic. med. 19 p. 220, 12 cum ex corde sensifica virtus -a atque splendens ad oculos pervenit. Antidot. Brux. 38 quousque ad -am sanitatem patientia loca perducas. Cael. Avr. acut. 2, 36, 189 (= diaet. pass. 40) -a dimissione (*cf.* chron. 5, 1, 7 puris ⟨et⟩ -is lenimentorum ... spatiis). chron. 2, 5, 89 in dimissione -ae sinceritati proximi *sunt aegri.* Cassiod. in psalm. praef. l. 52 -am et tranquillissimam vitam. Caes. Arel. serm. 100 a, 1/2 mutatus est ... -issimus honor unius dei in sanguineos ... cultus.

b *-us est homo*: Zeno 2, 15, 1 (1, 15, 2 L.) conversatione -us, mente -ior *Iob.*

in locutione ad -um redigere: Synon. Cic. p. 422, 29 docet: ..., ad purum redigit, ad -um, ad liquidum.

adv. **limpidē.** *compar.* -ius Avg. *i. q. perspicue, lucide, nitide sim.*: **1** *corporaliter*: Comm. instr. 2, 35, 16 sacerdos ... cum 'susum corda' praecepit ..., -e respondis (*cf. l. 12. p. 1425, 59sq.*). Antidot. Brux. 25 sisymbrium ... tere -e (*cf.* 2. limpido). Cael. Avr. chron. 4, 3, 30 ne ... vetustate medicaminum efflata virtute nullus sequatur effectus et propterea sicut iniecta sunt -e (-a *ed. vet.*) revocentur. Cassiod. Ios. antiq. 8, 69 lapidibus politis ... et nimis -e (*gr. λείως*) constitutis. **2** *incorporaliter*: Avg. rhet. 20 p. 150, 8 ut -ius hoc genus principandi deprehendatur, dabo exemplum *eqs.* Conc.[S] I 5 p. 343, 27 visus rectus internorum ... oculorum est posse sermones ... pro suo virili videre -e et exacte (*gr. ἰσχνῶς καὶ ἀπεξεσμένως; explicatur prov. 4, 24* oculi tui recte viderint). Cael. Avr. chron. 4, 1, 6 cum nondum -e methodicam perspiceret disciplinam *Themison.* Serm. RevBén. 59, 1949, p. 200, 12 propitio deo -e et honeste nascuntur subóles omnium Christianorum, saltationes enim mundi res sunt diaboli.

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deriv.: limpiditas, 1. 2. limpido, limpitudo.

limpitūdo, -inis *f.* *a* limpidus. *i. q. claritudo, nitor, splendor sim.*: DIOSC. 5, 157 p. 238, 28 lapis aravicus simile(m) habet evori -em (*gr. 5, 131 ἔοικεν ἐλέφαντι ἀσπίλῳ*).

limpor, -ōris *m.* [*vocem e* lympha *et* liquor *contaminatam esse sibi persuasit Wackernagel, Kl. Schr. 1226 sq. Sch.*] *i. q. liquor sim.*: LVCIL. 1196 impermixtum -em. *affert verba* NON. p. 212, 4 lympha, aqua, genere feminino, ut saepe; masculino Lucilius '. . .' (limforem *var. l.*; lymphorem *ed. Lindsay*).

limpus, *v.* limpidus *p. 1425, 70.* *Nosarti.*

līmula, -ae *f.* *a* lima *deminutive; cf.* limatulus. *i. q. lima* (*minuta*): TER. MAVR. 284 haec (*sc. versus meos*) . . . perpolite quam potestis crebriore -a (*metri gratia pro* lima *positum*). PASS. Macc. 17, 5 ut quamvis tenui -a (-mola *ed.*) minutum opus tenens capacitatem habeat *saxum* tot poenarum *inscribendarum.*

limulla: larva GLOSS. V 603, 53 (*ad* lemuria *traxit Goetz*).

līmulus, -a, -um. *a* 1. limus *deminutive.* *i. q. limus*: PLAVT. Bacch. 1130 vetulae *oves* sunt *sc. isti amatores* ;. . . viden -is *oculis* . . . ut intuentur? (*cf. l. 35 sqq.*). :: ecastor sine omni arbitror malitia esse.

līmum, -ī *n. v.* 3. limus.

limuriae: larvae GLOSS. V 370, 40 (*pro* lem- *accepit Goetz*).

1. līmus, -a, -um *et* **līmis,** -e (*per errorem interpretationis exemplorum l. 35 sqq. congestorum*). [*orig. inc. Sch.*] *derivatur a* limen *infra l. 44.* -is *nom. sing.* PAVL. FEST. *et* GLOSS. *l. 26 sq.*, DON. *et* EVGRAPH. Ter. Eun. 601; -es *nom. plur.* AMM. 17, 7, 13; -bus AMM. 20, 9, 2. PAVL. FEST. p. 116 -is obliquus, id est transversus. GLOSS. -is: *λοξός. πλάγιος.* strambus et obliquus oculis. -is oculis: id est obliquis (*marg., cf.* -is: obliquis oculis. transversis vel coniunctis). obliqua intuentibus. *cetera v. infra suis locis.* *legitur in poesi inde a* PLAVTO, TER., VARRONE Men., HOR. sat., *in prosa or. inde a* TIRONE, PLIN., QVINT. [*non huc pertinere videtur* CIL VIII 2660, 7 *v. p. 1428, 68* ('*aggeribus obliquis?*' *Wilmanns p. 1112 et* Dessau 5787, 7 *in adn.*; '*attachment*' *Souter, Glossary s. v.* lima).]

i. q. obliquus, λοξός: **1** *de visu*: **a** *-i (-es) sunt oculi*: *α per ellipsin* '-is' (*cf.* limulus): PLAVT. Mil. 1217 aspicito -is (-is oculis *trad.*), ne ille nos se sentiat videre. TER. Eun. 601 -is (sublimis *A*, oculis *suprascr.*) specto sic per flabellum clanculum (DON.: '-is' si nominativus est singularis, 'transversus' significat, si septimus pluralis, deest 'oculis'; nam '-is' est transversus, unde limen quoque dicitur . . .; cum igitur dissimulant se homines videre quod vident et non recta facie sed transversa intuentur, -es dicuntur aspicere. EVGRAPH.: quidam intelligunt -is obliquus . . .; alii intelligunt -is oculis paululum tortis; alii . . . -is coniunctis ad flabellum. SCHOL. Ter. p. 105, 27 tortis oculis et transversis, a limine . . .; -os oculos dicimus in transversum aspicientes. Bemb.: obliquis oculis). HOR. sat. 2, 5, 53 tabulas a te removere memento, sic tamen, ut -is rapias *eqs.* (SCHOL.: obliquis oculis raptim legas). MANIL. 2, 372 transversos . . . fugiunt subeuntia *signa* visus, quod nimis inclinata iacent -isque videntur. IVL. VAL. 1, 4 p. 5, 22 -is explora vultus. MART. CAP. 1, 84 miros lacertos rictusque Cleonaeos *Herculis* -is (sublimis *var. l.*) Iuno cernebat. *β cetera exempla* (*abl. praeter* PLIN. nat. 11, 145 *et* QVINT., *v. etiam* EVGRAPH. *et* SCHOL. *supra*, FRONTIN. *infra l. 74; omnia plur. praeter* SOL.): OV. am. 3, 1, 33 -is subrisit ocellis *Elegia responsura Tragoediae.* PLIN. nat. 8, 52 oculorum aciem traditur defigere in terram *leaena feta* . . .; cetero dolis carent *leones* et suspicione nec -is intuentur oculis (*cf.* SOL. 27, 20 saepti a venantibus obtutu terram contuentur *leones* . . .; numquam -o [*an pro adv. positum?*] vident). 11, 145 contuitu . . . multiformes *oculi*: . . . torvi, . . . transversi, -i, summissi, blandi. QVINT. inst. 11, 3, 76 rigidi . . . aut lascivi . . . aut -i et, ut sic dicam, venerei . . . numquam esse debebunt *oculi*; nam opertos compressosve eos . . . quis nisi plane rudis aut stultus habeat? APVL. met. 2, 10, 2 cervicem intorsit *Photis* et ad me conversa -is et morsicantibus oculis . . . ait *eqs.* AMM. 20, 9, 2 ultra modum solitae indignationis excanduit imperator -busque oculis eos *legatos* ad usque metum contuens mortis egredi iussit.

b *-us est, qui obliquo visu spectat* (*v. etiam supra* '-is *sc. specto*', '-es . . . aspicere'): VARRO Men. 260 sedens altus (*i. pastus*) alieno sumptu, neque post respiciens neque ante prospiciens, sed -us intra limites culinae (-um obtortum *intellegit* NON. p. 133, 28).

2 *de variis rebus* (*fort. iam* LEX Vrson., *nisi est subst., v. p. 1428, 8*): **a** *in veriloquiis*: GELL. 12, 3, 3 (*ex Tirone*) 'lictorem' vel a '-o' vel a 'licio' dictum scripsit; licio enim transverso, quod '-um' *sc. licium* appellatur, qui magistratibus, inquit, praeministrabant, cincti erant. FRONTIN. grom. p. 13, 3 sq. *limites* . . . appellati transversi s⟨unt⟩ a -o, antiquo verbo . . ., a quo dicunt poetae -is oculis (-es oculos *var. l.*, -os oculos *coni.*), item -um cinctum, quod purpuram transversam habeat (*item fere* HYG. lim. grom. p. 132, 21. *cf.* ISID. orig. 15, 14, 2 l. appellati antiquo verbo transversi, nam transversa omnia antiqui -a [limina *var. l.*] dicebant . . .; hinc et limus vocabulum accepit, cingulum, quo servi publici cingebantur obliqua purpura). **b** *cetera exempla:* *de versu intexto*: OPT. PORF. carm. 7, 11 versu . . . -o. *de terrae motu*: AMM. 17, 7, 13 climatiae, qui -es ruentes et obliqui urbes . . . montesque complanant.

adv. λοξῶς **līmō** GLOSS. II 362, 43. [**līmō** SOL. *supra l. 56 vix dro adv. accipiendum.*]

deriv.: limulus. *cf.* 3. limax. *compos.*: sublimus (TERT. pall. 4, 9).

m. pro subst. **limus,** -ī. *an vox orig. inc., c.* **1.** limus *falso copulata?* [*neutr.* -um *dub. trad.* VARRO ling. 9, 54 hoc linum et -um . . ., huic lino et -o (libum, libo *Mueller*). *vix p. 1427, 71.*]

i. q. subligaculum succinctorum poparum (*v. etiam supra sub 2 a* ISID., *fort.* FRONTIN.; *cf.* limatus, limocinctus; *minus certe* VERG.): LEX Vrson. (CIL I² 594) 62, 17 *aediles singuli habeant* scribas sing(ulos), publicos cum cincto -o IIII. VERG. Aen. 12, 120 Rutulique viri Teucrique parabant . . . focos et . . . aras . . ., alii fontemque ignemque ferebant velati -o (lino *codd., Serv. et Claud. Don., habet Serv. auct. Aen. 12, 169*; SERV. *ad l.: Caper et Hyginus* Vergilium ita reliquisse confirmant 'velati -o'; -us autem est vestis, qua ab umbilico usque ad pedes teguntur pudenda poparum; haec autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est flexuosam, unde et nomen accepit: nam limum obliquum dicimus [*inde* ISID. orig. 19, 22, 26]). ISID. orig. 19, 33, 4 ('de cingulis') -us est cinctus, quem publici habebant servi, et dictus -us, quia transversas habebat purpuras, id est limas.

deriv.: 2. limatus. *compos.*: limocinctus.

? **2. līmus,** -a, -um. ISID. orig. 19, 7, 4 lima dicta quod lene faciat, nam -um lene est (*adi. ficticium, an pro* 3. limus *coll. l. 24?*).

3. *līmus, -ī *m.* [*a radice, quae subest verbo* linere, *similiter formatum videtur ac theod. vet.* leim, *theod. rec.* lehm. *Sch.*] *de origine*: TERT. anim. 27, 7 quid aliud -us quam liquor opimus? CASSIOD. in psalm. 68, 3 quasi ligans humum. ISID. orig. 16, 1, 2 quod lenis sit (*cf.* 12, 6, 41 *v. p. 1429, 57 et* 2. limus). *de genere: masc. testatur* (*allato* PRVD. cath. 7, 191) DVB. NOM. gramm. V 583, 10. *masc. et fem. apud vetustissimos teste* PRISC. gramm. II 169, 13. *neutr.*: FRONTIN. (?) grom. p. 42, 15 Ps. AVG. symb. 3, 2. *fort.* ISID. orig. 19, 7, 4 (*v.* 2. limus). *de numero: sing. tantum sec.* CHAR. gramm. p. 32, 26 B. DIOM. gramm. 1 327, 19. *al.* *plur. habent* ARNOB. nat. 1, 3 p. 6, 20 (*e coni.* lim[in]is). VITAE patr. 3, 183 -orum. CIL VIII 2660 -is. *legitur inde a* PLAVTO, LVCIL., VARRONE. [*val.* im; *it.* limo; *sard. centr. et mer.* límu; *raet. centr.* lim; *francog. vet.* lun; *prov. vet.* lim, *vasc.* lim; *cat.* llim; *hisp.* limo; *port.* limo; *ab* *līmo, -ōnis: *it. sept. vet.* limun; *francog.* limon; *prov. vet.* limon, *var. francoprov., prov. cf. M.-L. 5058. Wartburg V 348 sq. Battisti-Alessio III 2234. Wagner II 29. Corominas III 98. Machado II 1337. St.*] [*dub. trad.*: AETNA 113 nympha (ly-, li- *var. ll.*) perenni edit humum -o (*CS recc.*, -um *HV*, binum *AR*, lima *coni. Scaliger*). MART. 8, 45, 3 (-o *codd. plerique fort. recte*, lino *XG edd.*).]

fere i. q. lutum, πηλός, ἰλύς (*quae resp. ubi nihil adnotatur; cf.* TERT. adv. Val. 24 p. 201, 8 aquarum quod desidet -us est. AVG. gen. c. Manich. 2, 7, 8 -us . . . aquae et terrae commixtio est. gen. ad litt. 7, 12 p. 211, 10 terra humida. SYNON. Cic. p. 419, 13 caenum. -us *eqs.* GLOSS. *ἰλύς. ἰλὺς ποταμία. βόρβορος*): **I** *strictius*: **A** *usurpatur ut materies* (*contextu deficiente* CIC. epist. frg. VI 5 luta et -um adgerebant): **1** *ad usus varios*: **a** *ad illinendum sim.*: PLAVT. Poen. 293 curram . . . ad piscinam aut ad lacum, -um petam . . ., ut illi et tibi limem caput (*in lusu verb., cf. 292* limavi caput. *306* caeno conlinunt). VERG. georg. 4, 45 (*39* cera spiramenta linunt *apes*) tu tamen et (e *Serv.*) levi rimosa cubilia -o ungue fovens circum et raras superinice frondes (SERV.: quod ideo fit, ne . . . -us crepet. *sim. obturantur foramina*: PERS. 4, 29 seriolae veterem metuens deradere -um [SCHOL.: -um pro luto posuit, quo dolia oblinuntur]. PLIN. nat. 19, 178 *Sabinus Tiro* contra formicas . . . remedium monstravit -um marinum . . . obturandis earum foraminibus). OV. fast. 3, 759 ipse deus -um . . . inducere monstrat, . . . linit ora *turgentia* luto *Silenus* (*medetur tumori ut* PLIN. nat. 26, 104 talis . . . tumentibus -us aquaticus cum oleo subactus mire prodest [*inde* PLIN. med. 2, 24. MARCELL. med. 34, 12 et adpositus. 36, 66]. *cf.* PLIN. nat. 8, 96 plagam -o . . . obducit *hippopotamus.* PRVD. apoth. 675 inlevit caecos oculos et lumina -o reddidit; . . . 687 -um iubet impositum . . . lavari [*sec. Ioh. 9, 6 ut*: cath. 9, 35 -o salubri. CONSVLT. Zacch. 1, 13 p. 16, 26 PAVL. NOL. carm. 23, 302. SEDVL. carm. pasch. 4, 260 medicamine -i]). **b** *ad struendum, aedificandum* (*fort. iam* CIC. *l. 45* adgerebant): S. C. Frontin. aq. 125 uti cum ii rivi, fornices *aquae Iuliae aliarumque* . . . reficerentur, ⟨. . . requirere⟩ ex agris privatorum terram, -um, lapidem, testam, harenam (*ad rivos sim. restituendos ut*: POMPON. dig. 8, 4, 11. CIL VIII 2660, 7 aquae ductum Titulensem . . . ad meliorem statum additis -is restituerunt *impp.* [*cf. p. 1427, 31*]). PRVD. ham. 465 -o et paleis servire (*sec. exod. 5, 7 sqq.*). EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 11 in fabricando nido . . . -um . . . pedibus ferre non valens *hirundo* (*gr. πηλόν*). *inde imagines ad illustrandum locum* gen. 2, 7 (*v. sub 2*) *adhibitae*: PRISCILL. tract. 5, 87 accepto . . . -o terreni habitaculi. AVG. conf. 7, 18, 24 aedificavit sibi *dominus* humilem domum de -o nostro.

imaginem *remi immersi* vibrans evertit -am recti. *ibid.*: aequalitas ... circumfusi aeris ... oblitterat -as *turris distantis*. adv. Val. 6 p. 183, 2 nec Latinis *vocabulis* ... deerunt Graeca, sed in -is (*i. versibus scripturae*) desuper notabuntur. Pavl. dig. 41, 1, 29 veluti -a in directum per insulam transducta. Nemes. cyn. 140 flammato ducatur -a longe circuitu signetque ... vapor igneus orbem. Chalc. comm. 87 cum inter visum nostrum et aliquod ex sideribus ad directam -am se obiecerit *luna* ([*cf. Theon Smyrn. p. 193, 5 H. ἐπ' εὐθείας*]. Cet. Fav. p. 309, 22. *al.*). 91 ut per puncta medietatum transeat diametra -a. 238 geometrae ... radii effusione visum operari putant, cum per fulgidam ... pupulae stolam in directum emicans radius serenam porrigit -am, quae gyris oculorum circumvecta *eqs. ibid.* quippe ... oculi globus ... sequacem -am visūs utrobique facile contorquet. Don. gramm. IV 371, 33 circumflexus nota *est* de acuto et gravi facta *A*, longus -a (*var. l.* longa virgula) a sinistra in dexteram partem ... ducta (*de accentibus ut* Mart. Cap. 2, 120 [vers.] quid iacente, quid iugata -a trigonus recurvet circulusque torqueat [*cf. vol. VII 2, 632, 84*]). Hier. in Am. 7, 7 p. 1073^{B} quidquid attigerit *adamas*, -is sulcat. praef. Vulg. psalm. p. 3, 10 notet sibi unusquisque ... iacentem -am ..., id est ... obelos. Mart. Cap. 3, 232 artificiosa ... formatio earum *litterarum* -as, quas scribimus, designavit ad hoc, ut *eqs.* (*cf.* Cassian. conl. 10, 10, 1 nec eorum *elementorum* vel agnoscere -as vel ... queunt describere characteres). 4, 401 in primo angulo superioris -ae scribatur 'universalis dedicativa' (*sim.* Ps. Apvl. herm. 5 p. 268). Cassiod. var. 3, 51, 7 (*in circo*) alba -a non longe ab ostiis in utrumque podium quasi regula directa perducitur, ut ... inde certamen oriretur. *al.*

B *terminus vel pars extrema, quo quid definitur, ab alia re separatur (quae strictius ad geometriam vel gromaticam vel picturam pertinent, v. supra sub A)*: **1** *definiuntur res in planum extensae (terminum technicum testatur* Veg. *l. c.)*: Ov. am. 3, 2, 19 (*in circo amator ad puellam*) cogit nos -a *subsellii* iungi; haec in lege loci commoda circus habet (*sim.* ars 1, 141). Manil. 1, 654 haec ... per totum volitabit -a caelum (*de horizonte ut*: Sen. nat. 5, 17, 3. *fortasse huc*: Cypr. Ios. 24 tertia puniceum cum signet -a mundum [*Vulg. 1, 11* post diem tertium]). 4, 628 haec medium terris circumdat -a pontum (*de litore ut* Prisc. periheg. 149 recto trahitur ... -a ductu, extra quam ... sola Carambis *promonturium* [*gr. Dionys. periheg. 158sq. νευρῆς σημήια ... ἰθὺ διαγραφθέντα*]). Qvint. inst. 11, 3, 133 transire in diversa subsellia parum verecundum est; nam ... Cassius ... adversus hoc facientem -as poposcit. Hygin. mun. castr. 54 -as exteriores *valli* (55 clavicula circinatur ex -a interiore v.). Tert. adv. Val. 23 p. 200, 11. Anth. 718, 23 servet inoffensam laterum *navis* par -a (*i. margo superior*) libram (*cf. l. 48*). Firm. math. 8, 21, 13 quodsi in ultima -a Geminorum fuerit horoscopus (*cf. 1* in parte I Geminorum, *2* in parte II *eqs.*). 8, 24, 9. 8, 27, 11. 8, 30, 11 quae Pisces et Arietem dividit. Avien. Arat. 994 ingenti se tramite -a tendens dividit ima noti, discernit et alta aquilonis (*Arat. 512 κύκλος, Germ. 496* orbis). 1002. Veg. mil. 1, 24 ut XII pedes lata sit *fossa* et alta sub -a (*i. margine superiore, cf. l. 42*), sicut appellant, pedes IX. Ambr. epist. 22, 9 gaudent omnes extrema -a contingere *vestes sanctorum*. Physiog n. 14 p. 24, 8 cum ... ultima -a capillorum ... fronti imminet (100 u. -a c. capitis [*gr. Adamant. 2, 54 τῶν τριχῶν ὁ περίδρομος*]. *al.*). Prisc. periheg. 17 *v. vol. IX 2, 99, 25.* 262 -a ..., Asiā similis disiungit utramque *Europam et Libyam* (*Dionys. periheg. 274 ἴσον ἔχουσιν ἐπ' Ἀσίδα νείατον ἴχνος*). 1038 *v. vol. IX 2, 99, 28.* **2** *definiuntur corpora tribus dimensionibus extensa*: Sen. nat. 1, 2, 7 (*de corona solis*) numquam ... ullum sidus talem sibi effigiem circumdabit, nisi cum aer erit densus atque immotus et ob hoc custodiens incidentem in se rotundi -am luminis. Svet. frg. p. 203, 9 cuius perfectionem sphaerae vel circuli ... tractans rationabile Plato fabricatoris mundi opus insinuat: primo quod ... ex una -a constat (*Tim. 34 b aliter; cf. Aristot. cael. 286 b 25 ἡ σφαῖρα ... περιέχεται μιᾷ ἐπιφανείᾳ*). Tert. anim. 9, 3 corporales quoque illi *animae* inscribimus -as. 37, 6 *certum pondus auri* continens intra -am moduli totum, quod natura est auri; dehinc cum in laminam massa laxatur *eqs.* adv. Hermog. 38, 1 si determinatur *materia*, habet -am extremam (*ibid.*: non ... erit infinita m., quae, dum in loco est, a loco determinatur, et dum determinatur ab illo, extrema eum -a patitur. 38, 3 eam ... intra locum et extremam loci -am includis). adv. Marc. 2, 5 p. 340, 16 facie et corporalibus -is tam variis in genere humano. adv. Prax. 16 p. 258, 2 qui *deus* totum orbem manu adprehendit velut nidum ..., in quo omnis locus, non ipse in loco, qui universitatis extrema -a est. resurr. 57 p. 116, 10 substantia revocatur (*i. resurgit*) cum sua forma, -a, qualitate. Ivl. Val. 1, 7 p. 14, 3 *Philippus* et actu corporis equi et -a pulchritudinis movebatur. Potam. tract. 1 JThSt. 19, 1918 p. 299, 35 quem *hominem* ... anima ... rexerat, ne fieret divortio recedentis spiritus lutea moles et pigra glebositas, caduca -a defunctorum, repugnantibus fabricae qualitatibus. Alc. Avit. carm. 4, 92 si speciem *gigantum* quaeras, humani corporis illis plus vultus quam forma fuit: sic -a membris conveniens hominem monstrabat, dissona molem. *al.*

iuncturae verbales ad caput alterum: **1** *acc.* (*-am ducere sim.*): Cic. Tusc. 5, 113 scriberent (Balb. grom. p. 103, 1 Mart. Cap. 3, 232). Varro ling. 7, 17 ducatur (Vitr. 5, 6, 1. *al.* Cels. 7, 7, 15^{F}. *et saepe*). Manil. 2, 677 (673) porrecta (Chalc. comm. 64. 238 Avg. quant. anim. 6, 11 *bis*). Vitr. 1, 6, 6 circumagenda (1, 6, 12. 5, 6, 1). 1, 6, 7 perducenda (1, 6, 12. 13. *et saepe*). 3, 5, 5 demittendae. 3, 5, 13 extensae (5, 3, 4 Avson. 350, 7 p. 208, 45 P. Cassian. conl. 23, 9, 1). 4, 3, 6 incidatur (Cels. 7, 7, 1^{B}. 7, 7, 8^{G}. 7, 9, 2. 7, 13, 2 Nips. grom. p. 286, 19 L. Grom. p. 362, 23). 4, 3, 9 agatur (Tert. anim. 43, 11). 5, 7, 1 designatur (Mart. Cap. 3, 232). *ibid.* describitur (8, 5, 1. 9, 7, 2. 10, 6, 1 Hier. in Ezech. 4, 1 p. 43^{B}). 6, 1, 5 traiectam (9, 7, 4). 9, 9, 7 signentur. 10, 6, 1 conlocentur. Cels. 7, 5, 4^{B} diducuntur. 7, 7, 15^{E} deducerent (Plin. nat. 2, 64 Ambr. concord. p. 1011^{C}. *al.*). 7, 9, 3 immittere (7, 17, 1^{C} Ps. Cens. frg. 7). Plin. nat. 2, 165 emittantur (Cens. 8, 6). 33, 60 praeducantur ([*var. ll.* produc-, duc-]. 75 [*var. ll.* praedicunt, praefigunt]. 98 praeduci [*var. l.* fieri]. *al.*). 35, 16 spargentes. Qvint. inst. 10, 2, 7 circumscriberet. Balb. grom. p. 98, 16 L. eiectae (Hyg. lim. grom. p. 191, 3 Ps. Cens. frg. 8. *al.*). *ibid.* positae (p. 99, 4 Ps. Cens. frg. 6, 2. *al.*). p. 103, 6 iniungatur (Hyg. lim. grom. p. 156, 1. 15). Gell. 17, 20, 8 facere (Chalc. comm. 38 Fav. Evl. 16, 2 W. [p. 11, 3 H.]. *al.*). Tert. anim. 9, 3 inscribimus. adv. Marc. 2, 9 p. 346, 22 exprimat. adv. Val. 23 p. 200, 11 signante (Hier. in Ion. prol. p. 1120^{A}). Pavl. dig. 41, 1, 29 transducta. Chalc. comm. 68 circumducta (Avg. soliloq. 2, 19, 33 Cassiod. in psalm. 96, 4). 84 picturatis. Cet. Fav. p. 310, 1 notantur (p. 311, 8). Hier. vita Hilar. 25 mitteret. Prvd. psych. praef. 50 praenotata. Avg. civ. 21, 7 p. 502, 21 D. imprimuntur. Macr. somn. 2, 2, 5 efficit (Mart. Cap. 6, 718). Mart. Cap. 7, 746 distenduntur. Cassian. inst. 2, 9, 2 praesignemus. Prisc. periheg. 17 obliquant. 149 trahitur. Grom. p. 352, 13 L. determinatam. **2** *nom.* (*-a currit sim.*): Svlp. Rvf. Fest. p. 233 spectantem (Cels. 7, 5, 4^{B}). Manil. 1, 654 volitabit. 2, 274 discurrit. Vitr. 3, 5, 13 procedit (Macr. somn. 1, 12, 5). Sen. nat. 3, 29, 1 exire (Hyg. lim. grom. p. 152, 18). Plin. nat. 18, 331 currat (332 Grom. p. 347, 29 L.). *ibid.* descendant (Grom. p. 309, 11 L.). 27, 102 transcurrente. Qvint. inst. 1, 10, 44 circumibit. Apvl. Socr. prol. 3 p. 107 coniventibus. Ps. Cens. frg. 6, 3 stans (Boeth. arithm. 2, 21 p. 105, 8). 8, 1 concurrere (Ambr. concord. p. 1014^{C}). Chalc. comm. 64 pervenientes. 80 perexeat. 91 transeat. Avien. Arat. 994 se ... tendens. Hier. praef. Vulg. psalm. p. 3, 10 iacentem (Mart. Cap. 2, 120 vers.). Svlp. Sev. dial. 2, 2, 6 effluere. Cassian. inst. 12, 29, 2 praecedentes.

homoeoprophoren: ad limam et -am: Apvl. flor. 9 p. 29.

deriv.: linealis, linearis, linearius, lineatim, 1. lineo, lineola.

līneālis, -e. *a* linea. *cf.* linearis. *de scriptura* -nea-, -nia- *v. s.* linea. [*falsa var. l. pro* linearius Hyg. lim. grom. p. 133, 16.] **1** *i. q. e linea vel lineis constans*: **a** *corporaliter*: Amm. 22, 8, 20 ora maritima ... velut longitudine -i directa nervi efficit speciem duabus arcūs summitatibus conplicati. 22, 16, 7 *architectus moenia Alexandriae fundaturus* omnes ambitus -es farina respersit (*de eadem re v. infra l. 80*). **b** *incorporaliter*: Cassiod. inst. 2 praef. 5 per divisiones definitionesque ... reddamus *quae tractanda sunt*, quia duplex ... discendi genus est, quando et -is descriptio (*i. e. lineis effecta*) imbuit diligenter aspectum et post (*var. l.* per) aurium praeparatus intrat auditus.

2 *term. techn. arithmet. i. q. unam dimensionem indicans*: Cassiod. inst. 2, 4, 6 -is numerus est, qui inchoans a monade linealiter scribitur usque ad infinitum, unde alpha ponitur pro designatione linearum (*inde* Isid. orig. 3, 7, 3. *opp.* superficialis *et* solidus numerus. *cf. sub* linearis).

adv. **līneāliter.** *i. q. lineae modo*: Mart. Cap. 8, 834 quorum *circulorum caelestium* unus signifer non ut ceteri, quos -r feci, sed latissimus omnium comprobatur (*i. non est mera linea circularis, sed quasi zona latitudinem habens*). Cassiod. inst. 2, 4, 6 *v. supra.*

līneāmentātio, -ōnis *f.* *a* lineamentum. *scrib. in codd. etiam* -nia-. *i. q. ductus linearum*: Firm. math. 1, 10, 9 stellarum ... potestas ... unicuique homini ... diversam ... speciem deformationis adsignat; unde enim se sibi singuli propria corporis -e cognoscunt? unde filios ... norunt, si non singulis varios diversosque vultus stellarum potestas adscribit?

***līneāmentum,** -ī *n.* *a* 1. lineare. *de scriptura* -nea-, -nia- *v. s.* linea. *legitur inde a* Varrone (*?, p. 1439, 16*), Cic.; *sing. extra usum geometr. raro exstat.*

fere i. q. linea: **1** *de singulis lineis, in geometria sim.* (Gloss. IV 534, 14 -um: directum. V 308, 7 -um: si ducas in directum in calamo): **a** *proprie*: *α varia exempla*: Cic. de orat. 1, 187 in geometria *sunt* -a, formae, intervalla, magnitudines. ac. 2, 116 punctum esse, quod ..., -um ⟨longitudinem⟩ sine ulla latitudine *eqs.* (*locus varie temptatus*; lineam autem *et alia coni. docti*). Val. Max. 8, 7 ext. 7 *Archimedes* obtruncatus sanguine suo artis suae -a confudit. Petron. 79, 4 *Giton* omnes pilas columnasque notaverat creta, quae -a ... candore ostenderunt errantibus viam. Frontin. (?) grom. p. 38, 7 si eadem mille iugera ... minoribus -is deformentur (p. 38, 12 -is describere). Agenn. grom. p. 27, 21 inter versuras ... duas illud genus -i, quod mensura distrinxit (*antea*: linea). Itin. Alex. 20 *in Alexandria condenda architectos fundamenta farina pro calce vel pulvere delineasse, sed* alites depastas ... edulia abstersisse -a ([aspergine -i *trad.*]. *de eadem re* Paris 1, 4 ext. 1 *architectus cum* futurae urbis -a deduxisset [*deficit Val. Max.; Arrian. anab. 3, 2, 1 τὰ σημεῖα τοῦ τειχισμοῦ*]. *cf. sub* linealis). Candid. gen. div. 5 punctum ... terminus -i est (*ibid. ter*). Amm. 20, 3, 2 repperitur luna sub sole -is obiecta rectissimis. Prob.

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Verg. georg. 1, 233 p. 364, 7 quidam orbem terrarum descripserunt in formam litterae Θ et in -is, quae per circuitum ambiunt litteram, formam referunt oceani. β *de fastigio aequali* (*cf. p. 1435, 1*): COMMENT. Lucan. 4, 296 ('puteus ... cavati montis ad irrigui premitur fastigia campi') usque in -a camporum.

b *in imag. de ordine cognatorum*: CONC. Tolet. sec. a. 447 Migne 84, 336^{D} ne quis propinquam sanguinis sui, usque quo affinitatis -a generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari.

2 *de linearum compagine* (*cf.* SYNON. Cic. p. 424, 20 facies ... -a *eqs.* 425, 25 forma. facies ... -a *eqs.* 437, 13 ora. -a *eqs.* [*seriem recte distinxit Löschhorn, Mus. Helv. 31, 1974, 107*]. GLOSS. *περιγραφὴ οἰκοδομῆς ἢ ἄλλου τινὸς ἔργου ἢ εἴδους* -um. *χαρακτήρ* vultus, titulus, haec figura ..., hoc -um. -a *συμβολαὶ ἄρθρων. sim. al.*): **a** *proprie, sc. corporum*: α *ipsorum*: Ⓘ *animantium*: VARRO frg. Lact. opif. 12, 9 (*6 sqq.* Varro et Aristoteles ... sic fieri putant) ut unius tantum *parentis* -a (*fortasse haec saltem vox genuina est*) praetendat *partus*. CIC. Verr. II 2, 89 eum ... figura et -a hospitae delectabant. or. frg. A XV 21 nisi vero -is hominis nomen et figuris positum, non naturis putas. nat. deor. 1, 47 quae compositio membrorum, quae conformatio -orum, quae figura, quae species humanā potest esse pulchrior? 1, 75 istorum adumbratorum deorum *Epicureorum* -a atque formas. 98. 123 -is ... extremis. LIV. 21, 4, 2 habitum oris -aque (VAL. MAX. 9, 14 ext. 2 *v. infra*. PETRON. 105, 10 *v. infra*. FRONTO p. 89, 25 v. d. H. = p. 95 N. parentes cum in voltu liberum o. sui -a dinoscunt. GELL. 17, 10, 3 o. et vultus. ARNOB. nat. 2, 7. *cf. etiam infra l. 82*). 26, 41, 24 patris ... similitudinem oris vultusque et -a corporis (PETRON. 105, 10 *v. infra*. TERT. anim. 5, 4 non solum c. -is, sed et animae notis. ARNOB. nat. 1, 50 p. 34, 13 ille *Christus* notas ... vitiliginum manu admota detersit, -a et hi *apostoli* corporum haud dissimili conciliavere contactu. LACT. ira 10, 26 cum summum ... artificium nihil aliud nisi umbram et extrema c. -a possit imitari. *al. cf.* corporalia -a: NOVATIAN. trin. 6 p. 896^{B} ARNOB. nat. 3, 19 p. 124, 18. *al.*). VAL. MAX. 9, 14 ext. 2 -is oris et omnium membrorum conpares erant (AMM. 24, 2, 10 lamminae singulis m. -is cohaerenter aptatae ... totam hominis speciem contegebant. AVG. epist. 120, 10. CASSIAN. inst. 8, 3 -a m. ... describuntur capillis ..., capite et naribus, oculis ac facie, manibus et brachio, digitis, utero pedibusque. *al.*; *v. etiam infra l. 83*). SEN. dial. 6, 11, 3 *homo est corpus* -is exterioribus nitidum. epist. 95, 72. PETRON. 105, 10 (*locus fort. spurius*) confusis omnibus corporis orisque -is *vestibus commutatis, facie fucata, sim.* (QVINT. decl. 388 p. 433, 17 cadaver c. -is ... in ... litus eiectum. CALP. decl. 7 laniatos ... c. -is proici iussit, ut iam nec pater posset agnoscere. IVST. 3, 5, 11. *v. etiam p. 1438, 73*). 110, 2 corymbio ... pueri adornat caput; ... supercilia etiam profert ... sciteque iacturae -a secuta totam illi formam suam reddidit. QVINT. decl. 388 p. 438, 14 oculorum (CYPR. laps. 30 p. 259, 19 nigri pulveris ductu o. -a depingis [*cf. Tert. cult. fem. 2, 5 l. 7* oculos fuligine porrigis]). MIN. FEL. 18, 1 eadem figura omnibus *hominibus*, sed quaedam unicuique -a deflexa. SOL. 26, 5 *ursorum fetibus est* tantum rudis sanies, exceptis unguium -is (*Plin. nat. 8, 126* ungues tantum prominent). ARNOB. nat. 5, 44 in quam *formiculam* Iuppiter ... vastitatis suae -a contraxit. AMM. 14, 6, 17 *spadones* distorta -orum conpage deformes (25, 4, 22. 30, 9, 6). SCHOL. Cic. Bob. p. 109, 2 voltūs ([*ad Cic. p. red. in sen. 16* oculo ... fronte ... supercilio]. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 15 vultuum [*Migne gr. 35, 424^{B} προσώπων χαρακτῆρες*]). AVG. civ. 18, 18 p. 278, 28 D. corpus ... in membra et -a bestialia ... converti. in euang. Ioh. 96, 4 ut ea ipsa, quae ... credidistis de natura dei non corporea, ... sine nitoribus colorum, sine figuris -orum, ... ipsa mente conspicere valeatis. MAX. TAVR. hom. 77 p. 416^{A} per -a genitalium corporaliter creasse. SIDON. epist. 3, 13, 9 cum ... distortis horreat ita -is *homo foedus quidam* (*cf. l. 51*). 7, 14, 5 decorem -orum, quem crebro melius infigit et argilla simulacris et cera picturis. VICT. VIT. 2, 72 artuum. GILD. Brit. 33 chron. III p. 45, 3 *deus*, qui te ... Britanniae ducibus tam regno fecit quam status -o editiorem. *in partibus interioribus corporis*: GARG. MART. med. 1 *sucus rafani* potest ... ad imi corporis -a penetrare (*postea*: in ipso corde nasci ... vitium). VINDIC. gyn. ed. Sudhoff, Archiv f. Gesch. d. Med. 8 p. 422 rec. Ba l. 206 internorum viscerum compaginata -a ([*sim.* gyn. 16 p. 445^{C}]. VEN. FORT. vita Hil. 10, 28). Ⓘⓘ *quorumlibet*: DON. de com. 5, 5 intenti speculo veritatis -a ... per imaginem colligimus. MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 11 p. 1121^{A} *vis quaedam* certis -is saepta in sensus certissimos promovetur. AMM. 22, 15, 31 *Syenae* si stipitem quisquam fixerit rectum vel hominem aut arborem viderit stantem, circa -orum ipsas extremitates contemplabitur umbras absumi. AVG. epist. 149, 31 cum duo sint in corpore, quibus cuiusque species agnoscatur, -a et color. GREG. M. moral. 18, 47 umbra ... talis exprimitur, qualia eius rei, de qua trahitur, fuerint -a.

β *picturarum, statuarum* (GLOSS.^{L} IV Plac. L 18 -a: extremitates corporum ..., unde pictores -a appellant designationes singulorum locorum in imagine vel impressiones, quas postea coloribus manifestant): CIC. Verr. II 4, 98 tu ... vasis Corinthiis delectaris, ... tu operum -a sollertissime perspicis. Brut. 70 formas et -a laudamus. div. 1, 23 oris (2, 48). VAL. MAX. 3, 7 ext. 4 vultum Iovis *Olympii* ... eboris -is ... amplexus *Phidias*. 5, 4 ext. 1 in ... mutis membrorum -is viva ac spirantia corpora intueri credentes (FIRM. math. 3, 6, 26 in imaginibus ... pictor -a m. ... persignat. *v. etiam p. 1439, 33*). 8, 11 ext. 4 muti lapidis. PETRON. 88, 5 Lysippum statuae unius -is inhaerentem. 108, 2 spongia uda facies *fucata* ... detersa est et liquefactum per totum os atramentum omnia ... -a fuliginea nube confudit (*cf. 103, 4 Eumolpus* fugitivorum epigramma per totam faciem ... duxit). PLIN. nat. 35, 92. 145. TAC. Germ. 16, 2 picturam ac -a colorum. TERT. nat. 1, 12, 2 FIRM. err. 6, 4. CHALC. comm. 329 cum de exemplo -a in materias tractabiles transferuntur, quod in pictoria et ... fictoria fieri videmus. SIDON. epist. 7, 14, 5 *v. p. 1439, 60. al.*

b *in imagine vel translate* (*de membris ecclesiae Christianae* AVELL. *infra l. 47*): CIC. rep. 5, 2 nostra ... aetas cum rem publicam sicut picturam accepisset egregiam, sed iam evanescentem vetustate, ... ne id quidem curavit, ut formam saltem eius et extrema tamquam -a servaret. Brut. 298 nihil illius *Catonis* -is nisi eorum pigmentorum, quae inventa nondum erant, florem et colorem defuisse. orat. 186 numerus ... quasi quandam palaestram et extrema -a orationi adtulit. fin. 3, 75 animi ... -a sunt pulchriora quam corporis. VERG. frg. Gell. 17, 10, 3 *Vergilium dixisse sicut ursae fetus suos informes lambendo formarent*, ingenii quoque sui partūs recentes rudi esse facie et imperfecta, sed deinceps tractando colendoque reddere iis se oris et vultus -a (*hanc vocem genuinam esse supponimus*). SEN. nat. 3, 29, 3 (*de infante nondum nato*) totius ... corporis et sequentis actūs in parvo occultoque -a (-o *trad.*) sunt. epist. 33, 5 tota *non summatim* tibi inspicienda sunt *ingenia maximorum virorum*; ... per -a sua ingenii opus nectitur, ex quo nihil subduci sine ruina potest. PLIN. nat. 34, 55 Polyclitus ... fecit ... quem canona artifices vocant -a artis ex eo petentes veluti a lege quadam. TAC. dial. 33, 1 susceptum a te munus adeo peregisse nondum videris, ut inchoasse tantum et velut vestigia ac -a quaedam ostendisse videaris *disserendo*. TERT. resurr. 14 p. 42, 17 divinarum virium -a *deus operatus et locutus est*. 49 p. 102, 9 secundum -a Christi incedentes in sanctitate et iustitia et veritate (PS. ORIG. tract. 17, 19 B.). 61 p. 123, 4 virtutis futurae. IREN. 2, 23, 1 (2, 34, 1 H.) typus ... et imago secundum materiam et ... substantiam aliquoties a veritate diversus est; secundum autem habitum et -um debet servare similitudinem. 4, 20, 11 (4, 34, 11 H.) verbum dei velut -a rerum futurarum habet *Iohannes in apocalypsi*. CYPR. test. praef. p. 36, 16 quae legenti ... prosint ad prima fidei -a formanda (AVG. in euang. Ioh. 40, 9 totum hoc quasi initium est -orum f. et structurae futurae). ARNOB. nat. 1, 58 omnia ... illa ornamenta *orationis* ... non veritatis -a demonstrant. SCHOL. Cic. Bob. p. 89, 16 ut omnia -a turpitudinis *Clodi* detegantur. p. 128, 2 ut -is omnibus impudicitiae denotetur *Gabinius*. AVG. spir. et litt. 28, 48 non usque adeo in anima humana imago dei ... detrita est, ut nulla in ea velut -a extrema remanserint. FVLG. Ps. Aug. c. Fulg. 20 RevBén. 58, 1948 p. 207, 22 Helisaeus ... per veri baptismi -a percurrens. MART. CAP. 5, 556 (*de partitione*) corpus totius orationis per haec -a digestum esse. AVELL. p. 492, 1 *malum est in ecclesia*, quando a corpore suo membra dissentiunt; nam etsi non singillatim occupet omnia -a debilitas *eqs.* CONC.^{S} IV 2 p. 96, 22 ⌊signa et quodammodo -a⌋ patris (*i. dei*) ... inveniamus et in verbo quod ex ⟨illo subsistit⟩ (*Greg. Nyss. Migne gr. 45 p. 16^{D} σημεῖον*). ENNOD. opusc. 4, 23 p. 388, 21 per labores varios disciplinarum -a sectari. GLOSS.^{L} II Philox. LI 64 -a causae: *ἡ ὑφὴ τοῦ πράγματος*.

deriv.: lineamentatio.

līneāris, -e. *a* linea. *cf.* linearius, linealis. *scribitur in codd. etiam* -nia-. **1** *i. q. e linea vel lineis constans, ad lineam pertinens sim.*: PLIN. nat. 35, 16 *picturam* -em (liniaurem, liniauro em *trad.*) ... primi exercuere *tales* ..., sine ullo etiamnum hi colore, iam tamen spargentes linias intus. QVINT. inst. 1, 10, 36 -is ratio ... cadit frequenter in causas (nam de terminis mensurisque sunt lites), sed *eqs.* (*de geometria ut*: 1, 10, 49 quaestiones ... -bus ... probationibus solvi. MART. CAP. 6, 706 *alia est arithmetica*, alia est -is atque apodictica huius pulveris ... cognitio). FRONTIN. (?) grom. p. 31, 20 si limitatus est *ager*, aut ordo limitis ordinati desideratur aut subruncivi aut -is aut interiectivi rigoris incessus (SERV. auct. georg. 1, 126 *limites* -es *qui sint, fusius explicatur*. LIB. col. I p. 248, 14 *inter nomina limitum* [*var. l.* linearii]). HYG. grom. p. 75, 13 *termini* aut si cursum dirigunt -em aut si gamma faciunt et transversi opponuntur. MART. CAP. 6, 579 vel -es ductus vel circulares flexus vel triangulares ... anfractus. 8, 828 quem *circulum solstitialem* itidem ⌊-i dimensione⌋ (*827* lineam) a cardine mundi in octavam Cancri partem ducta ... repperimus. 8, 849 cum medietatem -em (*i. aequatorem caelestem*) in latitudinem zodiaci sol ... excurrat. **2** *term. techn. arithmet. i. q. unam dimensionem indicans, de numeris* (*vertitur γραμμικός Nicom. arithm. 2, 6, 1. 2, 7, 3*): BOETH. arithm. 2, 4 p. 86, 13. 2, 5 p. 90, 5sqq. 2, 23 p. 107, 3.

adv. **līneāriter.** *i. q. per lineas*: BOETH. mus. 3, 9 p. 279, 7 quemadmodum per consonantias musicas imperata possimus spatia nunc extendere, nunc ... remittere; id ... -r fiat, lineaeque quas describimus vocis accipiantur loco.

līneārius, -a, -um. *a* linea. *cf.* linearis. [*falso trad.* GLOSS. V 603, 10 lin[i]arius. *falsa var. lectio pro* linearis LIB. col. I p. 248, 14.] *i. q. ad lineam pertinens*: HYG. lim. grom. p. 133, 16 actuarius limes est, qui primus actus est, et ab eo quintus quisque; ... reliqui medii limites -i appellantur, in Italia subruncivi (p. 133, 12 [*var. ll.* linearis, lineales]. 134, 5). p. 169, 16 reliquis rigoribus -is (*var. l.* lineares)

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pedes octonos *latitudinis dabimus*. GLOSS. II 586, 32 -us: liberalis (*obscurum; 'an de* linea generis *cogitandum?' editor*).

līneātim *adv.* *a* linea. *i. q. per lineas*: BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 29, 3 sicut pictores solent designare -m corpus atque substernere ubi coloribus cuiuslibet exprimant vultum, sic sensus atque imaginatio naturaliter in animae perceptione substernitur.

līneātio, -ōnis *f.* *a* 1. lineare. *tradi vid.* -nia-. *i. q. lineae ductus*: VITR. 9, 1, 13 *solis* radii ... uti trigoni paribus lateribus formae -bus extenduntur. 10, 16, 10 *in urbe obsessa* intellectum est qua regione adversarii specus agentes intra penetrare cogitabant; sic -e cognita *eqs.* [FIRM. math. *olim huc relatum v. p. 1438, 59.*]

līneātor, -ōris *m.* *a* 1.lineare. *a* linum *vix recte derivatur ALL 3, 1886, 258.* *tradi vid.* -nia-. *i. qui lineis rem circumscribit, format sim.*: Ps. AMBR. de anima p. 228, 3 *deus* compactor corporis et -r (umator *var. l.*) omnis carnis et figurator.

1. līneo, -āvī, -ātum, -āre. *a* linea. *de scriptura* -nea-, -nia- *v. s.* linea. [liniat- *falsa var. lectio pro* linteat- HIER. epist. 117, 6, 2.]

1 *i. q. lineis efficere sim., ad lineae formam redigere*: **a** *proprie*: PLAVT. Mil. 916 bene -tam si semel carinam conlocavit *architectus*, facile esse navem facere. VITR. 9, 1, 13 si radii *solis* ... circinationibus vagarentur neque extentionibus porrecti ad trigoni formam -rentur. APVL. met. 10, 31, 2 laciniam *pubem puellae tegentem* ... ventus ... aspirabat, ut adhaerens pressule membrorum voluptatem graphice -ret (liciniaret *trad.*). MART. CAP. 3, 229 litterarum formas propriis ductibus -are (*cf.* 4, 337 illam *Geometriam* formarum diversa radio ac pulvere -antem). 8, 872 qui *circuli solis* ... secantes secundo zodiacum contrariis signis perpetuo -antur. PRAEDEST. 1, 58 *haeretici quidam* de incorporeo carnaliter sentiunt et de incomprehensibili -tis (*var. l.* limitate) agunt (*i. quasi figuris depictis, quibus corporea illustrari et quodammodo comprehendi solent; fort.* linia⟨men⟩tis). **b** *translate*: Ps. ORIG. tract. 2, 28 B. lectionis istius sacramentum salutis nostrae ordinem -asse. 3, 24 arbor (*gen. 21, 16*) ... crucis dominicae -bat imaginem (*cf.* 14, 22 signum ... crucis). 5, 24 duorum populorum figuram. 12, 11 figuram ecclesiae. 18, 13 figuram Antichristi.

2 *i. q. lineis afficere* (*praes. pass. de statu l. 38; forma* -tus caput *l. 40*): HYG. lim. grom. p. 169, 8 interversursi lapides politos, quadratos, inscriptos, -tos defigere. SOL. 13, 3 *gemmae* longis colorum ductibus -antur ([*var. ll.* limantur, liniuntur]. ISID. orig. 16, 12, 4 -tae. *Plin. nat. 37, 179* lineas habent). 27, 51 serpens *basiliscus* ... alba quasi mitrula -tus caput (*unde* ISID. orig. 12, 4, 7 -tus [*var. l.* linetus; *'i. e.* linitus *?' Lindsay*]. *Plin. nat. 8, 78* candida in capite macula ut quodam diademate insignem). LIB. col. I p. 250, 2 (ex libro Balbi nomina lapidum finalium) terminus -tus (p. 250, 24. 28 Ps. BOETH. grom. p. 406, 3. 10 idem quadrifinius).

p. p. p. **līneātus,** -a, -um *pro adi.* *de genere quodam rhythmorum* (*ratione obscura*): VIRG. gramm. epit. 4 p. 13, 11 quaedam *metra* ... prosa, quaedam -a, quaedam ... mederia, nonnulla perquam extensa ponuntur. p. 13, 23 mederiorum versuum est nec prosos nec -os fieri (p. 14, 7 -i versus quinque semper metris metiri debent secundum illud [*seq. exemplum*]). *pro subst. (neutr.?): v. l. 28.*

deriv.: lineamentum, lineatio, lineator.

compos.: collineo, delineo.

? **2. lineo** *v.* 2. linio.

līneola, -ae *f.* *a* linea *deminutive.* ['*regula modica*': *it. sept.* lignola *etc.; francog. or.* lignoûle *etc.; prov.* lignolo, *vasc.* lignole; *masc.* (*lineolus): *it. sept.* ligneul *etc.; francog.* ligneul (*et var. dial.*); *prov. vet.* linhol, *var. francoprov., prov., vasc.; fortasse cat.* llinyol; *port.* linhol. *cf. M.-L. 5062. Wartburg V 355 sqq. Battisti-Alessio III 2229. Machado II 1342. St.*] *i. q. parva linea*: **1** *i. q.* γραμμή: GELL. 10, 1, 9 numerus tertii consulatus ... tribus tantum -is incisis significatus est. HYG. astr. 3, 29 p. 94, 4 Pisces quibusdam stellulis ut -a (*var. l.* -o) ab Arietis pede primo coniunguntur. **2** *i. q. filum* (GLOSS. V 368, 7 linionis [-is *Oehler*]: filis): RVFIN. hist. 11, 25 (*antea*: ardentibus ... intra aedem luminibus) arte quadam -is (*i. candelarum filis, ut vid.*) obductis repente lumina exstinguebantur universa (*ad loc.* GLOSS. V 421, 38 -is: dredum [*anglosax., hodie 'thread'*]). *Bader.*

***līneus,** -a, -um. *a* linum (*a* lenis *derivari vid. p. 1442, 63*). *scrib.* lini- CIL XIV 2215, 14. *legitur inde a* VERG., CVRT., COLVM., PETRON., PLIN. nat., *frequentius apud Christianos.* [*tusc. vet.* linio; *francog. vet. et med.* linge; *subst. i. q. 'textile': val.* iie; *sard. centr.* líndza; *francog.* linge (*et var. dial.*), *var. francoprov., prov., vasc. cf. M.-L. 5064. Wartburg V 357 sq. Wagner 31. St.*] [*confunditur c.* ligneus *saepe in codd. vix huc* STAT. silv. 1, 6, 10 MART. 8, 78, 7, *v. p. 1431, 78 sq.*]

i. q. lino confectus: **1** *texturā*: **a** *de textis variis*: VERG. Aen. 10, 784 illa *hasta* ... per -a terga tribusque transiit intextum tauris opus (SERV. lino enim tegebantur scuta, ut posset inhaerere pictura. CLAVD. DON: accipiunt ... scuta -am texturam, cum fiunt. *cf.* PLIN. nat. 19, 25 thoracibus -is paucos ... pugnasse testis est Homerus [*cf. B 529. 830 λινοθώρηξ*]). PLIN. nat. 29, 114 caput *cochleae* ... -o panno adalligant capitis doloribus ([*Plin. med. 1, 1, 6* linteolo]. CHIRON 571 traumatico et p. -is vulnera sanabis. 608. LIB. pontif. p. 51, 2 sacrificium altaris non in siricum neque in p. tinctum celebrari nisi tantum in -um terrenum procreatum, sicut corpus domini ... in sindonem -am [*deest in parte codd. sicut in NT*] mundam sepultus est). 29, 134 *adeps* liquatus saccatusque -is saccis (EDICT. imp. Diocl. frg. Aphrod. XXII 28, 66 p. 302 L. saccus -us. RVFIN. hist. mon. 3). FRONTO p. 176, 13 v. d. H. (p. 186 N.) stragula. APVL. apol. 56, 1 -o texto ... quod purissimum est rebus divinis velamentum; quippe lana ... profanus vestitus est (IVVENC. 4, 395 vultum cui *Lazaro* -a t. et totum ... conectit fascia corpus. PRVD. ham. 328. *cf.* CLAVD. DON. [*v. supra*] texturam). TERT. resurr. 53 p. 110, 7 quam *animam Lazari* nemo vinculis -is strinxerat (*de fasicis, aliter* VERG. *sub 2a*). *al.*

b *de vestimentis* (*cf. fem. pro subst. infra*): *α variorum*: CVRT. 9, 7, 12 -ae vestes intexto auro purpuraque distinctae (9, 8, 1 [*utrobique de bysso Indico sunt factae ut* PLIN. nat. 12, 25. *cf. Isid. orig. 19, 23, 6* linteati Indi]. HIER. *v. infra. al.; v. etiam sub β*). PETRON. 55, 6 vers. 16 induere nuptam ventum textilem, palam prostare nudam in nebula -a. TAC. Germ. 17, 2 feminae saepius -is amictibus velantur eosque purpura variant (HIER. epist. 52, 9, 1 non absque amictu -o incedere, sed pretium vestium -arum non habere laudabile est. *v. etiam sub β*). APVL. met. 2, 7, 3 -a tunica mundule amicta *Photis* (VITAE patr. 3, 61. GLOSS. Loewe, Prodr. p. 418 t. -a quae vulgo camisia dicitur. *v. etiam sub β*). PAP. Marini 80 II 7 bracas (*v. etiam sub β*). *al.*

β sacerdotum, sacra facientium sim. (*exempla selecta; cf. infra l. 70 sqq.*): Ⓘ *in cultu Isidis*: TAC. hist. 3, 74, 1 -o amictu turbae sacricolarum immixtus *Domitianus* (*Suet. Dom. 1, 2* Isiaci celatus habitu). HIER. in Ezech. 44, 17 sqq. p. 437^{C} vestibus -is utuntur Aegyptii sacerdotes non solum intrinsecus, sed et extrinsecus. CIL XIV 2215, 14 vestem -am. Ⓘⓘ *in cultu dei Iudaeorum*: ITALA exod. 28, 38 (Lugd.) facies illis bracas -as (*gr. 28, 42 περισκελῆ λινᾶ,* VVLG. feminalia -a [exod. 39, 27 f. ... -a, byssina. *al.*]). lev. 6, 10 (Lugd.) vestietur sacerdos tunicam -am (*gr. χιτῶνα λινοῦν, om. Vulg.*). 16, 4 (Lugd.) tunicam -am sanctificatam induetur *Aron*, et peristolum (VVLG. feminalibus -is) in eum erit supra corpus eius, et zonam -am cingetur et mytram -am inponet sibi: vestimenta sancta sunt. Ier. 13, 1 (Wirc., *cf.* VVLG.) accipe tibi cinctum -um. *al.* *explicationes*: HIER. epist. 64, 18, 3 (*de vestimentis pontificis agitur; 64, 18, 2* quattuor colores ad quattuor elementa referunt ..., byssus terrae deputatur, quia ex terra gignitur) -um vestimentum est terram significans (*sim.* CASSIOD. Ios. antiq. 3, 184). 64, 19, 1 de feminalibus -is hoc solent dicere: ratio seminum et generationis ad carnem pertinens terrae per eam deputatur. 64, 19, 3 cum parati ad indumentum Christi tunicas pellicias deposuerimus, tunc induemur veste -a nihil in se mortis habente, sed tota candida. Ps. AVG. serm. 58, 2 linum ... castitatis imaginem praeferre videtur, in tantum, ut sacerdotes veteris testamenti ex praecepto legis propter castitatis indicium -is femoralibus utebantur. *al.*

2 *variis modis*: **a** *de funiculis sim.*: VERG. Aen. 5, 510 nodos et vincula -a (-a v. *var. l.; de fasciis supra l. 8*) rupit, quis innexa pedem malo pendebat *columba* ab alto. PAVL. FEST. p. 78 eudiaeon -um filum, quod medici ... in clysterio relinquunt. COLVM. 6, 28 testiculum ... -o funiculo aliove quolibet obligemus ([*cf. Cels. 7, 22, 5* lino]. 7, 10, 3. *de lino mensurae*: VVLG. Ezech. 40, 3 f. -us in manu eius [HIER. *ad l.* p. 373^{A} f. ... erat -us sive caementariorum. GREG. M. in Ezech. 2, 1, 10 quod f. -us subtilior est quam si funiculi fiant aliunde]). ISID. orig. 19, 22, 14 stamine -o. *fides Lini*: SCHOL. Verg. Medic. ecl. 6, 67 cordas ⟨l⟩in⟨eas⟩, quae canerent, fecit. **b** *de rebus variis*: COLVM. 12, 38, 6 fiscello -o (lig- *var. l.*) inclusas *bacas* exprimito (*cf.* 12, 38, 7 fiscum [*seq.* colum iunceum]). PLIN. nat. 32, 126 -a ... lanugine (*cf.* ORIBAS. syn. 3, 25, 3 p. 856 mutaria lanea aut -a [*gr. λινοῦ.* 9, 54 p. 384, 19]). Ps. ORIG. tract. 12, 20 B. vas -um quattuor laciniis ligatum (*sec. act. 10, 11, ubi gr. ὀθόνην, Vulg.* linteum). SEDVL. carm. pasch. 4, 119 (*116* retia) Simon ... -a claustra iacit (op. pasch. 5, 11 -a ... obsidione).

fem. pro subst. i. q. -a vestis, tunica (*maxime pretiosa*): PASS. Cypr. 5, 3 cum se dalmatica exspoliasset ..., in -a stetit. LAMPR. Alex. 40, 10 boni linteaminis adpetitor fuit, et quidem puri, dicens: 'si -ae (linae, -aei *trad.*) idcirco sunt, ⟨ut⟩ nihil asperum habeant, quid opus est purpura in -a' (*derivari videtur a* lenis). Heliog. 26, 1 linteamen lotum numquam attigit, mendicos dicens qui -is lotis uterentur. VOPISC. Aurelian. 12, 1 (*epist. Valeriani*) -as Aegyptias (48, 5). 46, 6 paragaudas vestes ... usque ad pentelores, quales hodie -ae sunt. Car. 20, 5 -as petitas Aegypto ..., Tyro et Sidone, tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles. OPTAT. app. 2 p. 199, 8 Zama ieram propter -as comparandas. SYMM. epist. 6, 79 -am misi *filiae donum in diem natalem*. SCHOL. Hor. gloss. *Γ* epist. 1, 1, 95 sacerdotalis -a (EVCHER. instr. 2 p. 156, 10 poderes s. -a ... eademque talaris ... haec et subucula. ISID. orig. 19, 21, 1. *cf.* CASSIOD. Ios. antiq. 12, 117 principi ... sacerdotum Eleazaro destinavit ... -as de bysso centum [*gr. βυσσίνης ὀθόνης ἱστούς*]). HIER. epist. 64, 11, 2 solent militantes habere -as, quas camisas vocant (*cf.* ARNOB. ad Greg. p. 405, 24 dei militem infra -am lorica indutum). *al.*

neutr. pro subst. i. q. res -a (GLOSS. III 193, 25 linon [*i. λινοῦν?*] -um. V 424, 7 camis⟨i⟩a -um): ITALA lev. 13, 48 (Aug. quaest. hept. 3, 49, *cf.* Lugd.) aut in -is aut in laneis (*item* 13, 52 [Lugd.]. *gr. ἐν τοῖς λινοῖς, non respondet Vulg.; explicant* AVG. *l. c.* p. 281, 19 generaliter de omnibus rebus laneis vel -is dicere voluit. HESYCH. in lev. 13, 47 p. 948^{D} laneum: eremi philosophia, -um: in civitate honestas sive modestia; laneum: usque ad mortem pro veritate certari, -um: falsa non loqui).

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fem. pro subst. **linea** *i.q.* γραμμή *v. suo loco.* *Balzert.*

lingella *v.* 1. linguella.

× **lingo** (linguo), -inxī, -inctum, -ere. [*ind. vet.* lih-, *gr.* λείχω, *armen.* lizum, *hibern. vet.* ligim *etc. eiusdem notionis. Sch.*] *de orig.*: Varro ling. 6, 96 -ere a λιχμᾶσθαι. *scribitur* -gu-: Char. gramm. p. 477, 21 B. Prisc. gramm. II 504, 6. Itala psalm. 71, 9 (cod. 305; Veron.). Luc. 16, 21 (cod. q). Avg. in psalm. 33 serm. 2, 25 *et al.* lig-: CIL IV 8512. 8698. 8940. 10129. lic-: 8335. 8380. 8877. linc-: 1383. *perf.* -ncx-: Romvl. fab. 51, 8 rec. W. Not. Tir. 99, 49 (-nxit *var. l.*). -nxs- CIL IV 10150, *cf. Väänänen, Le latin vulg.*³ *p. 64.* *abbreviatur*: lin CIL IV 8877. li 5267. *de formis*: -geas CIL IV 2400. *perf.* -nxi: *inde ab* Itala *l. 61.* -nctus: Avg. in psalm. 51, 14 l. 45 (*de Lazaro ut*: serm. 36, 6. 102, 2, 3). Not. Tir. 99, 48 -it. 99, 49 -ncxit. *legitur inde a* Plavto, Varrone, Catvllo, Sen. [*val.* linge; *sic.* línčiri, *langob.* lenğa; *sard. centr.* línğere, *mer.* línğiri; *raet. or.* léndzi. *cf. M.-L. 5066. Battisti-Alessio III 2238. Wagner II 30. St.*] [*falso tradi videtur pro* linqu- Lvcr. 3, 553.]

i. q. λείχειν (Gloss.; *absolute* Boeth. mus. 1, 20 p. 206, 19): **1** *c. obi. rei tactae* (*obiecto subaudito*: Varro *et* Itin. Anton. Plac. rec. A 15. *v. etiam infra l. 45*): **a** *proprie*: α *varia exempla*: Plavt. Cas. 458 quia te tango, mel mihi videor -ere (*v. etiam l. 29*). Varro rust. 3, 16, 35 aspargi eas *apes* oportet aqua mulsa; quo facto . . . conferciunt se li⟨n⟩gentes. Sen. apocol. 8, 3 Romae . . . mures molas -unt. Plin. nat. 25, 155 hac *molybdaena* commanducata si oculus subinde -atur (el- *var. l.*, liniatur *coni.*), plumbum, quod est genus vitii, ex oculo tollitur. 29, 120 exuritur *vipera* in olla cum sale, quem -endo claritatem oculorum consecuntur (*item de medicamentis*: 31, 105 *salem.* 33, 92 *chrysocollam.* 37, 184 -entium *tecolithon gemmam.* Anthim. 77 cata modicum *butyrum et mel*). Mart. 1, 83, 1 os et labra tibi -it . . . catellus (*item -unt animalia homines c. affectu*: Vvlg. Luc. 16, 21 canes veniebant et -bant ulcera [*gr.* ἐπέλειχον] eius *Lazari* [*locum respiciunt multi eccl.*]. Hier. vita Pauli. 16 *leones.* Romvl. fab. 21, 9 rec. gall. lingua eum *dominum* -ens *asinus.* 51, 8 rec. vet. manum pastoris *leo.* Pallad. hist. mon. II 2 p. 346ᴰ me *bestiae.* Pass. Theclae Ba 28 p. 76, 11 leaena . . . pedes [*Bc* lambiebat]). Plin. epist. 8, 18, 9. Itala psalm. 71, 9 (Veron. *al.* = Vvlg.) inimici eius terram -ent (*per allit.* limum Hil. trin. 4, 38. *al.*). Don. Ter. Phorm. 315 labra -ens ut ebrius. Vvlg. III reg. 21, 19 -nxerunt canes sanguinem (22, 38). Is. 49, 23 pulverem pedum tuorum -ent *reges.* Mich. 7, 17 -ent *gentes* pulverem sicut serpentes. Avg. civ. 4, 23 p. 176, 9 D. panem pictum -it . . ., *verum panem* non petit. serm. 77, 6, 10 quid . . . tam familiare canibus quam lapides -ere? (121, 3). Itin. Anton. Plac. rec. A (*sim.* B) 15 quod minuatur *uxor Loth* ab animalibus -endo. CE 33, 2 ubi perna cocta est . . ., non gustat *conviva* pernam, -it ollam aut caccabum. β *usu obscaeno* (*obi. omittitur* Mart. 6, 26, 3. 11, 85, 2. 12, 55, 13. *cf. et l. 53*): Catvll. 97, 12 aegroti culum -ere carnificis (98, 4 ista cum lingua . . . culos et crepidas -ere carpatinas). CIL IV 763 cunnum (1578. 2081. 2400 Satur noli c. -ere extra porta(m) set intra porta(m), rogat te Artocra ut sebi -eas mentulam. 3925. 4264. 5267 [*scrib. litt. graecis*] Lucion li [*sc.* -e *vel* -it] c. 8898 Popilius canis c. -e(s). 8939 Maritimus c. -et a(ssibus) iiii, virgines ammittit [*sim.* 8940]. *al. in eodem vol.* Mart. 1, 77, 6. 2, 84, 3. 7, 67, 17. 9, 92, 11. 11, 47, 8). 8512 ⟨m⟩entula(m) (2400 *supra.* Mart. 7, 55, 6. 9, 40, 4. *cf.* CIL IV 10129 -e Aspasia [*inserta imag. mentulae picta ut* 10132]). Mart. 3, 88, 1 sunt gemini fratres, diversa se d inguina -unt. 3, 96, 1 -is, non futuis meam puellam. 6, 26, 3 arrigere desīt posse Sotades: -it. 11, 85, 2 percussa est . . . tibi . . . lingua, dum -is. 12, 55, 13. Avson. 120, 4 p. 341 P. uxoris coepit -ere membra suae (*1* lambere). CE 1900 li⟨nge⟩ Le⟨li,l⟩inge L⟨eli⟩, -e Leli Fa⟨lc⟩ula⟨m⟩.

b *in imagine*: Itala III reg. 18, 38 (Lucif. Athan. 1, 17 p. 97, 5) cecidit ignis a domino de caelo . . ., et lapides et terram -nxit ignis (*gr.* ἐξέλιξεν, *Vulg.* lambens).

2 *c. obi. rei -endo assequendae*: Ven. Fort. vita Germ. 57, 155 qui *infirmus* de subscriptione eius *Germani* lingua detergens litteram . . ., atramenti pictura cuncta vicit unguenta; unde adprobatum est languido recuperato, ut dicamus communiter, de sancti subscriptione sibi sanitatem -nxisse.

deriv.: linctio, linctor, linctu, *?* lingulus; *cf.* ligurrio.

compos.: ab-, de-, e-, oblingo. cunnilingus, sublingulo *vel* -gio (-onis). *cf.* menclilingia. *Kemper.*

× **lingua,** -ae *f.* [*primitus* dingua (*cf. got.* tuggō, *theod.* Zunge *sim.*), *quod ut formae* l *'Sabino' ornatae cederet, consonantia fortuita verbi* lingere *effectum videtur. Sch.*] *de origine*: Varro frg. (433 F.) Lact. opif. 10, 16 a ligando cibo (*inde* Isid. diff. 2, 58 *necnon* orig. 11, 1, 51 *quo loco addit*: alii quod per articulatos sonos verba ligat). *scribitur*: dingua: Mar. Victorin. gramm. VI 9, 17 nos nunc . . . scribamus . . . -am per l potius quam per d (*cf.* 26, 2 communionem . . . habuit ⟨l⟩ littera ⟨cum d⟩ apud antiquos, ut dinguam et -am). lig-: Tab. devot. Rom. (CIL I² 2520) 25 (*sc. non nisi in tabula Avoniae; in cett.* ling-). Audollent 303 I 2. 5 II 2 V 6 VI 5 *et hic illic in codd. e. g.* Chiron 950 Pelag. in I Cor. 14, 19 p. 209, 5. lic-: Tab. devot. Audollent 134 B 2. linq-: Oribas. syn. 3, 176 Aa. linga: Theod. Mops. in psalm. 9, 28 p. 59, 12. 16. 11, 5 p. 71, 12. linguia: Pap. Corp. 277, 16 (= Gloss. II 563, 25). *gen. sing.* -ai Lvcr. 4, 624. Not. Tir. 58, 33. *legitur inde a* Lege XII tab. *p. 1446, 84,* Naevio *p. 1447, 2,* Plavto *per totam latinitatem.* [*val.* limbă; *dalm.* langa; *it.* lingua; *sard. centr.* límba, *mer.* lingwa; *raet. occ.* lęndźa *etc., or.* lenge; *francog.* langue (*et var. dial.*); *prov. vet.* lenga; *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llengua; *hisp.* lengua; *port.* língua. *cf. M.-L. 5067. Wartburg V 358sqq. Battisti-Alessio III 2238. Wagner II 28. Corominas III 74sq. Machado II 1340sq. St.*] [*restituitur pro* digna Sen. contr. 1, 1, 10. *falsa var. l. pro* prudentia Cic. de orat. 2, 299, longe Hor. sat. 1, 5, 3, verba Epist. Sapph. 111 (*sed fortasse recte* Ivvenc. 1, 439), pennis Ov. met. 13, 724. *obscurum*: Varro frg. Non. p. 180, 29 aut aliqua ex argentaria trutina aut -a (lingula *edd.*) pensum prae se omnes ferent. Gloss. -a clandis idest quercu⟨s⟩ (lignum *Stadler,* iligna *Goetz dubitanter, cf. Gloss.* iligna glande [*Hor. sat. 2, 4, 40*]: ilicis).]

i. q. γλῶσσα (*item* Gloss.; *quae vox ubi respondet in graecis, non adnotata est. cf.* Pavl. Fest. p. 121 -a non solum pars corporis dicitur, sed etiam differentia sermonum; promuntorii quoque genus non excellentis, sed molliter in planum devexi): **I** *praevalente respectu partis corporis* (*quae pertinent ad munus loquendi v. sub II*): **A** *vi originaria*: **1** *de -a in ore sita*: **a** *hominum, deorum sim.*: α *in univ.*: Plavt. Amph. 557 tibi istam scelestam, scelus, -am abscidam (*v. vol. I 147, 84sqq.; cf.* Aul. 189 praecidam [Sen. contr. 10, 4, 6 Amm. 28, 6, 20 Hier. epist. 61, 4, 3]). Mil. 318 istam praetruncari -am largiloquam. Poen. 571 (*verba maledicentium*) deciderint vobis femina in talos velim. :: at edepol nos tibi in lumbos -am atque oculos in solum. Pseud. 429 omnes pendeant: gestores -is, auditores auribus. L. Crass. or. frg. (41 M.) Cic. de orat. 3, 4 haec tibi est excidenda -a, qua vel evolsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. Cic. Cluent. 187 Stratonem . . . in crucem esse actum exsecta . . . -a (*v. vol. V 2, 1832, 77. cf.* Cluent. 191 exsectio -ae). div. 2, 96 ut quorum -ae sic inhaererent, ut loqui non possent, eae scalpello resectae liberarentur. nat. deor. 2, 134 *ciborum* confectio etiam a -a adiuvari videtur (*cf.* 2, 135 agitatione et motibus -ae cum depulsum . . . cibum accepit *stomachus.* Sen. epist. 90, 22 *dentes cibos frangunt* et quicquid excidit, ad easdem dentes -a refertur. *sim. al.*). Catvll. 108, 4 inimica bonorum -a exacta avido sit data vulturio (*cf.* Itala II Macc. 15, 33 [rec. B, *sim. cett.*] -am . . . Nicanoris amputans iussit particulatim avibus dare). Lvcr. 2, 399 uti mellis lactisque liquores iucundo sensu -ae tractentur in ore (*cf. de sapore percipiendo*: 4, 615. 621. 624 Sen. epist. 109, 7 Iren. 4, 39, 1 = 4, 64, 1 H. Lact. opif. 10, 20. *al.*). 6, 1150 manabat -a cruore . . ., motu gravis, aspera tactu (*v. vol. II 807, 44. cf.* Scrib. Larg. 187 salamandra quibus data est, -a exasperatur). Tab. devot. Rom. (CIL I² 2520) 25 Proserpina Salvia, do tibi . . . nasum, -am, dentes Ploti. Ov. ars 1, 515 -a⟨e⟩ ne rigea⟨n⟩t (*corruptum? lingula. coni. Martha*). met. 6, 556 sqq. comprensam torcipe -am *Philomelae* abstulit ense fero; radix micat ultima -ae; ipsa iacet . . . utque salire solet mutilatae cauda colubrae, palpitat (Scrib. Larg. 194 Lvcan. 2, 181). Val. Max. 3, 3 ext. 4 amputationem -ae minitanti *tyranno non cessit* . . . protinusque dentibus abscisam et commanducatam -am in os eius . . . expuit (*de Anaxarcho ut*: Plin. nat. 7, 87 praerosam dentibus -am . . . in tyranni os expuit. *de Leaena, meretrice Atheniensi*: Tert. nat. 1, 18, 4 -am suam pastam expuit [apol. 50, 8 mart. 4, 7. *cf. p. 1445, 59*]. *cf. de Zenone*: Amm. 14, 9, 6 avulsam sedibus -am . . . in oculos interrogantis Cyprii regis impegit [*? de eodem*: Boeth. cons. 2, 6, 8 W. -am ille momordit atque abscidit et in os tyranni saevientis abiecit]). Cels. 2, 8, 8 si -a . . . inarescit (*item de siccitate -ae*: 3, 10, 4 si . . . -a sicca et scabra est. Lvcan. 4, 325 ora . . . sicca rigent squamosis aspera -is. 9, 744 *pestis* in sicco -am torrere palato coepit. Plin. nat. 22, 75 *asphodeli* semine -ae subdito sitim non sentiri. 22, 108 utilissimum *mel* arescenti . . . in febribus -ae. Sil. 14, 598 arebat -a. Itala Is. 41, 17 [Cypr. testim. 2, 4] -a . . . a siti siccabit [Vvlg. aruit]. *al.*). 6, 12 -ae . . . ulcera . . . medicamentis egent (Plin. nat. 30, 27 Marcell. med. 11, 22. *cf.* Plin. nat. 28, 189 -ae exulcerationi . . . prodest). Sen. dial. 5, 18, 1 erui oculos, amputari -am (*v. vol. I 2021, 15 et supra* Val. Max. 3, 3 ext. 4). *al.*

β *peculiaria*: Ⓘ *de gestu irridentis sim., sc. -am in contumeliam exserentis*: Plavt. Asin 795 ne sic tussiat, ut cuiquam -am in tussiendo proserat (*nisi ad l. 43, coll. Ussing ad l.: 'ne . . . videatur aliquem ad basiandum invitare'*). Qvadrig. hist. 10ᵇ p. 208, 9 inridere coepit atque -am exertare (*Gallus cum T. Manlio Torquato dimicaturus, ut* Liv. 7, 10, 5 -am etiam ab inrisu exserentem. *cf.* Cic. de orat. 2, 266 pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico . . . eiecta -a, buccis fluentibus [*de eadem imagine* Plin. nat. 35, 25 inficetissime Gallum exserentem -am]). Pers. 1, 60 o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit, . . . nec -ae, quantum sitiat canis Apula, tantae (*inde* Hier. epist. 125, 18, 1 aestuantem canis protendi -am). Vvlg. Is. 57, 4 super quem lusistis, super quem dilatastis os et eiecistis -am? (*potius de actione loquendi* Itala *ibid.* [Lucif. non parc. 34 p. 281, 3 Rufin. symb. 20] adversus quem inmisistis -am vestram [relaxastis -as v. *Rufin.*]).

Ⓘ *in re amatoria, obscenitate sim.*: Ⓐ *in appellatione blanda de ipsa puella amata*: Plavt. Poen. 385 (*versu suspecto; vituperantur verba, quibus servus meretricem adlocutus est*) ocellum . . . et labellum et -am. 388 quo modo ergo orem? :: rogas? sic enim diceres: . . . huius labellum, huius -a, huius savium. Ⓑ *in osculando* (*huc fortasse l. 65*): Plavt. Asin. 695 (*ad meretricem*) fac proserpentem

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bestiam me, duplicem ut habeam -am, . . . meum collum circumplecte. Poen. 1235 dato mihi pro offa savium, pro osse -am obicito; ita hanc canem *placabo*. Novivs Atell. 16 artivit -am in palatum, coepit labia sugere (*si recte huc traximus*). Tib. 1, 8, 37 dare anhelanti pugnantibus umida -is oscula. Ov. am. 2, 5, 24 illa *oscula* . . . -a nexa fuisse. 2, 5, 58 tota labellis -a tuast nostris, nostra recepta tuis. 3, 7, 9 oscula . . . inseruit cupide luctantia -is. *al.* Apvl. met. 2, 10, 4 occursantis -ae inlisu nectareo. *al.* © *vario usu* (*alluditur passim ad instrumentum loquendi*): Catvll. 98, 3 ista cum -a . . . possis culos et crepidas lingere carpatinas. Val. Max. 3, 5, 4 -a eius tam libidini cunctorum inter lupanaria prostitit, quam avi pro salute civium in foro excubuerat. Sen. epist. 87, 16 Natalis tam improbae -ae quam inpurae, in cuius ore feminae purgabantur. Mart. 2, 61, 2 lambebat medios improba -a viros (*eadem fere* 3, 81, 2. *cf.* Min. Fel. *infra*). 2, 61, 7 haereat inguinibus potius tam noxia -a, *quam maledicat*. 3, 80, 2 nulli maledicis . . .: rumor ait -ae te tamen esse malae (Min. Fel. 28, 10 qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhaerescunt, homines m. -ae etiam si tacerent. *cf. p. 1447, 45*). 3, 84, 2 quid narrat tua moecha? non puellam dixi, Gongylion. quid ergo? -am. 11, 61, 1 -a maritus, moechus ore Nanneius. *al.* Svet. Tib. 44, 1 *pueri* -a morsuque sensim adpetentes *inguina*. *al.* *fortasse huc pertinet locus mutilus*: Phaedr. 4, 14 (15), 1 a fictione veretri -am mulieris; adfinitatem traxit inde obscenitas. *v. et p. 1448,5.*

b *animalium* (*fusius de eorum -is agit* Plin. nat. 11, 171 sqq.): *α usu vario*: Pacvv. trag. 229 -ae bisulcis actu crispo fulgere (*draconum sim. ut vid.; cf. comparationes p. 1447, 38 sqq.*). Varro rust. 2, 2, 4 animadvertendum quoque -a *arietis* ne nigra aut varia sit, quod fere qui eam habent nigros aut varios procreant agnos (*de eadem re* Verg. georg. 3, 388 nigra subest . . . cui *arieti* -a palato, reice. Colvm. 6, 37, 7. 7, 3, 1 Plin. nat. 8, 189). Lvcr. 3, 657 -a vibrante *serpentis* (Verg. Aen. 2, 211 Cvlex 166. Ov. met. 3, 34 vibrant -ae. Plin. nat. 11, 171. Sil. 2, 587 *ora* vibranti stridebant sibila -a. Stat. Theb. 5, 509 ter -a vibrat. *al.; cf.* Lvcan. 9, 631 angues stridula fuderunt vibratis sibila -is [Val. Fl. 1, 61 multifidas . . . -as vibrantem *draconem*. *al.*]. Sil. 3, 186 vibrata . . . saevis . . . sibila -is). 5, 1067 catulos blande cum -a lambere temptant *canes* (Verg. Aen. 2, 211 *angues* sibila lambebant -is vibrantibus ora. Ov. met. 3, 57 lambentem corpora -a. Liv. 1, 4, 6 *lupam* -a lambentem pueros. Sil. 6, 264. *al.; cf.* Stat. Theb. 2, 681 *leo* eiecta delambit vellera -a). Verg. georg. 3, 439 (= Aen. 2,475) *serpens* -is micat ore trisulcis (Plin. nat. 11, 171 Stat. Theb. 5, 571. Epist. Alex. l. 160 H. cum trisulcis -is fauces *al.; cf.* Sen. Med. 687 trifidam . . . -am exertat *serpens* [Clavd. carm. min. app. 2, 34]). 3, 508 obsessas fauces premit aspera -a *equi*. *al.* Lygd. 4, 88 cui *Cerbero* tres sunt -ae tergeminumque caput. Ov. met. 4, 494 *colubrae* sibila dant . . . -isque coruscant. 4, 586 (*Cadmus in serpentem vertitur*) -a repente in partes est fissa duas. Gratt. 386 nodis qua -a tenacibus haeret. Sen. epist. 110, 12 non desideras . . . -as phoenicopterorum et alia portenta luxuriae (Plin. nat. 10, 133 phoenicopteri -am praecipui saporis esse Apicius docuit. Svet. Vit. 13, 2. *cf. p. 1449, 53*). Colvm. 6, 2, 7 diductis malis educito -am *boum*. 6, 6, 1 bos neque ruminat neque -a se deterget. 6, 8, 1 vitiosa incrementa -ae, quas ranas veterinarii vocant (*inde* Pallad. vet. med. 8, 1. *cf.* Chiron 950 rana cum bovi in -a nata fuerit). *al.* Mela 1, 58 *Apis* bos . . . cauda -aque dissimilis aliorum (*cf.* Plin. nat. 8, 184 nodus sub -a *est Apidi*). Plin. nat. 9, 23 -a est iis *delphinis* contra naturam aquatilium mobilis, brevis atque lata. 10, 62 ciconiis non inesse -am. 10, 67 glottis praelongam exserit -am, unde ei nomen. 11, 135 cervis in capite inesse vermiculi sub -ae inanitate . . . produntur. 11, 174 intellectus saporum ceteris in prima -a, homini et in palato. 15, 34 oleam si lambendo capra -a contigerit . . . sterilescere. 34, 72 *in simulacrum leonis ad Leaenam honorandam positum* -am addi ab artifice vetuerunt (*cf. p. 1444, 50*). *al.* Val. Fl. 3, 458 *dapes* -is rapuere coruscis *angues*. *al.* *in sideribus, quae cum bestiis comparantur*: Hyg. astr. 2, 35 Canis habet in -a stellam (*eadem* 3, 34. *cf.* Schol. Verg. Veron. georg. 2, 353 est . . . in -a extima caniculae stella ardentissima). Avien. Arat. 898 *Hydra* flammigero -am iacit ore trisulcam. *β adhibetur in re medicinali sive magica*: Plin. nat. 28, 96 podagris spinae *hyaenae* cinerem cum -a et dextro pede vituli marini. 28, 100 eos . . ., qui -am *hyaenae* in calciamento sub pede habeant, non latrari a canibus (*sim.* 29, 99 Plac. med. 9, 14 rec. *β*). 28, 114 -a *chamaeleonis* adalligata pericula puerperii *tolli*; . . . -am, si viventi exempta sit, ad iudiciorum eventus pollere. 28, 172 vulpinam -am habentes in armilla lippituros negant (*cf.* Marcell. med. 8, 129 ad albuginem oculorum detergendam: . . . *vulpis* -am . . . collo . . . suspendas). 28, 200 *ad lienem sedandum* datur . . . equi -a inveterata ex vino (*sim.* Plac. med. 16, 5 rec. *β*). 30, 74 ad urinae incontinentiam . . . anserum III -as inassatas in cibo (*cf.* Marcell. med. 26, 87 anserum silvestrium -ae assatae efficaciter sumuntur in cibo a calculosis). 30, 84 qui a nocturnis diis . . . agitentur, draconis -a et oculis . . . decoctis . . . liberari. 30, 143 libidinem movere . . . anseris -am in cibo vel potione sumpta. *al.* Lampr. Heliog. 20, 5 comedit saepius . . . -as pavonum et lusciniarum, quod qui ederet a pestilentia tutus diceretur. *al.*

2 *de epiglottide*: Cels. 4, 1, 3 qua coeunt *aspera arteria et stomachus* exigua in arteria sub ipsis faucibus -a est, quae dum spiramus attollitur, cum cibum potionemque adsumimus, arteriam claudit. Plin. nat. 11, 175 sub ea *uva* minor -a nulli ova generantium (*Aristot. hist. anim. 504 b 4 ἐπιγλωττίδα, Plin. nat. 1, 11, 66* epiglossis).

B *per similitudinem transfertur ad res -ae formam exhibentes* (*v. etiam A 2*): **1** *herbas*: **a** *usurpatur ad herbas nominandas*: *α βούγλωσσον* (Plin. nat. 25, 81 buglossos boum -ae similis): Cato agr. 40, 4 (*in insitione*) stirpem oblinito . . .; insuper -a bubula obtegito . . .; eam -am insuper libro alligato (*inde* Plin. nat. 17, 112 *explicans*: herbae id genus est. Marcell. med. 15, 12. Ps. Apvl. herb. 41 l. 13 *herba bovis -a* a Graecis dicitur buglossa . . ., Romani -a b., Lucani corrago. Gloss.). Marcell. med. 5, 17 herbam, quam alii burdunculum vocant, alii -am bovis (Ps. Apvl. herb. 41 l. 1. 3. 9 Misc. Tir. p. 57, 22. Gloss.). Ps. Diosc. Vind. 4, 127 p. 273, 11 *βούγλωσσον· . . ., Ῥωμαῖοι λίγγουα βόβουμ.* *β κυνόγλωσσον* (Plin. nat. 25, 81 cynoglossos caninam -am imitata): Cels. 5, 27, 13[A] haec . . . curantur foliis aut lilii aut -ae caninae aut betae . . . decoctis (Petron. 43, 3 *v. infra*. Ps. Apvl. herb. 97 l. 13 *herba -a canis* a Graecis dicitur cinoglossa, . . . Itali -a c., . . . alii -a Macedonica. Ps. Diosc. Vind. *infra*. Gloss.). Ps. Apvl. herb. 97 l. 1 herba -a canis (3. 5. 8. Ps. Diosc. Vind. 4, 127 p. 274, 4 *κυνόγλωσσον· . . . Ῥωμαῖοι λίγγουα κάνις, οἱ δὲ λίγγουα κανίνα*. Misc. Tir. p. 53, 22 Plin. Val. 3, 1. Gloss. V 350, 26 c. -a: ribbae [*anglosax.*]). *? in proverbio*: Petron. 43, 3 de re . . . verum dicam, qui -am caninam comedi (*v. Ehlers ad l.; alii aliter*). *γ plantaginem* (*cf.* Plin. nat. 25, 80 duo eius *plantaginis* genera: minor angustioribus foliis et nigrioribus -ae pecorum similis . . .; altera maior *eqs.* [*sim.* Ps. Apvl. herb. 1 l. 77]): Isid. orig. 17, 9, 50 arnoglossos id est agni -a, quae a Romanis plantago dicitur (*cf.* Gloss. -a agnina: similis est plantaginis maioris. id est ⟨si⟩milis plantaginis). Gloss. -a vervecina: nervosa (nerosa. pturnoglossa *i. arnoglossa*. III 536, 35 berbecina -a vel aure id est plantagine). Gloss. med. ed. Heiberg p. 10, 6 arnoglossa: hoc est -a berbena. *δ varias*: Plin. nat. 24, 170 (*cf.* 1, 24, 108) -a herba nascitur circa fontes; radix eius . . . alopecias emendat (*sed eadem narrantur 25, 133 de lingulaca herba, unde dubites an alteruter locus sit corruptus*). Ps. Apvl. herb. 56 l. 13 splenion, . . . ⌊alii -a cervina⌋ ([*additam. cod. Vratisl.*]. 79 l. 15 *gladiolum* a Graecis dicitur iris agria, . . . Itali gladiolum, alii -a c. Ps. Diosc. Vind. 4, 185 p. 333, 15 *θηλυπτερίς . . ., Ῥωμαῖοι λίγγουα κερβίνα*. Gloss. -a c.: *σκολοπένδριον* [*sc. variis modis scriptum*]. splenion. *al.*). Gloss. III 559, 1 cervi -a: scolopendria (595, 8 scolopendrius splenion vel c. -a. *sim.* 628, 71 V 619, 11). *dubium*: Misc. Tir. p. 65, 24 pisces (*i.* piscis *?*) -a et ambrosia . . . teris.

b *usurpatur ad significandas partes herbarum* (*cf.* Plin. nat. 25, 161 in cacumine -ae similia *folia herbae cuiusdam*): Ov. met. 10, 191 lilia . . . fulvis horrentia -is. Plin. nat. 25, 137 *lonchitis* habet . . . capitula personis comicis similia, parvam exserentibus -am, radicibus praelongis (*cf. Diosc. 3, 144 λευκὸν δέ τι . . . ἐξέχει . . . ὥσπερ γλωσσάριον*, Diosc. 3, 156 p. 440, 26 sicut -a est). 27, 93 hypoglossa folia habet . . . et in his ceu -as folio parvo exeunte de foliis (*cf. Diosc. 4, 129 οἱονεὶ γλωττίδας*, Diosc. 4, 124 p. 59, 4 sicut -a).

2 *regiones* (*de paeninsulis sim. praeter* Vvlg.; *cf. p. 1444, 16*): Pacvv. trag. 94 Idae promunturium quoius -a in altum proicit. Liv. 37, 31, 9 inde -a in altum mille passuum excurrens medium fere sinum velut nota distinguit. 44, 11, 3 eminet . . . in altum -a, in qua sita est *Cassandrea*. Lvcan. 2, 614 latus . . . Hesperiae tenuem producit in aequora -am. Sol. 2, 21 *Italia* -is proiectis saepius ac procurrentibus distinctum promuntoriis pelagus accipit. Amm. 14, 8, 4 *Cilicia et Isauria* velut in prominenti terrarum -a positae. Vvlg. Ios. 15, 2 a summitate maris Salsissimi et a -a eius quae respicit meridiem (15, 5 a -a m. 18, 19 contra -am m. Salsissimi [*hebr. ter* lašôn, *Lugd.* colliculo *vel* in collibus, *gr. λοφιά*]. Is. 11, 15 desolabit dominus -am m. Aegypti [*gr. θάλασσαν tantum*]). Oros. hist. 4, 22, 6 obiectu protentae -ae tranquillatur *mare*. Prisc. periheg. 29 finibus est Asiae latus artum -a supernis, Caspia quam mediam faciunt atque aequora Ponti Euxini (*gr. Dionys. periheg. 20 ἰσθμός*). Iord. Get. 219 *Aquileia* in mucrone vel -a Atriatici posita sinus.

3 *res varias* (*cf.* Pavl. Fest. p. 116 lingula per deminutionem -ae dicta; alias a similitudine exertae, ut in calceis, alias insertae, id est intra dentes coercitae, ut in tibiis. *v. etiam p. 1445, 60*): Vitr. 10, 3, 2 -a *vectis ferrei* sub onus subdita. Plin. nat. 16, 171 comprimentibus se -is *tibiarum* (*Theophrast. hist. plant. 4, 11, 4 συμμύειν . . . τὸ στόμα τῶν γλωττῶν cf. l. 65*). Itala act. 2, 3 (cod. e *al.*, *cf.* Vvlg.) apparuerunt eis *apostolis* divisae -ae sicut ignis (*cf.* Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 33 [37] ignea -a . . . caelitus data. symb. 2 *cum* supra . . . apostolos igneae -ae sedissent. *proprie*: Vvlg. Is. 5, 24 devorat stipulam -a ignis. Gild. Brit. 24 chron. III p. 39, 13 donec . . . *ignis* exurens insulae superficiem rubra . . . oceanum -a delamberet). Ambr. off. 2, 26, 129 cum de spoliis . . . sustulisset Achar . . . -am auream (*sim.* Rvfin. Orig. in Ios. 7, 7 p. 334, 22, *sc. sec. Italam Ios. 7, 21* [*Lugd. al.*] ligulam, *gr. γλῶσσαν, Vulg.* regulam. *allegorice interpretatur* Rvfin. *l. c.* p. 335, 2 si . . . invenias apud philosophos perversa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata, ista est -a aurea). Pavl. Nol. carm. 18, 338 lentis cava -is aera *i. tintinnabula* ferire.

II *respicitur munus loquendi, canendi sim.* (*vigente passim vi corporea*): **A** *apud homines, deos*: **1** *usu communi sive de instrumento sive de actione loquendi* (*-a ponitur pro agente homine e. g.* Catvll. 7, 12 Ov. am. 2, 6, 48 Liv. 31, 44, 3; *prosopop. v. p. 1447, 32*): **a** *generatim* (*pauca selecta; ceterum cf. appendicem*): Lex XII tab.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Fest. p. 173 *e Cincio*) cum nexum faciet mancipiumque, uti -a nuncupassit, ita ius esto (*inde* Cic. de orat. 1, 245 off. 3, 65). Naev. com. 111 -is faveant atque adnutent. trag. 1 ne mihi gerere morem videar -a, verum lingula. Plavt. Bacch. 128 qui si decem habeas -as, mutum esse addecet (*Hom. B 489 εἴ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δέκα δὲ στόματ' εἶεν*. Caecil. com. 126 si -as decem habeam. *cf.* Enn. ann. 561 [*contextu corrupto*]. Host. carm. frg. 3 non si mihi -ae centum atque ora sient totidem. Lvcr. frg. 1 non mihi si -ae centum sint oraque centum [*inde* Verg. georg. 2, 43 Aen. 6, 625]. *al.*). Capt. 937 -a nullast qua negem quidquid roges. Curc. 705 qui promisi? :: -a. :: eadem nunc nego; dicendi, non rem perdendi gratia haec natast mihi (Persa 428 referundae ego habeo -am natam gratiae. Ov. met. 14, 99 nec non prius abstulit usum verborum et natae dira in periuria -ae). Mil. 1271 dum te obtuetur, interim -am oculi praeciderunt. Poen. 625 istic est thesaurus stultis in -a situs, ut quaestui habeant male loqui melioribus. Enn. scaen. 304 exerce -am, ut argutarier possis. Ter. Eun. 977 perii, -a haeret metu. Pacvv. trag. 355 miseret me, lacrimis -a debiliter stupet (*cf.* Afran. com. 214 lacrimae -am saepiunt). Acc. trag. 414 ut astu ingenium -a laudem et dictis lactem lenibus. 640 suavem -ae sonitum. Afran. com. 39 retinet nunc -am mordicus. Cic. de orat. 1, 156 vocis et spiritus et totius corporis et ipsius -ae motus. Cato 31 ut ait Homerus (*A 249*) 'ex eius -a melle dulcior fluebat oratio'. nat. deor. 2, 149 plectri similem -am nostri solent dicere, chordarum dentes (*cf.* Ambr. hex. 6, 9, 67 ea *-a* . . . velut plectrum loquentis et quaedam edentis est manus. Hier. epist. 108, 24, 1 sicut . . . plectrum chordis, ita -a inliditur dentibus et vocalem reddit sonum. Rvfin. Clement. 8, 29, 4 -a ut ad loquendum illisa dentibus plectri reddat officium. Avg. serm. 243, 4, 4). Calv. carm. frg. 21 -a vino temptantur et pedes (*cf.* Verg. georg. 2, 94 lageos temptatura pedes olim vincturaque -am). Catvll. 63, 28 thiasus repente -is trepidantibus ululat. Pvblil. F 31 frenos inponit (inpone *trad.*) -ae [saepius] conscientia. Lvcr. 6, 1149 animi interpres . . . -a (*v. vol. VII 1, 2251, 47*). *et passim.* *per prosopopoeiam*: Avson. 11, 3 p. 323 P. (*loq. Echo*) aeris et -ae sum filia.

b *speciatim pertinet ad genera vel modos loquendi*: *α ad habitum loquentis, argumentum verborum sim.* (*exempla significantiora. huc pertinet etiam p. 1444, 20. 23*): Naev. com. 112 libera -a loquemur ludis Liberalibus (*v. p. 1284, 20 sqq.*). Plavt. Poen. 1034 qui huc advenisti nos captatum . . . bisulci -a quasi proserpens bestia (*item per imaginem serpentis*: Truc. 781 ne duplicis habeatis -as [*780* colubrino ingenio]. Plin. nat. 18, 4 atra ceu serpentium -a vibrat *hominum malorum*. Itala psalm. 139, 4 [Veron. *al.*, *cf.* Vvlg.] acuerunt -am suam sicut serpentes. Hil. trin. 8, 40 extendite nunc vibratas sibilis -as haeretici serpentes. *al.*). Truc. 8 in vobis resident mores pristini, ad denegandum ut celeri -a utamini. Pompon. Atell. 139 -am vafram. Catvll. 7, 12 *quanta basia* mala fascinare -a *non possit* (*v. vol. VIII 224, 59 sq. et 70 sqq.*). Hor. carm. 3, 12, 3 patruae verbera -ae. Tib. 1, 2, 80 num . . . violavi numina verbo et mea nunc poenas impia -a luit? (Lygd. 4, 11, 16). 3, 19, 20 hoc peperit misero garrula -a malum (Ov. am. 2, 2, 44 Val. Max. 7, 2 ext. 1. *cf. p. 1449, 53*). Ov. Ib. 522 sit in exitium -a proterva tuum (Homer. 137 nec -a protervior ulli *quam Thersiti*). Liv. 4, 49, 12 superbum ingenium immodicamque -am (*cf.* 22, 12, 11 ferox . . . ac -a immodicus. Tac. hist. 3, 53, 1 nec sermonibus temperabat *Antonius* immodicus -a et obsequii insolens). 33, 31, 8 Aetolorum -as retundere. 35, 48, 11 provectus deinde est intemperantia -ae in maledicta (Sen. epist. 47, 8 aut gulae aut -ae. Cvrt. 8, 1, 45 Physiogn. 51 p. 70, 13). Sen. contr. 10, 5, 22 cum Timagene . . ., homine acidae -ae. Sen. dial. 2, 11, 3 ut quisque contemptissimus et ut ludibrium est, ita solutissimae -ae est. Cvrt. 6, 9, 20 -ae temeritas (8, 12, 18. *cf.* 8, 8, 7 cuius *Cliti* temerariam -am probra dicentis mihi et vobis diutius tuli). Pers. 5, 25 pulsa dinoscere cautus quid solidum crepet et pictae tectoria -ae. Petron. 132, 15 vers. 4 sermonis puri non tristis gratia ridet, quodque facit populus, candida -a refert. Sil. 11, 557 virus futile -ae. Mart. 4, 5, 1 vir bonus et pauper -aque et pectore verus. 9, 27, 14 pudet fari, Catoniana . . . quod facis -a (*alludit ad usum obscenum p. 1445, 9 sqq.*). Tac. hist. 1, 35, 1 *senatores* nimii verbis, -ae feroces. Gell. 12, 4, 1 qua -ae parsimonia, qua loquendi oportunitate . . . amicum esse conveniat. Apvl. flor. 7 p. 26 -ae rabies et vilitas morum. 17 p. 77 ut inpatientia -ae commendationem ingenii quaerant. Tert. apol. 23, 14 inmundos spiritus esse *deos*, quod vel ex . . . inpuratissimis -is ipsorum vatum intellegi debuit. adv. Marc. 4, 42 p. 563, 20 dominus dederat illi -am disciplinae, ut sciret, quando eum oporteret proferre sermonem. Itala psalm. 56, 5 (Veron. *al.*) -a eorum machaera acuta (Vvlg. gladius a. *cf.* 63, 4 *ibid.* exacuerunt tamquam gladium -as suas. Optat. 2, 25 p. 64, 22 dei episcopos -ae gladio iugulastis fundentes sanguinem non corporis, sed honoris). prov. 21, 6 (Hier. adv. Rufin. 3, 43, *cf.* Vvlg.) qui operatur thesauros -a mendacii (Vvlg. prov. 12, 19. *cf.* Cassiod. hist. 5, 48, 1 Ariani calumniae -as exacuerunt). Sirach 28, 16 (Aug. spec. 23 p. 142, 22 = Vvlg.) -a tertia *sc. calumniantis* multos commovit et dispersit illos *eqs.* (28, 19 *ibid.* -a t. mulieres viratas eiecit). Mod. dig. 48, 4, 7, 3 nec lubricum -ae ad poenam *laesae maiestatis* facile trahendum est. Amm. 29, 1, 8 -am non infrenem, sed dispicientem, quae loqueretur. *al.* *β ad artem dicendi* (*sive in universum de facundia sive de elocutione vel stilo singulorum. exempla selecta*): Plavt. Mil. 189 os habet, -am, perfidiam, malitiam atque audaciam (*cf.* Hor. epist. 1, 1, 57 est animus tibi, sunt mores, est -a fidesque). Cic. carm. frg. 16 cedant arma togae, concedat laurea -ae (laudi *var. l. ipsius auctoris? cf.* Plin. nat. 7, 117 salve . . . -ae . . . lauream merite). Flacc. 54 Maeandrius, cuius -a quasi flabello seditionis illa . . . *est* contio ventilata. dom. 47 (*nisi ad p. 1445, 8*) legem Clodius scripsit spurciorem -a sua. de orat. 3, 26 et si hoc (*sc. unam esse artem sed dissimiles artifices*) in his quasi mutis artibus est mirandum et tamen verum, quanto admirabilius in oratione atque in -a? 3, 139 *Plato* non -ae solum, verum etiam animi ac virtutis magister. Catvll. 43, 4 nec sane nimis elegante -a *puella*. Lvcr. 1, 639 Heraclitus . . . clarus ob obscuram -am. Sall. or. Cottae 4 qui -a, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt (*seq. postea*: facundiam . . . exercui). Sall. (?) rep. 2, 9, 1 *M. Bibulus* hebes -a. Hor. epist. 1, 19, 15 Timagenis aemula -a. ars 56 cum -a Catonis et Enni sermonem patrium ditaverit. Prop. 3, 21, 27 persequar . . . studium -ae, Demosthenis arma. Ov. am. 1, 10, 39 reos empta miseros defendere -a. epist. 12, 12 -ae gratia ficta tuae. ars 3, 482 nocuit formae barbara -a bonae. Pont. 2, 2, 53 vivit . . . in vobis fecundi -a parentis. Liv. 31, 44, 3 nec umquam ibi *i. Athenis* desunt -ae promptae ad plebem concitandam. 39, 40, 7 eloquentissimus *Cato* nec is tantum, cuius -a vivo eo viguerit, monumentum eloquentiae nullum exstet. 45, 10, 11 eos venalem -am habentis (Lvcan. 1, 269 audax venali . . .Curio -a, vox quondam populi. *cf.* Qverol. p. 18, 12 R. vende vocem, vende -am). Val. Max. 3, 3 ext. 4 multorum aures illa *Anaxarchi* -a . . . admiratione sui adtonitas habuerat. Sen. apocol. 14, 2 P. Petronius . . . homo Claudiana -a disertus. Octavia 885 -a claros *Gracchos*. Sil. 5, 77 egregius -ae nomenque superbum, Corvinus. Mart. 7, 47, 2 doctorum Licini celeberrime Sura virorum, cuius prisca gravis -a reduxit avos. Ivv. 7, 149 mercedem ponere -ae. Tac. dial. 31, 1 ut fictis . . . controversiis -am modo et vocem exercerent. Gell. 3, 3, 1 Plauto moribusque ingeni atque -ae eius. 18, 3, 3 homo quispiam turpitudine pristinae vitae diffamatissimus, sed -a tunc atque facundia nimium quanto praestabilis. Apvl. apol. 34, 3 quibus tandem verbis accusasses crimen illud tam stultitiae quam -ae tuae congruens. Amm. 31, 16, 9 *scriptores* id . . . adgressuros procudere -as ad maiores moneo stilos. Rvfin. Orig. in Ios. 7, 7 *v. p. 1446, 76*. Avg. in epist. Ioh. 1, 7 si . . . committit se homo disertae -ae *advocati*. in psalm. 83, 8 l. 26 artes, quae magnae videntur in subveniendo, patrocinia -ae et adiutoria medicinae. *al.* *notione dilatata fere de litteris arte dicendi exornatis*: Salv. gub. praef. 1 ut aliquod -arum opus . . . excuderent. 7, 68 illic *sc. Carthagine* artium liberalium scolae, illic philosophorum officinae cuncta denique vel -arum gymnasia vel morum. *γ ad sonum verborum, enuntiationem* (*unde vergit hic illic in notionem q. e. vox, e. g. l. 57. 66; exempla selecta*): Cic. dom. 139 mente ac -a titubante (Ov. ars 1, 598 fac titubet blaeso . . . -a sono. Sen. epist. 11, 2 quibusdam tremunt genua dicturis, quorundam dentes colliduntur, -a titubat, labra concurrunt. 114, 22 in vino non ante -a titubat quam mens cessit oneri. Sil. 7, 201). Pis. 1 tarditatem ingenii, stuporem debilitatemque -ae (*cf.* Mart. 10, 65, 10 os blaesum tibi debilisque -a est). Phil. 3, 16 qui propter haesitantiam -ae stuporemque cordis cognomen *Bambalionis* ex contumelia traxerit (*cf.* de orat. 1, 115 sunt quidam aut ita -a haesitantes aut ita voce absoni *eqs.* Plin. epist. 4, 7, 4 os confusum, haesitans -a, tardissima inventio, memoria nulla. Cypr. laps. 8 non sensus obstipuit, -a haesit, sermo defecit?). de orat. 3, 42 L. Cotta gaudere mihi videtur gravitate -ae sonoque vocis agresti. Lvcr. 3, 155 infringi -am vocemque aboriri *propter metum* (Porph. Hor. sat. 1, 3, 47 sq.). Sall. hist. frg. 2, 25 *C. Scribonium Curionem* corpore et -a percitum et inquietem. Ov. ars 3, 294 blaesa (Priap. 7, 2). met. 5, 296 -ae (*picarum*) quaerit *Pallas* tam certa loquentes unde sonent. 5, 466 et os et -a volenti dicere non aderant. fast. 1, 538 substitit in medios praescia -a sonos. Liv. 10, 4, 10 sonum -ae et corporum habitum et nitorem cultiora quam pastoralia esse. Sen. contr. 2, 3, 1 quid, -a, trepidas? Sen. dial. 2, 17, 2 quid quod offendimur, si quis sermonem nostrum imitetur, si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis aut -ae exprimit? (Qvint. inst. 1, 1, 37 multa -ae vitia, nisi primis eximuntur annis, . . . durantur. 1, 5, 32 per sonos accidunt . . . vitia oris et -ae). Pers. 2, 9 haec clare et ut audiat hospes; illa sibi introrsum et sub -a murmurat (Don. Ter. Eun. 282 lente ac sub -a murmurat). Stat. silv. 2, 4, 2 humanae sollers imitator, psittace, -ae. *al.* *δ transfertur ad gestus pantomimi fere tacite loquentis*: Anth. 111, 9 tot -ae quot membra viro.

2 *respiciuntur singula verba vel dicta* (*vergit in vim meton., quae plena p. 1449, 2 exhibetur. v. etiam sub 3*): Ter. Hec. 761 facilem benivolumque -a tua iam tibi me reddidit (*an ad p. 1447, 35? sed* Don. pro homine ipso). Hor. carm. 4, 6, 2 quem *Apollinem* proles Niobea magnae vindicem -ae . . . sensit. Ov. met. 4, 670 illic inmeritam maternae pendere -ae Andromeden poenas iniustus iusserat Ammon. Sen. contr. 1, 1, 10 sacra populi -a (digna *trad.*) est. Lvcan. 3, 224 (*de hieroglyphis*) saxis . . . sculpta . . . servabant magicas animalia -as. Petron. 73, 3 coepit Menecratis cantica lacerare, sicut illi dicebant, qui -am eius intellegebant. Sil. 3, 305 miscebant avidi trucibus fera murmura -is. Qvint. inst. 1, 1, 35 interpretationem -ae secretioris, quas Graeci γλώσσας vocant. Ivv. 9, 119 (*vers. suspectus*) ut possis -am contemnere servi (120 ut -as mancipiorum contemnas). Svet. Tib. 61, 6 interrogatum eum . . ., cur Paconius maiestatis reus tam diu viveret, statim . . . petulantiam -ae obiurgasse. Avg. civ. 5, 24 p. 237, 6 D. si inter -as

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sublimiter honorantium ... non extolluntur *imperatores.* *audacius de iis quae scripta traduntur* (*cf. infra l. 63*): Avg. epist. 132, 1 apostolorum -as exhortor ut legas; ex his enim ad cognoscendos prophetas excitaberis. Cassiod. in psalm. 74 concl. l. 245 -am ipsius *domini* cotidie gestamus in manibus.

3 *technice apud christ. respiciuntur vaticinia vel preces, quae fiunt per voces obscuras sacroque furore prolatas* (*fere metonymice de ipsis dictis; quaedam ad III spectantia ab his separare noluimus. distinguitur passim a 'prophetia'; ad rem v. Behm, Theol. Wörterbuch zum NT I 721sqq.*): **a** *in scriptura sacra* (*dubium an huc pertineat etiam* Itala Marc. 16, 17 [codd. cl *al.* = Vvlg.] daemonia eicient; -is loquentur novis): Itala act. 10, 46 (cod. e *al., sim.* Vvlg. *hic et infra*) audiebant ... eos loquentes -is (*gr. λαλούντων γλώσσαις ut et cett. locis.* 19, 6 venit spiritus sanctus super eos, loquevantur vero -is et prophetabant. I Cor. 12, 30. 13, 1. 14, 2 qui ... loquitur -a, non hominibus loquitur, sed deo: nemo enim audit, spiritu autem loquitur mysteria. 14, 5 maior est ... qui prophetat, quam qui loquitur -is, nisi si interpretetur, ut ecclesia aedificationem accipiat. *et saepe in eodem capite. cf.* 14, 19 in ecclesia volo quinque verba loqui per sensum ..., quam multa milia verborum in -a). I Cor. 12, 10 *per spiritum datur* alii genera -arum, alii interpretatio ⌊-arum⌋ (sermonum *Vulg.; sim.* 12, 28). 13, 8 caritas numquam excidet, sive prophetiae abolebuntur, sive -ae cessabunt. 14, 4 si ... oravero -a, spiritus meus orat, sed mens mea sine fructu est. *et al. in eodem capite.* **b** *apud scriptores* (*loci notabiliores*): Tert. adv. Marc. 5, 8 p. 600, 6 *si* commemorat *Paulus* in aliis -is et in aliis labiis locuturum creatorem, cum hac commemoratione charisma -arum confirmat. *ibid.* p. 600, 23 exhibeat ... Marcion dei sui dona, aliquos prophetas ...; edat ... aliquam orationem, dumtaxat spiritalem, in ecstasi, id est in amentia, si qua -ae interpretatio accessit. Hil. trin. 8, 30 ut in signum dati spiritus sancti -arum sermo donetur. Ambrosiast. in I Cor. 13, 1, 2 sicut aeramentum inpulsu alterius resonat ..., ita et hic, qui -is loquitur, spiritus sancti effectum habet et motum, ut loqui possit. 14, 2 qui loquitur incognita -a, deo loquitur, quia ipse omnia novit. Avg. gen. ad litt. 12, 8 p. 390, 8sqq. cum ... -a intellegatur hoc loco (I Cor. 14, 4 *supra*) dicere obscuras et mysticas significationes, a quibus si intellectum mentis removeas nemo aedificatur audiendo, ... satis indicat eam se -am hoc loco appellare, ubi sunt significationes velut imagines rerum ac similitudines, quae ut intellegantur indigent mentis obtutu. *ibid.* p. 390, 22 quia ergo etiam -a *corporis* ..., cum loquimur, signa utique rerum dantur, non res ipsae proferuntur, propterea translato verbo -am appellavit quamlibet signorum prolationem, priusquam intellegantur. 12, 9 p. 391, 16 in illo *Pharaone* erat -a, in isto *Ioseph* prophetia, quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationum interpretatio.

B *apud animalia* (*sibilum serpentium sim. v. p. 1445, 31sqq.; cf. etiam III B*): Naev. trag. 25 ducite eo cum argutis -is mutas quadrupedis *i. maenadas.* Ov. trist. 1, 9, 50 haec mihi non ... -a ... servatae pennave dixit avis. Gratt. 196 vanae ... -ae ... vitium *canis Calydoniae.* Manil. 4, 900 quia consilium non est *animalibus* et -a remissa. Phaedr. 1, 23, 5 -am vis meam praecludere, ne latrem? Lvcan. 1, 561 (*prodigium*) pecudum faciles humana ad murmura -ae. Stat. Theb. 3, 494 consonet arcana volucris bona murmura -a. Mart. 13, 71 (*verba phoenicopteri*) -a gulosis nostra sapit; quid si garrula -a foret? 13, 77 dulcia defecta modulatur carmina -a cantator cycnus funeris ipse sui. Itala exod. 11, 7 (Aug. loc. hept. 2, 61) non mutiet canis ⌊-a sua⌋ (*om. Vulg.*). Prvd. c. Symm. 2, 892 volucrum -is et aruspice fallit *daemon.*

C *apud res*: **1** *varias* (*per prosopopoeiam*): Plavt. Cas. 527 fac habeant -am tuae aedes. :: quid ita? :: cum veniam, vocent. Catvll. 67, 44 nec -am esse nec auriculam *ianuae.* Greg. M. moral. 3, 70 -am contra nos vitia non habent. **2** *sonum reddentes* (*cf. p. 1446, 79*): Sil. 11, 437 concordem citharae movit per carmina -am. Ps. Avg. serm. ed. Mai 53, 3 *mare* coepit maiore undarum -a latrare. **3** *aliquid significantes* (*respiciuntur scripta vel instrumenta scribendi praeter* Petr. Chrys.; *ceterum cf. supra l. 2. huc quodammodo transeunt*: Ov. trist. 5, 13, 30 peragant -ae charta manusque vices. Pont. 2, 6, 3 praebet mihi littera -am): Vigil. Trid. ad Simplic. 1 quia me suggerere causas ... coegit officium, trepidante maerore -am paginae non negavi. Petr. Chrys. serm. 159 p. 619^{B} illis *pastoribus* ortum dominicae nativitatis annuntians locuta est vox spiritualium ministrorum, istis *magis* stella tamquam -a coelorum. Salv. eccl. 2, 15 sacrorum voluminum -ae ac praeceptorum caelestium voces. Cassiod. inst. 1, 30, 1 (*de librario*) manu hominibus praedicare, digitis -as aperire. in psalm. 40, 10 quemadmodum euangelii -a declarat. 101, 1 div. sequitur flebilis ... narratio, quae est manifestatio necessitatum et probabilium -a causarum.

appendix stilistica ad II: **1** *sententiae c. acumine dictae, quibus verba cuiusdam hominis ab eius factis vel cogitatis distinguuntur*: Plavt. Asin. 162 magis istuc ... -a dici quam factis fore (Truc. 178 *v. infra.* Liv. 8, 22, 8 a Graecis, gente -a magis strenua quam factis). Bacch. 542 -a factiosi, inertes opera (Persa 280 servam operam, -am liberam ... habere). Men. 3 adporto vobis Plautum, -a, non manu (Sall. Iug. 44, 1 *exercitus* -a quam manu promptior. Apvl. apol. 69, 8 quantum -a eius manu discrepet. *ceterum cf.* Cic. Catil. 3, 16 consilio ... neque manus neque -a deerat. Sall. Catil. 14, 3 quos manus atque -a ... alebat. Sall. [?] in Tull. 5 -a vana, manus rapacissimae. *sim. saepius*). Truc. 178 in melle sunt -ae sitae vostrae atque orationes, facta atque corda in felle sunt sita ...; (180) eo -a dicta dulcia datis, corde amara facitis (226 male corde consultare, bene -a loqui). Ps. Varro sent. 103 -a mente cuique nocentior est (Cic. carm. frg. 35 B. [off. 3, 108] iuravi -a, mentem iniuratam gero [*vertit Eur. Hipp. 612*]. de orat. 1, 37 exactionem *regum* mente non -a perfectam. Ov. am. 1, 8, 103 -a iuvet mentemque tegat. Sen. contr. 4 praef. 2 Labienus, homo mentis quam -ae amarioris. *ceterum occurrit saepius iuxta* mens *e. g.* Cic. dom. 139 ad Q. fr. 2, 3, 2 Lvcr. 3, 453). Sall. Catil. 10, 5 aliud clausum in pectore, aliud in -a promptum habere (Mart. 4, 5, 1 -aque et pectore verus. Clavd. Don. Aen. 2, 105 p. 161, 29 aliud promebat officio -ae, cum aliud pectore retineret). Verg. Aen. 11, 338 *Drances* largus opum et -ae melior, sed frigida bello dextera (Ov. met. 9, 29 melior mihi dextera -a). Liv. 32, 21, 1 non magis consilium vobis ... deest quam -a (*cf. iuxta positum*: Cic. Brut. 97 Sall. or. Cottae 4 Liv. 22, 12, 12). Pomer. 1, 17 si a -a vita dissentiat.

2 *iuncturae verbales selectae*: **a** *respiciuntur verba retinenda, moderanda sim.* ('-am tibi abscidam' *sim. fere pro 'tace' v. p. 1444, 21*): Naev. com. 111 -is faveant, atque adnutent (*v. vol. VI 1, 376, 84sqq.*). Plavt. Amph. 348 ego tibi istam hodie, sceleste, comprimam -am (Mil. 571). Curc. 486 -ae moderandum est mihi (Persa 297 Cic. de orat. 3, 40 Sall. Iug. 82, 2 *cf. l. 46*). Mil. 605 occludunt -am (Trin. 188 occlusti -am, nihil est qui respondeam. Amm. 16, 8, 7. *cf.* Phaedr. 1, 23, 5 -am vis meam praecludere. Amm. 16, 12, 61 claudente noxarum conscientia -am [29, 1, 8]). Poen. 260 nil respondes? -a huic excidit. 1035 -am compescas face (Tert. adv. Marc. 2, 19 p. 361, 11 Ps. Cato dist. 1, 3). Rud. 1254 -ae tempera (Liv. 28, 44, 18 Sen. dial. 5, 6, 2). Stich. 336 omnia membra lassitudo mihi tenet. :: -am quidem sat scio tibi non tenere (Catvll. 55, 18 si -am clauso tenes in ore. Ov. fast. 2, 602 Avg. serm. 180, 10, 11. *cf.* Afran. com. 39 retinet ... -am [Ov. am. 1, 7, 20 epist. 9, 102. 11, 84 rem. 642 fast. 5, 247 Comm. instr. 2, 22, 6]. Cic. ad Q. fr. 1, 1, 38 tibi esse ... -am continendam [Pavl. Fest. p. 222 Sen. epist. 83, 20 Cypr. unit. eccl. 24]). Cic. dom. 135 vocem ... mittenti ... -am obmutuisse (*v. vol. IX 2, 120, 45*). Ov. met. 6, 632 rapta silet ... -a? (Pont. 2, 2, 61). 11, 326 -a tacet (Petron. 69, 3 tace, -a. Mart. 7, 45, 6 nullis, Ovidi, tacende -is). Val. Max. 7, 2 ext. 6 quaerente cur solus *Xenocrates* -am suam cohiberet (Itala psalm. 33, 14 [Veron. *al., cf.* Vvlg. prohibe]. Consvlt. Zacch. 3, 2 p. 99, 30). Tert. patient. 15 p. 22, 22 -am frenat, manum continet (Cypr. patient. 20. *cf.* Comm. instr. 2, 7, 16 -am refrenare). *al.* **b** *respiciuntur verba proferenda*: Lex XII tab. (Fest. p. 173 *e Cincio*) uti -a nuncupassit, ita ius esto (Comment. augur. Varro ling. 7, 8). Naev. com. 112 -a loquemur (Plavt. Truc. 226 Enn. ann. 561 Mart. 8, 2, 5 Itala *p. 1449, 13. al.*). Plavt. Cist. 128 uti -a (Truc. 8 Cic. off. 1, 133. Sen. dial. 5, 23, 5 monuit, moderatius -a uteretur). Enn. scaen. 304 exerce -am (Ov. met. 6, 375 Sen. dial. 7, 20, 6 Tac. dial. 31, 1 Avg. civ. 1, 3 p. 8, 16 D. 2, 12 p. 67, 7). Ov. met. 11, 52 flebile -a murmurat exanimis (Stat. silv. 2, 1, 149. *cf.* Pers. 2, 9 sub -a murmurat [Don. Ter. Eun. 282]). Epiced. Drusi 308 mota in nomen frigida -a tuum (Hier. epist. 36, 1, 1). Sen. dial. 7, 27, 6 ut in probra meliorum agitare -am vacet. Lvcan. 1, 472 *fama* innumeras solvit ... -as (Itala Luc. 1, 64 [codd. a d]. Lact. inst. 4, 15, 8. 4, 26, 7 Ivvenc. 1, 114 Hil. trin. 6, 33. *al. cf.* Plin. paneg. 66, 5 frenatam ... tot malis -am resolvimus [Itala Luc. 1, 64 aur. *al.*]). *sim. passim.*

III *respicitur fundamentum loquendi, sc. in summa quadam singulorum loquentium vel scribentium positum* (*cf.* Pavl. Fest. *p. 1444, 16.* Greg. M. moral. 27, 34 pro verbis -am dicere solemus, ut cum Graecam vel Latinam -am dicimus, Latina vel Graeca verba monstramus. Isid. orig. 9, 1, 2 -ae ... dictae ... pro verbis, quae per -am fiunt; ... sicut os dici solet pro verbis, sicut manus pro litteris. *huc spectant quaedam sub II A 3 allata*): **A** *hominum*: **1** *usu originario*: **a** *pertinet ad sermonem communem gentis universae* (*respicitur etiam διάλεκτος, maxime p. 1451, 31sqq.*): **α** *exempla varia selecta*: Plavt. Poen. 112 is omnis -as scit. Enn. ann. 148 vento, quem perhibent Graium genus aera -a. Cic. Verr. II 4, 112 neque tam barbari -a ... illi quam tu natura (*cf.* Prvd. apoth. 194 quae gens tam stolida est animis, tam barbara -is). Marcell. 9 *Caesaris* laudes celebrabuntur ... paene omnium gentium litteris atque -is. nat. deor. 1, 84 quot hominum -ae, tot nomina deorum. Lvcr. 1, 139 multa novis verbis praesertim cum sit agendum propter egestatem -ae et rerum novitate. Caes. Gall. 1, 1, 2 -a, institutis, legibus inter se differunt. Sall. Iug. 18, 10 nomen eorum paulatim Libyes conrupere, barbara -a Mauros pro Medis appellantes (Ov. trist. 5, 2, 67 nescia ... est vocis quod b. -a Latinae. Manil. 1, 85 tunc et -a suas accepit barbara leges. *al. cf.* Cic. Verr. *supra*). Verg. Aen. 8, 723 gentes, quam variae -is, habitu tam vestis et armis. Hor. ars 290 nec virtute foret clarisve potentius armis quam -a Latium. Ov. fast. 6, 547 quem nos Portunum, sua -a Palaemona dicet. trist. 3, 11, 9 nulla mihi cum gente fera commercia -ae (*v. vol. III 1876, 29sqq.*). Liv. 8, 6, 15 adversus Latinos bellandum erat, -a, moribus, ... congruentes. 10, 4, 9 peritos -ae. Sen. contr. 9, 3, 13 qui non fuerunt contenti unius -ae eloquentia. Val. Max. 8, 7 ext. 16 Mitridates duarum et XX gentium, quae sub regno eius erant, -as ediscendo (*de eadem re*: Plin. nat. 7, 88. 25, 6 Qvint. inst. 11, 2, 50 Gell. 17, 17, 2).

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Sen. apocol. 5, 2 non intellegere se -am eius. Cvrt. 4, 13, 4 discordis moribus, -is: 6, 10, 23 tam victoribus, quam victis peregrina -a discenda est. Mela 1, 41 -is differunt et cultu deum. Plin. nat. 3, 13 Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est sacris, -a, oppidorum vocabulis. 3, 39 *Italia*, quae ... tot populorum discordes ferasque -as sermonis commercio contraheret ad colloquia. 7, 7 tot gentium sermones, tot -ae, tanta loquendi varietas. Sil. 3, 221 castra quatit clamor permixtis dissona -is. Ivv. 3, 63 in Tiberim defluxit Orontes et -am et mores ... secum vexit. Tac. hist. 4, 15, 1 *gens Canninefatum* origine -a virtute par Batavis. *et passim.*

β determinantur nationes per attributa: Ⓘ *Romani:* Epitaph. Naev. Gell. 1, 24, 2 *Naevio mortuo* obliti sunt Romae loquier -a Latina (Varro ling. 5, 1 quemadmodum vocabula essent inposita rebus in -a L. 7, 110 omnis operis de -a L. tris feci partes [*eiusdem libros* de origine -ae L. *nec non ἐπιτομήν* de -a L. *memorat* Hier. epist. 33, 2]. *al.* Cic. Phil. 13, 44 quod verbum *sc.* '*piissimos*' omnino nullum in -a L. est. Liv. 26, 6, 11 gnari L. -ae. Fest. p. 325 Sen. contr. 4 praef. 7. *al.*). Cic. Caec. 51 quin neque verborum tanta copia sit non modo in nostra -a, quae dicitur esse inops (Lvcr. 1, 831 nec n. dicere -a *homoeomerian* concedit nobis patrii sermonis egestas. Varro ling. 5, 3 neque omnis origo est n. -ae e vernaculis verbis. 5, 29. *al.*). Sextil. carm. frg. Sen. suas. 6, 27 deflendus Cicero est Latiaeque silentia -ae (Corn. Sev. carm. frg. 13, 11 L. ... facundia -ae [Ov. Pont. 2, 3, 75]. Lvcan. 8, 348 ignorans L. commercia -ae. *al.*). Prop. 4, 2, 48 *Vertumno* nomen ab eventu patria -a dedit (Ov. trist. 4, 4, 5 p. facundia -ae). Ov. trist. 5, 7, 61 ne ... Ausoniae perdam commercia -ae. Tac. Agr. 21, 2 -am Romanam abnuebant (Plin. epist. 2, 10, 2 isdem ... quibus -a R. spatiis pervagentur *libri*. Apvl. mund. 11 Zephyrus vero, quem R. -a favonium novit. *al.*; *suppl. Mariotti, Lezioni su Ennio 62* Enn. ann. 357 ⟨Romana li⟩ngua). Ⓘⓘ *Graeci* (*v. etiam l. 51. hic illic respiciuntur διάλεκτοι*): Plavt. Asin. 793 neque ulla -a sciat loqui nisi Attica (Avson. 319, 9 p. 22 P. sermone impromptus Latio, verum A. -a suffecit culti vocibus eloquii. Diom. gramm. I 335, 2 *Homerus* Atticae -ae cultor. Serv. Aen. 6, 20. *cf.* Apvl. met. 1, 1, 4 -am At⟨t⟩idem primis pueritiae stipendiis merui. mund. 10 Atticorum -a). Cic. Verr. II 3, 84 quo iste interprete non ad -am Graecam, sed ad ... flagitia uti solebat (Varro ling. 6, 40 neque his *verbis* fere societas cum G. -a. 6, 96. rust. 1, 1, 10 *libros vertit* ac G. -a Sextilio praetori misit. Nep. Milt. 3, 2 G. -a loquentes. *al.*). Verg.(?) catal. 9, 14 carmina cum -a, tum sale Cecropio. Liv. 34, 24, 3 -am tantum Graecorum habent *Aetoli* (Plin. nat. 3, 50 Vel. gramm. VII 81, 7. *al.*). Manil. 2, 889 censum si⟨c⟩ proxima Graiae nostra subit -ae. Pavl. Fest. p. 221 -a Dorica (Sen. epist. 77, 14 Serv. Aen. 1, 535. *al.*). Plin. nat. 25, 16 *medicina* tota migrabat in Graeciae -as. Vel. gramm. VII 81, 7 communi -a Graecorum (Macr. exc. gramm. V 602, 18). Diom. gramm. I 440, 5 quinque sunt -ae Graecorum, Ias, Doris, Atthis, Aeolis, coene (*item* Serv. Aen. 3, 122. Schol. Hor. carm. 3, 30, 13 Aeolicam, unam ex quinque Graecis -is. Hier. quaest. Hebr. in gen. p. 15, 3 quinta -a Graeciae Aeolis appellatur, quam illi vocant *πέμπτην διάλεκτον*. *cf.* Pomp. gramm. V 105, 4 Graeci habent varias -as, item est una -a, quae dicitur Aeolica). *al.*

Ⓘⓘⓘ utraque -a *sim. i. Graecorum et Romanorum* (*exclusimus locos, ubi contextu exhibentur nomina -arum, ut* Cic. fin. 2, 12 Hor. sat. 1, 10, 23 Qvint. inst. 1, 1, 14. *al.*; *explicat* Avg. civ. 8, 12 p. 339, 18 D. in utraque ... -a, id est Graeca et Latina): Hor. carm. 3, 8, 5 *Maecenas* docte sermones utriusque -ae (Plin. nat. 12, 11 *platanus* insignis u. -ae monimentis. Mart. 10, 76, 6 -a doctus u. Qvint. inst. 1 prooem. 1 auctores u. -ae [Svet. Aug. 89, 2]. Frontin. strat. 1 praef. monumenta, quae u. -a tradita sunt. Plin. epist. 3, 1, 7 scribit ... u. -a lyrica. Gell. 9, 15, 2 cum u. -ae magistris. Apvl. flor. 18 p. 86. CIL VIII 8500 [*a. 229*] studiis u. -ae. *al.*). Ov. ars 2, 122 -as edidicisse duas. Stat. silv. 5, 3, 90 *patrem* gemina plangat Facundia -a. Ⓘⓥ *ceterae nationes*: Varro ling. 5, 66 Sabina (5, 74 Sabinum -am olent *verba quaedam*. Pavl. Fest. p. 63 Sabinorum. *al.*). 5, 100 vocabulum e -a Armenia. 7, 28 in Oscam -am (Liv. 10, 20, 8. Pavl. Fest. p. 47 Oscorum. *al.*). rust. 1, 1, 10 Poenica (Pavl. Fest. p. 308 Poenorum. Plin. nat. 4, 120 Punica. *al.*). frg. (1 F.) Prisc. gramm. II 8, 3 Chaldaeorum (Hier. praef. Vulg. Dan. Chaldaeam. *al.*). Caes. Gall. 1, 47, 4 -ae Gallicae scientiam (Pavl. Fest. p. 4. *al.*). Liv. 9, 36, 3 -am ... Etruscam probe noverat (Pavl. Fest. p. 132 Tusca. *al.*). Pavl. Fest. p. 166 Afrorum. Cvrt. 5, 4, 4 Persicae ... -ae peritus (Apvl. apol. 25, 9 Persarum. *al.*). Plin. nat. 3, 59 Volscorum. *sim. saepius.*

b *pertinet ad sermonem generis cuiusdam scribendi vel aetatis cuiusdam* (*sermonem scriptorum singulorum v. p. 1447, 83sqq.*): Cic. de orat. 2, 61 poetas omnino quasi alia quadam -a locutos non conor attingere. Varro rust. 3, 1, 6 -a prisca ... vocant collis tebas (Gaivs inst. 4, 17 p. -a [pristina *var. l.*]. *adde* Isid. *infra. cf. p. 1448, 27*). Hor. epist. 2, 2, 121 *poeta* proferet in lucem ... vocabula *prisca* ...; adsciscet nova ...; simillimus amni fundet opes Latiumque beabit divite -a. Ov. fast. 2, 22 quis *lanis* veterum -a februa nomen erat (*cf.* Gaivs inst. 2, 27 veteri -a. Apvl. Socr. 15 p. 152 vetere Latina -a). Val. Max. 8, 9 ext. 2 veteris comoediae maledica -a. Sen. nat. 1, 13, 3 utar ... historica -a, *sc. parhelia* '*soles*' *vocans*. 2, 2, 4 si philosophorum -a uti voluissem, *dixissem* '*unita*' *corpora* (*cf.* epist. 13, 4 non loquor tecum Stoica -a, sed hac submissiore. 74, 17 *quae opinione bona sunt*, commoda vocentur et, ut nostra -a loquar, producta *i. προηγμένα* [*Cic. fin. 2, 52*]). Mart. 1 praef. lascivam verborum veritatem, id est epigrammaton -am (*cf.* 2 praef. epigrammata ... contenta sunt sua, id est mala, -a). Isid. orig. 9, 1, 6 Latinas ... -as quattuor esse ..., id est priscam, Latinam, Romanam, mixtam; prisca est, quam vetustissimi ... sunt usi, incondita ut se habent carmina Saliorum; Latina, quam sub Latino et regibus ... sunt locuti, ex qua fuerunt duodecim tabulae scriptae; Romana, quae post reges exactos a populo Romano coepta est, qua Naevius ..., Vergilius poetae ... effuderunt; mixta, quae post imperium latius promotum ... in Romanam civitatem inrupit, integritatem verbi per soloecismos et barbarismos corrumpens.

2 *fere metonymice de gentibus propria -a praeditis: in scripturis sacris*: Itala Is. 45, 24 (Ps. Fulg. Rusp. pro fid. 5 l. 141. *al.*, *sim.* Vvlg.) flectetur omne genu et iurabit omnis -a deum (*cf.* Phil. 2, 11 [cod. e *al.* = Vvlg.] omnis -a confiteatur *eqs.*; *an uterque locus ad II?*). 66, 18 (Cypr. testim. 1, 21. *al.*, *cf.* Vvlg.) venio colligere omnes gentes et -as. Dan. 5, 19 (cod. 176) omnis populus, tribus, -ae erant trementes (*sim.* Vvlg., *ut etiam ceteris locis in serie fere eadem*: 6, 25 [Cypr. testim. 3, 20]. 7, 14 [cod. 176]. apoc. [Primas. *ad locos. al.*] 5, 9. 7, 9. 10, 11 *et al. in eodem libro. item* Vvlg. Dan. 3, 4. 7. 96. 98). *apud scriptores* (*dubium an huc referas etiam* Tert. adv. Prax. 16 p. 256, 19 turrem superbissimam *Babel* elidens -asque disperdens): Iren. 3, 22, 3 (3, 32, 1 H.) ipse *Christus* est, qui omnes gentes ... dispersas et universas -as ... in semetipso recapitulatus est. Lact. inst. 4, 12, 20 omnes gentes et omnes -ae nomen eius *Christi* venerantur. 4, 26, 36 populum ex omnibus -is et tribubus congregatum sub alas *Christi*. (*sim.* 7, 15, 5). Peregr. Aeth. 43, 3 descendit spiritus, ut omnes -ae intellegerent, quae dicebantur (*sec. act. 2, 4sqq.*).

B *animalium* (*ad II B fortasse* Verg.): Pacvv. trag. 83 -am avium intellegunt plusque ex alieno iecore sapiunt quam ex suo (Gell. 10, 12, 7 *serpentem quendam* si quis ederit, -as a. et conloquia interpretaturum). Lvcil. 378 canina si -a dico (*respicitur* '*r*' *littera*). Verg. Aen. 3, 361 qui sidera sentis et volucrum -as et praepetis omina pennae (10, 177 cui sidera parent et -ae v. Manil. 1, 91 -as didicere v., consultare fibras *eqs.*).

iuncturae verbales notabiliores ad III (*accedunt adi. vel subst. pauca*): **1** -am *scire, discere sim.*: Plavt. Poen. 112 omnis -as scit (Filastr. 104, 6 Hier. praef. Vulg. Dan. *cf.* Tac. ann. 2, 13, 2 Latinae -ae sciens. Optat. 3, 8 p. 92, 11 scientia -arum [Filastr. 104, 3. 5. 7]). Pacvv. trag. 83 -am avium intellegunt (Sen. apocol. 5, 2 Vlp. dig. 45, 1, 1, 6). Cic. fin. 2, 12 utram ... -am nescio? Ov. ars 2, 122 -as edidicisse duas (Val. Max. 8, 7 ext. 16. *cf.* Manil. 1, 91 -as didicere volucrum [Cvrt. 6, 10, 23 Filastr. 104, 4]). Liv. 9, 36, 3 -am ... Etruscam ... noverat (Avg. civ. 8, 11 p. 337, 8 D. *cf.* Liv. 10, 20, 8 gnaros ... Oscae -ae [26, 6, 11]). Manil. 5, 378 -as hominum sensusque docebit (*cf.* Mart. 10, 76, 6 -a doctus utraque). Cvrt. 5, 4, 4 Graecae Persicaeque -ae peritus (Qvint. inst. 10, 1, 95 Frontin. strat. 1, 2, 2 Avg. civ. 15, 17 p. 95, 7 D. 18, 43 p. 321, 29). *al.* **2** -a *loqui, uti, appellare sim.*: Epitaph. Naev. Gell. 1, 24, 2 loquier -a Latina (Plavt. Asin. 793 Cic. de orat. 2, 61 Nep. Milt. 3, 2 Sen. nat. 2, 2, 4 epist. 74, 17 Plin. nat. 6, 95. 25, 6 Plin. epist. 7, 25, 4. *al. sed transitive:* Avg. in psalm. 118 serm. 18, 3 l. 33). Lvcil. 378 canina si -a dico (Ov. fast. 6, 547 Plin. nat. 3, 59. 7, 88 Apvl. mund. 13 Spart. Hel. 2, 3 Ps. Avr. Vict. orig. 21, 4 Optat. 3, 2 p. 72, 18. *al. cf.* Apvl. Socr. 15 p. 152 dictitatum. Hier. epist. 57, 5, 6 quae in alia -a bene dicta sunt). Sall. Iug. 18, 10 barbara -a Mauros pro Medis appellantes (Pavl. Fest. p. 221 Serv. auct. Aen. 4, 577. 10, 198). Sen. nat. 1, 13, 3 utar ... historica -a (Cvrt. 6, 9, 35 Porph. Hor. sat. 1, 10, 30. *cf.* Cvrt. 9, 1, 5 ⟨Indi⟩ aliud *nomen* -a sua usurpant). Sen. epist. 77, 14 clamabat ... Dorica -a (Itala II par. 32, 18 Complut.). Plin. nat. 3, 122 Ligurum ... -a amnem ipsum Bodincum vocari (Svet. Aug. 97, 2 Avr. Vict. Caes. 11, 5 Hier. epist. 22, 34, 1. 64, 10, 1. *cf.* Apvl. mund. 10 *ἐξυδρίαι* Atticorum -a vocitantur [Epist. Alex. l. 318 H.]). 4, 94 quod nomen eius gentis -a significat congelatum (4, 120. 5, 53. *al.* Svet. Tib. 1, 2 Apvl. mund. 29). Plin. epist. 3, 1, 7 scribit ... utraque -a lyrica (4, 3, 5 Porph. Hor. carm. 4, 9, 3 Ps. Cypr. mont. 9. *cf.* Arnob. nat. 1, 3 annalium scripta percurrite -arum diversitatibus scripta). *al.* **3** *locutiones respicientes translationem*: Sen. dial. 12 (11), 11, 5 ex alia -a in aliam transtulisti (Plin. nat. 18, 22 Vopisc. Aurelian. 27, 6 Hil. in psalm. 2, 34 p. 63, 22 Hier. epist. 18 A, 1, 4. *al. cf.* Hier. epist. 57, 6, 1 ex alia in aliam -am ad verbum ... translatio [Avg. civ. 15, 13 p. 85, 11 D.]). Filastr. 142, 6 Hebream -am Graeco sermone interpretati (Avg. civ. 15, 23 p. 108, 6 D. *ἄγγελος* ... Latina -a nuntius interpretatur. *cf.* 8, 23 p. 355, 5 Aegyptii verba sicut in nostram -am interpretata sunt [18, 43 p. 321, 26. 19, 23 p. 393, 7 ex Graeca -a in Latinam]. Ps. Cypr. mont. 2 haec est interpretatio de Hebreica -a in Latina⟨m⟩). Hier. epist. 57, 6, 3 quasi captivos sensus in suam -am *Hilarius* victoris iure transposuit. Avg. civ. 13, 24 p. 593, 11 D. sicut Graeci codices habent, unde in Latinam -am scriptura ipsa conversa est.

deriv.: linguarium, linguatus, linguax, l. linguella, l. lingula, linguosus; *cf.* lingulaca (*an etiam* lingulus*?*).

compos.: bi-, e-, *?* il-, tardi-, trilinguis (-us); elinguo; sublinguium.

linguārium, -ī *n.* *a* lingua (*cf. tributa quae appellantur* columna-

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

rium, cloacarium, solarium, aes hordearium *sim.*). *i. q. multa ob temeritatem linguae solvenda*: Sen. benef. 4, 36, 1 damno castigabo promittentis temeritatem: 'ecce, ut doleat tibi, ut postea consideratius loquaris!' quod dicere solemus, -um dabo.

linguātulus, -a, -um. *a* linguatus *deminutive.* *i. q. lingua (parva) praeditus*: Tert. nat. 1, 8, 8 id (*sc. sonos a nutrice cui lingua exsecta erat prolatos*) ... infantes, quia unicum, facilius commentati paulo modulatius, utpote linguatul⟨i in⟩ inventum alicuius interpretationis impegeri⟨n⟩t.

linguātus, -a, -um. *a* lingua. **1** *i. q. lingua praeditus* (*sc. cum respectu loquacitatis vel facundiae sim.; cf.* Gloss. bene -us: eloquens [*scribitur etiam* -anus, -arus]): Tert. anim. 3, 1 Athenis ... expertus -am civitatem, cum omnes illic sapientiae atque facundiae caupones degustasset. Vvlg. Sirach 8, 4 non litiges cum homine -o (*var. l. et Aug. spec. 23 p. 127, 2* linguoso, *gr γλωσσώδους*). 25, 27 (= Itala Ps. Aug. spec. 53 p. 532, 2) sicut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier -a homini quieto (linguosa *var. l. Vulg., gr. 25, 20 ut supra*). Avg. c. Iulian. op. imperf. 4, 73 o frontem -am mentemque caecatam. in psalm. 99, 13 l. 32 *mulieres* loquentes quae non oportet, superbae, -ae, ebriosae (*cf. Vulg. I Tim. 5, 13* verbosae, *gr. φλύαροι*). *transfertur ad pollicem lyrae sonos elicientem*: Anth. 114, 3 chelyn, quam mox -o decurrens pollice cogit, humanum ut possit chorda canora loqui.
2 *i. q. forma linguae praeditus*: Ps. Orig. tract. 20, 8 B. spiritus sanctus, qui velut ignis -us advenit (*sec. act. 2, 3*). Ps. Apvl. herb. 124 l. 19 cum foliis pinguibus, ... -is, hoc est linguam simulantibus, in summitate (*Diosc. 4, 88, 1 γλωττοειδῆ*).

deriv.: linguatulus.

linguāx, -ācis. *a* lingua. *i. q. lingua promptus, verbosus* (*cf.* Gloss. -x: copiosus linguae): Gell. 1, 15, 20 homines in verba proiectos 'locutuleios' et 'blaterones' et '-es' dixerunt *veteres* (*scribitur etiam* linga-; *var. l.* lingulacas).

1. linguella, -ae *f.* *a* lingua (*cf.* 1. lingula). *i. q. lingula*: Diosc. 4, 85 p. 47, 15 folia habet pinguia ... et spissa sicut lingellas (*gr. 4, 92 ὡς γλωττάρια*).

2. linguella, -ae *f.* *ab* 1. ligula. *i. q. cochlear parvum*: Gloss. III 22, 50 *κοχλιῶρυξ* ligula, ⌊-a⌋ (*addit cod. c*). *cf. p. 1454, 19*

[linguiātio *vix recte trad.* Gloss. V 639, 5 *pro* ligurritio (*sec. Non. p. 85, 11; cf.* liguratio *var. l. ibidem*).] *Salvadore.*

1. lingula, -ae *f.* *a* lingua *deminutive. cf.* Varro ling. 7, 107 (*affertur* Naev.). Pavl. Fest. p. 116 -a per deminutionem linguae dicta; alias a similitudine exsertae, ut in calceis, alias insertae, id est intra dentes coercitae, ut in tibiis. *forma* lĭgula *derivatur a* ligando Schol. Iuv. 5, 20. *scribitur* lig- *sine varia lect. in codd.* Vitr. 9, 8, 12. 13 Scrib. Larg. 208 Ivv. 5, 20 Apvl. apol. 35, 3 Vindic., Plin. Val., Vict. Vit. *hic illic variant codd. cf.* Char. gramm. p. 132, 14 B. -a cum n a linguendo dicta est in argento; in calceis vero ligula a ligando; sed usus ligulam sine n frequentat. Prisc. gramm. II 113, 17 lingua -a et per concisionem ligula. Not. Tir. 99, 50 -a. *legitur inde a* Naevio, Catone. [*val.* lingură; *a forma* ligula: *hisp., port.* legra '*terebra ad aperiendam calvariam apta*'. *cf. M.-L. 5036. Corominas III 71. Machado II 1341. St.*]

i. q. lingua parva (Gloss. *γλωσσίς*): **1** *per similitudinem cum lingua significantur*: **a** *gladius parvus*: Naev. trag. 1 ne (sine *trad.*) mihi gerere morem videar lingua, verum -a (Varro *ad l.* mucro gladii. Gell. 10, 25, 2 *inter* telorum, iaculorum gladiorumque vocabula, quae in historiis veteribus scripta sunt. 10, 25, 3 de -a, quoniam est minus frequens, admonendum existimo -am veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum; *tum affertur* Naev.). **b** *partes quaedam: torcularii*: Cato agr. 18, 2 prelum ..., inibi -am p(edes) II s(emis). 19, 2 -am cum facies, de medio prelo conlibrato. *litoris*: Caes. Gall. 3, 12, 1 *oppida* posita in extremis -is promonturiisque. Vict. Vit. 1, 17 Maxulitanum litus ..., quod -a vulgi consuetudine vocitatur (*quasi nom. propr.*). *horologii*: Vitr. 9, 8, 12 orbiculus in extrema circinatione fixam habeat -am, cuius cacumen *eqs.* 9, 8, 13 orbiculi -a. *ibid.* tympani -a. *vectis*: Vitr. 10, 3, 3 sub onus v. ferrei -a subiecta (*opp.* caput, *antea*: lingua. *al. ibid.*). *organi hydraulici*: Vitr. 10, 8, 4 quibus *anulis* -ae omnium includuntur organorum. *cutis sectae*: Cels. 8, 4, 9 si manu facienda est *plaga*, ea fere commodissima est, quae duabus transversis lineis litterae X figuram accipit; tum deinde **a** singulis procedentibus -is cutis subsecatur. *paxilli*: Colvm. 8, 11, 4 (*describitur stabulum pavonum*) figuntur breves paxilli, eorumque partes summae -as dolatas habent, quae transversis foratis perticis induantur. *calceorum* (*cf.* Pavl. Fest. *et* Char. *supra.* Gloss. *γλωσσὶς ὑποδήματος*. corrigia): Ov. ars 3, 444 in rugas -a pressa. Scrib. Larg. 208 calceolorum Mart. 2, 29, 7 non hesterna sedet lunata -a planta. Ivv. 5, 20 habet Trebius propter quod rumpere somnum debeat et -as demittere. *tibiae* (*cf.* Pavl. Fest. *supra*): Plin. nat. 16, 171 apertioribus earum -is (ungulis *var. l.*) ad flectendos sonos (*antea*: linguis). Diosc. 1, 95 p. 50, 5 M. *ex canna* fiunt -(a)e ad calamos (*gr. 1, 85 γλῶτται*). **c** *ornamentum*: Itala Ios. 7, 21 (Lugd., Lucif. non parc. 3 p. 214, 22; *cf.* Ps. Cypr. cena 209) -am unam auream quinquaginta didragmorum (*gr. γλῶσσαν, Vulg.* regulam). Ps. Philo antiq. 44, 2 quatuor -as (tegulas *ed. pr.*) conflatiles auri (*Vulg. iud. 17, 2 sqq. argentum commemoratur*). **d** *os quoddam*: Apvl. apol. 35, 3 *quin dicitis me* quaesisse de litore ... echin⟨or⟩um caliculos, lolliginum -as Vindic. epit. alt. 34 (*tit.*: de ossarum dispositione) p. 482, 3 p⟨t⟩erigion ..., hoc est -a stomachi tenerum (*cf.* Gloss. pterigia -a). *huc rettulerimus* Plin. Val. 2, 27 ad fluxum ventris stringendum: ... gluten ... chartae induces et super -am impones. **e** -a: gyrdilshringe Gloss.^{L} Corp. L 237 (*eadem* L 122, *nisi quod trad.* legula). *an ad p. 1453, 73 sqq.?*

2 *proprie de linguis animantium* (*vi deminutiva non perspicua nisi* Plin. Val. 2, 40): Prvd. perist. 10, 978 quae *verba* concrepare -a (lig-, ling-, lingua *codd.*) moderatrix facit. Plin. Val. 2, 40 a(n)serum ... -ae assae (*Plin. nat. 30, 74* linguas). *dub. an huc*: Plin. Val. 2, 16 tit. ad -am et vomitum (*at in ipso cap.: medicamentum* impones ..., hoc enim et vomitum sistit).

deriv.: lingulaca, lingulatus. *cf.* 1. linguella.

2. lingula *v.* **1.** ligula *p. 1396, 4.* *B.*

lingulāca, -ae *f.* [*a* 1. lingula (lingua), *cf.* pastinaca, verbenaca. *Sch.*] [*dubium an huc pertineat* Gloss. IV 361, 15 lingula: chochia (*var. l.* cocliare) vel inguacla (*var. l.* linguacla, linguacia; -a *Götz in indice et Mountford* Gloss.^{L} II Abav. li 26; linguella *confert Heraeus in exemplari suo indicis*).]

1 *genus piscium* (*sc. fere linguae formam exhibens solearumque simile; cf. βούγλωσσος, κυνόγλωσσος*. Varro ling. 5, 77 vocabula piscium pleraque translata a terrestribus ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, -a): Plavt. Cas. 497 sq. (*493* emito sepiolas ..., soleas) vin -as? :: quid opust, quando uxor domi est? ea -a est nobis, nam numquam tacet (*cf.* Pavl. Fest. p. 117 *ad l.* -a genus piscis vel mulier argutatrix [auguratrix *trad.*]. Non. p. 50, 6 *ad l.* -ae, locutuleiae, a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt. *item transfertur per iocum ad homines loquaces vel obiurgantes*: Varro Men. 381 resides [-dit *trad.*] -ae, obtrectatores tui ... murmurantes dicunt *eqs.* [Non. p. 26, 12 *ad l.* -ae dicuntur verbosi]). **2** *genus herbarum*: Plin. nat. 25, 133 -a (lingulata, ligulata *sim. trad.; corrigitur sec.* 1, 25, 84) circa fontes nascens *eqs.* (*eadem narrantur 24, 170 de* lingua herba, *cf. p. 1446, 29*). **3** *per interpretationem nimis argutam iocorum, quos supra attulimus, abusive vindicatur notio q. e. loquax sim.*: Pavl. Fest. *et* Non. *v. supra.* Gloss.^{L} V Abba li 40 li⟨n⟩gula⟨ca⟩: arguta, loquax (*cf. p. 1453, 31*).

lingulātus, -a, -um. *a* 1. lingula. *i. q. lingula ornatus*: Vitr. 8, 6, 8 ita hi tubuli ex una parte sint -i, ut alius in alium inire convenireque possint. Isid. orig. 19, 34, 13 cernui socci sunt sine solo; -i, quos nos foliatos vocamus (*inde* Gloss. V 218, 5, *sed scribitur* lig-).

lingulus, -a, -um. [*si genuinum, potius cum* lingere *quam cum* lingua *coniungendum. Sch.*] *i. qui libenter lingit, sc. de guloso sim.* (*an i. q. lingua promptus, rixosus sim.?*): Vespa 88 (*83* partes quisque suas tollit, qui cenat aput me) cervinam Actaeon tollit, ... taurinam -us ('*num* limulus *?*' *Riese*) Aiax.

1. linguo *v.* lingo.

2. linguo, -ere. *onomatopoetice de voce milvorum* (*cf.* iugere, iugilare *nec non* Svet. frg. 161 p. 251, 2 milvorum *est* lupire vel lugere [-it, lingit *var. ll.*]): Pol. Silv. voc. anim. chron. I p. 548, 5 milvus -it.

linguōsitās, -ātis *f.* *a* linguosus. *i. q. loquacitas, verbositas*: Rvstic. c. aceph. p. 1169^{D} (*ad haereticum*) memor esto ... absque omni -e et ipsas ... proferre res.

linguōsus, -a, -um. *a* lingua. *compar. et superl. non leguntur.* Not. Tir. 58, 34.

i. q. lingua praeditus, loquax (*sc. in malam partem [cf. l. 66] praeter 3; cum colore mendacitatis maxime* Petron. 63, 2 Hil. in psalm. 139, 15 Avg. in psalm. 139, 15 l. 2. *gr. respondere solet γλωσσώδης*): **1** *de hominibus*: **a** *adi.*: Petron. 43, 3 durae buccae fuit, -us, discordia, non homo. 63, 2 scio Niceronem nihil nugarum narrare: immo certus est et minime -us. Itala psalm. 139, 12 (Veron. *al., sim.* Vvlg., Hier. psalt. sec. Hebr.) vir -us non dirigetur super terram (Avg. *ad l.* vir -us amat mendacia; ... non enim adtendit quid loquatur, dum loquatur. Cassiod. *ad l.* quamvis -i possint dici et illi, qui linguae ubertate facundi sunt, tamen illis hoc specialiter nomen constat impositum, qui inconsiderata locutione verbosi sunt. *ceterum hunc respiciunt locum*: Avg. in psalm. 139, 15 l. 28. 16 l. 19. 17 l. 2 Cassiod. in psalm. 139, 13 l. 198. *v. etiam sub b*). prov. 21, 9 (Didasc. apost. 7, 28) melius est habitare in angulo obscuro quam cum muliere ⌊-a et⌋ rixiosa (⌊ ⌋ *non exhibent LXX interpretes, sed addidit Const. apost. 1, 8, 22 sec.* prov. 21, 19 [*ibid.* 8, 30] melius est habitare in deserto quam cum m. -a et litigiosa. Epiphan. in euang. 59 p. 162, 3 m. ... -a ira magna *est. adde l. 1453, 17*). Sirach 8, 4 (Aug. spec. 23 p. 127, 2. *al.*) non litiges cum homine -o (*Vulg.* linguato. Vvlg. Sirach 9, 25 terribilis est in civitate sua h. -us. Avg. c. Iulian. op. imperf. 2, 126 ut intellegatur te nihil dicere et tamen tacere non posse, h. -e). Hier. epist. 108, 20, 6 *virginem* -am et garrulam ac procacem (Avg. in psalm. 75, 16 l. 69 Caes. Arel. serm. 155, 3). Caes. Arel. serm. 6, 7 bonae viduae, non deliciosae, non -ae. **b** *m. pro subst.*: Hil. in psalm. 139, 15 in -o anceps et dubium et fallax os proditoris ostenditur (*ad* Italam *l. 61 ut* Prosp. *ad l.* -us non capit scientiam veritatis; amans enim semper loqui non potest erudiri). Avg. c. Iulian. op. imperf. 2, 202 calumniose, -e.

2 *de eloquentia, sc. vana*: Avg. conf. 1, 9, 14 ut in hoc saeculo florerem et excellerem -is artibus ad honorem hominum et falsas

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

divitias famulantibus (serm. 9, 2 nec patronum fraudolentis circumventionibus et -is a. adhibebis *die ultimi iudicii*).

3 *de digitis pantomimi*: CASSIOD. var. 5, 51, 8 orchestarum loquacissimae manus, -i digiti, silentium clamosum, expositio tacita.

deriv.: linguositas. *Salvadore.*

lingus *v.* lynx. **lini-** *v. etiam sub* leni-.

līnia *v.* linea. **līniāmentum** *v.* lineam- *et* linim-.

χρῖσις oblitus, **liniātūra** GLOSS. II 478, 48. *a* liniare (linere *p.1456, 13*). linitura *dubitanter coni. Götz.*

līnifer, -a, -um. *a* linum *et* ferre. *i. q. linum producens*: PLIN. nat. 1, 12, 13 -ae Indorum arbores ([*spectat ad 12, 38 sq., ubi tractantur* lanigerae a.]. 13, 90 Aethiopia . . . insignes a. non fere habet praeter -am, qualis Indorum atque Arabiae dicta est, *sc. 12, 38 sq.*).

līnificus, -a, -um. *a* linum *et* facere. *dub. an transeat in gr.* λινηφικός (*cf. Meinersmann, Lat. Wörter in gr. Pap. 33*). *i. q. linum conficiens*: AVG. serm. 37, 5, 6 (= CAES. AREL. serm. 139, 2; *ad prov. 31, 13* lanam et linum) lanificam et -am matronam. CASSIOD. hist. 1, 9, 3 *v. p. 929, 45.*

linifio *v.* linyphio.

līniger, -a, -um. *a* linum *et* gerere. *i. q. lino vestitus*: **1** *de deabus Aegyptiis earumque cultoribus* (*variat in codd. cum* niligen- *vel* laniger): OV. am. 2, 2, 25 Isim (Pont. 1, 1, 51. *cf.* ars 1, 77 -ae Memphitica templa iuvencae. PS. LACT. PLAC. fab. OV. 1, 14 *Io* Isidis deae nomen accepit -aque est appellata). met. 1, 747 *Io* -a colitur . . . turba (*cf.* LVCAN. 10, 175 Acorea. MART. 12, 28 [29], 19 -i . . . calvi sistrataque turba. IVV. 6, 533 grege -o . . . et grege calvo. CLAVD. 8, 573 sacerdos). **2** *de mense Maio*: CARM. de mens. 2, 18 cunctas veris opes . . . -r in calathis . . . Maius habet.

[līnīmen *v. l. 36.*]

līnīmentum, -ī *n.* *a* linire. *i. q. res ad illinendum apta, unguentum sim.* (GLOSS. II 531, 3 linamentum [linim- *var. l.*] χρῖσις. *vis verbalis validior esse vid.* THEOD. PRISC. eup. faen. 84, *v. infra*): PALLAD. 11, 14, 16 -um . . . dolii non gypso, sed sarmentorum cinere . . . inducere. *apud medicos*: THEOD. PRISC. eup. faen. 5 capillos linies; -um . . . cum siccare coeperit *eqs.* 7 ladanum . . . miscebis et uteris ut pinguissimo -o. 15 p. 15, 13 ex hoc . . . -o curabis. 18 p. 20,2 (linimen *edd. vet., ut vid.*). 55 saponatā *aquā* lavare -a (*cf.* 94 superaddendo -a non delavatis prioribus). 56. 72 levibus -is. 82 subpingue (*cf.* 83 pinguius). 84 ante -um. 85 qui *pulvis* miscetur . . . ad -um. 86. 88. 92. 93. 95 murteo. 96 omnia -a vel fricamenta. log. 44. CAEL. AVR. chron. 3, 2, 40 ferventis resinae -o (*ed. Rovill. in marg.*, len- *in textu; ibid.* fricamento). ORIBAS eup. 4, 47 add. Aa p. 564 pet liniamenta.

[lininos- *falso editum pro* lienos- CHIRON 307. 311; *cf. quae adnotavit ipse editor in praef. p. XXXIII ad locos.*] *B.*

1. linio *v.* lino.

2. līnio, (-ōnis) *m.* *a* linum. *formam vulgarem pro* lineo *esse coni. Fisch, Arch. lat. Lex. 5, 1888, 75 coll.* linteo. GLOSS. II 361, 23 λινουργός -o. GLOSS.^{L} II Abav. LI 27 -o: lintio, linitextor.

liniōsus *v.* lienosus. **liniph-** *v.* linyph-. **linis** *v.* 1. *et.* 2 lenis.

? **linitēnsilis** GLOSS. III 270, 15 *v. p. 1197, 29.*

līnitextor, (-ōris) *m.* *a* linum *et* textor. GLOSS. II 361, 24 λινουφός: linteator, -r. GLOSS.^{L} Abav. LI 27 linio: lintio, -r. *? huc* GLOSS. II 586, 35 linetero: homo qui de lino et lana vestem texit (*an latet* linteo*?*).

līnītio, -ōnis *f.* *a* linire. *scribitur* len-: ITALA Lugd. *et* Wirc. *infra.* *legitur in* ITALA *et* VVLG. Sirach (*cf. sub v.* illinitio).

i. q. χρῖσις (*quae vox resp., ubi nihil adnotatur; an i. q.* ἄλειμμα *l. 58?*): **1** *pertinet ad consecrationem*: ITALA exod. 30, 31 (Lugd.) oleum -is (*gr.* ἔλαιον ἄλειμμα χρίσεως [*hinc* Aug. quaest. hept. 2, 135 p. 178, 18 o. -o unctionis], *Vulg.* o. unctionis. *item* Lugd.: 35, 12 [*gr.* χρίσματος]. 39, 16. Wirc.: 35, 14. 28. 40, 7 lev. 8, 10. 12). lev. 7, 25 (Wirc.) ⟨h⟩aec est -o A⟨ron⟩ et -o filiorum eiu⟨s⟩. **2** *pertinet ad opus figlinum*: VVLG. Sirach 38, 34 cor suum dabit *figulus*, ut consummet -em (*gr.* χρῖσμα).

χρίστης **līnītor** GLOSS. III 309, 67 (*cf. 309, 68* χρ. dealbator). *a* linire.

[līnītūra *non nisi var. l.* VVLG. Sirach 45, 13 *p. 1382.1; cf. l. 8.*]

? **līnītus,** *abl.* -ū *m.* *a* linire. PLIN. nat. 20, 118 buselinum . . . praevalere contra serpentes potu et -u (*hanc codd. lectionem tuetur André*, inlitu *Mayhoff et vol. VII 1, 384, 81*).

linix *v.* lynx.

linna, -ae *f.* [*vox gallica videtur, cf. hibern. vet.* lenn '*sagum*' *sim. Sch.*] *i. genus amictus, sagum*: PLAVT. frg. inc. 55 -a cooperta (-tus *var. l.*) est textrino Gallia (textrina Gallica *conicitur vulgo. affert* ISID. orig. 19, 23, 3 *qui explicat*: -ae saga quadra et mollia sunt. *inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 383. *cf.* GLOSS. V 602, 70 luma [*i.* -a]: sagum quadrum).

***lino,** lēvī, litum, -ere *et* linio, -nīvī, -nītum, -īre. [*praesens similiter ope litterae* n *formatum apparet in ind. vet.* lināti, *gr.* ἀλίνω (*fere eiusdem notionis*) *et in aliarum linguarum cognatarum vocibus, quarum tamen pars notione et forma nimis longe abest; ceterum v. sub* 2. lēvis. *Sch.*] *de scriptura*: len- *pro* lin-: ITALA exod. 28, 37. 29, 36. 30, 30 (Lugd.). 40, 7. 8. 11 (Wirc.). psalm. 26, 1 (cod. 333). CHIRON 492. *al.* *de mensura*: līn- (*var. l.* lēn-) *p. 1457, 72 sup.* litum *paenultimam corripere testatur* PRISCgramm. II 481, 2. *al.* *de formis:* **1)** *stirpis praes.: praevalent formae ordinis tertii. ordinis quarti formae certae leguntur inde a* VITR. 5, 10, 3 -iantur (*sed* -untur 2, 8, 20. 7, 3, 11). CELS. 4, 4 -ire (-ere *Marx*). COLVM. 6, 8, 2 -ire (6, 17, 6. *cf.* -iri 11, 3, 25. *dubiae* 4, 24, 6 -ire *R* [lenire *A*, -ere *S*]. 6, 26, 4 -ire *AR* [-ere *S*]). 6, 30, 3 -iuntur (*sed apud eundem* -untur *quater*, -unt *sexies*). 7, 13, 1 -iendae (*AR*, -endae *S, rectius, ut vid.; cf.* -enda 6, 26, 3. 9, 15, 10). PS. QVINT. decl. 13, 3 -ire (*BV*, -ere *recc.; sed* 13, 17 -ant [*B al.*, -iant *V*]). *et saepius apud posteriores. seorsum notamus: imperf.* -iebant VVLG. Ezech. 13, 10. 22, 28 RVFIN. Orig. in lev. 5, 11 p. 353, 28 PS. RVFIN. in Am. 7, 7 – 9 p. 1091^{A} *et saepius* (-bant *non nisi* LIV. 21, 8, 11. *cf.* GLOSS.^{L} Corp. L 158 -bat non -iebat dicendum, quia -o, -ivit). *fut.* -am *et* -iam *inde ab* ITALA (*e. g.* exod. 30, 32 Lugd. -etur, *sed* Aug. quaest. hept. 2, 135 -ietur). *formae ordinis primi in* -are: (*cf.* illinare *vol. VII 1, 381, 74 sq. necnon* oblinare *vol. IX 2, 96, 59*): PALLAD. 3, 31 (*def. Grevander, Gnomon 13, 1937, 390*) -abis. ANTIDOT. BRUX. 38 -abis (amabis *trad., sed cf. Skutsch, Arch. lat. med. aevi 11, 1937, 25 sq.*). 42 -atur. LIB. pontif. p. 49, 11 -et. ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 Aa *et* La -andum. GLOSS.^{L} IV Plac. o 18 oblinire: -are (-iare *Deuerling*, -ire *Mai*). *2) stirpis perf. act.*: levi (*cf.* PRISC. gramm. II 529, 18 -o 'livi' *facit* vel magis differentiae causa ad nomen Livi 'levi'): CATO agr. 69, 2 HOR. carm. 1, 20, 3 CHAR. gramm. p. 320, 10 B. AMBR. (?) sacr. 3, 2, 13. *saepius var. l. in codd.* VVLGATAE *fere melioribus.* livi: COLVM. 12, 52, 17 liverunt (*ed. pr.*, lientur, -entur, -itur *trad.*). DIOM. gramm. I 370, 6 PHOC. gramm. V 433, 13. PRISC. gramm. II 529, 18 (*v. cit. supra*). 530, 10. 543, 13. 569, 21. *adde p. 1458, 32.* linui: ITALA exod. 2, 3 (Lugd.). psalm. 88, 21 (Eucher. form. 7 p. 39, 17). Ioh. 9, 6 (gat., cod. d *al.*). CYPR. GALL. gen. 254 PLAC. med. 7, 8 rec. *a. et saepius.* linivi, linii: *formae syllabam* -vi- *exhibentes non leguntur nisi ind. perf.* -vi, -vit *inde a* PS. QVINT. decl. 13, 5 ITALA psalm. 88, 21 (Hil. in psalm. 131, 19). Ioh. 9, 6 (Aug. in euang. Ioh. 44, 7). act. 10, 38 (cod. g). PS. AMBR. act. Seb. 11, 36 p. 1037^{D}. *et saepius. stirps altera non usurpatur nisi in formis syllabam* -er- *continentibus inde ab* HIER. in Is. 8, 5 PLAC. med. 7, 8 rec. *a* 9, 14 rec. *a* 9, 17 rec. *a* 10, 2 rec. *β. et saepius, excepto* PS. FVLG. RVSP. serm. 17 p. 881^{C} -iit. *formae contractae*: -nistis, -nisset (-visti, -visset *var. ll.*) HIER. in Gal. 5, 6 VVLG. Ezech. 13, 12. 14. *formas certis scriptorum exemplis carentes testatur* PRISC. gramm. II 529, 25 vetustissimi . . . 'lini' in praeterito protulisse inveniuntur ut Varro rerum rusticarum: cum oblinerunt vasa (*3, 7, 7? sed trad.* -lev-). 543, 13 'livi' vel 'lii', quod in rarissimo usu est. *3) part. perf. pass.*: litus *inde a* VARRONE rust. 3, 16, 31 VERG. georg. 4, 99 OV. Pont. 4, 9, 83. *et saepissime.* linitus: PALLAD. vet. med. 12, 16 FAVSTIN. trin. 5, 2 HIER. in Is. 53, 8/10 l. 33 HESYCH. in lev. 1, 4 p. 821^{D} ANTIDOT. Brux. 42 AVELL. p. 746, 3 VICT. VIT. 2, 33 DIOSC. 3, 22 p. 386, 11. 4, 42 p. 26, 8. *part. fut.* liniturus AVG. quaest. hept. 2, 46. NOT. Tir. 112, 6 -it. 9 -tum. *legitur inde a* CATONE, VARRONE, VERG., HOR. [*raet. occ.* lená; *ab* linire: *alvern.* inî, *vasc.* lyá; *partic.: sard. centr.* liníđu; *partic. pro subst.: hisp.* aleda. *cf. M.-L. 5063. Wartburg V 357. Wagner II 30. Corominas I 105. St.*] [*confunditur nimirum saepius cum* lenire (*cf. quae p. 1455, 81 attulimus; contra falso traditur* -ire *pro* lenire *e. g.* AVG. serm. 306, 11, 10 MARCELL. med. 36, 1 [*Plin. nat. 30, 76* lenit]), *ceterum cum* illinere *e. g.* CELS. 7, 21, 1^{A}. 7, 26, 5^{G}. *corruptum* MISC. Tir. p. 54, 17 -tum rosmarini tritum cum oleo mixto languidum inunges (*vix ad p. 1459, 52, cf. Ps. Apul. herb. 80 l. 6* herba rosmarinum *eqs.*). *e coni. dubia* SVET. Iul. 67, 2 auro -tis (*Bentley*, politis *trad.*) armis.]

i. q. spisse perfundere, inducere sim. (*plus valet quam* perfundere PLIN. *infro. p. 1457, 14; accedunt adv.* crasse COLVM. 12, 46, 2. 12, 52, 17, spisse ANTIDOT. Brux. 38; *iuxta* inducere OV. fast. 3, 760 VITR. 7, 3, 11, unguere CATO agr. 76, 4; *gr. respondere solet* χρίειν *passim* [*cf.* GLOSS. II 478, 50 χρίω: uncto, -o, oblito]): **I** *structura originaria cum acc. rei (animantis), cui superponitur aliquid*: **A** *-it aliquis* (*animal patiens pro agente l. 79; indicatur materies infusa per abl. passim, praep.* ex VITR. 5, 10, 3 DAMIG. lapid. 14 ORIBAS. eup. 2, 1 C 21 La, in VVLG. psalm. 88, 21, de SACR. Greg. 85, 11; *adv.* unde PS. FVLG. RVSP. serm. 18 p. 882^{C}, sic SER. SAMM. 141; *instrumentum per abl.* MART. 7, 20, 8 PS. RVFIN. in Am. 7, 7 sqq. p. 1091^{A}, *praep.* de PS. AVG. quaest. test. I 112 p. 292, 5): **1** *proprie*: **a** *varia variis*: CATO agr. 69, 2 dolia olearia nova sic imbuito: . . . cummim indito, postea -ito; si recte -veris, *eqs.* (COLVM. 12, 52, 17 cum . . . nova d. vel serias crasse gummi liverunt [*ed. pr.*, lientur, -entur, -itur *trad.*], *eqs. cf.* 12, 18, 6 pix ferventissima infunditur, volutaturque *dolium*, ut omnes dolii partes -antur. 12, 44, 2 picatum operculum dolii defruto large -ito, et ita impositum cinere opturato. *aliter p. 1457, 58 sqq.*). 76, 4 de mortario (*sc. eis quae mixta de mortario exemeris*) tracta *placentae* -ito, tracta addito singulatim, item -ito (*postea*: melle unguito). VARRO rust. 3, 16, 31 alvum . . . inliciis -tam intus (*antea*: oblinunt . . . rebus, quibus delectantur *apes*). VERG. georg. 4, 99 fulgore coruscant *apes*, ardentes auro et paribus -ta corpora guttis (SERV.: similibus, id est aureis guttis habentes distincta corpora; nam '-ta' est inlita, distincta). PRIAP. 86 (Verg. 3), 16 sanguine (sanguinea *codd.*) haec . . . mihi *Priapo* . . . arma barbatus -it hirculus (*iocose variat ecl. 1, 8* illius aram saepe tener . . . imbuet agnus, *nisi fallimur*). HOR. ars 332 carmina . . . -enda cedro (PORPH.: qui *libri* . . . cedro inlinuntur . . ., a tineis non vexantur). OV. medic. 7 auro sublimia tecta -untur, nigra sub imposito marmore terra latet (*item inaurando, pingendo sim.*: MART. 4, 39, 7 quae *vasa* Callaico -untur

[Kemper]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auro. 8, 33, 11 hoc -itur sputo Iani caryota Kalendis. SVET. Nero 31, 2 in ceteris partibus *domus* cuncta auro -ta, distincta gemmis . . . erant. TERT. idol. 8 p. 37, 11 abacum. ITALA Ier. 22, 14 [Hier. in Ier. 4, 38, 3] cenacula . . . -ta sinopide [*gr.* κεχρισμένα, *Vulg.* pingit]. *cf. p. 1458, 53sq.*). Pont. 1, 2, 18 omnia vipereo spicula felle -unt (*cf.* 4, 9, 83 sint . . . -tae tenues serpentis felle sagittae [SEN. Med. 710]. LIV. 21, 8. 11 id *ferrum teli* . . . stuppa circumligabant -bantque pice. COLVM. arb. 15 falces, quibus vineam putaveris . . ., sanguine ursino -ito [*item* PLIN. nat. 17, 265]. CAPITOL. Aur. 15, 5 parte cultri veneno -ta [*item* AVR. VICT. Caes. 16, 7]. PRVD. psych. 436 -ta tela veneno). COLVM. 8, 17, 9 quae limo coenoque -ta sunt (litascunt *sim. trad.*), ut ante iam dixi, conchyliis . . . apta sunt (*8, 16, 7* limosa regio). 12, 46, 2 insuper luto paleato crasse -unt *mala* (12, 47, 1). PLIN. nat. 13, 21 quosdam *unguenti* crassitudo maxime delectat, spissum appellantes, -ique iam, non solum perfundi gaudent (*cf.* HIER. in Gal. 5, 6 p. 399^{A} cum pedes lavisset . . ., -nisset [-visset *var. l.*] unguento [CASSIAN. conl. 1, 8, 1]). MART. 7, 20, 8 buccis placentae sordidam -it mappam (*item inquinando*: 9, 22, 13 ut lutulenta -at Tyrias mihi mula lacernas. ARNOB. nat. 2, 39 ut . . . proluvie -rent et madidarent se sua. HIER. epist. 54, 4, 2 cervices . . . stercore [VICT. VIT. 2, 33 stercoribus vestimenta]. VICT. VIT. 3, 48 sese . . . caeno. CE 876, 2 praecipias puero ne -at hunc lapidem *cf. p. 1458, 50. 55. 1459, 4*). PS. QVINT. decl. 13, 5 -nivit flores maleficis succis. *al. in re scriptoria i. q. oblitterare*: OV. Pont. 1, 5, 16 plurima cerno . . . digna -i.

b *calce sim. parietes, aedificia dealbanda, firmanda sim.* (PAVL. FEST. p. 75 decalicatum: calce -tum. *cf. p. 1458, 59. 65. huc trahere possis etiam p. 1142, 50*): LEX par. fac. Put. (CIL I^{2} 698) 2, 17sq. parietes marginesque omnes, quae -ta non erunt, calce harenato -ta politaque et calce uda dealbata recte facito. VITR. 2, 8, 20 in tectoriis operibus rimas . . . faciunt *craticii* . . .; cum enim -untur, recipientes umorem turgescunt (7, 3, 11 luto [*seq.* luto inquinatus . . .; iterum luto inducto]). CET. FAV. 24 p. 305 tegula calce liquida -ietur, ut facilius operi adhaerere possit (*cf. Vitr. 7, 4, 3* dealbentur). HIER. in Matth. 23, 27sq. p. 172^{A} (*Vulg.* similes estis sepulchris dealbatis) quomodo sepulcra forinsecus -ta sunt calce, intus autem *eqs.* VVLG. lev. 14, 42 luto alio -iri domum ([*Itala Lugd.* defricabunt, *Monac.* perunguent]. 14, 43 postquam eruti sunt lapides . . . et alia terra -ta [*sc. domus, ut vid.; cf. Lugd.* posteaquam rasa est domus, *Monac.* perlinita]. 14, 48 [*Lugd.* detersa, *Monac.* perlinita]). Am. 7, 7 ecce dominus stans super murum -tum et in manu eius trulla caementarii (*aliter Itala Hier. ad l. p. 1072^{B}* adamantinum *sec. gr.* τείχους ἀδαμαντίνου. *interpretantur*: HIER. *ad l.* p. 1072^{D} in manu eius . . . trulla caementarii, qua solent superinduci parietes et non solum pulchritudinem accipere, sed et fortitudinem contra iniuriam imbrium. PS. RVFIN. *ad l.* p. 1091^{A} -tum, id est structoria arte compositum . . .; trullam . . ., id est curam meam, qua -iebantur et firmabantur quassa).

c *gypso, bitumine sim. foramina obturanda, vasa occludenda sim.*: VERG. georg. 4, 39 in tectis . . . tenuia cera spiramenta -unt *apes* fucoque et floribus oras explent (*item foramina sim.*: VITR. 5, 10, 3 coagmenta ex argilla cum capillo subacta -iantur [*cf.* CET. FAV. 17 p. 301 iuncturae . . . -antur. *v. l. 72*]. COLVM. 9, 15, 10 -enda . . . sunt diligenter foramina parietum et fenestrarum, ne quid sit apibus pervium. 12, 46, 7 si qua rimam creta facit, luto -unt. PS. QVINT. decl. 13, 3 hiantes rimas tenaci -ire [-ere *var. l.*] fimo. PALLAD. 3, 25, 10 condunt *pira* urceo et eius -to ore conservant). COLVM. 8, 8, 7 gypso -ta vasa (PALLAD. 3, 31 v. cooperies ac -abis [*codd. meliores plerique*, -es, -ibis, oblinabis *var. ll.*]. *cf.* COLVM. 12, 45, 3 operculo superposito cinere in modum gypsi temperato dolium -itur [IVV. 9, 58 quis plura -it victuro dolia musto? EVGRAPH. Ter. Haut. 460 'relevi dolia omnia' -ire est contegere et operire; contrarium est 'relevi' quod est aperui]. *v.* HOR. *infra. aliter p. 1456, 67*). 12, 16, 4 opercula picata . . . gypso -ito (12, 16, 5 ne possit spiritus introire [*sim.* 12, 47, 6]. 12, 44, 2sq. *aliter p. 1456, 71*). 12, 53, 2 reticulo inclusa (*sc. aromata*) demittito et metretam -tio. ITALA exod. 2, 3 (Lugd.) sumpsit illi *Moysi* mater sua thybin et -uit eam bitumine et pice (*gr.* κατέχρισεν, VVLG. -vit [-nivit, -uit *var. l.*]). VVLG. gen. 6, 14 bitumine -ies *arcam* intrinsecus et extrinsecus ([*Itala Ambr. hex. 6, 9, 72 al.* bituminabis, *Noe 4, 15* inlinies]. CYPR. GALL. gen. 254 ne fissilibus dissultent robora rimis, unguine praepingui -uit *Noe* bituminis a. CHRON. Alex. chron. I p. 92, 13 -ies eam . . . asfaltu bitumini. GREG. M. *p. 1458, 62. cf.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 4 p. 33, 17 ligna. ALC. AVIT. carm. 4, 249 ne rimosi compagum . . . meatus accipiant . . . imbrem, -ire memento iuncturas laterum pigrumque infunde bitumen). *per synecdochen cum acc. rei quae in receptaculo -endo servatur*: HOR. carm. 1, 20, 3 Graeca quod *Sabinum* ego ipse testa conditum -vi (PORPH.: dicit se hoc vinum per semet ipsum in vetera-rium condidisse; -visse se ergo gypso utique vult intellegi).

d *medicamentis (cf. p. 1458, 73)*: *α corpora, plantas, vulnera sananda (spongias adplicandas p. 1458, 2)*: OV. fast. 3, 760 limum . . . inducere *in ora turgentia* monstrat *Liber*, hic *senex* paret monitis et -it ora luto (*cf.* SVET. Otho 12, 1 faciem cotidie rasitare ac pane madido -ere consuetum [SER. SAMM. 141 -e sic *sc. eo medicamento* f. PLAC. med. 29, 10 rec. *β al.*]). CELS. 4, 4 lasere linguam ipsam -ire. COLVM. 4, 24, 6 adlevatas plagas terra, quam prius amurca madefeceris, -ere (-ire *vel* lenire *var. ll.*). 4, 29, 8 fissura . . . subacto luto -itur. 6, 11 incocta pice liquida cum vetere axungia -unt *vitiosam partem* (7, 13, 2). 6, 12, 4 *spongiae* -tae . . . melle recte genibus adplicantur (PALLAD. vet. med. 12, 6 -nitae, *Veg. mulom. 4, 10, 1* conspersae). 6, 15, 2 cornua. 6, 17, 4 locum laesum (PELAGON. 457 haec omnia . . . tere . . . et . . . animali . . . loca eadem -ire non negleges. VEG. mulom. 4, 21, 4. *v. etiam* CHIRON 710 *infra*). 6, 26, 3 vulnera (SER. SAMM. 1050). 7, 5, 12 subluvies et intertrigo pice . . . -tae eruentur (*sc. loca laesa subluvie et intertrigone, cf. vol. VII 1, 2291, 48sq.*). 11, 3, 25 *lactucae* radix fimo -iri debet (PLIN. nat. 17, 266 lupino trito cum oleo radices *arborum* -unt). *et saepius.* CALP. ecl. 5, 82 liquido picis unguine terga memento, si sint rasa, -as. PLIN. nat. 25, 122 scorpionem mortuum si quis helleboro candido -at, revivescere aiunt. MART. 7, 39, 6 sanas -it obligatque plantas. ITALA Ioh. 9, 6 (cod. a, *cf.* VVLG. *p. 1459, 21*) fecit lutum . . . et -uit oculos eius (9, 11 [cod. d] -uit mihi o. [*gr.* ἐπέχρισέν μου τοὺς ὀφθαλμούς, *Vulg.* unxit oculos. *postea hos respiciunt locos*: HIER. in Is. 8, 5 l. 57 PS. FVLG. RVSP. serm. 17 p. 881^{C} PS. VIGIL. THAPS. trin. 3, 63 rec. II]. VVLG. Tob. 11, 13 sumens Tobias de felle piscis -nivit o. patri suo). SER. SAMM. 80 corpora. *et saepe, maxime apud script. med. laxius* pannis: CHIRON 710 locum p. -is (*seq.* cataplasma . . . inponere).

β partes corporis fucandas: MART. 3, 42, 2 ventrem (*v. infra l. 72*). 10, 68, 3 numquam -ta mater. IVV. 6, 481 verberat atque obiter faciem -it *femina dives* (FRONTO p. 58, 25 v. d. H. [p. 64 N.] f. medicamento -tam [*in serie verborum cum* -ere *compositorum*]. HIER. epist. 79, 7, 7 purpurisso et cerussa). COMM. instr. 2, 19, 10 oculos nigrore -itis (*cf. Cypr. hab. virg. 14* oculos circumducto nigrore fucare).

e *chrismate sancto homines vel res consecrandas (usu christiano. cf. etiam l. 52 et 57)*: ITALA exod. 28, 37 (Lugd.) indues ea (*sc. vestimenta*) Aron fratrem tuum et filios eius cum eo: et lenes eos (*gr.* χρίσεις, *cf. Vulg. 28, 41* consecrabis. *eosdem*: 30, 30 [Lugd., *Vulg.* unges]. *Aron*: 40, 11 [Wirc.]). 40, 7sq. (Wirc.) sumes oleum lenitionis et lenis tabernaculu⟨m⟩ testimon⟨i⟩i, . . . len⟨is⟩ altarium (VVLG. lev. 8. 10 -vit [livit, lenuit, -uit, -nivit *var. ll; Itala, Lugd.* uncxit]). Hebr. 1, 9 (cod. d) ideo -nivit te deus. FIRM. err. 27, 5 sanguine eius *arietis* postes -iri praecepit *deus* (*sec. exod. 12, 22* [*ubi Vulg.* aspergite] *ut*: HIER. in Is. 13, 3 l. 18. PS. AVG. quaest. test. I 112 p. 292, 5 de hoc *hysopo* filii Israhel p. suos sanguine -ierunt. *cf.* PS. ORIG. tract. 9, 15B. limina). FAVSTIN. trin. 5, 2 *Christus* unctus sive -nitus. PS. AMBR. act. Seb. 11, 36 eum chrismatis -nivit unguento. VVLG. psalm. 26, 1 psalmus David priusquam -iretur. 88, 21 in oleo sancto meo -vi (lenui, -ui *var. ll.*) eum *i. David* (*gr.* ἔχρισα, *Psalt. Rom.* unxi). RVFIN. Orig. in lev. 5, 11 p. 353, 28 quo *sanguine* . . . cornua altaris -iebantur. HESYCH. in lev. 4, 1sqq. p. 821^{D} hunc sacerdotem septuaginta non solum unctum sive -nitum, sed et consummatum manibus appellaverunt (PS. FVLG. RVSP. serm. 18 p. 882^{C} *olei sacramentum*, unde sacerdotes -iebantur). CANON. Turner I 2, 1 p. 32i, 2 ab ipso *Samuele* erat -tus *Saul* (*Const. apost. 8, 46, 7* τὸ κεχρῖσθαι). GREG. TVR. Franc. 5, 11 p. 206, 13 cunctos . . . crismate -iens *pontifex*. SACR. Greg. 85, 11 baptizat et -it eum presbiter de chrismate in cerebro (*ibid.* ipse *deus* te -et chrismate salutis. *sim.* 206, 3sq.).

2 *in imagine vel translate (v. etiam p. 1457, 45)*: HOR. epist. 2, 1, 237 scriptores carmine foedo splendida facta -unt (PORPH.: obscurant. *cf. epist. 1, 19, 30* quem *socerum* versibus oblinat atris). ITALA act. 10, 38 (cod. g) Ihesum a Nazareth, quem -nivit deus spiritu sancto et virtute (*gr.* ἔχρισεν, *Vulg.* unxit). IREN. 4, 39, 2 (4, 64, 2 H.) -iet *deus* te ab intus et a foris auro puro et argento. HIER. in Mal. 2, 3 p. 1555^{B} stercore vitiorum habemus -tas facies. hom. Orig. in cant. 1, 2 p. 30, 13 (*antea*: unxit te deus . . . oleo exsultationis) si me tetigerit sponsus et ego boni odoris fio et ego -ior et ad me usque unguenta perveniunt, *eqs.* VVLG. Ezech. 13, 10sqq. ipse aedificabat parietem, illi (*sc. prophetae populum decipientes*) autem -iebant eum luto absque paleis: dic ad eos, qui -iunt absque temperatura, quod casurus sit, *eqs.* (*inde* HIER. in Ier. 4, 60, 5 blanditiis suis). GREG. M. epist. 7, 5 p. 447, 35 quid aliud in sancta ecclesia agimus, nisi arcam bitumine -imus, ne unda erroris intret? VITA Caes. Arel. 2, 34 vitia . . . medicamentis divinis. *proverbialiter*: PETRON. 39, 7 in geminis . . . nascuntur . . ., qui utrosque parietes -unt ([*cf. Curius Cic. fam. 7, 29, 2* me virum bonum esse nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare. *App. prov. 2, 2, Corp. paroem. gr. I ed. Leutsch—Schneidewin p. 394, 7sq.* δύο τοίχους ἀλείφειν· ἐπὶ τῶν ἀμφοτεριζόντων καὶ διὰ μέσου χωρούντων ἐν μάχαις ἢ φιλίαις]. RVFIN. Orig. in gen. 10, 1 p. 94, 7 asperior fortasse vobis videor, sed non possum -ire parietem lapsantem [*cf. l. 60 nec non Otto, Sprichw. n. 1344*]). MART. 3, 42, 2 lomento rugas uteri quod condere temptas, Polla, tibi ventrem non mihi labra -is (*cf. locos p. 810, 58 collectos et locutionem* 'os sublinere' *Otto, Sprichw. n. 1312 nec non* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. L 7 -tum os: patientiam calcatam vel credulitatem [crudel- *trad.*] inrisam). HIER. epist. 105, 2, 2 (*ad Augustinum*) ut vulgi de quibusdam proverbium est, -tum melle gladium (AVG. epist. 82, 2 p. 353, 16 *ad Hier.* si . . . aliquid asperum . . . leniore circumfundamus eloquio, -tum m. g. stringere iudicemur).

B *-it ipsa res infusa (fere ita, ut respiciatur effectus -endi pro actione, cf. structuras passivas sub A insertas, e. g. p. 1456, 77. 83. 1457, 1 nec non p. 1456, 79)*: MART. 1, 87, 3 ne gravis . . . fragres . . ., pastillos . . . voras; ista -unt dentes iantacula, sed nihil obstant, . . . ructus cum redit a barathro. 2, 29, 9 coccina . . . pingit aluta pedem, et numerosa -unt stellantem splenia frontem. 9, 61, 4 vellera . . . pallent . . . flava me-

[Kemper]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tallo et -it Hesperium brattea viva pecus. CASSIAN. conl. 8, 1, 1 cuius *guttae olei* tantus est modus, ut vix ipsius gutturis ac faucium meatus non dicam -ire, sed pertransire sufficiat. GREG. M. in euang. 19, 7 p. 1158^{C} spumae *faciem.* APON. 7 Migne suppl. 1, 915 *unguenta* animas

II *structura inversa cum acc. rei superpositae (id, cui superponitur, indicatur per dat., praep.* per, in, super *aliquid,* in *aliqua re, vel subauditur; structura partitiva fere pro obi. l. 18. 21. 35, nisi usum absolutum agnoscere malis*): **A** *medicamenta sim.*: OV. medic. 81 ut coeant *medicamina* apteque -i per corpora possint. SCRIB. LARG. 81 cum emplastri habet spissitudinem, tollitur ab igne medicamentum ...; -itur alutā cum opus est (MARCELL. med. 15, 98 in aluta). 82. PLIN. nat. 20, 194 si -atur calidum *anesum.* SER. SAMM. 30 alia ... trita -is *capiti* (733 alia vel piperi ... commixta -untur). 436 *poma* cocta -es (*praecordiis turgentibus ut*: 437 ocima ... bulbive -untur amari). 757 sevum bovis igne remittes mollitumque -es. PELAGON. 456 *medicamenta quaedam* tere diligenter et exinde (*sc. vi temporali, ut vid.*) animali ... -ito. CHIRON 128 ex herbis pocionem dabis portulacam ... et ex hoc suco -ito in uno, pisato tragantum simul *egs.* (*sed* ex ... suco *pro instrum. accipitur vol. V 2, 1112, 10*). VEG. mulom. 4, 8, 2 picem liquidam cum veteri axungia incoquunt et -iunt (*e* COLVM. *p. 1458, 1*). VVLG. Tob. 11, 8 -i super oculos eius ex felle isto (Ioh. 9, 6 -vit ⌈-uit, -nivit *var. ll.*⌉ lutum s. o. eius [*gr. ἐπέχρισεν αὐτοῦ τὸν πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, cf. structuram diversam p. 1458, 13*]. EPIPHAN. Avell. p. 746, 3 s. tumores. p. 750, 29). Ps. APVL. herb. 46 l. 4 in panno (78 l. 3). 122 l. 10 temporibus -ito (*nisi cum HaV* inl- *legendum est*). ANTIDOT. Brux. 38 locis ... tumentibus ... stercus ... spisse -abis (amabis *trad.*). 42 *Musae trociscus* cum linteolis -nitus et impositus; ... in aqua tritus spissus -atur. Ps. THEOD. PRISC. add. p. 357, 15 fronti (DIOSC. 3, 22 p. 386, 11 [*gr. 3, 22, 5 χριομένων*]. 4, 42 p. 26, 8 f. et timpora [*sic; gr. 4, 45 ἐπιτιθεμένη*]). CASS. FEL. 7 p. 15, 2 medicamentum. ORIBAS. syn. 7, 1, 7 La p. 132 smyrne viscum ⟨cum⟩ aqua -ta aut libanus (*gr. καταχρισθεῖσα*). 7, 7, 5 Aa p. 138. **B** *varia*: Ps. QVINT. decl. 13, 17 ut aliae *apes* congerant onera, aliae accipiant, aliae -ant (*nisi pro obi. alvus sim. intellegenda est*). ITALA exod. 12, 22 (Aug. loc. hept. 2, 65) -ietis super limen et super ambos postes de sanguine (*gr. βάψαντες, Vulg.* aspergite. *cf.* GAVDENT. serm. 2, 8 G. qui sanguis -iendus in postibus [HIER. epist. 108, 10, 8 in Mal. 3, 2 p. 1567^{A}. *cf.* in Is. 53, 8/10 l. 33 cruor]. *structuram diversam v. p. 1458, 33*). 30, 32 (Lugd.) in carne hominis non -etur *oleum sanctum* (Aug. quaest. hept. 2, 135 super carnem ... -ietur). PALLAD. 4, 20, 29 bitumen et oleum ... latebris vermium -unt. VVLG. Ezech. 13, 12 ubi est litura quam -vistis?

III *structura contaminata cum acc. duplici* (*cf.* infundere *vol. VII 1, 1512, 24; fortasse etiam p. 1458, 5*): PLAC. med. 4, 6 rec. *β* caprae fel cum melle mixtum fauces -iuntur (*rec. α* melle cum felle caprae fauces tange). 4, 15 rec. *α* fel mixtum cum orticae semine et ture veretrum -ito. 7, 8 rec. *α* fel verrinum vir sibi veretrum si -uerit. 10, 2 rec. *β* leonis sanguinem qui corpus suum -ierit. 29, 4 rec. *β* ovum crudum -as corpus. LIB. pontif. p. 49, 11 ut baptizatum -et (-iat, -at *al. var. ll.*) presbiter chrisma. ORIBAS. syn. 1, 15, 2 La p. 52, 22 Mø. ipsa loca (lenis sanguinem (*gr. καταχριέσθω αιματι, Aa* unguis sanguine).

in fig. etymologica: VVLG. Ezech. 13, 12 *l. 41.*

p. p. p. litum *pro subst. (?) i. q. unguentum (vix huc spectat p. 1456, 51)*: DIOSC. 1, 31 p. 22, 4 M. ut -um mulieribus in facie traiectus limpidam facit *sycyonium* (*cf. gr. 1, 30, 5 στιλβώθρῳ*).

deriv.: a lino: litura. *a* linio: linimentum, linitio, linitor, *?* linitus (-ūs). *cf.* liniatura, linitura.

compos.: al-, circum-, col-, de-, e-, il-, inter-, ob-, per-, prae-, re-, sub-, subter-, superlino *vel* -linio. *addas* l. collinio (*cf. p. 1456, 1 sqq.; falso derivatur a* lenire *vol. III 1625, 52*). *Kemper.*

linocalamus, -ī *m., cf. gr. infra. i. q. stramentum ex lino constans*: ITALA Ios. 2, 6 (Lugd.) abscondit eos in trabibus, in li[g]nocalamo (ligno, calamo *ed., ineptiam ipse professus; gr. ἐν τῇ λινοκαλάμῃ, Vulg.* stipula lini. *formam gr. transcripsisse videtur* HIER. tract. in psalm. I p. 101, 7 in linocalami [*v. app. crit.*]; *an referas ad λινοκαλαμίς?*).

linoclistes *v.* linozostis.

DIOSC. 3, 108 p. 423, 12 camerops aut camedris aut **linodrios** ... vocant (*gr. 3, 98, 1 χαμαίρωψ ἢ χαμαίδρυς ἢ λινόδρυς*). *nomen herbae (cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.). obscurum* (*an pro σέλινον δρυός, quod legitur in cod. E textus graeci?*).

linogūstes *v.* linozostis.

linostēmus, -a, -um. [*nisi est gr. *λινόστημος, apud Latinos formatum e* linum *et gr. -στημος, cf. ἀραιο-, μανο-, πολύστημος nec non χρυσοστήμων. Sch.*] *scrib. in codd. etiam* -tim-. *i. q. ex lino et lana constans* (*cf.* ISID. orig. 19, 22, 17 -a vestis est ex lana linoque contexta et dicta -a, quia in stamine linum, in trama lanam habet): FAVST. Aug. c. Faust. 6, 1 p. 284, 21 vestem -am (AVG. c. Faust. 6, 9 p. 301, 10 [*inde* ISID. in deut. 9, 2]. *respicitur deut. 22, 11* vestimento, quod ex lana linoque contextum est). LIB. pontif. p. 50, 2 *diaconi vestiendi sunt* pallea -a ([-o *var. l.*]. p. 91, 4 palleis -is).

linostrophon *n., λινόστροφον. nomen herbae*: PLIN. nat. 20, 241 marrubium ..., quod Graeci prasion vocant, alii -on (*cf.* 1, 20, 89 *medicinae ex* marrubio ... sive -o. Ps. APVL. herb. 45 l. 31 [nostrofon *trad.*]. GLOSS. III 567, 70. 568, 9). *cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*

linostūtis *v. l. 9.*

***linozōstis,** *gen.* -is *et* -idis, *f., λινόζωστις.* linogustis *sim.* ORIBAS. *nomen herbae mercurialis* (*cf. André, Lex. des term. de botan. s. v.*): PLIN. nat. 25, 38 (*cf.* 1, 25, 18) -s sive parthenium Mercuri inventum est ...; duo eius genera, masculus et femina *egs.* 26, 121 sucus e -i. 26, 124 semen -is. 26, 150 -idis utriusque folia vel sucus (*cf.* DIOSC. 4, 184 p. 91, 10 -in ... femina ... masculus [*gr. 4, 189 ἄρρην, θήλεια*]). Ps. APVL. herb. 83 l. 15 a Graecis dicitur -s agria. DIOSC. 4, 82 p. 46, 17 folia *helxines* similia linostutis. 4, 170 p. 85, 13 apiu aut iscada ... aut diastittin dicunt. Ps. DIOSC. herb. fem. 22. CAEL. AVR. chron. 5, 1, 10 -in herbam ... cibo dare. ORIBAS. syn. 1, 17, 8 Aa p. 55, 22 Mø. mercurialis herba, quam Graeci linogusten vocant (La lynugusteos). 2, 32 La p. 108, 14 linoclistes (*Aa* mercurialis). 2, 50 La p. 116, 16 linogustes (*Aa* merculialis). *al. ibid.* GLOSS. *v. sub* mercurialis. *B.*

***linquo,** līquī, (lictum), -ere. ⌈*praesens nasali inserta formatum exhibent etiam ind. vet.* riṇákti, *avest.* irinaxti, *pruss. vet.* po-linka, *lituan. dial.* pa-liñka *nec non gr. ἀπνλιμπάνω. Sch.*⌉ *pro* -qu- *hic illic scribitur* -c- (*supplevit Armini* CE 2149, 7 lic⟨ui *?*⟩), -gu-. *praes.* liq- *saepe in codd.; perf.* linq- CE 698, 2 (*s. VI*). GLOSS.^{L} I Ansil. NE 245 (*vix etiam* FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 10). *p. p. p.* lictum *in schemate coniugationis affert* PRISC. gramm. II 510, 6 (*seq.* re-, de-), *negare videtur* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 416 '-ens' ... praeteritum non habet, praesens participium est. *exempla desunt; non probantur* CIRIS 141 (*Laetus*). CAPITOL. Aur. 7, 6 (*post lacunam, v. edd.*). NOT. Tir. 64, 14 sq. *de notione*: NON. p. 333, 29 '-ere' est dimittere (GLOSS.). 334, 38 '-erit' significat et reliquerit (GLOSS.). GLOSS. *καταλιμπάνω.* -it: *λείπει.* -imus: deserimus. liquit: misit. GLOSS.^{L} I Ansil. LI 414 -bant: amittebant. 426 -imus: ... praeterimus. *cf. p. 1462, 61 et ad singulos locos.* *legitur in poesi inde a* NAEV., PLAVTO (*quater*; relinquo, *quod ceteri comici solum adhibent, amplius 50 locis*), ENN. trag. (*semel*; re- *trag. bis, ann. quater*), PACVV., ACC., CIC. Arat. *et* carm. (*septies*, re- *quater*), VARRONE Men., BIBAC., CATVLLO (*14^{ies}*, re- *sexies*) *fere paulo rarius quam* re- (HOR. *septies in* carm *et* sat. 1, 5, 35. 1, 9. 74. ars 285 [*v. Brink ad l.*]. *per variationem* VERG. Aen. 10, 856 neque ... relinquo; sed -am. PAVL. NOL. carm. 17, 2 nos ... relinquis, quos tamen sola regione -is); *in prosa, ubi* re- *longe praevalet, non ante* CIC. de orat. *infro. p. 1461, 35. 36.* Planc. 26 rep. 6, 2 div. 1, 112 fat. 36 VELL. 1, 9, 4. SEN. *philos.* (*quinquies, sc. in describendo languore ut plurimis locis* CVRT., *unico* SCRIB. LARG.), PLIN. nat., TAC. ⌈*dub. interpr.*: ACC. praetext. 28 -ier (liq- *var. l., fort. ad* l. liquor *ut* LVCR. 3, 553). *falso trad. pro* ring-: GLOSS.^{L} I Ansil. LI 425.⌉

i. q. λείπειν: **I** *transitive* (*obi. e contextu suppleri potest l. 80. p. 1461, 11. 24 et* IVV. 6, 119 *v. Housman ad l.*): **A** *respicitur ipsa actio* (*sive cum affectu sive mera vi locali dictum*): **1** *quolibet modo deserendi*: **a** *usu vario*: *α de animantibus*: Ⓘ *in poesi*: NAEV. carm. frg. 23 (Non. p. 335, 4 *s. v.* '-erit'. p. 474, 9) Aenea quo pacto Troiam urbem -isset (*Merula,* -erit *vel* reliquisset *codd.*). ENN. trag. 128 Joc. (117 Ribb., *om. Vahlen*) cur talem invitam invitum cogis -ere? PACVV. trag. 186 currum. CATVLL. 61, 27 perge -ere ... Aonios specus, *Hymenaee (item in advocatione vel adventu deorum*: VERG. georg. 1, 16 PANEG. in Mess. 131 PROP. 4, 6, 27. *al.*). 64, 35 deseritur Cieros, -unt Pthiotica Tempe *egs. (in catalogo ut* VERG. Aen. 7, 670. 676. 728. 10, 168 LVCAN. 1, 399. *al.* VAL. FL. 6, 84 STAT. Theb. 12, 624 CLAVD. 7, 72. 8, 452). *al.* LVCR. 4, 372 repletur *lumine* ..., quod liquimus eius *terrae. al.* BIBAC. carm. frg. 7 Oceani -ens Aurora cubile (*inde* VERG. georg. 1, 447 Aen. 4, 585. 9, 460 AVSON. 431, 1 p. 358 P.). VERG. ecl. 1, 3 patriae fines et dulcia -imus arva, nos patriam fugimus. *et passim. seq. inf. fin.*: CARM. adv. Marc. 3, 8 *gentes* omnia -erunt peregre se sistere. Ⓘⓘ *in prosa*: CIC. Planc. 26 (*verba grandiora*) *sicut Plancius me pulsum adiuvit, Minturnenses adiuverunt Marium* -entem terram eam, quam servarat. div. 1, 112 ab Anaximandro ... moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem et tecta -rent. fat. 36 ut is *Philoctetes* in insula Lemno -retur (*37* relinquetur). VELL. 1, 9, 4 *Macedoniam* -ens in insulam Samothraciam profugit *Perses.* CVRT. 7, 5, 34 PLIN. nat. 28, 26 TAC. ann. 1, 30, 3. 2, 55, 4. 3, 46, 3. *saepius apud recentiores. β de rebus*: Ⓘ *incorporeis*: CATVLL. 64, 238 mandata prius ... mente tenentem Thesea ceu ... nubes ... montis liquere cacumen. SEN. Herc. f. 1080 nec ... pectora -at *sopor.* dial. 4, 35, 3 -it decor omnis iratos. SIL. 5, 38 nec Poenum liquere doli. EPIGR. Bob. 52, 6 *Eteoclem et Polynicem mortuos* nec discordia ... nec in semet -it atrox animus. CORIPP. Ioh. 6, 219 liquit pectora terror Martis et ... pericula noctis. Ⓘⓘ *naturalibus*: CATVLL. *l. c.* nubes (*cf.* VAL. FL. 4, 98 Minyas ... -erunt flamina [*intransitive Apoll. Rhod. 1, 607 ἀνέμοιο λιπόντος*]). LVCR. 4, 171 (= 6, 252) tenebras ... Acherunta ... -isse (BOETH. cons. 1 carm. 3, 1 [*imag.*] me ... -erunt ... tenebrae). PROP. 2, 15, 51 folia arentes liquere corollas. GERM. 579 *sidera* caerula -unt (*item de caeli signis e mari surgentibus*: 581. 673 AVIEN. Arat. 1351 FVLG. myth. 1 praef. p. 13, 10 PRISC. Anast. 13. *cf. l. 55 et de ipso caelo* AVIEN. Arat. 100. 850). SEN. Thy. 108 ut fontes liquor introrsus actus -at. PLIN. nat. 3, 117 *Padus auctus* ubi -it (*sc. agros, vix raptum*), ubertate largitor. PRISC. periheg. 22 *Tanais* Sauromatas -ens (*in cursu fluminis describendo ut* 523 Chalcida -ens *Achelous* [*gr. 496 ἀπὸ Χαλκίδος ἕρπων*]. 724 [*gr. 748 λιπών*]. 749). *prominendo*: AVIEN. orb. terr. 226 *promunturia* sua litora -unt (*Prisc. periheg. 140* procurrunt).

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ⓘ *aliis*: Ov. hal. 42 dum ... hamus ... ora patentia *piscis* -at. Manil. 2, 339 *linea trigoni* viae -et dispendia recta. *peculiariter de venis, quae explorando non iam percipiuntur*: Pavl. Petric. Mart. 2, 523 fila ... venarum *puellae aegrotantis* rupto pereuntia pulsu ... quaerentem -ere dextram.

b *morte*: α *forma 'ille -it vitam sim., homines'*: Naev. trag. 28 ubi ... volucres lino -ant lumina (Cic. carm. frg. 11 [de consul.], 24 vitalia. 22, 5. 24, 1 vitae [*Hom. H 89 κατατεθνηῶτος*]. Lvcr. 3, 542. 5, 989 dulcia ... l. vitae. Homer. 361 optata. *cf.* Plavt. Cist. 643 lumen). Verg. Aen. 10, 856 nunc vivo neque adhuc homines lucemque relinquo; sed -am (Clavd. 5, 21 cum luce simul -enda potestas). Hor. carm. 2, 14, 21 visendus ater ... Cocytos ..., -enda tellus et domus et ... uxor (*cf.* Stat. silv. 5, 1, 181 thalamos *i. coniugem*). Sil. 11, 438 -entes vitam ... olores (Cypr. Gall. gen. 339. Cod. Theod. 9, 12, 1 [re- *Cod. Iust. 9, 14, 1, 1*]. Cael. Avr. chron. 2, 13, 166. 3, 8, 123 CE 1290, 5). CE 474, 13 (*s. II ex.?*) bene -ere nato(s) (475, 11. 476, 11). *al.* β *forma 'anima -it illum'* (*cf.* Serv. *infra l. 51*): Acc. trag. 605 *si* anima corpus -erit (Carm. Gell. 19, 11, 4 vers. 14 me. Prvd. ham. 941 corporis ... hospitium). Sen. dial. 10, 20, 2 quem ... spiritus liquit (Sil. 6, 52 ora. 6, 126 artus).

c *languore (cf. etiam l. 5 et 53 et sub II)*: α *active*: Ov. met. 8, 364 terga parantem vertere succiso -erunt poplite nervi. Sen. Oed. 595 nos liquit animus (epist. 77, 9 aliquando. Cvrt. 8, 2, 38 a., qui ... corpus sustentaverat, liquit. Plin. nat. 30, 48 quos -it a. aut quorum alienatur mens aut quibus vertigines fiunt [*inde* Plin. med. 2, 4, 5 Marcell. med. 20, 132]). Cvrt. 3, 5, 3 corpus vitalis calor liquit (8, 4, 8. Avian. fab. 9, 14 solitus mentis -erat ossa c. [*sec. Verg. Aen. 3, 308. al., ubi* re-]). Sil. 9, 51 quam subitus -at pallentia corpora sanguis (*metu*). β (*medio*)*passive*: Ov. epist. 2, 130 -or et ancillis excipienda cado. Sen. dial. 3, 12, 1 vir bonus non flebit nec -etur animo? (epist. 57, 5 Cvrt. 4, 6, 20. 9, 5, 28. Scrib. Larg. 189 a. subinde -untur deficiuntque. Svet. Iul. 45, 1 repente).

2 *praetereundi vel dimittendi* (Gloss.): **a** *incorporaliter, sc. sensu potius translato quam novato* (*syn.* mittere, transire Decl. in Catil., Hor.): α *de dicentibus, scribentibus*: Cic. de orat. 3, 38 -amus ... haec, quae cognitionem habent facilem. 3, 180 -amus naturam (*antea tractatam*) artesque videamus. Decl. in Catil. 61 perpauca satis attigisse fuerit ...; -o telorum ... copiam ...; mitto litteras ... ; (*62*) transeo rem *eqs.* Veg. mil. 1, 8 ista ... tamquam nota -entes (re- *var. l.*). Arator act. 2, 1051. β *usu vario* (*fere affini ad p. 1460, 66sqq.*): Verg. Aen. 3, 160 longum ... fugae ne -e laborem. Hor. carm. 3, 8, 28 (*17* mitte ... curas) dona praesentis cape laetus horae: -e severa. Val. Fl. 1, 631 -ite, terrae, spem pelagi (*neglegendo, destituendo*: Sil. 13, 287 qui frangere ... gaudebit pacta ac tenues spes -et amici). 3, 59 exsilit ... somnia ... toris simulacraque ... -ens. Ps. Cato dist. 2, 3 -e metum leti. Arnob. nat. 2, 12 res patrias. 2, 60 ista ... -ere et posthabere. 2, 66 religionem. Prvd. cath. 1, 19 (*10* cubile spernere) quietem. Victorin. Macc. 32 mihi -ere certum est, quidquid, saeve, iubes. *al.*

b *corporaliter, sc. sensu pleno (poetice)*: α *i. q. dimittere*: Verg. Aen. 3, 140 -bant dulces animas (Serv.: quare anima dicitur relinqui et non magis relinquere? *eqs.; simili inversione* Garg. Mart. med. 16 quibus anima [*om.* Plin. Val. 4, 15] -itur, odore succurrit *cucumis. locutiones sollemnes v. supra l. 18. 31 et sub II. cf. Hymn. Apoll. 361 λεῖπε δὲ θυμόν iuxta Λ 470 τὸν μὲν λίπε θυμός sim.*). 11, 827 -bat habenas ad terram ... fluens *Camilla*. Arator act. 2, 120 -ere ... reos (*121* absolvere vinctos. *aliquem ut* 2, 959 fuit optio -i, quem velles, ... tibi *sc. Iudaeae* [*cf. Vulg. Matth. 27, 17* quem vultis, dimittam vobis]). β *i. q. navigando praeterire*: Verg. Aen. 3, 705 te ... datis -o ventis, ... Selinus. Ciris 473 -itur ... Delos (*aliter* Verg. Aen. 3, 124 -imus Ortygiae portus). Ov. met. 14, 4sq. iam ... Aetnen ... -erat *Glaucus* ..., -erat et Zanclen *eqs.* 15, 703 *navis* praeter ... litora fertur, -it Iapygiam *eqs.* fast. 4, 564. Stat. Theb. 1, 335 (*332* praeterit). Avson. 205, 7sq. p. 63 P. te fabulantem non Vlixes -ret, liquit canentes qui melodas virgines (*cf. Hom. μ 197 παρήλασαν*). Clavd. 15, 506.

B *respicitur potius status remanentis*: **1** *cum acc. obi.*: **a** *accedunt determinationes (hic illic inter se mixtae)*: α *indicatur, ubi vel qua condicione*: Ⓘ *per praepos., locat. sim.*: Plavt. Asin. 280 erum in obsidione -et (CE 52, 6 [*aet. fere Gracch.*] in terra [Varro Men. 516 Sen. Herc. O. 1024 Ennod. carm. 1, 9, 120]. 362, 5 [*s. I a. Chr.*] in maeroribus. Cic. Arat. 375 Catvll. 64, 133. Lvcr. 3, 713 *seq.* insunt. 3, 718 Verg. Aen. 9, 726. *al.*). Pseud. 141 hos domi -ere custodes (Stat. Theb. 7, 520 Tac. hist. 3, 25, 2 Avson. 403, 22 p. 236 P.). Lvcr. 1, 373 quia post (*adv.*) loca pisces -ant, quo *eqs.* (*praepos.*: Manil. 4, 159 *astrologi* p. ... ipsos sidera -unt [*v. Bühler, Hermes 87, 1959, 480*]. Sen. Phaedr. 936. Stat. Theb. 9, 224 p. terga [Prvd. ham. 844 CE 1238, 12]. *al.*). 1, 875 hic (Avg. serm. Rev. Bén. 49, 1937 p. 273, 94 CE 688, 5. 1389, 8). 2, 476 superā (*cf.* Val. Fl. 7, 643 super). Verg. Aen. 1, 517 classem quo litore -ant (*abl. ut* Sil. 4, 257 Stat. Theb. 6, 155. 904. *cf. p. 1462, 31*). 2, 597 ubi fessum aetate parentem -eris Anchisen (Val. Fl. 1, 560 Stat. Theb. 8, 139). Hor. sat. 1, 9, 74 sub cultro (Sen. Herc. O. 1612 Val. Fl. 6, 140 Stat. silv. 5, 1, 107 Drac. Romul. 7, 126). Ov. fast. 6, 340 ad ripas (CE 1349, 1 ad ubera [1847, 1]). Sil. 15, 245 incustoditam sine milite -erat urbem (Stat. silv. 5, 2, 65 prolem s. praeside). *al.* Ⓘ *per acc. praedic. (exempla significantiora; gerundivum v. infra l. 36)*: Plavt. Capt. 282 quid pater, vivitne? :: vivum ... liquimus (Drac. Romul. 8, 538). Cic. Arat. 451 -ens vestigia ... antepedum contecta *Centaurus*. Catvll. 64, 123 ut eam devinctam lumina somno -erit ... discedens ... coniunx. Lvcr. 1, 702 quare quisquam ... omnia tollat et velit ardoris naturam -ere solam (Verg. Aen. 9, 482 *matrem* [*inde* Hos. Geta Med. 36]). 2, 46 *mortis* timores ... vacuum pectus -unt curaque solutum (Sen. Ag. 857 Lvcan. 9, 162). 6, 832 uti locus hic -atur inanis. Verg. georg. 4, 303 sic positum ... -unt *vitulum* (Lvcan. 6, 826). Aen. 4, 390 *Dido* fugit ... -ens multa metu cunctantem et multa parantem dicere *Aenean* (Serv. auct.: alii pro 'deficiens' accipi volunt more antiquo, sicut 'delinquere' pro 'deficere'). 5, 93. Germ. 132 *Virgo* abit ... attonitos -ens populos (*gr. 128 ἐλίμπανε παπταλώντας*. Val. Fl. 7, 102). *et saepe. cum vocibus* in- *privativo ornatis*: Verg. Aen. 7, 308 nil -ere inausum (Mart. 2, 14, 1 n. intemptatum [Hor. ars 285] Selius, n. -it i.). 9, 288 hanc ... ignaram ... inque salutatam -o (Ennod. epist. 7, 4, 1 p. 174, 25). 10, 720 infectos -ens profugus hymenaeos (Val. Fl. 3, 117). Hor. carm. 1, 35, 36 quid intactum nefasti liquimus? Ov. met. 7, 762 talia ... inulta (Treb. Gall. 9, 2). *al.* Ⓘ *per abl. absol.*: Hor. carm. 1, 28, 33 precibus non -ar inultis. Sil. 15, 438. 655 Avian. fab. 30, 2. Sidon. epist. 3, 3, 7 quos humari nox ... prohibuerat, decervicatis liquere cadaveribus (*seq.* dimisisse truncatum).

Ⓘⓥ *per adv. modale*: Prisc. Anast. 57 impune sceleratam -ere gentem.

β *indicatur, cui*: Cic. carm. frg. 33 -amus amicis maerorem (*Solon frg. 22, 6 D. φίλοισιν καλλείποιμι ... ἄλγεα κτλ. cf.* CE 1285, 1 tibi ... dolorem. 1581, 2 luctum ... suis). Catvll. 64, 59 irrita ventosae -ens promissa procellae. Lvcr. 5, 5 talia nobis ... praemia liquit *Epicurus tamquam heredibus* (Trag. inc. 104 sceptra [regna *var. l.*] mihi. Sen. Med. 618 regimen magistro. Sil. 11, 178 cui sacra pater, cui nomina liquit. *al.*). Verg. Aen. 5, 795 socios ignotae -ere terrae (ignota ... terra *var. l.*). 10, 559 alitibus -ēre feris (Sil. 2, 269 cadaver). Val. Fl. 1, 280 *Phrixus fugit* -ens Athamanta Learcho. 1, 661 pateram, quam ... -erat hospitio (*i. hospiti eiusque domui*) ... Salmoneus. *et saepius. additur locutio finalis*: Catvll. 64, 287 Penios ... Tempe ... -ens ... celebranda choreis (*cf.* Stat. Theb. 3, 389 ista ... superis curaeque medenda [-ntia *P*, -nti *Garrodius*] -ite ... meae). Pavl. Nol. carm. 10, 331 Christo tantum me -e probari.

b *in univ.*: Cic. Arat. 465sq. crus dextrumque pedem -ens obit ... Perseus ..., tum cedens a puppi -itur Argo. carm. frg. 11 (de consul.), 46 avolsa pedum vestigia liquit *lupa* (Lvcr. 3, 320 Avien. orb. terr. 333. 1033 Pavl. Petric. Mart. 5, 747). rep. 6, 2 vocis et gravitatis suae -it illum tristem ... sonum. Verg. Aen. 4, 71 *cervam* fixit pastor ... telis liquitque ... ferrum nescius (*cf.* Sen. Phaedr. 729 ensem [897]). 10, 509 (*ad Pallanta mortuum*) ingentes Rutulorum -is acervos. Plin. nat. 2, 222 exhausto ... dulci ... omne asperius ... -atur (*cf.* 15, 22). *al.*

2 *pass. impers.* -itur *i. restat*: Lvcr. 2, 914 nec ... neque ...; -itur, ut *eqs.* (5, 795). Sil. 4, 626 vix cernere -itur undas (*cum inf. ut* 9, 164 -etur iniquis non ultra superis nostros celare labores).

II *intransitive* (*cf.* delinquere *et v.* Serv. auct. *supra l. 12*): **A** *i. q. deficere, ἐκλείπειν*: **1** *spectat ad languorem* (*cf. p. 1461, 21sqq.*): Lvcr. 3, 598 animo male factum esse ... aut animam -isse (*antea*: labefacta videtur ire anima *eqs.*). Cvrt. 6, 1, 15 -ente spiritu pariter ac sanguine. 6, 9, 33 -ente animo (7, 9, 14. 9, 5, 11 -entem revocavit a.). Amm. 31, 13, 10 nostros iam -ente venarum calore torpentes.

2 *spectat ad copiam imminutam*: . Verg. (?) catal. 13, 35 -erunt (-ere *var. l.*) opes fameque genuini crepant? (*vix ad* liquesco; *v. p. 1481, 40*). Prisc. Anast. 209 nec sensum populis caeli penuria praebet (*i. nec sentitur a populis c. p.*), si desint imbres, nec -it copia victus.

B *poetice i. q. peccare* (Gloss.^{L} III Abstr. li 25 li[n]quit: peccavit aut dimisit [*cf. DE 24* deliquit: peccavit]. V Abba li 61 -it: peccat, dimisit): Drac. satisf. 39 (*de peccatoribus punitis*) liquit et antistes *Zacharias* ... elinguisque fuit voce tacente silens (*Vollmer in ed. mai. contulit laud. dei 2, 686* incurrit culpam; *cf. Blomgren, Eranos 64, 1966, 55. vix respicitur Vulg. Luc. 1, 22* egressus).

compos.: de-, relinquo.

linteāmen, -inis *n.* [*cum* linteum, linteatus *conferendum. Sch.*] *scribitur* lentia- Pap. Corp. 254 (*saec. II in.*), 11. 34. Inscr. Notiz. Scavi 1913 p. 311 (*a. 231*). CIL IX 1655 *et saepe in codd.* -tia-, -thea- *sim. saepe in codd.*, -tim- Oribas. syn. 6, 20, 4 p. 108 (*errorem scribae pro* -tiam- *esse coni. Svennung, Wortstud. 92*). *legitur inde ab epistula militis* Pap. Corp. 254 (*saec. II in.*), Apvl., Itala; *in poesi deest.*

i. q. linteum, ὀθόνιον (Gloss.; *respicitur vel pannus vel merx lintea, materia sim.*): **1** *in vestitu: sacerdotum, angelorum*: Apvl. met. 11, 10, 2 candido -e cinctum pectoralem adusque vestigia strictim iniecti *antistites*. Itala apoc. 15, 6 (codd. g h *et* Vvlg. *var. l.*) angeli ... vestiti -n (*gr. λίνον, Vulg.* lino, lapide *var. ll.*). Sacr. Gelas. 695 M. praefatio -um: ... quemadmodum vestimenta pontificialia ... ornamentaque et -a fieri ... docuisti (*cf. Vulg. lev. 8, 7* subucula linea), ... consecrare ... digneris haec -a in usum altaris tui ad tegendum involvendumque corpus et sanguinem filii tui. *aliorum*: Pap. Corp. 254, 11 (*saec. II in.*) acu⟨m⟩ -aque mi mandavit. 254, 34 mater ... vendidit -a. Itala Os. 2, 5 (Wirc., cod. 176. *al.*) amatores meos,

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui dant . . . vestimenta mea et -a mea (*gr. ὀθόνια, Vulg.* linum *ut* 2, 9 [*ibid.*]). Lampr. Alex. 40, 10 boni -is adpetitor et quidem puri, dicens: . . . quid opus est purpura in linea? Heliog. 26, 1 -n lotum numquam attigit. Hier. epist. 77, 5 oderat Fabiola gemmas, -a videre non poterat, ornamenta fugiebat. 108, 5 mollia -a. Vvlg. Is. 3, 22 Cod. Theod. 8, 5, 48, 1 Vict. Vit. 3, 48. Vita Melaniae 4 (*antea*: vestimentum grossiorem laneum) pretiosis -bus. **31.** *tropice*: Op. imperf. in Matth. 51 p. 925^{D} si -a gratiarum . . . tollens *diabolus* . . . fecerit te . . . nudum (*antea*: vestimenta iustitiarum).

2 *in sepultura Christi, Christianorum*: Itala Luc. 24, 12 (codd. f δ = Vvlg.) *Petrus* vidit -a sola posita (*gr. ὀθόνια. cf.* Ioh. 20, 5sqq. [cod. a *al.* = Vvlg.] videt posita -a *ille alius discipulus*, venit *Petrus* . . . et videt -a posita et sudarium . . . non cum -bus positum [*cf.* Hier. epist. 120, 5 -a separata et sudarium . . . seorsum p.]). Ioh. 19, 40 (cod. a *al.*) acceperunt . . . Iesum et adligaverunt illum -bus (*gr. ὀθονίοις, Vulg.* linteis). Hier. in Matth. 27, 59 (*antea*: ex simplici sepultura) quod corpus domini non auro, gemmis et serico, sed -e puro obvolvendum sit (Maximin. hom. [Rev.Bén. 40, 1928, 64] 14, 16 obvoluta -bus membra *Lazari. cf.* Avg. in psalm. 65, 7 involveris -bus [Isid. epist. 7, 5 mundis]). Lib. pontif. p. 97, 2 corpus . . . cum -bus et aromatibus . . . tractans recondens sepellivit. *al.* *tropice*: Bachiar. repar. laps. 11 sepeliatur mortuus . . ., nos autem consolationis -a et caelestis spei pigmenta tribuamus.

3 *vario usu*: Inscr. Notiz. Scavi 1913 p. 311 (*a. 231*) aes vestem -n ceteraque populo divisit (*in titulo gemino* CIL IX 1655 *suspense scriptum* lentiam, *quod edd. vix recte a* linteus *derivant*). Expos. mundi 31 quidnam unaquaeque civitas proprium habet, exponamus . . .: in -a sunt hae: Scythopolis, Laodicia, Byblus, Tyrus, Berytus, quae -n omni orbi terrarum emittunt (*sing. de materia ut*: 63 -n pro velaria et funium usum. Origo Rom. chron. I p. 145, 17 attulit *navis Alexandrina* . . . -n, carta, vitria. Pallad. hist. mon. I 2 p. 258^{B} omnes . . . isti *monachi* manibus conficiunt -n). Capitol. Alb. 4, 6 ita candidus statim toto corpore *nascens filius*, ut -n quo exceptus esset, vinceret. Optat. 6, 1 p. 145, 9 in peragendis mysteriis ipsa ligna -e cooperiri (*item de velamine altaris, sacrorum*: Hier. c. Vigil. 5 pulvisculum nescio quod in modico vasculo pretioso -e circumdatum osculantes adorant. *al., v. etiam* Sacr. Gelas. *sub 1*). Hier. epist. 108, 20, 3 -e ad tergendas solum manus utebantur. 125, 2, 2 in specie candidissimi -is (*sec. act. 10, 11*). *al.*

deriv.: linteaminarius.

linteāmentum, -ī *n.* [*cum* linteum, linteatus *conferendum. Sch.*] *i. q. linteamen* (*cum quo variat in cod.* Gloss. V 223, 9): Not. Tir. 97, 87 (*inter* linteum *et* sindonem) -um.

linteāmināris linteamina (*vel* lintea) vel vendens vel faciens Gloss. II 586, 13. 31 (*scrib. in codd.* linthe-, lenti-). *a* linteamen.

linteārius, -a, -um. *a* linteum. *scrib.* lenti-, linti- *hic illic in titulis, v. infra,* lintenanus CIL IV 2308, line- Gloss. III 201, 43 (*huc traxit Götz notione nisus*). *legitur in titulis (cf. Diz. epigr. s. v.), papyro et apud iurisconsultos, grammaticos. abit in serm. graec. λεντιάρι(ο)ς.*

i. q. ad lintea pertinens: **1** *adi.*: CIL IV 3340 C 1 pers⟨cr⟩iptio auctionis lintiariae. Vlp. dig. 14, 4, 5, 15 duas negotiationes exercebat *servus*, puta sagariam et -am (*cf.* CIL V 5932 negotiatoris lentiari et castr⟨e⟩nsari. VI 9670 ⟨negoti⟩ator -us). CIL XIII 1995 artis lintiariae (*cf. infra sub 2b*).

2 *subst.*: **a** *de hominibus* (*masc.; fem. l. 63*): *α i. q. linteo* (*cf.* Gloss. *ὀθονιοπώλης. ὀθονιακός. λινουργός*): CIL IV 2308 (*forma sane mira, v. supra*). Pap. Corp. 145, 17 (*c. a. 200?*) Arrianus -us. CIL XIII 1998 (*s. III in.*) lintiari. Vlp. dig. 14, 3, 5, 4 quibus *institutoribus et circitoribus* vestiarii vel -i dant vestem circumferendam et distrahendam. Cod. Theod. 10, 20, 16 ex corpore gynaeciariorum vel -orum sive linyfariorum. Isid. reg. monach. 20, 1 *ad custodem sacrarii* pertinebit . . . ordinatio quoque -orum, fullonum, calcearіorum atque sartorum. CIL II 4318^{a} Fulvia -a. VI 7468. 9526. XI 6228 lintiario. (XII 3340 *lapis perit; trad etiam* -tae-.). 4484 ⟨l⟩intiari. *β i. q. capsarius (ad rem v. Oehler, RE V 2741, 24sqq.): exempla, sc. titulorum, non exstant nisi graeca, v. Diz. epigr. s. v.*

? **b** *fem. de arte vel negotiatione* (*cf. sub 1*): CIL III 5800 (= Inscr. Baiuar. Vollmer 111) negotiator(es) vestiariae et ⟨lint⟩iariae (*suppl. ex apographis*).

c *neutr. fere i. q. capsa, ubi lintea asservantur: non nisi graece exstat* Inscr. Année épigr. 1972 p. 157 n. 543 (*s. III?*) *κατεσκευάσθη τὸ λεντιάριον.*

λινουφός **linteātor,** lini textor Gloss. II 361, 24 (*inter* linio *et* linteo). *a* linteum.

linteātus, -a, -um. *a* linteum. *scribitur* lente- Alc. Avit. hom. 18 p. 127, 18 *in pap.*, linti- Tert. *in parte codd.*

i. q. linteo tectus, vestitus (*transfertur ad legionem sub velo lineo conscriptam* Liv., Pavl. Fest.): **1** *de hominibus*: Liv. 10, 38, 12 ea legio *Samnitum* -a ab integumento consaepti, ⟨in⟩ quo sacrata nobilitas erat, appellata est (10, 38, 13. Pavl. Fest. p. 115 l. Samnitum -a appellata est, quod Samnites intrantes singuli ad aram velis linteis circumdatam non cessuros se Romano militi iuraverant. *cf.* Liv. 10, 41, 10 -ae cohortes). Sen. dial. 7, 26, 8 laurum . . . -us senex et . . . lucernam . . . praeferens (*sc. Isidis sacerdos. cf.* Tert. test. anim. 2 p. 137, 13 anima . . . pallio Saturni coccinata et deae Isidis -a [*sc. pallio?* lino tecta *Iunius dubitanter*]). Serv. Aen. 8, 33 quod . . . ait 'tenuis . . . carbasus' docet quaedam sacra pure a -is debere fieri. Hier. epist. 117, 6, 2 inter . . . comatos -osque iuvenes (*cf. Cic. Catil. 2, 22* manicatis et talaribus tunicis, velis amictos, non togis). Sidon. epist. 8, 3, 5 inter purpuratos -um *virum* . . ., venerabili squalore pretiosum. Isid. orig. 19, 23, 6 sagati sunt Alamanni, -i Indi. **2** *de sede episcopali*: Pacian. epist. 2, 3 p. 29 quem absentem epistula episcopum fecit, quem consecrante nullo -a sedes accepit (*sc. minime vacans, cf. Athanas. apol. 17 p. 276^{C} τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς*). **3** *de rebus*: Alc. Avit. hom. 18 p. 126, 34 (*contextu manco*) *ut in baptisterio quaedam* -a succrescant.

m. pro subst.: Serv. *supra.*

cf. linteamen, linteamentum.

linteo, -ōnis *m.* *a* linteum. *cf.* 2. linio. *scrib.* -tio- *in titulis* (*praeter* Edict. imp. Diocl., Inscr. Epigraphica) *et in* Gloss. *i. q. opifex textilium linteorum* (Gloss. II 361, 25 *λινουφίων* -o. Gloss.^{L} II Philox. li 69 -o [lintes *trad.*] *λίνυφος. v. etiam sub* 2. linio. *frustra postulabat* Caper gramm. VII 105, 16 -o mercator dicetur [*ne exemplo l. 32 allato quidem probatur*]): Plavt. Aul. 512 propolae, -es, calceolarii *eqs.* CIL XII 5970 (*saec. I*). *?* Fast. min. dom. Aug. Antiat. a. 43 (CIL I^{2} p. 247) Zelus Aug(usti) lin⟨tio⟩. Edict. imp. Diocl. 21, 5 L. -i . . . in opere primo pasto *tot nummos* . . ., in opere secundo pasto *tot*. Lampr. Alex. 24, 5 -um . . . vectigal. Firm. math. 3, 6, 4 -es *nascuntur in domo Veneris* (*item* 3, 11, 18. 4, 14, 13). Serv. Aen. 7, 14 apud maiores stantes texebant, ut hodie -es videmus. Veg. mil. 1, 7 dulciarios, -es omnesque, qui aliquid tractasse videbuntur ad gynaecea pertinens, . . . pellendos a castris. Diosc. 5, 160 p. 239, 8 -es ad dealvanda linteamina utuntur *lapide quodam* (*gr. 5, 134 ὀθονιοποιοί*). Cod. Theod. 10, 20, 8 qui -es retentare dicuntur. 13, 5, 13 de -bus (lintrionibus *vel* lintrariis *Gothofredus dubitanter*) et navicularіis. Cod. Iust. 10, 48 (47), 7 (*a. 357*) negotiantes vestiarios, -es, purpurarios et parthicarios, qui devotioni nostrae deserviunt, visum est secundum veterem consuetudinem . . . immunes esse (*Basilica οἱ πραγματευόμενοι . . . τὴν ὀθόνην*). CIL V 1041. XI 3209 magist⟨ro collegi⟩ -ion⟨um⟩. Inscr. Epigraphica 20, 1958 p. 150.

deriv.: linteonarius.

***linteolum,** -ī *n. et* **linteolus,** -a, -um. *a* linteum (linteus) *deminutive. scribitur in codd. etiam* lenti-, lente-; linti- Pap. Corp. 304, 14. *subst. masc.* linteolus Caes. Arel. *cod. optimo, v. p. 1465, 20. legitur apud* Plavtvm *et inde a* Celso, *praecipue apud script. rei med.* ['*linteum*' *vi deminutiva deficiente: dalm.* lenzul; *it.* lenzuolo; *sard. centr.* lentólu, *mer.* lentsólu *etc.; raet. occ.* lintsoel *etc., or.* lintsul; *francog.* linceul (*et var. dial.*); *prov. vet.* lensol, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llençol; *hisp.* lenzuelo; *port.* lençol. *cf. M.-L. 5070. Wartburg V 366sq. Battisti-Alessio III 2203. Wagner II 21. Corominas III 88. Machado II 1317sq. St.*]

A *subst. i. q. modicus pannus lineus* (*resp. gr. ὀθόνιον, ubi nihil adnotatur; de linamento lucernae* Prvd. cath. 5, 18): **1** *in vestitu* (*deminutive dictum ex affectu videtur apud* Plavt.): Plavt. Epid. 230 (*223* induculam) quid istae quae vesti quotannis nomina inveniunt nova, tunicam rallam, tunicam spissam, -um caesicium. Tert. virg. vel. 17, 2 *feminae quaedam* modice -is, credo, ne caput premant, nec ad aures usque demissis cerebro tenus operiuntur. Hier. epist. 64, 13 est . . . byssinum pilleolum *cidaris* et sic fabre opertum -o, ut nulla acus vestigia forinsecus pareant. in Mich. 3, 9sqq. p. 1184^{C} quid prodest circa collum ad abstergendos sudores -um non habere . . . et praeferre habitu paupertatem? Sedvl. carm. pasch. 5, 24 *Christus* -o adcinctus (*op. pasch. 5, 2* linteo). Ven. Fort. vita Radeg. 9, 21 quotiens quasi mavortem novum lineum savanum auro vel gemmis ornatum . . . vestiebat . . ., indignam se adiudicans tali componi -o (*seq.*: pro palla ponebatur *vestimentum* . . . super altare).

2 *in medicina imponitur vulneri sim.* (Gloss. III 206, 37 mo[r]taria -a): **a** *exempla varia*: Cels. 2, 33, 3 madens *vino aqua aceto* . . . vel lana sucida vel etiam -um (5, 26, 33^{B}. 7, 26, 5^{B} duplex aut triplex. *al.; cf.* 5, 28, 3^{E} *linamenta* -o contegenda . . . madefacto [6, 19, 2]. 8, 8, 1^{C} tinctum. *sim. al.*). 4, 2, 8 imposito sinapi . . ., ante -o subiecto, ne vehementer adrodat (*item defendit ab acribus remediis*: 5, 28, 3^{D} contegendus ante -o est *nervus nudatus*, ne *eqs.* 7, 26, 5^{C}. Plin. nat. 22, 69 supposito. *sim. al.*). 5, 26, 33^{B} solani folia . . . inlita -o superinicienda (*illinitur -um emplastro sim.: v. vol. VII 382, 81sqq. 383, 18. 78. cf.* 5, 28, 12^{H} emplastrum in -o superimponendum fistulae. 8, 4, 22 -o medicamentum habente contegenda est *exulceratio*. Plin. nat. 23, 75 vulneribus in -is inponitur amurca, luxatis in lana). 7, 15, 2. Arnob. nat. 5, 23 saucium *Iovem* . . . et in mendacium vulneris laneis fasceis -isque contectum. Chiron 23 -is calciaturam bene facies (*inde* Veg. mulom. 1, 26, 2 -is munies *ungulam* diligenter). Hier. in Os. 6, 2 p. 867^{A} *μότα* appellantur -a, quae inseruntur vulneribus, ut putridas carnes comedant et extrahant purulentias. Vvlg. Ezech. 30, 21 ut ligaretur *bracchium fractum* pannis et farciretur -is. *al.* **b** *exempla indicantia formas, species* (*selecta*): Cels. 6, 18, 8^{B} -um aut panniculus quadratus *eqs.* Scrib. Larg. 53 semen -o spisso inligatum (55 Plin. med. 3, 30, 13. *al.; cf.* Marcell. med. 1, 24 denso [Cass. Fel. 66 p. 162, 5]). 205 -a carpta plurima *vulneri imponere* (237 [Marcell. med. 33,

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4]. *cf.* PLIN. nat. 28, 216 concerptis [*Diosc. 2, 78, 2 κροκύδα*]. *al.*). 227 tenue simplex rarum (CAEL. AVR. acut. 2, 37, 197 CASS. FEL. 19 p. 30, 3. 29 p. 58, 14. 38 p. 85, 6. *cf.* CHIRON 660 -a tenera [MARCELL. med. 1, 23]. CASS. FEL. 30 p. 60, 17 molli). AVG. doctr. christ. 1, 28 sicut -um vel rotundo vulneri rotundum vel oblongum oblongo ligaturamque ipsam ... similem similibus coaptat *medicus.*

3 *vario usu:* COLVM. 11, 3, 32 raris -is complura grana *porri* illigantur atque ita obruuntur (*sim.* 11, 3, 33. *inde* PALLAD. 5, 3, 2 rariore). 12, 48, 1 aspero -o vel etiam cilicio detergeto *harenam radici inhaerentem.* PLIN. nat. 14, 106 rosae foliis tusis in -o in mustum collatis cum ponduscul o, ut sidat (*in eadem re* DIOSC. 5, 39[2] p. 183, 26 mittes *squillam tunsam* in -o raro et ligas; quod -um musto novo infundis. *item e -is fiunt sacculi ad aromata potionibus sim. infundenda:* PLIN. nat. 29, 95. MARCELL. med. 36, 53 *species* singulis -is alligato ..., deinde decoque. THEOD. PRISC. eup. faen. 34. *al.*). 20, 183 destillationem narium discutit *git* tusum in -o olefactum. 20, 184. *al.* APVL. apol. 53, 4 (*2* sudariolo. *7* involucro. *8* linteum) habuit Apuleius quaepiam -o involuta apud lares Pontiani (*excipiuntur sacra sim. ut:* CAES. AREL. serm. 227, 5 p. 854, 29 nitidum exhibent mulieres -um, ubi corpus Christi accipiant. 229, 4 p. 863, 17. 19 -a nitida [-os nitidos *W*] exhibent *mulieres*, in quibus sacramenta ... percipiant; ... considerent, ut, quomodo nitida -a exhibent, sic etiam nitidas animas suas exhibeant. *cf. p. 1463, 34 sqq.*). met. 2, 30, 9 nasi ... dedecus -o isto pressim adglutinato decenter obtexi. CHIRON 346 *res quasdam* per -um colato. *al. de lucernae linamento:* PRVD. cath. 5, 18 cava testula *lucernae* sucum -o suggerit ebrio (*cf. p. 1468, 4*).

B *adi. i. q. linteus:* PRVD. perist. 3, 180 membra tegit *nix* ... pallioli vice -i (*iuxta 165* lacteolus, *197* aureolus *metri gratia*).

linteōnārius, -ī *m. a* linteo. OP. imperf. in Matth. 38 p. 840 -us comparat linteamina, ut vendat et ostendat.

linter (lunt-, lynt-), -tris *f.* (*m. infra l. 49 sq.*). [*comparatio formae primariae* lunter *cum nortveg. vet.* lūðr *facta propter sonos fallax videtur. Sch.*] *scripturam* lun-, *quam testantur linguae Romanicae (v. infra), antiquiorem fuisse demonstrare conatus est* Bücheler, *Kl. Schr. I 50 sq., cuius exemplis addas* GLOSS.[L] II Philox. LV 41; *in codd. antiquissimis scribitur* lyn- (*cf.* lintrarius): CIC. Mil. 74 *P.* VERG. georg. 1, 262 OROS. hist. 5, 14, 2. 3. *de formis: nom.* -r (*testatur* PROB. cath. gramm. IV 17, 3): TIB. 1, 5, 76. 2, 5, 34 Ov. fast. 2, 864 PRISC. gramm. II 151, 18. 169, 15 GLOSS. lintris: SIDON. carm. 5, 283 ISID. orig. 19, 1, 25. GLOSS. (*ubi et* linteris, lintus, lentis, lentris, lentrix). NOT. Tir. *infra. acc. plur.* -is *habet* CATO agr. 11, 5, -eis *refutat Varro apud* PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 164, 26 B. *de genere agit* PRISC. gramm. II 151, 18 -r ..., quod apud Graecos masculinum est *ὁ λουτήρ* (*λουντ- var. l. def.* Bücheler *loc. cit. p. 51*), apud nostros femininum est (*cit. ?* LIV. ANDR. carm. frg. 42). 169, 15 vetustissimi *tamen confuderunt genera* ... ut hic et haec ... lembus, -r, lepus (*e Capro et Probo*). *fem. exhibent ?* LIV. ANDR. carm. frg. 42 TRAG. inc. 90 (*?*). CAES. Gall. 1, 60, 4 LIV. 21, 26, 8. 21, 27, 8 EPICED. Drusi 428. *al.; masc.* (*cf.* lintriculus) *usurpant* TIB. 2, 5, 34 VELL. 2, 107, 2. *? neutr.* lyntreum *p. 1466, 54.* NOT. Tir. 110, 62 lintris (lent- *F*). *de notione v. infra. legitur inde a ?* LIV. ANDR. (*v. infra l. 70*), TRAG. inc., CATONE. [*a forma* lunter: *val.* luntre; *sic.* luntru, *neap. vet.* londra. *cf. M.-L. 5071. Wartburg V 367. Battisti-Alessio III 2266. St.*]

i. q. alveus ligneus: **A** *de navicula (maxime fluminibus, lacubus idonea; maritimo cursu non nisi l. 71. p. 1466, 4. 11. 50; cum gen. explicat.* cumbarum -es IORD. Get. 280): **1** *definitiones sim.* (*v. etiam* NON., SERV., SCHOL. Verg. *sub B*): GELL. 10, 25, 5 *inter navium appellationes in historiis veteribus repertas.* SERV. auct. georg. 1, 262 pleraque pars Venetiarum ... -bus exercet omne commercium ut Ravenna, Altinum, ubi et venatio et aucupia et agrorum cultura -bus exercetur. BOETH. categ. 2 p. 224[B] sunt ... quaedam naves, quae remis penitus non utuntur, ut -es quas solo subigunt conto. ISID. orig. 19, 1, 25 lembus navicula brevis, qui ... dicitur et cumba et caupulus, sicut et -is, id est carabus, quem in Pado paludibusque utuntur. GLOSS. -r *εἶδος μονοξύλου πλοίου πρωτοκατασκεύαστον* (*cf.* -is *μονόξυλον nec non p. 1466, 6. 28*). navicula modica. navicula parva de uno ligno. -es naviculae modicae in Nilo. *al. v. in thesauro glossarum.*

2 *cetera exempla:* **a** *proprie* (*Charontis p. 1466, 9*): *α iuxta verbum vehendi, motum indicans: -r est subi. vel obi. actionis: ?* LIV. ANDR. carm. frg. 42 (*nisi est frg.* LV. *historici, v. Sc. Mariotti, Liv. Andr., 1952 p. 78*) iam in altum expulsa -e (expulsam -em *var. l.*). CAES. Gall. 7, 60, 4 conquirit etiam -es: has magno sonitu remorum incitatas *eqs.* (*dist.* naves). HOR. sat. 1, 5, 20 nil cum procedere -em sentimus *mulis ductam.* TIB. 2, 5, 34 qua Velabri regio patet, *olim* ire solebat exiguus ... -r (*cf.* Ov. fast. 2, 391 hic, ubi nunc fora sunt, -es errare videres. *de eadem re Prop. 4, 9, 6* velificabat). PROP. 1, 14, 3 *in Tiberi* tam celeres ... currere -es et ... tam tardas funibus ire rates (*cf.* SIDON. epist. 1, 5, 6 discursu -ium). Ov. fast. 6, 779 ferte coronatae iuvenum convivia -es (*777* celeri ... cumba). LIV. 21, 27, 8 ad traiciendum iam paratas aptatasque habebat pedes -es, eques fere propter equos naves, navium agmen ... parte superiore transmittens tranquillitatem infra traicientibus -bus praebebat. VELL. 2, 107, 2 (*1* cavatum, ut illis *Germanis* mos est, ex materia conscendit alveum) adpulso -e (*postea:* reversus in naviculam. TAC. hist. 5, 21, 2 *Classicum* adpulsae -es vexere).

SIDON. carm. 5, 283 Hercynii nemoris si stipite -is texta ... pro Rheno sulcat Hydaspen. *-r est instrumentum actionis* (*sc. abl. praeter l. 14*): TRAG. inc. 90 (*versus a Cicerone allatus, ut adversarium ludibrio haberet*) nisi si qua Vlixes -e evasit (intervasit *vel* rate evasit *trad.*) Lartius. CIC. Mil. 74 -bus in eam insulam *Prilii lacus* materiem ... convexit (PLIN. nat. 6, 105 piper monoxylis -bus Becaren convehunt [*inde* SOL. 54, 8]). MAECEN. Sen. epist. 114, 5 (*vituperat Sen.* eloquentiam ebrii hominis ... errantem et licentiae plenam) ut alveum -bus arent versoque vado remittant hortos. EPICED. Drusi 428 quem semel umbrifera navita -e tulit. VAL. MAX. 2, 4, 5 -e Ostiam petens *Valesius.* PLIN. nat. 6, 104 longe a terra abest navium statio -busque adferuntur onera. AVSON. 415, 31 p. 274 P. *mercator* acatis, phaselis, -bus, stlattis, rate Tarnim et Garumnam permeat. AMM. 16, 11, 9 nancti ... vacuas -es *sc. Germanorum* per eas licet vacillantes evecti rediere. 24, 4, 9 nostri milites ... -bus (itineribus *trad., def.* Petschenig, *Philologus 50, 1891, 352*) et cumbis per varia discurrentes (*antea:* alveis arborum cavatarum invecti *Parthi*). CLAVD. 21, 206 *Germani* transvecti -bus amnem. *β varia:* CAES. Gall. 1, 12, 1 *Ararim* Helvetii ratibus ac -bus iunctis transibant (*cf.* AVSON. 349, 10 p. 168 P. -bus in geminis constratus ponto sit an pons. OROS. hist. 5, 14, 2 alium *pontem* conpactis -bus catenisque conexum superstratis confixisque tabulis instruxit *rex Avernorum*; ... [3] *Galli transeuntes* mox cum ipsis -bus mersi sunt). 1, 53, 2 -bus inventis (*syn.* navicula). civ. 1, 28, 4 duas ... naves ... scaphis -busque reprehendunt, reprehensas excipiunt. HOR. epist. 1, 18, 61 partitur -es exercitus, Actia pugna ... per pueros ... refertur. LIV. 21, 26, 8 ingens coacta vis navium est -iumque temere ad vicinalem usum paratarum; novasque alias ... cavabant ex singulis arboribus ([*cf. Polyb. 3, 42, 2 sq. τά τε μονόξυλα πλοῖα πάντα καὶ τοὺς λέμβους*]. SIDON. carm. 5, 398 -e cavata ... exponit equos [*ad equos vehendos non apta est -r* LIV. *p. 1465, 80*]. *cf. l. 56. p. 1465, 82*). TAC. hist. 5, 23, 1 *Civilis* complet quod biremium quaeque simplici ordine agebantur; adiecta ingens -ium vis; ... et simul captae (actae *C. Heraeus*) -es sagulis ... pro velis iuvabantur. ann. 11, 18, 2 -bus ... *Chaucorum* depressis (*opp.* triremes *Romanorum, syn.* levibus navigiis). AMPEL. 8, 4 statim excipitur -bus *qui Leucade saxo desiluit.* AMM. 17, 13, 17 impositi -bus ... velites (*syn.:* navigia *nec non* gentiles lembos et nota *sc. Sarmatis* remigia). CLAVD. 8, 624 ausi Danuvium ... tranare Gruthungi in -es fregere nemus (*cf.* SIDON. carm. 7, 326 cecidit ... Hercynia in -es et Rhenum texuit alno). CYPR. GALL. exod. 60 modicam ... -em, *cui Moyses infans impositus est* (*syn.* 63 cymbae; *at Itala exod. 2, 5 Lugd.* thibin, *Vulg.* fiscellam). SEDVL. op. pasch. 3, 6 parvae -is tabulata conscendit (*praeter morem carbaso instructae, cf. l. 32 et carm. pasch. 3, 47* robora cumbae). IORD. Get. 280 nec cumbarum indigeat -es *Danuvius constrictus.*

b *in imag.* (*addas l. 3 supra*): CIC. Brut. 216 ex eo *Curione* in utramque partem toto corpore vaccillante quaesivit *C. Iulius,* quis loqueretur e -e (*inde* QVINT. inst. 11, 3, 129). TIB. 1, 5, 76 utere ... dum licet: in liquida nat (nam *var. l.*) tibi -r aqua (*locos similes congessit Schuster, Tibullstudien 130 sq.*). Ov. fast. 2, 864 venimus in portum libro cum mense peracto, naviget hinc alia iam mihi (mea *var. l.*) -r aqua. ANTH. 738, 1 qui modica pelagus transcurris -e Maronis (*cf.* SEDVL. epist. 1 p. 2, 1 qui ... tam immensum paschalis pelagus maiestatis viris quoque peritissimis formidandum parva tiro -e cucurrerim).

B *de labro quodam agricolarum* (*sc. maxime ad uvas condendas adhibito. fort. huc pertinet* GLOSS. II 432, 45 *σκάφη* scafa lyntreum hoc alveum): CATO agr. 11, 5 (quo modo vineae iugera C instituere oporteat) alveos XL, ... -is II. VERG. georg. 1, 262 cavat *agricola* arbore -es (*explic.* NON. p. 535, 5 naves fluminales [*fortasse haud inepte, cum rates fabricentur georg. 2, 445*]. *sim.* SERV. *et* SERV. auct., *qui addit:* alii -es, in quibus uva portatur, accipiunt. SCHOL. Verg. Bern.: sive naves significat, sive vasa concava in quibus premuntur uvae). TIB. 1, 5, 23 mihi servabit *Delia* plenis in -bus uvas.

deriv.: lintrarius, lintriculus, lintrizo.

ˣlinteum, -ī *n. et* **linteus,** -a, -um. [*v. ad* linum. *Sch.*] *scriptura* -tiu-, *quam reprobat* PROB. app. gramm. IV 198, 31, *non exstat nisi in forma* lenti- (*abiit in gr. λέντιον, cf. λεντίκιον* Pap. Oxyrrh. 1741, 10): ITALA Ioh. 13, 4 sq. cod. d *et nonnumquam in codd. rec.* len-: CIL XIV 2215, 19. ORIBAS. *saepius. v. etiam supra et l. 72. masc. substantivi* ORIBAS. syn. 3 add. p. 895 lenteos. 7, 11, 15 La p. 143 lenteus. *al.* NOT. Tir. 97, 86 -um (*ante* linteamentum). *legitur subst. inde a* PLAVTO, CATONE, *adi. inde a* CIC., NEP., LIVIO. [*subst.* -um: *it. mer.* lintsa *etc.; sard. centr. vet.* lintha; *cat.* llenç; *vocali primae syllabae mutata* (*lenteum): *it.* lenza; *sard. centr. vet.* lenθu; *prov. mer.* lensi *etc.; cat.* llensa; *hisp.* lienzo; *port.* lençɔ. *cf. M.-L. 5072. Wartburg V 367. Battisti-Alessio III 2202 sq. Wagner II 30 sq., 21. Corominas III 88 sq. Machado II 1317 sq. St.*] [*falso trad.* GAIVS inst. 3, 192 sq. *pro* licium.]

I *subst.:* **A** *i. q. ὀθόνη, ὀθόνιον* (GLOSS.), *res e lino texta* (*cf.* DIFF. Suet. p. 307, 31 Roth -a sunt contexta velut tunica, stragulum, velum; lina, quae singulis positis filis habent ... intervalla. AVG. cons. euang. 3, 23, 60 p. 351, 8 -a ... generaliter dicuntur quae lino texuntur). *significantur:* **1** *manutergium, sudarium sim.* (GLOSS. III 657, 16 da mihi sabanum ..., da mihi -um ad faciem. *sim. al.*): PLAVT. Curc. 578 -um ... extersui (-sum *trad.; cf.* APVL. met. 1, 23, 8 -a tersui ... profers). Most. 267 -um cape atque exterge tibi manus. AFRAN. com. 414 ut tibi cervicem fingam (*i. tergeam*) -o. CATVLL. 12, 3 tollis

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a neglegentiorum. 12,11 mihi -um remitte ..., verum est mnemosynum ..., nam sudaria Saetaba ... miserunt mihi *sodales*. VARRO ling. 5, 21 -um, quod teritur corpore, extermentarium *dicitur*. CELS. 3, 6, 9 -um tepefacere ..., membra detergere. SEN. epist. 95, 47 vetemus -a et strigiles Iovi ferre (PETRON. 91, 2 PLIN. nat. 28, 55. 31, 131 IVV. 3, 263). PETRON. 28, 2 tergebatur *Trimalchio* non -is, sed pallis ex lana mollissima factis. MART. 12, 70, 1 -a ferret Apro cum vernula *eqs.* (*cf.* IVV. 14, 22 uritur *servus* ardenti duo propter -a ferro. CIL III 7373 [*textu correcto ex* IG XIII 8 p. VII] ser(vus) a -is). 12, 82, 7 -a si sumes, nive candidiora loquetur *Menogenes*, sint licet infantis sordidiora sinu. 14, 51, 2 curvo destringere ferro, non tam saepe teret -a fullo tibi. *al.* *v. etiam l. 66.*

2 *cribrum sim.*: CATO agr. 87 id *sc. amyli faecem* in -um novum indito, exprimito cremorem (156, 3 eximito *manipulum brassicae coctae* in -um, exurgeto sucum ... in pocillum fictile. VITR. 7, 14, 1 coicient *tectores* ⟨in⟩ -um *violam aridam*, et inde manibus exprimentes recipiunt in mortarium aquam ... coloratam. PLIN. nat. 14, 108. 34, 172 in -is raris. *al.*). COLVM. 6, 33, 1 semine ... pastinacae pinsito et per -um super oculos expresso (SCRIB. LARG. 43. 156. 268. 271. PLIN. nat. 21, 22 spissum. 28, 145. *al.*). PLIN. nat. 18, 77 emollitum *amylum* -o. 25, 164 sucus -o colatus (PS. THEOD. PRISC. add. p. 309, 2 colabis -o). 33, 104 tritum *stibi* in aqua triplici -o saccant (sicc- *var. l.*). 34, 104 lapidem ... tundit ..., mox -o cribrat. *al.*

3 *velum navium* (*maxime in poesi; plur. praeter* CATVLL. 4, 5; *cf. p. 1468, 9sq.*): CATVLL. 4, 5 sive palmulis opus foret volare sive -o. 64, 225 infecta *pulvere* ... suspendam -a malo (PROP. 3, 21, 13 iungite ... extremo felicia -a m. OV. epist. 5, 53 SIL. 1, 689). VERG. Aen. 3, 686 (*683* vela) dare -a retro (HOR. epod. 16, 27 neu conversa domum pigeat d. -a. PROP. 3, 4, 7 date -a prorae. OV. am. 3, 11, 51 [*in imag.*]. epist. 3, 58 te d. ... -a plena [vela *var. l.*] Notis. 20 [21], 82 parca. met. 7, 40 NEMES. cyn. 58. *cf. dictionem plenam* -a veli *infra sub 7*). HOR. carm. 1, 14, 9 non tibi (*navi*) sunt integra -a. 4, 12, 2 impellunt animae -a Thraciae. PROP. 3, 7, 5 ad Pharios tendentem -a portus (*cf.* AVIEN. orb. terr. 609 intendite [*in imag.*]). OV. am. 2, 11, 41 Zephyri veniant in -a soli. epist. 2, 125. ars 2, 432 tument -a. met. 9, 592. 13, 195. GERM. 407 (*Arat. 424 λαίφεα*). AETNA 244 quo rapiant nautae, quo sidere -a pandant (RVT. NAM. 1, 278. CORIPP. Ioh. 1, 240 omnia nautae vela levant, totis pandentes -a flabris). CIRIS 460 magna ... sinuantur -a coro. LVCAN. 5, 430. 9, 328. VAL. FL. 4, 83 cava. *al.*

4 *fomentum, emplastrum sim.* (*adhibetur lanugo -orum l. 51sqq.*): CELS. 2, 17, 9 fomenta ... sunt ... *sal* in -um coniectum ..., etiam solum -um (*ad fovendum ut*: PLIN. nat. 28, 223 *fel* -o calefacto impositum. *ad refrigerandum*: ORIBAS. syn. 6, 22, 3 Aa -a facta superponis praecordiis unum, et tepuerit, mu[l]tas alium [*gr. ψυκτηρίοις*]). 5, 18, 4 -o ante ... madefacto inlinitur *medicamentum* (MARCELL. med. 36, 5 ut inlinas *sc. medicamine* -um delicatissimum. *al.*; *cf.* RVF. podagr. 32 sunt *adiutoria* quae inlinuntur, sunt quae in -o ducuntur et sic imponuntur). 8, 10, 1^{F} super has *fascias* iniciendum *sc. fracturae* latiore -o ceratum est, quod eas contineat (*cf.* CASSIOD. in psalm. 146, 3 ossa fracta atque contrita -orum illigatione constringunt *medici*). *al.* -orum lanugo *sim.*: PLIN. nat. 19, 21 -orum l., e velis navium maritimarum maxime, in magno usu medicinae est et cinis spodii vim habet. 34, 133 -orum cinerem (*Diosc. 5, 75, 15 ῥάκη λινᾶ*). 36, 153. ORIBAS. syn. 7, 18, 4 La p. 150 rasura (*gr. ξύσμασι ὀθονίου*). 7, 18, 12 La p. 151 carpia de -o (*Aa* carpia sicca, *gr. ξηρὰ τιλτά*). *al.*

5 *vestimentum hominum*: CVRT. 8, 9, 21 capita -is vinciunt *Indi* (HIER. epist. 14, 2, 2 caput opertum -o. RVFIN. hist. mon. 7 p. 411^{B} stupeum collobium ... et -um quod collum et caput obvolveret. PALLAD. hist. mon. I 1 p. 251^{B} non -o usus est nisi eo, quo velaret caput [*gr. p. 15, 14 B. ὀθόνην*]. *cf.* PAVL. FEST. p. 57 capital: -um quoddam, quo in sacrificiis utebantur. ISID. orig. 19, 31, 2 in -o, quod est in fronte feminarum). PETRON. 95, 8 sordidissimo praecincta -o anus (*cinctus servilis etiam* SVET. Cal. 26, 2 cenanti modo ad pluteum modo ad pedes stare succinctos -o *viros illustres* passus est. *cf.* ITALA Ioh. 13, 4 [cod. d, *sim.* VVLG.] accipiens -um cinxit semet ipsum; (5) ... coepit lavare pedes ... et tergere de -o, quod erat cinctus [*gr. bis λέντιον. cf.* AVG. in euang. Ioh. 55, 7 quid mirum si praecinxit se -o, qui formam servi accipiens habitu *eqs.*]). APVL. met. 11, 27, 4 vidi quemquam de sacratis -is iniectum (*in cultu Isiaco ut*: TERT. coron. 8 l. 21 cum -o circumstringitur *Christus*, propria Osiridis veste. *de levitis*: CYPR. GALL. exod. 1106 -a ... nivoso albentia textu in laxos cohibere sinus atque indere membris praecipitur *eqs.* [*sec. exod. 28, 40*: tunicas lineas *Vulg.*]. 1322 lutea perspicuo ... -a peplo). *al.*

6 *ligatura, textum sim. cadaveribus involvendis, sepeliendis aptum* (*cf.* APVL. met. 2, 24, 2 *p. 1468, 7*): TERT. spect. 1, 26 p. 25, 25 -um in somnis ostensum *mortem adnuntiat.* ITALA Ioh. 19, 40 (cod. b *al.*, *sim.* VVLG.) ligaverunt eum *Iesum* -is cum aromatibus (*gr. ὀθονίοις, cod. a al.* linteaminibus. *cf.* HIL. in Matth. 33, 8 sub -i huius nomine consepeliri Christo ecclesiam). PRVD. cath. 10, 50 honor ultimus accipit artus ..., candore nitentia claro praetendere -a mos est. SVLP. SEV. Mart. 12 2 quia ... agente vento -a corpori superiecta volitarent. PAVL. PETRIC. Mart. 1, 338. 2, 231. GREG. TVR. Franc. 6, 29 p. 268, 4. PALLAD. hist. mon. I 2 p. 261^{A} corpore involuto in -o (*gr. p. 31, 7 B. ὀθονίοις, II 5 p. 351*^{A} sindone).

7 *variae res* (*exempla selecta post* LIV.): PLAVT. Bacch. 446 (*441* puer paedagogo tabula disrumpit caput) it magister *obiurgatus a patre pueri* quasi lucerna uncto expretus -o (*versu varie temptato, fortasse interpolato; linamentum lucernae intellegit Watt, Class. Quart. 43, 1949, 16*). TITIN. com. 146 occupa foras exire, foris ut praesit -um (*sc. velamen, ut vid.*). CIC. Rab. Post. 40 (*antea*: merces) chartis et -is et vitro *navibus Aegyptiis delatis* (*cf. p. 1463, 30*). LVCR. 4, 84 (*75* lutea russaque vela *in theatris*) -a de summo ... corpore fucum mittunt. CATVLL. 64, 243 -a veli (AVSON. 394, 27 p. 253 P. *cf.* LIV. 26, 47, 9 -is et ... alia materia ad classem aedificandam. 28, 45, 15 -a in vela). LABER. mim. 151 elutriare -a. SALL. hist. frg. 4, 65 equis paria operimenta erant, ⟨nam⟩que -o (lina, linco *var. ll.*) ferreas laminas ... adnexuerant. LIV. 10, 38, 5 mediis fere castris *Samnitum* locus *sanctus* est consaeptus cratibus pluteisque et -is contectus. FEST. p. 157 minora templa fiunt ab auguribus, cum loca aliqua tabulis aut -is sepiuntur. PHAEDR. 2, 5, 12 -o Pelusio. APVL. apol. 53, 8 -um in mensa positum ... sine ullo sigillo, sine vinculo (*cf.* VLP. dig. 28, 1, 22, 7 si -o, quo tabulae *testamenti* involutae sunt, signa impressa fuerint). met. 2, 24, 2 corpus *mortui* splendentibus -is coopertum introductis ... septem testibus manu revelat. ITALA act. 10, 11 (cod. d) ex quattuor principiis ligatum vas quo⟨d⟩dam et -um splendidum (*gr. σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην*, VVLG. velut -um magnum. *explicant varii vario modo, e. g.* RVFIN. Orig. in gen. 2, 5 p. 36, 16 unum fidei -um ... quattuor euangeliorum initiis alligatum). *al.*

B *transfertur ad texta ex aliis herbis confecta*: PLIN. nat. 12, 38 quae *cucurbitae lanigerarum arborum* ... ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso -o faciunt; ... (39) Iuba circa fruticem lanugines esse tradit -aque ea Indicis praestantiora (*cf.* 1, 12, 22 ex quibus arboribus -a in oriente fiant).

II *adi.*: **A** *i. q. lino textus*: **1** *vestes, vestimenta*: **a** *variorum*: CIC. Verr. II 5, 146 proferebant ... purpuram Tyriam ... vestemque -am (in -a *var. l.*) ..., ut intellegeretur ex mercibus, quibus ex locis navigarent (PLIN. nat. 19, 8 APVL. met. 4, 11, 7 COD. Theod. 10, 20, 6 PRVD. perist. 5, 341. COD. Iust. 11, 8, 14 privatae vel -ae v. magistri [*cf.* lintearius]. *v. etiam sub b et p. 1463, 26*). NEP. Iph. 1, 4 pro sertis atque aencis -as dedit *loricas* (SVET. Galba 19, 1. *cf.* LIV. 4, 20, 7 in thorace -o scriptum). LIV. 9, 40, 2 tunicae ... argentatis *militibus Samnitum* -ae candidae *erant* ([*cf.* linteatus]. 22, 46, 6 Hispani -is praetextis purpura tunicis ... constiterant. GLOSS. II 431, 42 *σινδών* t. -a). VLP. dig. 34, 2, 23, 2 tunicae, penulae, -a vestimenta (AVIEN. orb. terr. 1315 [*Dionys. periheg. 1116 ἱστοὺς ... λινεργέας, cf. Prisc. periheg. 1016* tegmina lini]). NON. p. 540, 8 supparum est -um femorale. AVIEN. orb. terr. 1368 solvunt ... -a Bacchae vincula (*sc. strophia*). AVSON. 152, 2 p. 6P. sindonem. AMM. 17, 12, 2 loricae ... -is indumentis innexae (19, 8, 8. 31, 2, 5. *v. etiam sub b*). CORIPP. Ioh. 2, 135 -a taetrum palla caput *Maurorum* stringit. CIL II 462, 10 paenula -a.

b *sacerdotum, mystarum sim.* (*cf.* lineus *p. 1442, 20*): SVET. Otho 12, 1 sacra ... Isidis saepe in -a religiosaque veste ... celebrasse (APVL. met. 11, 10, 1. CIL XIV 2215, 14 *v. sub* lineus). APVL. met. 2, 28, 2 iuvenem ... -is amiculis iniectum (*cf.* 11, 23, 4 -o rudique ... amicimine). 11, 14, 3 sacerdos ... praecipit tegendo mihi -am dari laciniam (*opp.* nefasto tegmine). AMM. 29, 1, 31 -is quidam indumentis amictus calciatusque itidem -is soccis ... supersistit cortinulae sacerdos.

2 *libri sim.*: LIV. 4, 7, 12 in -is libris (*al. v. p. 1274, 4sq.*). PLIN. nat. 13, 88 cur, si iam hic erat usus *chartae*, in plumbeis -isque voluminibus scriptitatum constet (13, 69 publica monumenta plumbeis v., mox et privata -is confici coepta aut ceris). SYMM. epist. 4, 34, 3 Marciorum ... divinatio caducis corticibus inculcata est, monitus Cumanos -a texta sumpserunt (*seq.* sericis voluminibus Achaemenio more. *cf. Claud. 26, 232* carbasus). COD. Theod. 11, 27, 1 aereis tabulis vel cerussatis aut -is mappis scribta per omnes civitates proponatur lex.

3 *varia*: GRATT. 87 (*describitur ibi formido vitiosa*) -a ... expositis lucent anconibus arma. PAVL. FEST. p. 115 aram velis -is circumdatam *apud Samnites*. CELS. 2, 17, 9 sal sacco -o excipitur (PLIN. med. 3, 30, 6 [*Plin. nat. 31, 100* linteolo]). 5, 26, 24 fascia (8, 10, 1^{D}. *cf.* SCRIB. LARG. 47 fasciola). 8, 10, 1^{E} pannis. CE 2054, 6 (= CIL IV 7698; *praecepta in taberna*) mappa torum velet -a nostra, cave (*sic distinxit Birt, Phil. Woch. 49, 1929, 1133sq.*; -a *subst. esse, appos. ad* mappa, *coni. Wick, Iscr. metr. Pomp. 18. cf.* NON. p. 537, 19 plagae: grande -um tegmen, quod nunc torale ... dicimus. AMM. 16, 8, 8 -orum toralium purpureos clavos). ORIBAS. syn. 7, 20, 4 La p. 153 motus -us (*gr. τὸν ἐκ τῶν τριχῶν μοτόν*). ISID. orig. 10, 119 *histriones* habentes simulacra oris -a gipsata et vario colore distincta.

B *i. q. lino netus*: AMM. 23, 4, 14 muliebris coli ..., quo nentur -a stamina.

deriv.: lintearius, linteator, linteatus, linteo, linteolum, linteolus. *cf.* linteamen, linteamentum.

lintrārius (lynt-), -ī *m.* *a* linter. lynt- *in lapidibus semper* (*excepta falsa Ligoriana* CIL VI 1874 *variisque lectionibus titulorum deperditorum* II 1182 VI 9531); *item in cod. Florentino Digestorum.* *i. q. exercitor lintrium* (*cf.* scapharius *sim.*): VLP. dig. 4, 9, 1, 4 (*e Labeone*) de recepto navicularius tenebitur; de exercitoribus ratium, item -is nihil cavetur *edicto*. CIL II 1182 -orum omnium patrono -i Canamenses. VI 9531 lyntr(ario) q(uin)q(uennali). XIV 4459 (*saec. II ?*) lyntr⟨ari(i)⟩. *v. etiam p. 1464, 30.*

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lintriculus (lunt-), -ī *m.* *a* linter *deminutive.* *i. q. scapha, linter brevissima (per hyperbolen)*: Cic. Att. 10, 10, 5 ego . . . vel luntriculo (*corr. Victorius.* vel lutridiculo *Z* [lintri- *teste Bosio*]. vellunt ridiculos *M*^{1}, *al. sim.*), si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio (*cf. 10, 11, 4* parvo . . . navigio; *ibid. et* ἀφράκτῳ navigans *et* actuariola).

lintris *v.* linter.

lintrizo navigo Gloss. I 302. *a* linter.

? **linugio,** -īre. *vox onomatopoetica (nisi depravatum ex* iugio, iugilo, *quas conferas voces. v. etiam* lupio *nec non vol. VIII 985, 68sqq.).* *de voce milvorum*: Gloss. I 91 milvus -it.

***līnum,** -ī *n.* [*celt. et germ.* līn- *fortasse mutuata e lat.* līnum; *hoc quomodo cohaereat cum lat.* linteum (-us) *atque cum gr. λίνον, lituan.* linaĩ, *slavon. vet.* lьn-, *quibus omnibus* -i- *brevis inest, haud facile enucleaveris; cf. quae ad* 2. lens *monuimus. Sch.*] Isid. orig. 19, 27, 1 deflexum . . . nomen eius a Graeco, nam -um Graeci linarium (*λινάριον edd.*) dicunt, sive quod sit molle et lene. *scrib.* linn- Ps. Apvl. herb. app. 20 l. 4. *gen. sg.* -ei Pap. Corp. 40, 27 (*vertitur Babr. 11, 3 λίνου*). *neutr. esse testatur* Dvb. Nom. gramm. V 581, 28 (*affertur* Sidon. epist. 9, 13 vers. 33). *masc.* -us (*cf.* Itala Matth. 12, 20 [codd. a b *et var. l. in codd. Vulg*] -um fumigantem): Op. imperf. in Matth. *p. 1471, 4sq.* Oribas. syn. 9, 40 (70) add. Aa p. 343 Gloss. III 594, 67. 628, 55. li- *longum esse testatur* Serv. ecl. 4, 57 *adiciens*: cum producatur apud Graecos. Not. Tir. 110, 29 -um (*antea*: funicula, retis). *legitur inde a* Naevio (*v. sub IIA1*), Plavto. [*val.* in; *it.* lino; *sard. centr. et mer.* línu; *raet. occ.* łin, *or.* lin; *francog.* lin (*et var. dial.*); *prov. vet.* lin, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* lli; *hisp.* lino; *port.* linho. *cf. M.-L. 5073. Wartburg V 367sqq. Battisti-Alessio III 2241. Wagner II 31. Corominas III 104. Machado II 1342. St.*] [*falsa var. l. pro* lignum (*saepe, e. g.* Plavt. Pseud. 42), *pro* 1. limus (Verg. Aen. 12, 120). *falso tradi vid.* Cels. 8, 9, 1^{D} ceratum ex -o (*coni.* lycio *vel* irino).]

i. q. λίνον (Gloss.; *distinguitur a* lintea Diff. Suet. p. 307, 31 Roth, *v. s.* linteum): **I** *respicitur planta vel materia artis nendi, texendi*: **A** *de semine, granis* (*dicitur maxime* -i semen, seges *sim.*, -um Cato, Varro rust. 1, 23, 2 Colvm. 2, 7, 1. *al.; cf.* Gloss. -i semen: *λινόσπερμον*): **1** *ad culturam pertinentia* (*fusius* Plin. nat. 19, 2sqq.): Cato agr. 48, 2 *cupressi* semen serito crebrum tamquam -um (*idem praeceptum ex Minio Percennio Nolano* 151, 3. *cf.* Colvm. 2, 10, 17 quam spississimum semen eius -*i solo* committi). Varro rust. 1, 23, 2 in pingui *terra seruntur* . . . quae cibi sunt maioris, ut . . . -um (*inde* Plin. nat. 18, 165). Verg. georg. 1, 77 urit . . . -i campum seges. 1, 212 -i segetem . . . humo tegere. Gratt. 57 primas -orum . . . messes. Colvm. 2, 10, 17 -i semen, nisi si magnus est eius in ea regione . . . proventus . . ., serendum non est; agris enim praecipue noxium est. *al.* **2** *varia exempla*: Varro rust. 3, 9, 20 farciunt *gallinas* turundis hordeaceis partim admixtis [e] farina lolleacia aut semine -i ex aqua dulci (*item in cibo* [*cf.* 1, 23, 2 *supra sub 1*]: Plin. nat. 18, 73 vicenis hordei libris ternas seminis -i et coriandri selibram . . . torrentes omnia ante miscent *Graeci* in mola [*inde* Plin. med. praef. 6]). Cels. 2, 33, 5 calfacit . . . ex qualibet farina cataplasma, sive tritici . . . vel -i vel fenigraeci (6, 7, 1^{B}. Scrib. Larg. 187 -i seminis f. [Plin. med. 21, 1. *al.*]). *al., saepe apud script. rei med.* *indicatur pretium*: Edict. imp. Diocl. 1, 22 L. -i seminis *pretium* (*gr. λινοσπέρμου*). *adhibetur ad oleum faciendum*: Vitae patr. 3, 51 oleum de -i semine expressum (*gr. Nau 1908 p. 51 n. 151 ἔλαιον ἀπὸ λινοσπέρμου. aliter 5, 4, 59* raphanelaeum).

B *de herba, stipula, fibra vel de materie nenda, texenda* (*fusius* Plin. nat. 19, 9sqq.): **1** *abl. (gen.) materiae vel* de, ex (*loco corrupto* Varro frg. Non. p. 483, 37): Cic. Verr. II 5, 27 reticulum . . . tenuissimo -o, . . . plenum rosae (*abl. nudus ut*: Plin. nat. 18, 108 cribrorum genera Galliae saetis equorum invenere, Hispaniae -o excussoria et pollinaria. Sil. 3, 375 superba *Saetabis* . . . Pelusiaco filum componere -o. Itala deut. 22, 11 [Monac., *sim.* Lugd.] non indues fucatum lana et -o in unum [*gr. ἔριια καὶ λίνον ἐν τῷ αὐτῷ,* Vvlg. ex lana -oque contextum]. Ivvenc. 4, 723 [*sec. Matth. 27, 59, ubi Vulg.* sindone] fulgida -o texta. Non. p. 541, 12 pallium . . . -o tenui). Varro rust. 1, 22, 1 de cannabi, -o, iunco . . . *fiunt* funes, restes, tegetes (*cf.* 1, 23, 6 cannabim, -um, . . . spartum, unde nectes bubus soleas, lineas. Cvrt. 8, 9, 14 terra -i ferax, inde plerisque sunt vestes). Plin. nat. 10, 96 ex -o intexens *nidum* (Gaivs epit. 2, 1, 5 si . . . ex -o alieno vestimenta fecerit. Pavl. sent. 3, 6, 79 ex lana et -o texta. Pallad. hist. mon. I 1 p. 255^{B} ex -o opus . . . faciens [*gr. p. 21, 20 B. νήθουσα τὸ λίνον,* II 3 p. 318^{B} nens -um]. Isid. orig. 19, 22, 17. *v. etiam supra* Vvlg.). Prisc. periheg. 1003 -i . . . Arachotas utentes laenis (*Dionys. periheg. 1096 λινοχλαίνους*). **2** *varia exempla* (*selecta*): Caes. Gall. 3, 13, 6 *navibus Venetorum* pro velis alutae . . ., sive propter -i inopiam atque eius usus inscientiam, sive quod *eqs.* Plin. nat. 19, 10 Hispania citerior habet splendorem -i praecipuum. 19, 13 Italia et Paelignis etiamnum -is honorem habet, sed fullonum tantum in usu; nullum est candidius lanaeve similius. Vlp. dig. 32, 70, 11 -o . . . legato tam factum quam infectum continetur quodque netum quodque in tela est. Tert. pall. 3, 6 -i herbida post virorem lavacro nivescunt (*cf.* Hier. tract. in psalm. I p. 101, 8 -um multo labore . . . in candorem venit, quoniam cum de terra nascitur . . ., nigrum est). Vopisc. Aurelian. 45, 1 vectigal ex Aegypto . . . vitrei, chartae, -i, stuppae . . . constituit. Filastr. 117, 5 operabantur *mulieres* purpuram et byssum et -um (*cf.* Vvlg. Is. 19, 9 qui operabantur -um plectentes [pect- *var. l.*] et texentes subtilia. prov. 31, 13 quaesivit lanam et -um et operata est. Vitae patr. 6, 3, 11 opus *monachi* . . . erat -i textura. Pallad. hist. mon. I 18 p. 295^{A} faciens opus -i). *allegorice*: Evcher. form. 7 p. 42, 1 -um: spiritalis fortitudo vel candor (*cf.* Caes. Arel. serm. 139, 2 lana carnale aliquid significat, -um spirituale). Greg. M. moral. 8, 57 per -um . . . subtilitas designatur.

II *respiciuntur res e -o confectae*: **A** *proprie*: **1** *retia, adhibita*: **a** *in aucupio*: Naev. trag. 28 saltus . . ., ubi bipedes volucres -o linquant lumina. Ov. rem. 208 alite capta aut -o aut calamis. Manil. 5, 373 volucrem . . . super surgentia ducere (deicere *var. l.*) -a. **b** *in piscatu* (*cf. l. 60 sqq.*): Verg. georg. 1, 142 pelago . . . trahit umida -a (Mart. 10, 37, 16 illic piscoso modo vix educta profundo impedient lepores u. -a meos. Avian. fab. 38, 10 Arator act. I, 993. *cf.* Avson. Mos. 243 umentia). Ov. met. 3, 586 -oque solebat et hamis decipere et calamo . . . ducere pisces. 13, 931 dum -a madentia sicco (fast. 6, 239). Sil. 5, 583 alimenta . . . ducere suspenso per stagna . . . -o. 7, 503 ducit sinuato captivum *piscem* ad litora -o (*cf.* Ivvenc. 1, 423 sinuosa volumina -i). Ivv. 4, 45 cumbae -ique magister. 5, 102 contemnunt mediam temeraria -a Charybdim. Hil. trin. 2, 13 *Iohannes euangelista* piscator egens . . . manibus -o occupatus (-tis *var. l.*) . . ., pedibus limo oblitus. Svlp. Sev. dial. 3, 10, 2 mitte -um tuum, raptura proveniet. Cassiod. var. 11, 40, 7 plumbati -i insidias. **c** *in venatu* (*cf.* Ov. met. 7, 768 *infra sub 2b*): Ov. met. 3, 148 (*loq. Actaeon*) -a madent . . . ferrumque cruore ferarum. 3, 153 nodosa . . . tollite -a (7, 807). Mart. 10, 37, 16 *v. supra sub b.*

2 *fila, funes sim., adhibita*: **a** *in obsignandis testamentis sim.* (*ad rem v. Wenger, RE II A 2394. 2399sqq.*): Plavt. Bacch. 715 ecfer . . . stilum, ceram et tabellas, -um. 748 cedo tu ceram ac -um actutum; age obliga, obsigna cito (*sc. tabellas cera ac -o, ut vid., cf.* Gaivs inst. 2, 181 *infra; obsignatur ipsum -um*: Fronto p. 19, 20 v. d. H. [p. 24 N.] versus . . . ita remisi: chartam diligenter -o transui et ita -um obsignavi, ne *eqs.*). Cic. Catil. 3, 10 tabellas proferri iussimus, quae a quoque *reo* dicebantur datae: primo ostendimus Cethego, signum cognovit, nos -um incidimus (*al. v. vol. VII 1, 909, 40sqq.*). Ov. Pont. 2, 9, 70 *non* mea subiecta convicta est gemma tabella mendacem -is (lign- *al. var. ll.*) imposuisse notam. Qvint. inst. 12, 8, 13 -um ruptum . . . aut sine agnitore signa frequenter invenies (Vlp. dig. 37, 11, 1, 11 aliter r. vel . . . putrefactum. Pavl. sent. 4, 6, 1 ut agnitis signis, rupto -o, aperiatur *testamentum* et recitetur. *cf.* 4, 8, 1 qui . . . ipsi -um, ut intestati decederent, abruperunt). Svet. Nero 17 adversus falsarios . . . repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter -o per foramina traiecto obsignarentur (*sim.* Vlp. dig. 37, 11, 1, 11 si ter forte vel quater -um esset circumductum, . . . signatas tabulas . . . extare, quamvis . . . rosa sit pars -i. Pavl. sent. 5, 25, 6 decrevit *senatus* eas tabulas, quae . . . contractus scripturam continent, . . . ita signari, ut . . . perforatae triplici -o constringantur atque impositae supra -um cerae signa imprimantur). Gaivs inst. 2, 181 proprio -o propriaque cera consignamus *tabulas substitutionis* (*item fere* Inst. Iust. 2, 16, 3). Apvl. apol. 89, 3 porrige tu Aemiliano tabulas istas: -um consideret, signa . . . recognoscat.

b *in variis rebus*: Pacvv. trag. 251 suta compages alvei navis -o et sparteis serilibus (*in fabricatione navium ut* Plin. nat. 24, 65 *temporibus Homericis*, cum fierent sutiles naves, -o tamen non sparto umquam sutas. *cf.* Fest. p. 343 *serilla navigia* -o ac sparto condensantur). Lvcil. 1192 -i . . . mataxam (*cf.* Varro frg. Plin. nat. 36, 91 *labyrinthum Porsennae* si quis introierit sine glomere -i *eqs.*). Prop. 2, 14, 8 Daedalium -o cum duce rexit iter. Ov. ars 2, 46 *Daedalus* disponit . . s pinnas et leve per -i vincula nectit opus (*cf.* met. 8, 193 -o . . . et ceri. alligat *pennas*). met. 7, 768 *bestia* summa . . . transibat positarum -a plagarum. 13, 923 modo ducebam ducentia retia pisces, nunc . . . moderabar harundine -um (*in usu piscatorum ut*: hal. 48. Petron. frg. 50, 10 tereti -o. Plin. nat. 24, 65 -a piscatoria. Gloss. II 387, 3 *δρμιὰ ἡ τοῦ ἀγκίστρου·* -um, hamus). fast. 3, 587 parant torto subducere carbasa -o. Cels. 3, 21, 8 -o cotidie ventrem metiri et . . . notam imponere. 7, 4, 4^{A} foramine *cutis* specillum educi -o sequente *eqs. al.* Colvm. 12, 36 ramulos . . . -o colligatos (*cf.* 12, 46, 5 -o vel sparto ligata. Plin. nat. 24, 170 herba . . . inligata [in] -o rufo. *sim. al.*). Plin. nat. 10, 71 (*e Fabio Pictore hist. gr. frg. 24 P.*) ut -o ad pedem eius *hirundinis* adligato nodis significaret, quoto die . . . eruptio fieri deberet (30, 101 urucam in linteolo ter -o circumdant totidem n. [*cf.* Marcell. med. 10, 70 -o rudi ligatum tribus n.]. *al.; ad rem v. Wolters, Faden und Knoten als Amulett, Arch. Rel. Wiss. 8, 1905, Beih. p. 20*). *al.*

3 *res -o textae* (*simul opificium respici vid.* Plin. nat. 7, 196 -um et retia Arachne *invenit*, fulloniam artem Nicias [*cf.* lana *p. 914, 56sqq.*]): **a** *ellychnia* (*cf.* Plin. nat. 19, 17 quod proximum cortici fuit, stuppa appellatur, deterioris -i, lucernarum fere luminibus aptior): Lvcr. 6, 900 semina habent ignis stuppae; . . . nocturna ad lumina -um nuper ubi extinctum admoveas, accendier *vides* ante quam tetigit flammam (Itala Is. 42, 3 [Tert. adv. Marc. 4, 23 p. 498, 21 *al.* = Matth. 12, 20 cod. b *al.; sim.* Vvlg.] -um fumigans non extinguet [*gr. λίνον*]. Vvlg. Is. 43, 17 contriti sunt quasi -um et extincti [Hier. *ad l.*: -um . . . necdum igne correptum pro levitate substantiae statim e. in favillam dissolvitur]). Plin. nat. 37, 48 flagrant *ramenta sucini* dilucidius diutiusque quam -i medulla. Vvlg. iud. 15, 14 solent ad odorem ignis -a (*edd. sec. hebr.*, ligna *trad.*) consumi. Mart. Cap. 6, 576. *in*

[Balzert]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

explicatione allegorica transfertur ad homines (*respicitur* ITALA *supra*): OP. imperf. in Matth. frg. 4 (Rev.Bén. 84, 1974, 293) l. 340 -um erant Iudei, quorum fides . . . nullius erat momenti. l. 388 in ecclesia multi quasi calami . . . et quasi -i iam pene extincti. l. 393 sq. non solum extinctos -os, sed et ardentes repellit, qui sunt -i *eqs.* **b** *vestimenta, capitis tegmina sim.*: TIB. 1, 3, 30 *ut* Delia . . . ante sacras -o tecta fores sedeat bisque die resoluta comas tibi (*Isidi*) dicere laudes insignis turba debeat in Pharia (*item in cultu deorum*: GRATT. 42 vix operata suo sacra ad Bubastia -o velatur sonipes aestivi turba Canopi. SIL. 3, 24 velantur corpora -o et Pelusiaco praefulget stamine vertex. SERV. auct. Aen. 12, 169. *al.; apud Christianos*: RVFIN. Orig. in Ios. 1, 5 -um . . . est indumentum sacerdotale). PROP. 4, 3, 64 rapta . . . carbasa -a duci *Bactrorum* (*militum ut*: VAL. FL. 6, 225 tenuia . . . candentis carbasa -i. SIL. 3, 271 sq. tempora multiplici mos est *Nubis* defendere -o et -o munire latus. 4, 223 indutos . . . gentilia -a Faliscos. 9, 588 laevum qua tegmine thorax multiplicis -i claudit latus *Romani*). LVCAN. 9, 159 tectum -o *sepulchrali* . . . Osirim. MART. 14, 149, 2 (*loquitur* amictorium) tenerae me trade puellae, ut possint niveo pectore -a frui. *al.*
c *varia lintea*: HOR. sat. 2, 4, 54 integrum perdunt -o vitiata *Marsica vina* saporem (*sacco vinario ut*: MART. 8, 45, 3 defluat et lento splendescat turbida -o amphora. 14, 103, 2 mero tingere -a [*14, 104, 1* lintea]). OV. met. 14, 554 -a comae molles *Naidum fiunt* (*vela navium ut*: SEN. Med. 320 -a sinu tendere toto). fast. 5, 519 flumineam -o celantibus ulvam . . . incubuere toris. SIL. 4, 291 fugit illa *hasta* per oras multiplicis -i *scuti* (*cf.* SERV. Aen. 10, 784 ['linea terga'] -o . . . tegebantur scuta, ut posset inhaerere pictura). *al.*

B *per similitudinem de textis vel filis ex aliis herbis confectis*: PLIN. nat. 19, 14 superior pars Aegypti . . . gignit fruticem, quem aliqui gossypion vocant, plures xylon et ideo -a inde facta xylina. 19, 15 Asia e genista facit -a ad retia praecipue in piscando durantia . . ., Aethiopes Indique e malis, Arabes e cucurbitis in arboribus, ut diximus (*sc. 12, 38, v. s.* linteum), genitis.

in lusu verborum cum 3. limus: HIL. trin. 2, 13 *v. supra sub IIA1.*

deriv.: linabrum, linamen, linamentum, linarius, linatarius, lineus, 2. linio. *cf.* linteum.

compos.: linifer, linificus, liniger, linitextor. *cf.* linostemus.

linus *v. p. 1469, 19 sqq.* *Balzert.*

linusta POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 19 *inter nomina volucrum. obscurum.*

linx POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 *inter nomina quadrupedum. obscurum, nisi est* lynx.

linyphārius, -ī *m. a* linyphus *vel* linyphium. *scrib. in codd. teiam* linphar-, lintiphor- *nec non* lynifiar-. *i. qui lina conficit*: COD. Theod. 10, 20, 16 (Iust. 11, 8 [7], 13) ex corpore . . . lintearіorum sive -orum ('*expectamus* linuforum' *Mommsen*).

linyphio, -ōnis *m. a* linyphium; *cf.* linteo. *scrib. in codd. etiam* nifi-. *i. qui lina conficit*: VOPISC. quatt. tyr. 8, 6 (*epistula imp. Hadr.*) *in Aegypto* omnes . . . -es ⟨aut⟩ cuiuscumque artis . . . videntur.

linyphium, -ī *n.*, *λιν(ο)υφεῖον. scrib. in codd. etiam* -nyfi-. *i. q. lini textrina*: NOT. dign. or. 13, 20 procuratores -orum *Illyricorum* (occ. 11, 62 procurator -ii Viennensis. 63 procurator -ii Ravennatis [-atium *trad.*]).

deriv.: linyphio. *cf.* linypharius.

linyphus, -ī *m.*, *λίνυφος. scrib. in cod.* lynif-. *i. q. lini textor*: COD. Theod. 10, 20, 8 Scytopolitanos -os (*antea*: linteones).

cf. linypharius.

1. lĭo, -ātum, -āre, *λειόω.* [*ad confusionem cum* ligare *cf. p. 1390, 16 sq.*] *i. q. lēvigare*: **1** *superficiem illinendo*: TERT. idol. 8 p. 37, 7 scit albarius tector . . . et cisternam -are. **2** *liquamina sim. agitando, permiscendo, versando*: APIC. 4, 179 (4, 4, 1 M.) tisanam sic facies: . . . *ingredientia* -as ⟨bene⟩ (ligas *trad.*; bene *suppl. ex* 5, 208 = 5, 5, 1 M. [ligas *trad.*]) et colas *eqs.* 5, 185 (5, 1, 4 M.) pultes: . . . selibram pulpae quasi ad isicia -tae (*item* 5, 186 = 5, 1, 1 M.). *ibid.: ingredientia* misces . . . et -as (sed ius *trad., sed loco gemino* 5, 186 -as *trad.*), ut quasi sucus videatur. 5, 186 (5, 1, 1 M.) pultes: . . . cum spissaverit *alica*, -as diligenter (ligas *trad.; haec desunt loco gemino 5, 185 = 5, 1, 4 M.*). 5, 194 (5, 3, 2 M.) teres piper, ligusticum . . ., ius abdominis fundis, -as. 5, 197 (5, 3, 5 M.) pisam coques, -as. *ibid.* condies pisam; -as, si aspera fuerit.

cf. liaculum.

2. lio *v.* leo *p. 1166, 60.*

lĭobatus, *pl.* -ī, *λειόβατος. nomen piscis*: ORIBAS. syn. 4, 12, 4 La p. 11 bati . . . et -i magis . . . nutriunt (4, 17, 7 p. 20. *hos locos addas vol. II 1786, 41*).

lioparis *v.* leucofris.

lĭostraca *n. pl.*, *λειόστρακα. nomen animalis aquatilis restitutum* AMBR. hex. 5, 2, 5 *ex gr. Basil. p. 149C μαλακόστρακα* (*Eustath. Basil. hex. 7, 2, 1* mollitestia). lithostriota, lithosariota, lithostrata *sim. codd.*

lipara *v.* liparus.

liparea (-ē- *i.* -ae- *?*), -ae *f.*, *λιπαραῖος* (*vix a* Lipara, *cf. Ps. Orph. lith. 692 et paraphr. p. 152, 12 sqq.*). *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 172 (*cf.* 1, 37, 62) de -a hoc tantum traditur, suffita ea omnes bestias evocari (*inde* ISID. orig. 16, 15, 22).

liparocērōtum, -ī *n.*, *λιπαροκηρωτόν* (*apud Graecos non legitur*). *cf.* liparus. *scrib. in cod.* lippa-. *nomen medicamenti*: CHIRON 917 -um ad rasuram et ad dolores: cera alba . . ., lipparam *eqs.*

liparus, -a, -um, *λιπαρός. scrib. in codd. etiam* lippa-, lypa-, lepa-, lapa-. *forma erronea* -ri (*pro* -ra) CHIRON 918, *cf. l. 24. i. q. oleo tinctus, pinguis*: **1** *fem. pro subst.* -a *i. q. ἡ λιπαρά, sc. ἔμπλαστρος, nomen emplastri oleo tincti*: CELS. 5, 19, 25 lenia . . . quaedam emplastra sunt, quas -as fere Graeci nominant. 5, 26, 35A lene medicamentum, quale -a est. 5, 27, 13B quaelibet -a. SCRIB. LARG. 220 *ingredientia* cum fuerint temperaturae -ae. 222 -a ad intertrigines *eqs.* 223 -a rufa. PLIN. nat. 23, 162 medicamenta, quae -as (lep(h)ras *trad.*) vocant (33, 105. 110). 34, 174 -a ad lenienda ac refrigeranda ulcera. PELAGON. 55. 181. 238. 247 compositio -ae (333. 345 [*inde* VEG. mulom. 3, 28, 13]. 346 [*inde idem* 3, 28, 14]. CHIRON 917). CHIRON 50. 477 -am vel ceroto utere (VEG. mulom. 2, 70, 1 -a vel meliloto). 527. 598. 601. 795. 917 (*v. s.* liparocerotum). 918 *bis.* 919 *bis* (*loco posteriore adicitur*: thermanticam). VEG. mulom. 2, 14, 6 -am auribus inseres. 2, 60, 2 MARCELL. med. 19, 41. 32, 51. PLIN. VAL. 3, 22 *recipe* -a(m) ad ustulationes. 5, 41. ORIBAS. syn. 5, 53, 6 Ab p. 91 lapare (lepora *G*) de ole facta ungundus est. ALEX. TRALL. 3, 4 ungendum est de -a ex oleo et aqua frigida (*gr. I p. 295 P. τῷ ὑδρελαίῳ tantum*). **2** *de genere aluminis liquidi* (*στυπτηρία ὑγρά*): *adi.*: CASS. FEL. 4 p. 12, 6 aluminis -i (10 p. 18, 10. 32 p. 65, 13. 42 p. 101, 6 alumine -o id est liquido [*item* 48 p. 125, 15 *et* GLOSS. III 597, 45 a. -i]). *? pro subst.* -i(s): GLOSS. III 568, 27 -is i. alumen liquidum. 602, 43 -i: alumen liquidus. **3** *usu vario* (*adi. vel subst.*): CAEL. AVR. chron. 4, 3, 45 aliquo medicamine ex his, quae appellamus -a. ORIBAS. eup. 2, 1 G 3 p. 473 ge pasa . . ., quae ab operariis colitur, terra et -a (lep- *Ab*) aut molles.

cf. liparocerotum.

lipositio GLOSS. III 602, 46 *corruptum; v.* lipothymia.

lipothȳmia, -ae *f.*, *λειποθυμία. scrib.* -tom- CAEL. AVR. gyn. *l. c.* CAEL. AVR. acut. 1, 10, 70 animi defectum, quem Graeci -an vocant (*sim.* chron. 3, 2, 19 gyn. 1, 90 CASS. FEL. 21 p. 33, 14. *cf.* CAEL. AVR. chron. 4, 8, 106 corporis et animae). *huc fortasse* GLOSS. III 602, 46 lipositio, *si emendatur sec. exemplar Heraei* lipo⟨thymia i. animi depo⟩sitio (*λειποψυχία coni. Goetz assumens ut interpretamentum vocem insequentem* [l]angustia).

[pituita: **lippa** oculorum GLOSS. IV 143, 36 (*falso trad. esse pro* lippitudo *coni. Lindsay* GLOSS.L III Abol. PI 10). V 576, 15.]

lippēsco, -ere. *a* lippus. *i. q. lippum esse* (*vi incohativa non perspicua*): HIER. in Soph. 3, 19 p. 1385B Lia -it (*Vulg. gen. 29, 17* lippis erat oculis).

lippīdo, -inis *f.* [*a* lippus, lippire. *Sch.*] *i. q. gramae*: FVLG. aet. mund. 13 p. 173, 22 cadit ex oculis *Pauli* albigata -o (*vocem affirmat clausula. ad rem cf. act. 9, 18* ceciderunt ab oculis eius tamquam squamae).

***lippio,** -ītūrus, -īre. *a* lippus. *scrib. in codd. etiam una* p. NOT. Tir. 111, 16 -it.

i. q. lippum esse (GLOSS. *ὀφθαλμιῶ*): **1** *in ioco peculiari*: PLAVT. Curc. 318 gramarum (os amarum *trad.*) habeo dentes plenos, -unt fauces fame (*i. quasi salivae crassioris plenae sunt*).

2 *sensu communi* (*pass. impers. l. 61*): **a** *proprie*: CIC. Att. 7, 14, 1 cum leviter -rem. CELS. 1, 9, 5 calor adiuvat . . . -entes, si nec dolor nec lacrimae sunt (*partic. praes. pro subst. ut*: 2, 8, 14. 6, 6, 1G. 6, 6, 17 SCRIB. LARG. 135 PLIN. nat. 28, 103 TERT. adv. Marc. 1, 2 p. 293, 8. PORPH. Hor. sat. 1, 3, 25 'lippus' . . . -ens). 7, 7, 1B -entes oculi (FAVSTIN. trin. 6, 1. CHIRON 540 oculus si -et. HIER. in Mal. 3, 2 p. 1566C. *al.*). SEN. epist. 117, 8 *v. s.* lippitudo. PLIN. nat. 18, 330 *pecudes* -unt ab adflatu *venti cuiusdam.* 27, 105 *eum* non -turum eo anno *dicunt.* 28, 44 oculorum vitia fieri negant nec -ire eos, qui *eqs.* 28, 94 ne omnino -atur (MARCELL. med. 8, 83). 28, 170 capras negant -ire. 28, 172 vulpinam linguam habentes in armilla -turos negant. 29, 128. 31, 115 in nitrariis non -unt. CHIRON 378 oculi eius lacrimabuntur, quasi qui -at. PS. APVL. herb. 78 l. 8 -ire incipienti. PLAC. med. 17, 9 homo, quicumque . . ., non -et. **b** *in imag. et translate* (*cf. interpret. allegoricas ad gen. 29, 17 p. 1474, 27*: AMBR. in psalm. 118 serm. 19, 24, 2 Liae, quae -entibus oculis synagogae figuram accepit. *sim.* HIER. epist. 123, 12, 4 adv. Iovin. 1, 19): HIER. c. Ioh. 4 Palaestinae (-nis *var. l.*) interrogaris et respondes Aegypto; aliis -entibus ungis oculos non dolentium (*fortasse proverbium*). AVG. de duab. anim. 21 haec obscura esse et incassum ab animis -entibus quaeri (*cf.* in euang. Ioh. 2, 7 *Christus* veniebat . . . ad aciem animae -entis. serm. Migne suppl. 2, 815 tanta erat lux in Christo, quam non caperent corda -entia. GREG. M. moral. 5, 66 -entibus mentis nostrae oculis). in euang. Ioh. 18, 11 tales sumus quales -entes *eqs.* ord. 1, 10, 29 o si videretis vel tam -entibus oculis quam ego, in quibus periculis iaceamus!

cf. lippido.

lippis, *pl.* -ēs *f.* (*m. l. 84*). [*a* lippus *more non solito formatum. Sch.*] *i. q. gramae* (*vertitur gr. λῆμαι*): PS. AVG. cons. mort. 2, 5 p. 1168 *psalmo quodam perlecto* oculus *animae* . . . non modo caecitatem ex desperatione non sentiet, sed nec -es (*Migne gr. 56, 306* lippitudines) aliquas tristitiae sustinebit. ORIBAS. syn. 6, 21, 7 Aa p. 109 -es siccas in oculis insertas. eup. 4, 13, 5 La p. 538 -es et in nocte factas glutinationes (*gr. λ. καὶ τὰς . . . κολλήσεις,* Aa *sim.*, Ab -is). 4, 15, 3 Aa p. 539 -es

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Ab -is) ... tollendi sunt (La leppes ... absterges). ALEX. TRALL. 1, 103 in quibus generatur -is. *infra*: quod ... fuerit circumtentum in tunicis oculorum, seu -es seu superfluitas et acredo sit (*gr. II p. 55 P. εἴτε λ. εἴτε περίττωμα δριμύ*). *huc fortasse* RVFIN. *p. 1474,26.*

***lippitūdo,** -inis *f.* *a* lippus. *scrib. in codd. etiam* lypi-, lippy-. *abbreviatur in signaculis medicorum ocularium* CIL XIII 10021 lippit, lippi, lipp, lip, li, l. *plur.* -es *inde a* CELSO. NOT. Tir. 111, 17. *legitur inde a* PLAVTO, CIC.

nomen morbi oculorum (GLOSS. *ὀφθαλμία, ἐπιφορά.* oculorum dolor. *describitur* CELS. 6, 6, 1 sqq., *ubi vertitur Hippocr. prorrhet. 2, 18 ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες κτλ.*; *ad rem cf. Kind, RE XIII 723 sqq.*):
1 *proprie*: PLAVT. Rud. 632 ab -e usque siccitas ut sit tibi. CIC. Tusc. 4, 81 citius ... repentinus oculorum tumor sanatur quam diuturna -o depellitur. Att. 7, 13ª, 3 dictavi *epistulam* propter -em. 8, 13, 1 -is meae signum tibi sit librarii manus et eadem causa brevitatis. 10, 14, 1 -o haec, propter quam non ipse ad te scribo, sine ulla lacrima est, sed saepius odiosa est propter vigilias. 10, 17, 2 crebro refricat -o, non illa quidem perodiosa, sed tamen quae impediat scriptionem meam. ad Q. fr. 2, 2, 1 parvula -e adductus sum, ut dictarem hanc epistolam. CELS. 1 prooem. 30 saepe etiam causas apparere, ut puta -is, vulneris. 1, 5, 1 quos assidue -es ... male habent. 2, 1, 14 -o arida (2, 1, 16. 6, 6, 29 est etiam genus aridae -is, xeropthalmia⟨n⟩ Graeci appellant. 6, 6, 31C. *cf.* PLIN. nat. 20, 103 siccae -i [28, 169. CASS. FEL. 29 p. 53, 1 ad xeropthalmian, id est siccam -em. CIL XIII 10021, 211]). 7, 7, 15D medicamenta, quibus in -e pituita suspenditur. SEN. clem. 2, 6, 4 imbecillos oculos esse scias, qui ad alienam -em et ipsi subfunduntur. epist. 117, 8 si -o malum est, lippire quoque malum est. PLIN. nat. 16, 180 flos eius *rubi* contra -es illinitur. 23, 160 *myrtus* imponitur -i. 25, 143 instillatur plantaginis sucus -i. 28, 130 *lacte* inunguntur etiam oculi ... in -e. *al.* VLP. dig. 21, 1, 4, 6 non omnem morbum dare locum redhibitioni, ut puta levis -o. PELAGON. 417 oculare ad -es equorum (*Hippiatr. gr. II p. 61, 7 πρὸς σιμβλώσεις*). 426 ad magnam -em (*ibid. p. 256, 8 πρὸς σιμβλίασιν tantum*). 427 ad omnem dolorem et -em (*ibid. I p. 72, 20 πρὸς σίμβλωσιν tantum*). CHIRON 520, 13 de -e. FVLG. myth. 2, 9 *Glauci pater* Antedon ... quasi antiidon ...; ergo -o ex contraria visione nascitur. AMBR. Noe 7, 18 *pili* si -e intercidant, quam dedecet! ANON. med. ed. Piechotta 122 ad oculorum -em (Ps. APVL. herb. 15 l. 5 herb. tit. morb. l. 29 CIL XIII 10021, 55. *addas* APON., *quem videas sub 3*). *al.* *in signaculis ocularium*: CIL XIII 10021 *passim et* INSCR. Journ. Rom. Stud. 22, 1932, 227 n. 17.

2 *metonymice*: **a** *iocose de homine molesto*: PLAVT. Poen. 394 oculus huius, -o mea, mel huius, fel meum. **b** *de sanie oculi lippi* (*cf. usum huc vergentem* PLIN. nat. 23, 160. 25, 143, *v. supra sub 1*): VEG. mulom. 2, 120, 1 oculi virides, de quibus profluit -o ad similitudinem fabae.

3 *in imag. et translate* (*cf. comparationem* HIER. epist. 98, 19, 3 sicut ... oculo officit -o ..., ita dogmatum perversorum ... contagio *eqs.*): AVG. in euang. Ioh. 30, 2 ('respondit ei turba') turbam -is turbavit claritas lucis. serm. 357, 3 splendor pacis (*cum haereticis componendae*) reverberat -em dissensionis; vide miserandam vocem lipporum *eqs.* (*cf.* CASSIOD. in psalm. 18, 5/6 l. 84 *haereticus obcaecatus* erroris sui -e). Ps. AVG. cons. mort. 2, 5 *v. s.* lippis. CHROMAT. beat. 6, 1 (*ad Matth. 5, 8* beati mundo corde) tam sincerum oculum cordis ... gerunt, ut sine aliqua malitiae -e ... dei claritatem ... conspiciant. APON. 3 p. 58 cui perspicua veritas non erat ob -em oculorum cordis. FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 4 in uno eodemque Christo ... minus perspicientium tenebratur ... -o, in quo illuminatis veri luminis claret ... cognitio.

[lippōsī *falso tradi vel edi vid. pro* leprosi Ps. FVLG. RVSP. serm. 17 p. 880D (*ad Ioh. 9, 2* quis peccavit ..., ut caecus nasceretur?) tenebantur ... universa sub peccato ...; caeci, claudi, surdi, -i, mortui (*infra*: aspexit caecum ..., surdum tetigit ..., leprosum mundavit ..., claudum erexit ..., ad mortuum descendit).]

lippulus, -a, -um. *a* lippus *deminutive*. *i. q. lippus* (*vi deminutiva fere evanida*): ARNOB. nat. 7, 34 quodsi possent adscribere ... corporales diis morbos, non dubitarent eos lienosos, -os ... dicere, eo quod ipsi et lienosi et lippi sunt saepe.

***lippus,** -a, -um. [*qui vocem coniungunt cum gr. λίπος n., λιπαρός, lituan.* lipùs *'glutinosus' geminatione vulgari et notione aliquantum deflexa nituntur. Sch.*] *scrib. in codd. et* lypp- *et una* p. [*derivata: langob.* lepegá; *vasc.* lepèr; *cat.* llepia. *cf. M.-L. 5075. Wartburg V 370. vocabula a* *lippidus *derivanda: port. vet.* lipeoso, *galic.* lepioso. *cf. M.-L. 5074 a. Wartburg V 370. St.*]

1 *usu originario pertinet ad oculos* (GLOSS. *μιλφός. πτίλλος. accedit abl. causae* LVCIL. 195 PERS. 5, 77 IVV. 10, 130): **a** *adi.*: *α strictius i. q. lippitudine affectus* (*in imag.* HOR. sat. 1, 3, 25): Ⓘ *animantes*: PLAVT. Mil. 292 vidi ... egomet duobus his oculis meis. :: ... neque vidisti. :: num tibi -us videor? 1108 *matrem* cubare in navi -am et oculis turgidis. LVCIL. 195 -us edenda acri assiduo cepario cepa. HOR. sat. 1, 1, 120 ne me Crispini scrinia -i (-um *Bentley*) compilasse putes, verbum non amplius addam. 1, 3, 25 cum tua pervideas oculis mala -us inunctis, cur in amicorum vitiis tam cernis acutum? 1, 5, 30 hic oculis ego nigra meis collyria -us illinere. 1, 5, 49 pila -is inimicum et ludere crudis. 1, 7, 3 *illud* opinor omnibus et -is notum et tonsoribus esse. epist. 1, 1, 29 non possis oculo quantum contendere Lynceus, non tamen idcirco contemnas -us inungui. 1, 2, 52 qui cupit aut metuit, iuvat illum sic domus et res ut -um pictae tabulae. PERS. 1, 79 hos *ineptos* pueris monitus patres infundere -os cum videas *eqs.* 2, 72 Messalae -a propago (SCHOL. tam vitiosos oculos in senectute habuit, ut palpebrae eius in exteriorem partem verterentur). 5, 77 non tressis agaso, vappa -us (*inepte* SCHOL. pravus; *cf. Plin. nat. 23, 38* vino ... copiosiore laeduntur ... oculi). PETRON. 28, 4 puer vetulus, -us (*de eodem* 64, 6). 95, 8 anus. 132, 14 male dicunt ... -i oculis. PLIN. nat. 28, 130 lactis usus ... contrarius ... -is. MART. 6, 39, 11. 6, 78, 2 potor nobilis ... lumine uno luscus Phryx erat alteroque -us. 8, 9, 2. 12, 57, 14 sulphuratae -us institor mercis. 12, 59, 9. IVV. 10, 130 pater ardentis massae fuligine -us. PLIN. epist. 7, 21, 4 quam *gallinam* satis acribus oculis, quamquam adhuc -us, pinguissimam vidi. VVLG. lev. 21, 20 si -us *est, sacerdos ne fiat* (*in interpr. allegorica*: GREG. M. past. 1, 11 -us ... est, cuius quidem ingenium ... emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant; in -is quippe oculis pupillae sanae sunt, sed humore defluente infirmatae palpebrae grossescunt *eqs.*). ROMVL. fab. 77, 3 (recc. vet., gall.) aucupem -um (*de quo dicunt aves*: quam pium hominem aspicimus, quia pro nimia bonitate lacrimae ex eius oculis profluunt, quotiens nos aspicit) *al.* Ⓘⓘ oculi: PLAVT. Bacch. 913 -i ... o. servos est simillimus: si non est, nolis esse neque desideres; si est, abstinere, quin attingas, non queas (*in comparatione ut*: Persa 11 neque lubenter servio ..., sed quasi -o o. me erus meus manum abstinere hau quit tamen. RVFIN. Orig. in cant. p. 105, 26 interior visus, nisi eruditione ... fuerit exercitatus ..., sed ignorantia ei ... tamquam caligo oculis insederit aut etiam malitiae alicuius languor tamquam -is accesserit). VITR. 8, 4, 1 (*inde Cet. Fav. 5* lippientibus). VVLG. gen. 29, 17 Lia -is erat oculis (*Itala Lugd.* oculi ... infirmes. *cf. p. 1472, 67*). ANON. med. ed. Piechotta 111 ad o. -os vel lacrimosos. GREG. M. *v. supra.* *adde*: MART. 8, 59, 2 hunc uno contentum lumine, cuius -a sub attrita fronte lacuna patet.

β laxius: GLOSS. II 468, 1 *ὑπόστραβος*: -us, strabulus.

b *neutr. pro subst. i. q. status lippitudine affectus* (*sc. translate de hebetudine intellegentiae*): CLAVD. MAM. anim. 3, 10 proloquii huiusce perplexum quia cum -o imaginationum corporalium intro inspicere nequimus, semotis ... locis corporibusque videamus, *sc. et spiritaliter intelligamus.*

2 *per similitudinem transfertur ad ficos nimia maturitate madentes*: MART. 7, 20, 12 -a ficus.

deriv.: lippesco, lippio, lippis, lippitudo, lippulus. *cf.* lippido.

līpsanum, -ī *n.*, *inde* līpsana, -ae *f.*, *λείψανον.* *i. q. reliquiae*: Ps. HIL. hom. Spicil. Liber. 1 p. 114, 24 aurium illius *Pauli apostoli* volebam videre -um, quae auditu arcanum susceperunt. Ps. VICT. VIT. pass. 16 humatae sunt ... -ae (lyp- *scrib. in parte codd.*) beatae sanctorum.

[lipsiani *falso editur* GALEN. alfab. *s. v. pro* ipsi. *contextus sic traditur*: radix eius *lupini* ... urinam movet; ipsi comesti ⌊lupini stomachi vicia compescat. sunt autem silvatici⌋ lupini minores *eqs.* (⌊ ⌋ *omissa sunt ab editoribus per errorem, qui deinceps coniecturam commemoratam genuit*).]

[liptisim (lypt- *var. l.*) HIPPOCR. indic. val. Philol. 42, 1884, 123 *falso tradi coni. Wieland pro* hptisim (*cf. Hippocr. aer. 4 p. 9, 5 Gundermann* hptysis), *sc. φθίσιν. ad scripturam v. vol. VI 3, 2391, 25.*]

lipyrias, *λιπυρίας adi.* *i. q. partim deficiens*: Ps. SORAN. quaest. med. 115 quid est -s febris? *seq. responsum, cuius in fine*: -s ... ideo dicitur, quia relinquuntur extremae partes a calore *eqs.* (*Galen. XIX 399 λιπυρίας δὲ πυρετὸς ἐφ' οὗ τὰ ἄκρα ... ψύχεται*). *B.*

liquābilis, -e. *a* liquare. *i. quod liquari potest*: APVL. apol. 30, 7 ille *Vergilius* ... enumerat ... laurum fragilem, limum durabilem, ceram -em (*ecl. 8, 80* liquescit). PRVD. ham. 743 saxum ... -e facta stat mulier *Loth* (*749 sq.* liquitur ..., fluido ... deliquio).

***liquāmen,** -inis *n.* *a* liquare (*item* GRAMM. suppl. 75, 6. *cf.* ISID. orig. 20, 3, 20 -n dictum eo quod soluti in salsamento pisciculi eundem humorem [*i. garum*] liquant). *scribitur* lequ- ORIBAS. syn. 4, 19, 3 Aa. 4, 28 La. *al.* *numerum semper sing. esse testantur* CHAR. gramm. p. 38, 26 B. (*postea: si* nominativo pluraliter efferuntur, ceteris tamen casibus cessabunt). PRISC. gramm. II 176, 5; *habet plur.* COLVM. 9, 14, 3 (*nom.*). 9, 14, 17 (*acc.*). *acc. sing.* -men *traditur pro abl. apud* APIC. (*locos affert Milham, Glotta 39, 1961, 278*). ORIBAS. syn. 4, 19, 3 Aa. 4, 28 La. 5, 18, 8 Ab. 8, 18, 15 Aa. eup. 1, 5, 2 Ab. *abbreviatur*: liquam CIL IV 2587. 5701. *al. ?* liqu CIL IV 2586. liq CIL IV 2588 (= 5716). 5683. *et saepius in inscriptionibus* (*in cod. Parisino* APIC. exc. 52. 63. 67. *al.*). NOT. Tir. 113, 69. *legitur inde a* COLVM. *inscriptionibusque Pompeianis, sc. maxime apud artium scriptores; vocem vulgarem esse testatur* CAEL. AVR. chron. 2, 3, 70 ex garo ..., quod vulgo -n appellant (*cf. p. 1475, 55 et Auson. 411 p. 269 P.* scis ... me id nomen muriae, quod in usu vulgi est, nec solere nec posse dicere, cum scientissimi veterum et Graeca vocabula fastidientes Latinum in gari appellatione non habeant; ... quocumque nomine liquor iste sociorum vocatur, *eqs.*).

i. q. liquor, qui fit ex dissolutione complurium rerum mixtarum et maceratarum: **1** *generatim liquantur quaelibet res* (GLOSS.L II Philox. LI 74 -n: *στάγμα* [*an ad 2?*]. *fortasse huc p. 1475, 30*): COLVM. 7, 4, 7 ungui debet *ovis* tali medicamine: sucus excocti lupini veterisque vini faex et amurca pari mensura miscentur, eoque -e ... ovis imbuitur

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Pallad. 6, 8, 1* in unum corpus omnia redacta curabis adlinere). 7, 5, 9 *quidam* admiscent *urinae* . . . sucum viridis cicutae, deinde singulis urnis eius -is (liquide eminis *sim. var. l.*) singulos fricti salis sextarios infundunt. 9, 8, 9 ad odorem dulcis -is *mellis vel defruti* (9, 14, 17 dulcia -a inmittere *hieme apibus*). PALLAD. 3, 25, 12 (*inscribitur* -n ex piris) -n de ipris castimoniale sic fiet: pira . . . cum sale calcantur *eqs.* (*cf. vol. VI 2, 1700, 37 sqq.*). CAEL. AVR. chron. 2, 13, 167 ex eorum *virgultorum* cinere confecto -e, scilicet aqua imbriali admixta.

2 *speciatim liquantur pisciculi, i. q. garum* (*sc. adhibetur ad condiendos cibos [in usum medicinae infra l. 52]; condimentum aliud e piris confectum v.* PALLAD. *supra.* GLOSS. -n: *γάρον* [*quod verbum gr. respondet*]. garum, salsus liquor allecis. *γάρος*. geraleon [*i. γαρέλαιον? cf.* II 261, 42 *γαρέλαιον*: -n et oleum. 294, 4 *ἐλαιόγαρον*: oleum et -n]. *al. fusius de confectione agunt* Ps. GARG. MART. p. 209 sq. *Geoponica 20, 46, 1 sqq.; cf. e. g. André, L'alimentation et la cuisine à Rome, 1961, 198 sqq.*): **a** *cum determinationibus pertinentibus*: *α ad speciem* (*v. etiam sub 1*): COLVM. 9, 14, 3 *qui apes nutrit,* abstineat . . . omnibus redolentibus esculentis, ut sunt salsamenta et eorum omnia -a. CIL IV 5683 -n g(ari) f(los) scombr(i) (5716. 9415. *al.*). HIER. reg. Pachom. 46 p. 24, 14 B. *si aegrotus* habuerit necessitatem . . . comedendi -n de piscibus. APIC. 2, 59 (2, 5, 3 M.) cum -e intestini *piscium.* 8, 384 (8, 7, 14) -n piperatum. *β ad qualitatem*: CIL IV 2589 -n optimum (2590. 2591 *et saepius ibid.* VEG. mulom. 1, 17, 16. *al. cf.* PELAGON. 98 heminam -is boni). 2595 -n primum (5715. EDICT. imp. Diocl. III/IV 3, 6 -is primi Ital(icus) s(extarius) [*nisi coll. ibid. 2, 8* vini veteris primi gustus *intellegere malis* primi *sc. gustus, ut melius respondeat versioni gr. γάρον γεύματος πρωτείον*]. *opponitur* -is secundi *ibid.* 3, 7 *ut etiam* GLOSS. III 230, 58). XV 4712 -n Antia(tinum) exc(ellens) (*fortasse huc spectat inscriptio lectionis incertae* IV 2596 = 5621). THEOD. PRISC. eup. faen. 60 -e sum⟨m⟩o (*an rectius codd. praestantiores* suino?) . . . loca usta lavare (APIC. 7, 268 [7, 4, 4 M.] -is summi cyathum). *per appositionem*: CIL IV 2588 (= 5716) -n f(los) exc(e)l(lens) scom(bri) C. Corneli Hermerotis (5683 -n g(ari) f. scombr(i) Scauri. 5706 -n f. f. [*ad iterationem v. vol. VI 1, 932, 69 sqq.*]. 5714 -n f. optimum. 9414 -n f. primum [*eadem* 10743]. PELAGON. 467 -is floris *quantum* [*item* VEG. mulom. 1, 10, 1]. CIL III 12010, 48 -n f. scomb(ri) excel(lens) M. Valeri Maxumi). *γ ad originem, confectorem sim.* (*v. et supra l. 33. 37*): CIL IV 2587 -n ⟨A.⟩ Um(b)rici Scauri (5700. 5704. *al.*). 2594 (= 5710) -n optimum ab Umbricia (10281). 5709 Campani. 5712 -n optimum A. Virnio Modesto ab Agathopode (7110 -n optimum saccatum ex officina Umbrici Agathopi. 9418 -n optimum Claudio Eulogo ab Umbricio A. 9419 -n optimum Horatio Amandioni ab A.). 5713 -n optimum ab Vibu⟨. . .⟩. 9416 Granii Ter⟨. . .⟩. 9417 Infantionis. XV 4712 Antia(tinum). *δ ad usum*: MARCELL. med. 30, 52 -n catharticum quomodo confici debeat: zingiberis *scripulos tres,* . . . -is *sextarium unum.*

b *sine determinationibus*: CIL IV 5683. 5699. 5701 *et saepius in inscr. amphorarum urceorumque Pompeianis.* EXPOS. mundi 59 oleum . . . et -n et vestem variam . . . mittens *Hispania.* VOPISC. Aurelian. 9, 6 *pertinent ad victum Aureliano praestandum*: olei sextarium unum et . . . -is sextarium unum. FIRM. math. 8, 17, 5 officia, quae ex salibus sunt vel ex salsamentis et a -e. PLIN. med. 3, 27, 4 sulphur tritum mixtum -e in balneo utiliter inlinitur (*item in usu medicinali*: PELAGON. 9. 455 VEG. mulom. 2, 108, 2. 4, 6, 1. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 40 per clysterem inicimus aliqua ex acrioribus, ut aquam . . . marinam, vel garum, quod appellamus -n, ex pisce siluro confectum. *al.*). SCHOL. Hor. sat. 2, 5, 44 cetaria: officina, in qua -n conficitur. 2, 8, 46 ('garo de sucis piscis Hiberi') hoc -n de suco piscis fit. HIER. epist. 108, 17, 3 quid de vino et -e et piscibus . . . et reliquis, quae gustu suavia sunt, iudicarit *Paula.* reg. Pachom. 45 p. 24, 10 B. vinum et -n absque loco aegrotantium nullus attingat (*cf. supra l. 20*). APIC. 1, 7 de -e emendando: -n si odorem malum fecerit *eqs.* 1, 31 (1, 30, 1 M.) laser . . . -e temperatum (2, 50 [2, 2, 7]. 3, 67 [3, 4, 1]. *al.*). 2, 51 (2, 2, 8) *piperi* -n suffundes (3, 62 [3, 2, 1]. 3, 68 [3, 4, 2]. *al.*). 3, 76 (3, 6, 1) cucumeros rasos, sive ex -e sive ex oenogaro. 7, 308 (7, 11, 9) melcas: cum piper et -n (pipere et -e *var. l.*) vel sale, oleo et coriandro (*item pro -e adhibetur sal*: 7, 317 [7, 13, 5] calyculos . . . -e vel sale aspersos. ANTHIM. 9 in sale puro intingantur *carnes*; nam -n ex omni parte prohibemus). *sim. in omnibus fere cibis conficiendis apud eundem. al.*

deriv.: liquaminarius, liquaminatus, liquaminosus.

liquāmentum, -ī *n.* *a* liquare. NOT. Tir. 113, 70. *i. q. liquamen*: CHIRON 566 et oleo vetere (utere *trad.*) et axungia vetere (veteris *trad.*) -is subigito cervicem (*correxerunt Grevander et Niedermann sec. Veg. mulom. 2, 41, 2* oleum vetus et axungiam veterem . . . permisces et cum . . . eodem unguento cervicem . . . infundis). VEG. mulom. 2, 130, 2 quae *medicamenta* ne spissentur, adiectio passi et aquae . . . praestat -um.

liquāmināriius, -a, -um. *a* liquamen. 1 *masc. pro subst. i. q. confector vel venditor liquaminis*: SCHOL. Ter. p. 99, 18 (*Ter. Eun. 257* cetarii, lanii *eqs.*) abusive piscatores cetarii dicuntur et qui tractant ea, quae ex piscibus fiunt, ut sunt -i, qui ex corporibus piscium humorem liquant (*eadem* GLOSS.^{L} IV Plac. c 77 [*Don. ad l.* qui cete . . . venditant et bolonas exercent. *Eugraph. ad l.* qui salsamenta vendunt]. GLOSS.^{L} III Abol. CE 16 c.: -i). GLOSS. III 470, 48 -us *γαροπώλης*.
2 *neutr. pro subst. i. q. vas, quo conditur liquamen* (*cf.* atramentarium, panarium *sim.*): GLOSS. III 477, 30 -um: *γαρερσῦν* (*depravatum vid., sed conferre licet nomina vasorum γαρηρόν vel γαράριον*).

liquāminātus, -a, -um. *a* liquamen. *i. q. largo condimento liquaminis confectus*: APIC. 6, 252 (6, 8, 14 M.) pullus farsilis: pullum sicuti -um *sc. pullum* (sicut ilique cuminatum *trad.*) a cervice expedies. 8, 373 (8, 7, 3) porcellum -um.

liquāminōsus, -a, -um. *a* liquamen. *i. q. abundans liquamine*: MARCELL. med. 5, 18 ut cena te abstineas et ab holere et a rebus salsis et -is.

liquārius, -a, -um. [*si genuinum, coniungas cum* 2. liquor *sicut* sudarius (-um) *cum* sudor. *Sch.*] *i. q. ad liquorem pertinens*: CIL XI 5695 (*tit. deperditus*) ponderarium . . . f(ecit), . . . mensur(as) -as (siquarias, siquartas *var. ll.*) antea positas a Caesio Prisco in eodem contulit.

[**liquātārius** *falso tradi videtur pro* siliquatarius CASSIOD. var. 12, 17 tit.]

liquātio, -ōnis *f.* *a* liquare. *i. q. actio liquandi*: VOPISC. Aurelian. 46, 1 aurum per varios brattearum, filorum et -um usus perire, argentum autem in suo usu manere.

liquātōrium, -ī *n.* *a* liquare. *i. q. instrumentum liquandi, colum* (GLOSS.^{L} III Abol. co 20 colatoria: -a): DIOSC. 1, 57 p. 31, 23 M. per -um (colum *var. l., edd.*) traicies *oleum* et in alio vaso mittes (*gr. 1, 52, 1 κυρτίδα*). 3, 100 p. 421, 11 quem *aparinen* pastores pro -o utuntur lacte liquantes (*gr. 3, 90 ἠθμοῦ*). CAEL. AVR. acut. 2, 39, 229 si sine ulla faece per -a fundatur *vinum* . . .; si cum faece . . . in -a fundatur.

liquātus *v.* 1. liquo.

***liquefacio,** -fēcī, -factum, -facere *et* liquefīo. *a* liquere *et* facere (fieri). *scrib. puncto interpos.*: PAP. Corp. 318 A 3 lique·facta. *de prosodia*: -quĕ- *passim inde a* LVCR., -quē- CATVLL. 90, 6 LVCR. 6, 965 Ov. met. 7, 161. 9, 175 SIL. 1, 178. *de formis: praevalet p. p. p.* -ctus, *sed legitur act.* -o *sim. iam inde a* CATVLL. 90, 6 CIC. Tusc. 5, 16 Ov. met. 7, 161 SCRIB. LARG. 66, *pass.* -fio *sim. inde a* LVCR. 6, 965 Ov. Pont. 1, 2, 57 SEN. nat. 3, 30, 4 SCRIB. LARG. 175. *legitur inde a* CIC., CATVLLO, LVCR.

i. q. liquidum facere: **A** *cum respectu dissolvendi, tabefaciendi sim.* (-fio, -ctus *saepius mediopassive, sc. vi liquescendi, tabescendi sim., sed sensu passivo e. g. l. 60; plus minusve abundanter* -ctum solvere *p. 1477, 13.* GLOSS. -o: *κατατήκω. τήκω ἐπὶ κηροῦ. ὑγραίνω.* -ctus: *τετηγμένος.* -cta: *τετη[γαρον]κότα.* -fit: *τήκεται.* II 455, 3 *τήκομαι*: marceo, marcesco, liquor, tabesco, -fio, liquesco. *indicatur pars affecta per acc. graecum* Ov. met. 14, 431, *abl. respectus* PS. PHILO antiq. 6, 16, *effectus -endi per* in *cum acc.* SIL. 14, 225, ad TAC. ann. 15, 22, 2): **1** *proprie*: **a** *-fiunt res variae*: CIC. Catil. 3, 19 complures in Capitolio res de caelo esse percussas, . . . et legum aera -cta (VVLG. Ezech. 24, 11 pone . . . eam *ollam* super prunas vacuam, ut incalescat et -fiat aes eius [*Itala cod. 176* liquescat]. *cf.* TAC. ann. 15, 22, 2 effigies . . . Neronis ad informe aes -cta *ictu fulminis.* OBSEQ. 61 tabulae legum aeneae ⟨. . .⟩ litteris -ctis). nat. deor. 2, 26 *aquae fusio* neque conglaciaret frigoribus neque nive pruinaque concresceret, nisi eadem se admixto calore -cta et dilapsa diffunderet (*cf.* VVLG. psalm. 147, 18 emittet verbum suum et -et ea *sc. nivem, nebulam, crystallum* [*gr. τήξει, Hier. psalt. sec. Hebr.* solvet, *Itala Veron.* tabefaciet; *interpretatur* AVG. *ad loc.* l. 28 ne forte in malo intellegatis tabefaciet: -et, dissolvet] CLAVD. carm. min. 34, 6 glacies [*seq.* resoluta]). CATVLL. 90, 6 omentum. in flamma pingue -ens. LVCR. 5, 1262 posse haec *metalla* -cta calore quamlibet in formam et faciem decurrere rerum. 6, 965 nives radiis tabescere cogit *sol,* . . . cera -fit in eius posta vapore; ignis item liquidum facit aes aurumque resolvit (VITR. 7, 9, 3 c. Punicam igni -ctam. SCRIB. LARG. 206. 241 c. et resina -fiunt, deinde cum refrixerunt, raduntur. 257. *al.* PLIN. nat. 21, 84. 33, 122. ITALA psalm. 21, 15 [Hil. in psalm. 57, 4] factum est cor meum tamquam c. -fiens [*vix cum* 'cor' *coniungendum, cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. liquefacta; *gr. τηκόμενος, Vulg.* liquescens]. 57, 9 [Hil. in psalm. 57, 4] sicut c. -cta auferentur *peccatores* [*gr. ταχείς, cf. Vulg.* quae fluit, *Hier. psalt. sec. Hebr.* tabefactus]. *al.*). VERG. georg. 1, 473 vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam flammarumque globos -ctaque volvere saxa (Aen. 3, 576 [SERV.: putria, decocta in modum calcis]). 4, 36 frigore mella cogit hiemps eademque calor -cta remittit. Aen. 9, 588 Mezentius . . . media adversi -cto tempora plumbo diffidit (PLIN. nat. 34, 163. INTERPR. Cod. Theod. 9, 24, 1 -ctum p. . . . in ore suscipiant [*Cod. Theod. 9, 24, 1, 1* liquentis plumbi ingestione]. *ad* VERG. *cf. p. 1481, 64 et* LVCAN. 7, 513 volant spatio . . . solutae aëris et calido -ctae pondere glandes). Ov. met. 7, 161 flamma tura -unt *matres* (ARNOB. nat. 7, 3 tus . . . -ctum carbonibus disperit). 13, 830 partem *lactis* -cta coagula durant (fast. 4, 545 -cta c. lacte). SEN. nat. 3, 30, 4 quemadmodum in sudorem eunt vires *corporum,* ita tellus -fiet (*cf.* ITALA Iob 7, 5 [Ambr. Iob 1, 2, 5] -o . . . glaebas terrae saniem radens ulcerum [*gr. τήκω, cf. Ambr. ibid. 3, 3, 9* glaebas . . . dissolvens, *Hier. interpr. Iob* infundo, *aliter Vulg.*]. psalm. 74, 4 [Veron. *al.*, *sim.* VVLG.] -cta est terra et omnes inhabitantes in eam [*gr. ἐτάκη, Hier. psalt. sec. Hebr.* dissolvetur]. TERT. resurr. 26, 6 p. 62, 25 concuti et -fieri eam *terram* [*ad* ITALAM psalm. 96, 5 *v. p. 1481, 79*]). epist. 90, 12 cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas *metallorum* iacentis -ctas (-cta *var. l.*) fudisset. SCRIB. LARG. 39 medulla

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bubula -cta tepensque infusa. *al.* PETRON. 108, 2 -ctum per totum os atramentum (PLIN. nat. 35, 43 aceto). PLIN. nat. 9, 121 *unionem* -ctum obsorbuit *Cleopatra (cf. 9, 120* in tabem margaritas resolvit *acetum). et saepius.* **b** *-fiunt homines, bestiae, membra (adde p. 1476, 80)*: VERG. georg. 4, 555 monstrum aspiciunt, -cta boum per viscera toto stridere apes utero. OV. met. 9, 175 caeca ... medullis *Herculis* tabe -ctis. 14, 431 luctibus ... tenues -cta medullas tabuit *Canens nympha* inque leves paulatim evanuit auras (*cf.* SIL. 14, 225 in tenuis -ctus aquas evasit *Acis*). SIL. 1, 178 ossa -ctis fumarunt fervida membris (PS. QVINT. decl. 6, 11 -cta multa die membra paulatim humus bibit. IVVENC. 4, 379). GREG. TVR. glor. mart. 80 omnis caro -cta defluxit (PS. ORIG. in Iob 3 p. 513^{B} *cum* -fierent carnes eius *Iob*). CARM. adv. Marc. 2, 219 corruptela potens -ctum solvere corpus, non poterit virtus domini revocare solutum?

2 *usu dilatato vel translato, sc. imagine hic illic vigente, respiciuntur*: **a** *animus (et eius proprietates) affectibus dissolvendus vel nimia duritia liberandus (vitium, a quo receditur, indicatur per* ab *l. 25. 42)*: CIC. Tusc. 5, 16 illi beati, quos ... nullae futtiles laetitiae exultantes languidis -unt voluptatibus. OV. Pont. 1, 2, 57 mea perpetuis -fiunt pectora curis, ignibus admotis ut nova cera solet. ITALA Esth. 15, 16 p. 82, 9 Motzo (cod. Y) -ctum est cor meum a timore glorie tue ([*gr. ἐταράχθη, codd. CMPV p. 52, 26* turbatum, *Vulg.* conturbatum]. VVLG. Ios. 7, 5 pertimuit ... c. populi, et instar aquae -ctum est [*gr. ἐγένετο, Itala Lugd.* factum est]. PS. PHILO antiq. 46, 3 c. populorum [*46, 4* dissolutum]. GREG. M. moral. 27, 53 *Iudaeorum* corda ... ab infidelitatis duritia amoris sui aspiratione -ecit *dominus*). PS. PHILO antiq. 6, 16 Iectan dux -ctus sensu accepit Abraham. CLAVD. DON. Aen. 8, 405 p. 175, 12 (labefacta per ossa cucurrit *calor*) quem amoris -erat calor. HIER. tract. in psalm. I p. 305, 20sq. si quis ... *peccando* refrixerit et mortuus fuerit, mittet deus verbum suum et -et eum; dominus praestet, ut et nostrum frigus -fiat, ut crystallum illud solvatur et molle fiat. VVLG. cant. 5, 6 anima mea -cta est, ut locutus est *dilectus meus* ([*Itala cod. 169 al.* exivit]. PS. ORIG. in Iob 1 p. 434^{A} quae *verba* ... contristant praecordia, -unt animam. SERM. Caspari p. 212, 7). PS. ORIG. in Iob 1 p. 422^{C} cum haec audiret nequissimus diabolus ..., -ctus intra semetipsum, insipienter, inquit, feci *eqs.* 430^{D} *v. p. 1482, 43.* AVG. in psalm. 113 serm. 1, 11 ('convertit ... rupem in fontes aquarum') seipsum ... et quamdam suam duritiam -ecit *dominus* ad irrigandos fideles suos (GREG. M. moral. 5, 66 pavor, qui ex adventu eius *dei* irruit, ... d. *cordis nostri* -it). VEREC. in cant. 6, 7 (*ad Hab. 3, 6* aspexit, et fluxerunt gentes) quoscumque aspexerit ..., illico -it (*antea*: deus ignis est vivax accedentes ... ad puritatem eliquans). GREG. M. moral. 5, 56 ab ipsa aliquo modo praesumptionis suae securitate -fiunt *homines* et tanto magis ... trepidant *eqs.* 24, 42 duritiam districti vigoris assumunt, sed intus charitatis igne -fiunt *iusti.* **b** *soni*: SIL. 11, 415 carmina ... Pieria -cta lyra (*sc. liquide modulata sim.; cf. Lucr. 4, 981* liquidum c.). POMP. gramm. V 116, 31 hic -cta est r; quare -cta est? quia f semivocalis praecedit (*item de litteris liquidis, sc. syllabam non producentibus*: 117, 2. 4. 12. *syn.* liquesco *ibid. passim*). **c** *quaelibet discutienda*: CLAVD. MAM. anim. 1, 11 p. 51, 18 vide quam parvo negotio veritatis calor frigentium verborum pruinas -at. IOH. MED. (?) PS. Chrysost. hom. I 938^{B} quando respicit deus, ... -fiunt omnia mala.

B *cum respectu purgandi, clarum reddendi (cf.* GLOSS. II 296, 58 *ἐμφανῆ ποιῶ*: -o. *fortasse huc spectat l. 41)*: OV. met. 3, 486 (*475 Narcissus* lacrimis turbavit aquas, obscuraque moto reddita forma lacu est) quae *membra* simul adspexit -cta rursus in unda, non tulit ulterius. *? saccando*: SCHOL. Iuv. 13, 44 ('siccato nectare') exsiccato, faeculento aut -cto (*interpres legisse videtur* saccato).

deriv.: liquefacto.

compos.: colliquefactus, illiquefactus.

λύω κηρὸν ἢ ἄλλην ὕλην **liquefacto** GLOSS. II 363, 39. *a* liquefacio.

liquēns *v.* liqueo.

liqueo, licuī, liquēre. [*eadem radix subest verbis* liquare *et* līqui; *an coniungenda sit cum radice verbi* linquere, *aegre diiudicandum. Sch.*] *de origine*: CHAR. gramm. p. 331, 7 B. -et mihi ... dictum a liquido, *παρὰ τοῦ καθαροῦ*. PRISC. gramm. II 398, 8 *a* liquare. *scriptura retrograda* tauqil TAB. devot. Audollent 104, 2. *notatur* L. *p. 1479, 74. de formis: ad usum personarum coniugationis v. quae p. 1478, 2sqq. et 1481, 18sqq. exposuimus. perf.* (*cf.* PRISC. gramm. II 561, 11 haec omnia inveniuntur perfectorum declinationem habentia in usu veterum teste Capro: pigeo, ... -o. *idem laudat perf.* -ui 491, 8 *et ex syllabis brevibus constare affirmat* 477, 14 *allatis Ov. met. 4, 253 et 7, 381* delicuit. *perf. exstare negant*: CLEDON. gramm. V 62, 5 non ... facit liquit. CONSENT. gramm. V 373, 22 PHOC. gramm. V 435, 25): *scriptura* lic-, *quam genuinam esse demonstrat Leumann, Studi linguistici Pisani 640sqq., traditur* CIC. nat. deor. 1, 117 -uerit (libuerit *var. l.*), TERT. carn. 17 l. 7 -uit (liq- *editio Mesnartii*), scorp. 6 p. 156, 13 -uit (liq- *Gelenius*), PRISC. gramm. II 477, 14. 491, 8; liq- (*nisi silentio apparatus editionis decipimur*) VLP. dig. 29, 3, 2, 4 (*cf. l. 74*). *ad* licet *pertinere videtur* TERT. adv. Marc. 5, 13 p. 622, 4 licuit (*codd.*, liquit *Gelenius*) delictum latere. NOT. Tir. 113, 65 -et. *legitur in poesi inde a* PLAVTO, TER., OV., *saepius in prosa oratione inde a* LEGE repetund. (*si recte suppletur; v. p. 1479, 49*), CIC., LIV. [*confunditur in codd. cum* licet: OV. trist. 1, 1, 62 QVINT. inst. 8, 3, 40. *al.*]

i. q. liquidum esse: **CAPVT PRIVS**: *incorporaliter*: I liquet *et ceterae formae finitae tertiae personae sing. (plur.* PLAVT. *et* ARATOR *infra l. 49. 57) nec non inf., i. q. perspicuum, manifestum est, ambiguum non est, constat sim. (inter verba impersonalia affertur passim a grammaticis, e. g.* CHAR. gramm. p. 331, 7 B. [*forma laudandi sollemni* -o PRISC. gramm. II 561, 11]; *non dici* -o, -es *testatur* AVG. gramm. V 515, 9. *ad notionem cf.* CAPER gramm. VII 99, 12 -et *δῆλον προφανές*. CHAR. gramm. p. 331, 7 B. -et mihi tibi illi *πέπεισμαι*. SYNON. Cic. p. 443, 9 -et mihi. palam est mihi. dubium mihi non est. certum scio. GLOSS. -et mihi: *πέπεισμαι, διανγές μοι ἐστίν*. -et: apparet, patet vel manifestum est. claret. *huc pertinere videtur*: GLOSS. IV 361, 22 liqu[id]et: liquide patet [*vix ad* 2. liquido]): **A** *generatim*: **1** *indicatur id, quod obscurum non est*: **a** *subiecto*: *α pron. vel adi. neutr. (supplendis e sent. relat.* PLAVT. Pseud. 760 SEN. epist. 72, 1 AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 185, 24. *cf. p. 1479, 37*): Ⓘ *solis*: PLAVT. Pseud. 760 quidquid incerti mi in animo prius aut ambiguom fuit, nunc -et; nunc defaecatumst cor mihi. CIC. ac. 2, 94 si habes quod -at neque respondes *interroganti*, superbe; ... si quia obscura, concedo; ... *sed* ⟨in⟩ inlustribus ... rebus insistis (nat. deor. 2, 3 si haberem aliquid q. -ret. OV. trist. 3, 11, 73 magis [PLIN. epist. 2, 20, 4 tibi]. SEN. epist. 16, 1 hoc q. -et, firmandum ... est. 28, 5 q. si -ret tibi, *eqs.* TERT. pall. 2, 2. ARNOB. nat. 3, 30 q. si -et et constat, nullus ... est ... Iuppiter. *al.*). SEN. suas. 7, 3 hoc tibi uni non -et? (MACR. Sat. 7, 12, 20 ex praedictis. BOETH. cons. 5, 4, 26W. ut h. brevi -at exemplo. arithm. 2, 5 planius his exemplis). SEN. epist. 72, 1 quod quaeris a me, -bat mihi, sic rem edidiceram, per se. 95, 58 quod nihil -et incertissimo regimine utentibus. AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 certe -et claret eminet, concerni obscurari obtegi nullo modo potest, quod *eqs.* BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 185, 24 ut quod ... dicendum est, clarius possit -ere. in Porph. comm. sec. 3, 3 p. 205, 10 ut ... id apertius -at, rem paulo altius orditur. Ⓘⓘ *explicatis per structuras*: Ⓐ *enunt. interrog.*: PLAVT. Trin. 227 hoc non -et neque satis cogitatumst, utram ... artem expetessam, utram *eqs.* CIC. nat. deor. 1, 29 Protagoras, qui sese negat omnino de deis habere quod -at, sint, non sint, *eqs.* (*antea*: perspicuum est. *cf. l. 38. p. 1479, 10 et Protag. frg. B 4 οὐκ ἔχω εἰδέναι*). GELL. 1, 3, 3 quod rectene an perperam fecerim, nondum mihi plane -et. TER. MAVR. 760 an i putemus consonam. Ⓑ *acc. c. inf.*: CIC. nat. deor. 1, 117 *Protagoras*, cui neutrum -uerit, nec esse deos nec non esse (*cf.* 1, 29 *supra*). OV. trist. 3, 3, 27 -et hoc, carissima, nobis tempus agi sine me non nisi triste tibi (SEN. epist. 16, 1 -ere h. tibi, Lucili, scio, neminem posse beate vivere. 71, 5 h. -at, nihil esse bonum nisi honestum). LVCAN. 5, 22 hoc decernite, patres, quod regnis populisque -et, nos esse senatum (ADNOT. probatum est). GELL. 14, 1, 11 mirabatur id cuiquam pro percepto -ere stellas istas ... non esse plures. *al.* Ⓒ de (*cf. p. 1479, 19*): SEN. dial. 1, 1, 6 idem tibi de deo -at. epist. 75, 9 hoc illis de se nondum -et.

β subst. (cf. p. 1479, 81): Ⓘ *indicantur non iam turbata, pura*: PLAVT. Most. 417 efficiam, quae facta hic turbavimus, profecto ut -ant (B^2, linqu- B^1CD) omnia et tranquilla sint. Ⓘⓘ *indicantur quae manifesta, nota sim. sint (sc. usu sec. b et c novato)*: Ⓐ *accedentibus praedicativis fere pro nom. c. inf.*: PRVD. ham. 3 tibi conditor unus non -et. ARATOR act. 1, 336 postquam mira salus in corpore nata vetusto discipulis audita -et. Ⓑ *nude*: MART. CAP. 3, 302 *vocabula ut* 'canis, iuvenis', quorum declinatio -et. BOETH. cons. 4, 2, 3W. si bonum potens esse constiterit, -et imbecillitas mali, at si fragilitas clarescat mali, boni firmitas nota est. ARATOR act. 2, 281 clarius ut -ant huius documenta figurae, ... principium meminisse iuvat.

b *structuris subiecti locum obtinentibus*: *α inf.*: Ⓘ *nudo*: TER. Eun. 331 illum -et mihi deierare his mensibus sex septem prorsum non vidisse proxumis ([DON. liquidum est, constans et manifestum et certum. *sim.* EVGRAPH.]. AVG. c. acad. 3, 16, 35 p. 74, 19 -et d. per omne divinum nescire me prorsus). PANEG. 2, 3, 5 cum inter omnes -ret fessis rebus medendum *esse*. HEGES. 5, 53, 1 p. 408, 8 unde conicere -et (lic- *suprascr. in cod. Z, praetulit Ussani*), quia *eqs.* Ⓘⓘ *acc. c. inf.* (*acc. subaudiendo passim. cf. p. 1479, 76*): CIC. inv. 1, 64 -et (lic- *var. l.*) alteram ... approbationem separatam esse ab adsumtione. OV. am. 2, 5, 24 illa *oscula* mihi lingua nexa fuisse -et. met. 11, 718 quamvis aberat, corpus tamen esse -bat. 14, 842 o dea, namque mihi nec, quae sis, dicere promptum est, et -et esse deam. trist. 1, 1, 62 dissimulare velis, te -et (lic- *var. l*) esse meum. *al.* LIV. 37, 45, 16 numquam satis -bit nobis ibi pacem esse populo Romano, ubi Hannibal erit. SEN. contr. 1, 1, 11 -et nobis deos esse. suas. 6, 15 ut cuilibet (tibi *trad.*) facile -ret, hoc ... falsum esse. VAL. MAX. 8, 2, 3 cum -ret sibi Titinium ... coniugium expetisse. SEN. benef. 7, 1, 7 ut illi -at mortem nullius mali materiam esse, multorum finem. dial. 1, 2, 11 -et mihi cum magno spectasse gaudio deos. epist. 86, 12 -et mihi inmundissimos fuisse *sc. maiores. al.* CVRT. 10, 5, 26 iuste aestimantibus regem -et bona naturae eius fuisse, vitia vel fortunae vel aetatis. LVCAN. 6, 433 misero ... -bat scire parum superos. PLIN. nat. 6, 81 ut *Taprobanen* insulam esse -ret. *al.* *pro acc. est enunt.* (*cf. p. 1479, 75*): PLIN. epist. 5, 11, 3 -et mihi futurum, ut ... inchoes aliud. INTERPR. cod. Theod. 2, 7, 2 -et quattuor mensibus constitutum, ut potentibus ... indutiae concedantur.

β enunt. secund.: Ⓘ *interrog.*: LIV. 1, 46, 4 Prisci Tar-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quini regis filius neposne fuerit *L. Tarquinius*, parum -et. SEN. nat. 4 praef. 22 ex quo -ere mortalibus posset, quam velox foret ad imum lapsus e summo. 6, 5, 1 quidam -ere ipsis aliquam ex istis causam esse dixerunt, sed non -ere, quae esset. CVRT. 5, 5, 7 intuentibus ... poenas, quis maxime miserabilis esset, -ere non poterat. QVINT. inst. 8, 3, 40 primum est, ut -at (lic- *var. l.*), augere quid velimus an minuere, *eqs.* 9, 3, 97 'relationem' quid accipi velit *Cicero*, non -et mihi. PLIN. epist. 2, 2, 1 irascor, nec -et mihi, an debeam, sed irascor. TERT. scorp. 6 p. 156, 13 agonas ... quanta gratia saeculum celebret, iam et Africae -cuit. LACT. ira 9, 1 qui *Protagoras* sibi diceret non -ere, utrum esset aliqua divinitas necne. *al.* Ⓗ quod, quia, quoniam (*iuxta acc. c. inf.* AMBR.): AMBR. Nab. 17, 73 -et ... his oraculis, quod dominus etiam circa indignos promissa sua servet, sed impios aut stultitia sua opprimi aut alia praevaricatione damnari. EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 128, 1 -et (lic- *trad.*) quia nequaquam ultra actionis sextae terminum pro fidei causa restiterunt (GREG. M. dial. 2, 22 p. 113, 17 M. -et profecto q. mobilioris naturae est spiritus quam corpus). BOETH. herm. sec. 5, 12 p. 385, 12 -et ..., quoniam duo modi sunt possibilium.

c *praep.* de (*cf. l. 39. p. 1478, 45*): PLAVT. Trin. 233 de hac re mihi satis hau -et (*cf.* 227 *p. 1478, 32*). CIC. div. 1, 6 cum id, de quo Panaetio non -et, reliquis eiusdem disciplinae solis luce videatur clarius. SEN. Herc. f. 446 (*440* reddere Alcidae patrem ... verum) nondum -et de patre? nat. 7, 25, 2 adeo animo non potest -ere de ceteris rebus, ut adhuc ipse se quaerat. QVINT. inst. 3, 6, 35 *ἀπρόλημπτον* et *προλημπτικόν* ..., id est dubium et praesumptum, quo significatur de quo -et. GLOSS. V 662, 59 -et mihi de animo tuo (*cum V 663, 64* praerogativam animi tui habeo *coniunxit Götz*).

2 *absolute* (*cf. l. 36; addidimus* CVRT., *ubi dubium, quid pro subi. suppleas*): CVRT. 7, 2, 34 verane dixerit ..., an falsis tormentorum petierit finem re quoque recenti, cum magis posset -ere, dubitatum est. ARNOB. nat. 1, 47 si, ut -et et constat, debilitates et corporum passiones ... fatalibus accidunt inroganturque decretis (PROB. Verg. georg. 1, 138 ut quibusdam -et. 1, 492 plerisque auctoribus. ENNOD. opusc. 3, 129 p. 364, 11). BOETH. cons. 4, 4, 22 W. '*non* quisquam negabit bonum esse omne, quod iustum est ...'; -ere respondi.

B *speciatim in sermone iudiciali* (*absolute sub 1a et l. 52 sqq. 56. 60. 63. 73; loco subiecti ponitur pron. neutr. l. 61. 65 sqq., acc. c. inf. l. 76 sqq. [cf. l. 75], subst. non nisi* COD. Iust. *l. 81; indicatur id quod -et praepositione* de *l. 56. 57. 59. 70 sqq.*): **1** *technice in pronuntiatione iudicis*: **a** *explicationes*: DON. Ter. Eun. 331, 2 '-et' verbum iuris, quo utebantur iudices, cum 'amplius' pronuntiabant, obscuritate commoti causae magis quam negotii simplicitate. Ps. ASCON. Verr. p. 230, 30 ante legem Glauciae de comperendinatione aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus, aut 'amplius' pronuntiabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices 'non -et', hoc est 'obscura causa est'. p. 231, 12 cum condemnandi nota esset C littera, absolvendi A, ampliandi signum N. L. iudices dabant, quo significabant non -ere; unde ampliatio nascebatur. **b** *exempla* (*suppletur in* LEGIBVS repetund. [CIL I^{2} 583] 47. 49 colleg. aq. [CIL VI 10298] 21): CIC. Caecin. 29 venisse *Falculam* in consilium publicae quaestionis, cum eius consili iudex non esset, et in eo consilio, cum causam non audisset et potestas esset ampliandi, dixisse sibi -ere (Cluent. 76 homines sapientes ..., qui neque absolvere ... possent neque ... condemnare vellent, non -ere dixerunt. 106 eorum ..., qui sibi non -ere dixerunt, sapientiam laudo. 131. *cf.* QVINT. decl. 365 p. 397, 24 si negassent -ere sibi de supplicio tuo). GELL. 14, 2, 25 iuravi mihi non -ere, atque ita iudicatu illo solutus sum (VLP. dig. 4, 8, 13, 4 si iuret sibi de causa nondum -ere, spatium ei ad pronuntiandum dari. PAVL. dig. 42, 1, 36 [*e Pomponio*] si uni ex pluribus iudicibus ... de re non -at, ceteri autem consentiant, si is iuraverit sibi non -ere, eo quiescente ceteros ... sententiam proferre). COD. Theod. 9, 19, 2, 1 postrema sententia quid sibi -at prodituras *iudex*. *in imag.*: SEN. epist. 65, 15 aut fer sententiam aut ... nega tibi -ere.

2 *usu dilatato*: CIC. Caecin. 31 utrum, recuperatores, his testibus non credidistis, cum quid -ret non habuistis? (QVINT. inst. 3, 6, 12 hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator ...: q. maxime -ere iudici velit. *cf.* decl. 276 p. 128, 22 quomodo, *adversarii*, colligatis scisse eum, cum non -at [lic- *var. l.*] hoc vobis? CELS. dig. 33, 10, 7, 2 id [PAVL. sent. 3, 5, 11]. VLP. dig. 11, 7, 14, 7 quod si iudici -eat). SEN. contr. 7, 8, 6 si iam tibi de stupro tuo -et (QVINT. decl. 330 p. 298, 16 de pudicitia. CALP. decl. 4 de parricidio etiam cum creditur non -et. PAPIN. dig. 29, 2, 86, 1 de patris innocentia). PLIN. epist. 7, 6, 5 ille: 'potest tibi -ere'. ad hoc ego: 'si tibi ex diverso -et, potest et mihi quod est melius -ere'. IVLIAN. dig. 40, 5, 47, 2 satis erit -ere praetori per servum non stare, quo minus condicioni pareat. VLP. dig. 19, 5, 17, 2 (*e Papin.*) si mihi -at apud te esse *rem*, furti agere possum (*cum acc. c. inf. ut*: 26, 10, 3, 4 si praetori -at ex apertissimis rerum argumentis suspectum eum esse. 29, 3, 2, 4 si -querit eum vivere, non permittat *praetor inspici testamentum*. 29, 5, 1, 24 scelere interemptum *aliquem esse*. *al.*). COD. Iust. 6, 23, 15, 1 (*a. 339*) si modo per eam *institutionem* -bit voluntatis intentio.

II *part. praes.* liquens, -entis *pro adi. i. q. purus, manifestus sim.* (*neutr. pro subst.* SYNON. Cic. p. 416, 16 aperta. clara. lucida. manifesta. inlustrata. -ia. plana. *eqs.*): GELL. 18, 5, 11 ut non turbidae fidei nec ambiguae, sed ... purae -entisque esset, 'equus'ne an 'eques' scriptum Ennius reliquisset.

appendix grammatica et stilistica ad I (*exempla notabiliora*): **1** *structuras indicantes id, quod constat, supra disposuimus.* **2** *indicatur, cui quid -at, dativo saepius, praep.* inter PANEG. 2, 3, 5 (*cf.* constat *vol. IV 534, 45 sqq.*), apud ENNOD. dict. 21, 11 p. 486, 5. **3** *indicatur causa sim. praep.* ex SEN. nat. 4 praef. 22 PLIN. epist. 7, 6, 5, de TERT. carn. 17 l. 7, in *c. abl.* EVCHER. instr. 2 p. 145, 1, *adv.* unde HEGES. 5, 53, 1 p. 408, 8, hinc MACR. Sat. 5, 17, 1 CLAVD. MAM. anim. 2, 4 p. 115, 5, *abl. nudo* AMBR. Nab. 17, 73 BOETH. cons. 5, 4, 26 W. **4** *augetur adverbiis* (*sc. posit. et superl. fere abundanter*): PLAVT. Most. 417 profecto (GREG. M. dial. 2, 22 p. 113, 17 M.). Trin. 233 satis (LIV. 37, 45, 16 SYNON. Cic. p. 447, 33 APVL. apol. 71, 1 HIER. hom. Orig. in Luc. 8 p. 50, 17). OV. trist. 3, 11, 73 magis (CVRT. 7, 2, 34. QVINT. inst. 3, 6, 12 maxime [MACR. Sat. 5, 17, 1]. PLIN. epist. 2, 20, 4). SEN. suas. 6, 15 facile (BOETH. cons. 4, 6, 9 W.). SEN. nat. 7, 25, 2 adeo. GELL. 1, 3, 3 plane. AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 certe. SVLP. SEV. chron. 2, 19, 1 evidentius (CLAVD. MAM. anim. p. 193, 8 evidentissime). COD. Theod. 11, 28, 3 aperte (BOETH. in Porph. comm. sec. 3, 3 p. 205, 10 apertius). BOETH. cons. 5, 6, 4 W. clarius (herm. pr. 2, 13 p. 185, 24 ARATOR act. 2, 281). in Porph. comm. pr. 1, 10 p. 27, 18 melius. *cf.* GELL. 14, 1, 11 pro percepto. **5** *iuxta ponuntur voces vel locutiones*: **a** *similes*: PLAVT. Pseud. 760 defaecatumst. CIC. div. 1, 6 clarius videatur (*cf.* AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 claret. BOETH. cons. 4, 2, 3 W. clarescat). nat. deor. 1, 29 perspicuum est. QVINT. decl. 269 p. 98, 16 manifestum est. VLP. dig. 42, 4, 5, 1 constare (PAVL. sent. 3, 5, 11 ARNOB. nat. 1, 47. 3, 3. 3, 30. 5, 39). **b** *contrariae*: PLAVT. Most. 417 turbavimus. Pseud. 760 ambiguom fuit. PLIN. paneg. 1, 4 dubium fuisset. AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 concerni, obscurari, obtegi.

CAPVT ALTERVM: *corporaliter*: **I** *part. praes.* liquens, -entis *plus minusve pro adi. i. q. liquidus* (*usu maxime poetarum; neutr. pro subst. adhibitum l. 52. 73 [cf. etiam l. 65. 72], ? fem. sub B 2; dubium an huc spectent loci p. 1491, 43 allati*): **A** *usu originario pertinet ad statum et proprietates materiae non solidae i. q. non spissus, non cohaerens ideoque fluidus, fluens nec non mundus, purus, clarus*: **1** *de umoribus*: **a** *de aqua, mari, flumine*: VARRO Men. 273 Propontis unda quam -i natantem perfundit (OV. am. 2, 16, 5 arva pererrantur Paeligna -bus undis. met. 8, 457 sparsit ... -bus u. *Althaea stipitem ardentem*). CATVLL. 31, 2 insularum ... quascumque in -bus stagnis marique vasto fert ... Neptunus. LVCR. 2, 992 unde *e caelo* alma -is umoris guttas mater cum terra recepit, *eqs.* VERG. georg. 4, 442 *Proteus* transformat sese in ... fluvium ... -em (*cf.* SIL. 14, 268 venit ... pubes ... -is Achaeti). Aen. 6, 724 campos ... -is (*explicant*: PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 337, 23 mare significat. MACR. Sat. 6, 1, 45 *collato Lucr. 6, 405* liquidam molem camposque natantes. *imitatur*: MAX. TAVR. c. pag. [Journ. Theol. Stud. 17, 1916, 331] l. 333 -es undarum c.). STAT. Theb. 9, 466 mole -i *fluvii* (*cf. l. 42*). GAVDENT. serm. 10, 3 G. quando in murorum firmitatem -is elementi unda diriguit (*item de mari*: HIER. epist. 15, 1, 2 vastitas -is e. SERM. [Rev.Bén. 71, 1961, 20] l. 63 -is e. terga. ENNOD. dict. 21, 25 p. 490, 9 -is e. minas. *al.; de fontibus*: SIDON. epist. 9, 11, 9 arcanum -is e. *cf. l. 68*). HEGES. 5, 41, 2 p. 386, 10 stringuntur -ia (*antea l. 5*: unda murus est). PRVD. perist. 10, 947 fluctus -is aequoris (*cf.* tituli 137 fluctus ... -es). SEDVL. carm. pasch. 2, 159 sancto ... -es corpore mundavit latices *Iordanis Christus* (*op. pasch. 2, 12 p. 212, 18* latices *tantum*). DRAC. laud. dei 1, 736 minuantur aquae ... -es. *cf. p. 1481, 1* via -s *per oxymoron sec. Matth. 14, 25*: PETR. CHRYS. serm. 20 p. 254^{A} mare ... per -em viam saxea soliditate servivit *pedibus Christi*. 168 p. 639^{B} profunda maris ingredi et -is viae calles invios transmeare. **b** *de rebus variis fluidis*: VARRO rust. 2, 11, 1 lacte est omnium rerum ... -ium maxime alibile. VERG. Aen. 5, 238 vina -ia fundam (5, 776. ARNOB. nat. 6, 1 non ... vinum -s paterarum effusionibus inferamus). SER. SAMM. 203 expressae marathro guttae cum melle -i detergere malum poterunt (337. 751). HIER. hom. Orig. in Ier. 9 p. 648^{B} *utres* a qualibet -is naturae materia vacui (*Migne gr. 13 p. 377^{B} ὑγρᾶς οὐσίας. v. l. 83*). p. 650^{C} nec oleum ... aliudve quid -s (*gr. ibid. p. 382^{B} ἄλλη τις ὑγρὰ ὕλη*). in Ezech. 45, 15 sqq. p. 452^{C} mensurae ... tam aridarum specierum quam -ium. in Ier. 3, 15, 2 p. 163, **11** *non aqua*, non alia qualibet materia -is elementi (*de melle, sc. tropice pro litteris, studiis sim. posito*: ENNOD. epist. 1, 9, 1 p. 18, 9 dum ... per domos cereas eloquentiae nectare -is e. mella conponis. dict. 11, 6 p. 460, 14 -entis e. nectar. *cf. l. 48*). VVLG. lev. 11, 34 omne -s quod bibitur de universo vase, immundum erit (*Itala Lugd.* potus). BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 8 p. 155, 6 sq. -ium alia sunt alba, alia nigra, ... alborum alia sunt dura, alia -ia, quaedam mollia.

2 *de rebus solidis*: SER. SAMM. 81 ferventes papulas papiro (*trad. metro invito; temptaverunt alii alia*) curato -i. HIER. in Matth. 15, 17/18 p. 108^{D} tenuis humor et -s esca (*antea*: liquidior cibus). PRVD. c. Symm. 2, 42 lepida ex vestro sumpsit pictura sacello, quod variis imitata notis ceraque -i duceret in faciem. COD. Theod. 9, 24, 1, 1 ut eis meatus oris et faucium ... -is plumbi ingestione claudatur (*Interpr.* liquefactum).

3 *de rebus aeriis*: MART. CAP. 8, 815 nos ... circulos non ita dicemus, ut -is naturae ('*aethereae*' *intellegit Salmasius*) discrimina corpulenta fingamus. BOETH. cons. 3, 11, 29 W. quae dura sunt ..., re-

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sistunt; quae vero -ia ut aer atque aqua facile ... dividentibus cedunt.

B *usu deflexo*: **1** *respiciuntur colores candidi, nitidi sim. (cf. p. 1486, 54)*: PRVD. perist. 1, 88 illius fidem figurans nube fertur anulus; ... per poli -is axem fulgor auri (*sc. anuli*) absconditur. VAL. CEM. hom. 6, 4 si per totum verticem iuventutis primae honore fulgentem -es cineres aut pulverulenti aliquid candoris asperseris, non quidem caput oneras, sed deformas. **2** *respiciuntur litterae l, m, n, r (per similitudinem etiam de s et z. cf. p. 1486, 33. hic illic dubites utrum vocem q. e.* littera *suppleas, an potius fem. pro subst. intellegas)*: MAX. VICTORIN. gramm. VI 216, 5 -es litterae sunt quattuor, l m n r; -es ideo dicuntur, quod fluant et quasi intereant tum, cum sequuntur aliquam brevem syllabam cum quavis alia consonante. 217, 5 licentius antiqui et ipsa *littera s* quasi pro -i utebantur. 217, 13. 15. CARM. de alphab. 67 Z littera sum graeca, ⟨duplex⟩, sed more -um deficio currens per carmina sicuti simplex (*cf. e. g. Cledon. gramm. V 28, 11* z apud nos et longa et brevis est *eqs.*).

II *formae ceterae*: **A** *testimonia*: CHAR. gramm. p. 331, 9 B. declinatur ... -o -es -et *κατατέτηκεν* (*distinguitur* 331, 7 -et mihi tibi illi *πέπεισμαι*). p. 475, 30 *inter verba coniugationis secundae affert* liveo, -o *τήκομαι*. PRISC. gramm. II 398, 8 ex eo *verbo liquandi* -eo et liquesco (*affert Verg. ecl. 8, 80 tantum*: ut cera liquescit. *item huc spectare locos de perfecto agentes* 477, 14 *et* 491, 8 -o, -ui *demonstrat testimonium allatum Ov. met. 4, 253* corpus delicuit). *dubium*: GLOSS. II 233, 43 *ἀπαυγίζω (Bücheler, -ζίζω vel -λίζω trad.)*: -o. *?* **B** *exempla*: AETNA 398 (399) varie quaedam sine nomine saxa toto monte -ent (*an rectius variam lectionem* liquant *defendit Goodyear*, incendia *subiectum versus praecedentis etiam hic supplens?*). TAB. devot. Audollent 104, 2 sic liqu(e)at com aqua *fur mantelii (si recte legerunt scripturam arcanam Zangemeister et Huebner)*.

deriv.: liquesco; *cf.* liquidus, 2. liquor.

compos.: colliqueo; *cf.* liquefacio; colliciae, 1. delicia, 1. eliquium.

***liquēsco,** licuī, -ere. *a* liquere (*a* liquare PRISC. gramm. II 398, 8). *scribitur*: -isc- (*cf.* VIRG. gramm. epist. 3 p. 139, 8 formam ... inchogativam dualem esse dicebat *Regulus* ut calesco calisco, -esco -isco) *e. g.* ITALA psalm. 21, 15 (cod. 333). VIRG. gramm. epit. 2 p. 9, 8. -iesc- PLIN. nat. 34, 130 (*cod. B*). ITALA psalm. 21, 15 (Veron.). *perf. legitur* ITALA psalm. 96, 5 (cod. 136 Cas.) *infra l. 79 tantum, nisi huc spectare credas quaedam p. 1477, 69 sqq. allata (contra metrum vix huc trahas* VERG. [?] catal. 13, 35 *p. 1462, 57; cf. ad prosodiam stirpis perf. Leumann, Studi linguistici Pisani 641)*. NOT. Tir. 113, 68. *legitur inde a* NAEVIO, PLAVTO, CIC., LVCR. [*vix recte trad.* VICTORIN. Macc. 307 lingua -it dissona per gentes (*an potius cum rec. altera Hil. Macc. 311* loqu- *?*).]

i. q. liquidum fieri: **I** *formae activae (sc. intrans.)*: **A** *pervenitur ad statum dissolutum, liquefactum* (GLOSS. -o: *τήκομαι. διατήκομαι. ὑγραίνομαι. indicatur effectus* -endi *praep.* in *c. acc.* HIER epist. 22, 32, 1 *et* MART. CAP. 9, 920): **1** *proprie*: **a** *-unt res*: *α solidae*: NAEV. trag. 48 iam solis aestu candor (*nivis ? cf. l. 70*) cum (cui *codd.*) -rę̨t (NON. p. 334, 37 *ad l.* liquidum ... significat molle et fluxum). PLAVT. Bacch. 10 cum -unt petrae, ferrum ubi fit (ITALA Iudith 16, 18 [Sangerm. 15, *cf.* VVLG.] p. ... ante faciem tuam sicut cera -ent [*gr. 16, 15 ταχήσονται. cf. l. 79*]. *cf.* AETNA 456 *lapis molaris* materiam *i. saxa* accendit cogitque -ere secum. 533 *saxa*. 553 *lapis* [COMM. instr. 2, 2, 12]. STAT. silv. 3, 1, 122 silex. CLAVD. carm. min. 26, 21 rigidae cautes). LVCR. 1, 493 tum labefactatus rigor auri solvitur aestu, tum glacies aeris flamma devicta -it (*item -unt metalla vel res ex iis factae*: VERG. Aen. 8, 446 fluit aes rivis ... *et* chalybs vasta fornace -it [SERV. -it dixit proprie, nam ferrum non solvitur, sed mollescit. *imitatur locum* DRAC. laud. dei 1, 504]. SEN. nat. 2, 31, 1 gladius. PLIN. nat. 29, 80 auro -enti [HIER. epist. 22, 32, 1 aurum -it in litteras. *inde*: ISID. orig. 6, 11, 5 aurum ... -ens patescat in litteris]. 34, 161 argentum [STAT. Theb. 6, 207]. *al.*). 6, 179 plumbea ... glans ... longo cursu volvenda -it ([quiescit *codd.*]. SEN. nat. 2, 57, 2 -it excussa g. funda et adtritu aeris velut igne distillat). 6, 516 *nubes calefactae mittunt imbrem*, quasi igni cera (tela *var. l.*) super calido tabescens multa -at (VERG. ecl. 8, 80 limus ut hic durescit et haec ut c. -it uno eodemque igni: sic nostro Daphnis amore. Ov. ars 2, 85 [*89* tabuerant]. SCRIB. LARG. 201. *al.*). HOR. sat. 1, 5, 99 flammā sine tura -ere. LIV. 21, 36, 6 per ... fluentem ... tabem -entis nivis (PLIN. nat. 8, 217. *cf. infra sub II*). COLVM. 1, 5, 8 ut concreti rores -ant. 12, 6, 1 salem ... -ere (PLIN. nat. 29, 121. 31, 87. 101. *cf.* 31, 81 nullo umore -unt *acervi salis*). SCRIB. LARG. 201 cera et utraque resina (238 r. cum rosa. PELAGON. 224 usque cum -at [*sim.* VEG. mulom. 2, 67, 5; *Hippiatr. gr. I p. 154, 16 μέχρι τοῦ διαλυθῆναι*]). PERS. 2, 47 cum in flammis ... omenta -ant. PLIN. nat. 19, 46 (*de laserpicio*) tralucente gutta quaeque saliva celerrime -at. 20, 236 tenetur in ore *sinapi*, donec -at. *al.* ITALA exod. 16, 21 (Ottob.) cum ... excanduisset sol -bat *manna* (*gr. ἐτήκετο, Vulg.* liquefiebat). psalm. 96, 5 (cod. 136 Cas.) montes ut cera -erunt a facie domini (*gr. ἐτάκησαν, Sangerm. al.* liquefacti sunt, *Vulg.* fluxerunt, *Hier. psalt. sec. Hebr.* tabefacti sunt; *hunc respiciunt locum*: TERT. adv. Hermog. 34, 2 adv. Prax. 16 p. 257, 25 COMM. instr. 2, 4, 7. *cf.* VEREC. satisfact. 175 dura resolutis -it molibus Aetna [178 cerae similis]). *al.* *β liquidae: diffluentes, evanescentes*: VITR. 8, 1, 2 rubro saxo et copiosae et bonae sunt *aquae*, si non per intervenia dilabantur et -ant (*cf. Pallad. 9, 8, 3* ne inventae inter rimas refugiant et per intervenia dilabantur). *in statum liquidum revertentes vel destillantes sim*: VITR. 8, 2, 1 per aeris exercitationem percolata *aqua pluvia* tempestatibus -endo pervenit ad terram (*cf.* 8, 2, 2 *a montium* offensa et procellis propter plenitatem et gravitatem -endo disparguntur *nubes* et ita diffunditur *aqua*). Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 23, 3 aliter se ostendit *deus* ..., cum ab ictu virgae maris unda ad evadendum -ret (*vix recte trad.; fortasse* rigesceret. *cf. Ambr. fid. 2, 2, 22* cum umor rigesceret), aliter cum ad ictum virgae maris unda -ret ad necandum. DRAC. laud. dei 1, 150 fluctibus inmensis pelagi freta glauca -unt. GLOSS. II 436, 23 *στάζω* stillo, liquor, -o.

b *-unt animantes vel partes eorum*: PLAVT. Cas. 400 (*per lusum verborum*) utinam tua ... in sortiendo sors deliquerit! :: tu ut -as ipse, actutum virgis calefactabere. LVCR. 4, 1114 membra voluptatis dum vi labefacta -unt. (*lassitudine*). Ov. met. 5, 431 (*Cyane mutatur in aquam*) tenuissima quaeque -unt, caerulei crines digitique. 7, 550 dilapsa *corpora* -unt (VICT. VIT. 1, 9 c. -entium ... fetore). SEN. epist. 26, 4 incommodum summum est ... minui et deperire et ut proprie dicam -ere *senio*. PETRON. 42, 2 non cotidie lavor; ..., aqua dentes habet, et cor nostrum cotidie -it (*aliter l. 38*). TERT. spect. 30 p. 29, 1 praesides persecutores *Christianorum* ... saevioribus quam ipsi flammis saevierunt ... -entes (*ultimo die ut*: LACT. inst. 7, 26, 2 -ent spiritus eorum *impiorum* in calore et corpora conterentur in grandine. COMM. instr. 2, 39, 19 nullificantes deum ... ab igne peribunt, cum montibus ipsi -unt [*Martin*, loquescunt *trad.*, liquendo *Dombart*]). PRVD. apoth. 1015 vanescat sanguis perflabilis, ossa -ant mollia, nervorum pereat textura volantum. cath. 6, 146 serpens ... discede, Christus hic est, ..., -e (SCHOL. defice). AVG. in psalm. 133, 2 putrefactus -bat in se *Iob*. CARM. adv. Marc. 1, 217 frangitur infelix laniata *caro*, sparsa -it. APIC. 6, 7 (6, 6, 3 M.) aves omnes ne -ant: cum plumis elixare omnibus melius erit.

2 *imagine hic illic vigente transfertur (cautius l. 56) ad*: **a** *animum affectibus motum*: CIC. Tusc. 2, 52 opinio est ... quaedam effeminata ..., qua cum -imus fluimusque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. VERG. ecl. 8, 80 *v. p. 1481, 67*. Ov. Pont. 1, 1, 68 mens mea tabida facta de nive manantis more -it aquae. AMBR. Hel. 12, 43 habet unum hoc temulentia, ut emolliat et resolvat corda temulentorum; ... vini incendio etiam superborum hominum cor -it (AVG. epist. 140, 36 magno pavore contingit, ut c. velut cera -at humanum [*respicitur* psalm. 21, 15 *p. 1476, 61 ut* NICET. virg. laps. 35 p. 124, 11 B.]). MART. CAP. 9, 920 ut in tam dulcem ... mollitiem intima mentium -at affectio. *audacius* -ere post *aliquem i. q. desiderio alicuius tabescere*: Ps. ORIG. in Iob 1 p. 430^{D} doloribus afficit *diabolus* animam eius *Iob*, liquefacit praecordia eius, ... quo magis post filios -ens succenderetur (*cf. ibid. p. 386^{A}* animus post aurum ... inhiat, *et e. g. Ven. Fort. vita Pat. 12, 36* post ... Paternum desiderium [*v. Blomgren I 23 sq. ad l.*]). **b** *res varias*: *α generatim*: Ov. Ib. 423 ut ... per alternos unda labente recursus subtrahitur presso mollis harena pedi, sic tua ... semper fortuna -at, lapsaque per medias effluat usque manus. PRVD. apoth. 954 cassa cadit ventoque -it adsimilis *nebulosi dogmatis umbra*. LAVRENT. eleem. p. 113^{A} quare non -it nequitia, et augescit iustitia? p. 115^{D} peccatorum sarcina ... ut cera -it, ut fumus fugatur, ut vapor exinanitur. paen. p. 91^{B} mens perdita obstupescit, spes depravata -it. *β technice apud gramm. de litteris*: FORTVN. gramm. VI 279, 12 esse ... elementa, quae minus virium habeant et sic in pronuntiatione, ut ita dixerim, -ant atque solvantur, ut positione longam facere non possint (*de liquidis l, m, n, r ut*: SERV. gramm. IV 422, 28 sqq. SERG. gramm. IV 477, 4. VLT. SYLL. gramm. IV 221, 18 sonus *liquidarum* -it et tenuatur. *al.; cf. de littera l*: CARM. de alphab. 32 si me grece legas totum sine sorde videbis [*sc.* labda *i.* lauta, *v. p. 762, 58*]; nec frustra quoniam per carmina saepe -o). CLEDON. gramm. V 28, 2 superflua *littera s* invenitur interdum et ipsa -it in metro (POMP. gramm. V 109, 12 sqq.). Ps. PRISC. gramm. III 523, 5 *verbum*, quod in paenultimo -it, ut tonitru (*3* quod in paenultimo breviatur). VIRG. gramm. epit. 2 p. 9, 8 u ... aliquoties -it, cum ab alia diciosiore proscribatur, ut 'vatis'.

B *pervenitur ad statum mundum, clarum (cf. et l. 60)*: **1** *corporaliter*: BELL. Alex. 5, 1 aqua *Nili* in privatos domos inducitur, quae paulatim spatio temporis -it ac subsidit (*postea*: nam ... est limosa ac turbida). COLVM. 12, 28, 3 nolito statim diffundere *vinum*, sed sinito in doliis -ere. **2** *incorporaliter*: FVLG. Virg. cont. p. 96, 19 ut certius tibi planiusque -at quod dictum est. AVG. serm. coll. Morin p. 404, 27 nemo cogitet carnaliter, non est tempus: concutitur mundus, excutitur vetus homo, premitur caro, -at (-it *var. l.*) spiritus (*cf. l. 23*).

II *forma passiva* **-i** (*pertinetne ad act. notione transitiva i. q. liquefacere?*): MARCELL. chron. II p. 81, 443, 1 tanta nix cecidit, ut per sex menses vix -i (-ere *codd. rec. duo*) potuerit.

compos.: col-, de-, eliquesco.

liquet *v.* liqueo. **liquidē** *v.* liquidus.

liquiditās, -ātis *f.* *a* liquidus. *i. q. qualitas liquidi vel ipse liquor*: APVL. mund. 1 p. 290 supernis omnibus *mundi*, ..., aeris -e ad modum tegminis saeptis et opertis. CAEL. AVR. gyn. 1 l. 158 *autumno* aeris -s omnia corpora facile morbis inclinat (*gr. Soran. p. 87, 7 διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τοῦ περιέχοντος*).

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liquidiusculus, -a, -um. *a* liquidus (liquidius) *deminutive. i. q. aliquanto liquidior*: PLAVT. Mil. 665 leniorem dices quam mutum est mare, -usque ero quam ventus est Favonius (*Non. p. 334, 25 ad l.* liquidum ... significat molle et fluxum. *cf. Claud. 1, 272* liquidi clementior aura Favoni).

1. liquidō *v.* liquidus.

2. liquido, -ātum, -āre. *a* liquidus. [*vix huc pertinet p. 1478, 12.*] *i. q. liquefacere* (*in pleonasmo* ORIBAS.): MARCELL. med. 1, 26 cetera ad ignem -ta ... supra scriptis admiscentur. PS. THEOD. PRISC. add. p. 331, 3 axungiam ... in patella nova -as. ORIBAS. syn. 9, 58, 4 La cera soluta -ta supermissa (*gr. τετηκότα κηρόν tantum ut Aa* soluta).

? **liquidulus,** -a, -um. *a* liquidus *deminutive. v. p. 1486, 60.*

***liquidus,** -a, -um. *cf.* liquere, 2. liquor. *producitur* lī- (*sc. sec. formam ambiguam* liquens *eadem fere notione tam a* līqueo *quam a* 1. līquor [*v. p. 1491, 41*] *derivandam, v. Stolz-Leumann⁶ § 130 II B 1*): LAEV. carm. frg. 23 (*si recte trad.; v. p. 1486, 60*). LVCR. 1, 349. 2, 452. 3, 427. 4, 1259 (*sed in versu eodem et aliis locis sc. viginti ab eodem corripitur*). *compar.* -ior *inde a* CIC. Brut. 274 CELS., *superl.* -issimus *inde a* LVCR. OV. NOT. Tir. 113, 67 -um. *de notione*: NON. p. 334, 16 -um, suave, dulce (*affertur* VARRO Men. 131); -um est purum (VERG. Aen. 6, 202 VARRO Men. 452); -um est prosperum (PLAVT. Pseud. 762); -um rursum significat molle et fluxum (*afferuntur Plaut. Mil. 665* liquidiusculus *et aliae voces affines*). *cetera v. infra.* *legitur inde a* NAEVIO *infra l. 83* PLAVTO, ENNIO, CATONE. [*langob. alp.* leguid (*subst.*), *istr.* liedu. *cf. M.-L. 5077. St.*] [*traditur loco lacunis depravato* FEST. p. 293 (= NAEV. carm. frg. 61, *si recte coni. viri docti*).]

I *significatur qualitas imprimis per sensus percipienda*: **A** *usu originario pertinet ad statum et proprietates materiae non solidae: i. q. non spissus, non cohaerens ideoque fluidus, fluens nec non mundus, purus, dilucidus sim.* (*subiunximus etiam enallagas et imagines*): **1** *praemonenda ad illustrandam notionem*: **a** *respicitur magis compages materiae non solida* (GLOSS. -us: *ὑγρός. δίνγρος.* -um: *ὑγρόν. δίνγρον*): LVCR. 2, 452 illa ... debent e levibus atque rutundis esse magis, fluvido quae corpore -a constant. 4, 1241 steriles nimium crasso sunt *uxores* semine partim et -o praeter iustum tenuique vicissim; tenue locis quia non potis est adfigere adhaesum, liquitur extemplo *eqs.* (*item opp.* crassus 4, 1259. CELS. 6, 7, 1F medicamentum). VARRO rust. 3, 16, 27 mel (*opp.* spissum *ut*: OV. met. 1, 23 -um spisso secrevit ab aere caelum *deus*. PLIN. nat. 24, 37 duo genera *picis*, spissum -umque. *al.*). OV. trist. 3, 10, 8 *Hister* suis -us bella repellit aquis (*30* congelat. *cf.* PLIN. paneg. 82, 5 nunc rigentia gelu flumina ..., nunc -a). SCRIB. LARG. 106 melle tenui, id est quam -issimo. MELA 3, 88 *lacus* adeo est -us et ad sustinenda quae incidunt ... infirmus, ut *eqs.* (*inde* SOL. 30, 11, *ubi postea*: laticis tenuitate). **b** *respicitur magis motus, sc. fluxus*: VARRO rust. 3, 16, 27 aqua -a ..., quae praeterfluat (*cf. Colum. 9, 5, 5* perennis aqua). TIB. 1, 5, 76 (*proverbialiter de opportunitate*) utere *amore* quaeso, dum licet: in -a nat (nam *var. l.*) tibi linter aqua (*sc. non in stagno: minus probabiliter ad c trahas*). 1, 9, 50 illa velim rapida Vulcanus carmina flamma torreat et -a deleat amnis aqua. OV. am. 1, 8, 6 in ... caput -as arte *magica* recurvat aquas (*cf. Tib. 1, 2, 46* fluminis ... rapidi carmine vertit iter). ars 2, 722 oculos tremulo fulgore micantes, ut sol a -a saepe refulget aqua. met. 8, 162 -is ... Maeandrus in undis ludit et ambiguo lapsu refluitque fluitque *eqs. ceterum cf. e. g. p. 1485, 5. 28.* **c** *respicitur magis munditia, status defaecatus* (GLOSS. -um: defaecatum, dilucidum, lene. purum): *α explicatur usus ex notione sub a illustrata*: LVCR. 5, 499 sqq. terrae concreto corpore ... omnis mundi quasi limus ... confluxit gravis et subsedit funditus ut faex; inde mare ... aer ... aether ... corporibus -is sunt omnia pura relicta, et leviora aliis alia, et -issimus aether atque levissimus aerias super influit auras, nec -um corpus turbantibus aeris auris commiscet (OV. met. 1, 67 -um et gravitate carentem aethera nec quicquam terrenae faecis habentem). CIC. Brut. 274 *v. p. 1485, 7.* PLIN. nat. 11, 226 saetas suum obstare tenuitati immeantis spiritus, nec purum -umque tramitti. DON. Ter. Andr. 729 quae sunt pura et defaecata, -a sunt. MACR. Sat. 7, 12, 7 tanto penetrabilius efficitur in venas bibentis, quanto fit -ius faece purgata *vinum* (*cf. l. 78*). *β mera fere vi defaecati, puri sim.*: VARRO ling. 7, 106 turbida quae sunt deliquantur, ut -a fiant (LIV. 44, 33, 3 scaturiges turbidae primo et tenues emicare, dein -am multamque fundere aquam ... coeperunt. MELA 2, 6 Borysthenes ... turbidis aliis -issimus defluit [*cf. Herodot. 4, 53 καθαρὸς παρὰ θολεροῖσι*]. MART. 12, 60, 8 ut -um potet Alauda merum, turbida sollicito transmittere Caecuba sacco). OV. met. 1, 370 *post diluvium* adeunt ... Cephisidas undas, ut nondum -as, sic iam vada nota secantes. CELS. 2, 6, 3 si urina modo -a et pura est, modo habet quaedam subsidentia (SEN. nat. 6, 27, 2 *aer subterraneus* corruptus ... purum hunc -umque *aerem* maculat. COLVM. 12, 21, 4 -ior et purior est, quantum altiore mari hausta est *aqua. al.*). COLVM. 12, 28, 3 vinum sinito in dolis liquescere; postea ... defaecatum quam -issimum in vasa ... transferto (*cf. l. 67 et* 12, 38, 4 -um *vinum* et sine faece diffundas).

2 *conspectus locorum* (*colores supra illustrati dinosci saepe non possunt*): **a** *de umoribus*: *α ipsis*: Ⓘ *iuxta subst.*: Ⓐ *de mari, aqua, flumine sim.*: NAEV. frg. scaen. Varro ling. 7, 23 (*nisi ut olim Bello Punico adiudicandum*) per -um (perit quidum *trad.*) mare ... eunt (OV. epist. 17 [18], 58 NOVELL. Theod. 3, 1. *cf.* LVCR. 6, 405 -am molem camposque natantis. CIRIS 493 aequore [OV. fast. 5, 547 MANIL. 5, 563. *al.*]. OV. fast. 4, 575 ponti [STAT. Ach. 1, 236]. MANIL. 5, 612 marmore. *sim. al.*). CATO agr. 73 per aestatem boves aquam bonam et -am bibant ... curato (VARRO rust. 3, 16, 27 TIB. 1, 5, 76. 1, 9, 12. 1, 9, 50 OV. am. 1, 8, 6. 3, 5, 12 ars 2, 472. *al.; cf.* CATVLL. 64, 162 candida permulcens -is vestigia lymphis [OV. met. 3, 451]). CATVLL. 64, 2 undas (VERG. Aen. 5, 859 PANEG. in Mess. 123 OV. met. 1, 95. *et saepe in poesi*). LVCR. 1, 349 permanat aquarum -us umor (3, 427 -us u. aquai aut nebula aut fumus [*postea*: mobilitate]. CELS. 7, 6, 3 -ior [*antea*: tenuis, *postea*: pingue]. RVFIN. hist. 1, 8, 7 et luridus [*gr. ὑγρὸν ... καὶ διαυγές*]). VARRO rust. 3, 5, 9 flumen (PLIN. paneg. 82, 5 IVVENC. 1, 311. CLAVD. rapt. Pros. 2, 116 pervius umor ducit inoffensos -o sub f. visus [*seq.* perspicui ... profundi]. *cf.* HOR. epist. 1, 12, 9 [*in imag.*] ut te ... -us Fortunae rivus inauret. OV. met. 6, 400 -issimus amnis [*v. vol. I 1946, 48 sqq.*]. trist. 3, 10, 8 *Hister* -us. Pont. 4, 10, 53 -issimus ... Dyrapses [*postea*: tacite peragens lene Melanthus iter]. CVRT. 3, 1, 3 *Marsyas. al.*). VERG. ecl. 2, 59 -is immisi fontibus apros (*v. vol. VI 1, 1027, 31 sq.*). Aen. 4, 526 (*opp.* aspera ... rura) lacus late -os (7, 760 MELA 3, 88). OV. met. 1, 324 -is stagnare paludibus orbem. 3, 164 rore. *al.* Ⓑ *de rebus variis fluidis* (*liquores tenaciores v. sub c*): PLAVT. Stich. 700 (*nisi pro adv.*) utrum Fontine an Libero imperium te inhibere mavis? :: nimio -o Libero (*de vino ut*: VERG. georg. 4, 384 -o ardentem perfudit nectare Vestam [*cf. l. 36*]. HOR. epist. 1, 14, 34 Falerni. OV. met. 7, 246 vini [COLVM. 12, 28, 3. 12, 38, 4 MACR. Sat. 7, 12, 7. 7, 12, 30 v. est quam oleum multo -ius, acetum vero ... -issimum est]. 13, 639 Baccho. trist. 2, 490 mero [LYGD. 6, 62 MART. 12, 60, 8]). CATO agr. 157, 13 sorbitione (PHAEDR. 1, 26, 4). LVCR. 2, 452 illa ..., fluvido quae corpore -a constant. 4, 1241 semine ... -o praeter iustum tenuique (*opp.* crassus [*ut* 4, 1259]. AVG. civ. 7, 21 p. 299, 7 D. 7, 30 p. 313, 13 sive arida sive -a. *aliter p. 1485, 57*). VARRO ling. 7, 106 *in veriloquio vocis q. e.* delicuus. rust. 3, 16, 26 (*opp.* spissum) -um mel (*v. vol. VIII 606, 84 sqq. cf. infra p. 1485, 10 et* VERG. georg. 4, 164 aliae *apes* purissima mella stipant et -o distendunt nectare cellas [*v. l. 24*]). VERG. georg. 2, 466 alba neque Assyrio fucatur lana veneno, nec casia -i corrumpitur usus olivi (IVVENC. 4, 217 CYPR. GALL. exod. 1119. *cf.* OV. ars 3, 443 nardo. COLVM. 12, 52, 11 fit -ius *oleum* et amurca liberatur [*antea*: eliquare]. *v. etiam supra* MACR. Sat. 7, 12, 30). 4, 415 -um ambrosiae defundit odorem (*v. vol. IX 2, 470, 14 sqq.*). HOR. carm. 4, 8, 7 Parrhasius ... aut Scopas, hic saxo -is ille coloribus sollers ... hominem ponere (*vulgo intelleguntur colores, qui opponantur materiae rigidae sculptoris; sim. distinguit* VAL. FL. 2, 467 Parius ... lapis aut -i ... colores. *cf. etiam* PRVD. perist. 9, 93 quae -is expressa c. ... miraris. *tamen dubites, an ad p. 1486, 70 potius referas hos locos*). OV. met. 4, 500 veneni. fast. 4, 770 dent ... viam -o vimina rara sero *lactis saccati*. CELS. 2, 5, 3 urina (2, 7, 22 parum -a). 4, 6, 3 cerato (*v. vol. III 876, 44 sqq.*). 6, 4, 1 sanguis exit -us. 6, 6, 22 medicamentum (6, 7, 1F satis [*opp.* crassius]. 6, 18, 5 SCRIB. LARG. 37 sq. *cf.* COLVM. 12, 20, 3 medicamina ..., quae sint aut -a aut resinosa). *al.*

Ⓘ *neutr. pro subst.* (*an huc etiam l. 29?*): MORET. 45 transversat durata manu, -oque coacto interdum grumos spargit sale. HOR. sat. 1, 1, 54 (*de aqua potanda*) tibi si sit opus -i non amplius urna. OV. met. 5, 454 cum -o mixta *polenta*. VITR. 1, 4, 6 principia a -o (ut aliquida *sim. trad.*) corrupta diluuntur. CELS. 5, 22, 1 cum aliquo -o mixta *medicamenta*. 6, 18, 7B neque acribus neque asperis *cibis utendum est* ..., ne aridum quidem quicquam ... utile est ...: -a, lenia, pinguia, glutinosa meliora sunt. SEN. nat. 1, 12, 1 adparere ... imagines non possunt nisi in -o et inmoto. 6, 26, 1 (*de terra limo Nili aucta*) cum solido -um ac molle semper accederet. PLIN. nat. 19, 91 -o ... dulci temperatur *inula. al.* *superl.* -issimum: MARCELL. med. 8, 195 cum ovi -issimo inunxeris lippientem (*cf. p. 1494, 1*).

β laxius dicuntur -a, quaecumque ad res fluidas pertinent: LVCR. 1, 373 cedere squamigeris latices ... aiunt et -as aperire vias (AVSON. Mos. 150. *cf.* PROP. 3, 21, 14 -um nautis aura secundat iter [SIL. 3, 156. STAT. Theb. 9, 364 -um qua subter eunti lucet iter]. PETR. CHRYS. serm. 8 p. 208B calles. *v. etiam p. 1485, 48*). 5, 272 -o pede detulit undas *flumen* (= 6, 638 CVLEX 17). PROP. 3, 19, 14 -o deo *i. Enipeo* (*item de diis aquarum*: OV. epist. 14, 89 parentis *i. Inachi* [*cf.* CLAVD. rapt. Pros. 3, 16 patribus]. met. 1, 704 sorores [AVIEN. orb. terr. 426]. HOMER. 874 Nereidas. *cf.* STAT. silv. 1, 5, 15 ite, deae virides, -osque advertite vultus). MANIL. 4, 596 pelagi ... cingentis medium -is amplexibus orbem. VITR. 8, 3, 3 per raritates -ae potestatis. CALP. ecl. 4, 41 cursibus (*cf. p. 1485, 9*). PLIN. nat. 34, 78 Eutychides Eurotam *fecit*, in quo artem ipso amne -iorem plurimi dixere (*cum acumine dictum de imagine fluvii; cf. Philipp. Thessalon. Anth. Pal. 9, 709 χαλκὸν ... ὕδατος ὑγρότερον*). AVSON. Mos. 83 alveo. *per enallagen audaciorem*: HOR. carm. 3, 4, 24 Baiae (*propter fontes calidas, cf.* SCHOL. inter aquas constitutae, *inepte addens* aut deliciosae sive puri aeris). LVCAN. 9, 661 (*versu suspecto*) *Mercurii* auctoris citharae -aeque palaestrae (*sc. oleo unctae ut* CLAVD. 17, 288. *de actione athletarum*: STAT. Ach. 2, 155 palen [*cf. Theb. 6, 830* uncta]. TERT. spect. 18 p. 20, 9 gestus [*trad.*; caestus *coni., vix recte*] colubrina vis est, ... -a ad elabendum). VAL. FL. 4, 16 redolentem nectare rorem, quem penes alta quies -ique potentia somni

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Schol. Stat. Theb. 6, 27 ['cornu fugiebat somnus inani'] nam sic a pictoribus simulatur, ut -um somnum e cornu super dormientes videatur effundere. *cf.* irriguus *p. 421, 64sqq.*).

γ per similitudinem vel comparationem: Ⓘ *de genere dicendi libere fluenti, molli sim.*: Cic. de orat. 2, 159 genus sermonis ... non -um, non fusum ac profluens, sed exile, aridum, concisum ac minutum. Brut. 274 *oratio* ita pura erat, ut nihil -ius, ita libere fluebat, ut nusquam adhaeresceret (*antea*: mollis et pellucens). Lavs Pis. 62 dulcia ... -oque fluentia cursu verba (*cf.* Calp. *sub β*). Avson. 403, 18 p. 235 P. -i mel fluat eloquii. Sidon. epist. 9, 7, 3 tota *structura* declamationum ... -a ... et ductilis. *de ipso poeta*: Hor. epist. 2, 2, 120 vemens et -us puroque simillimus amni fundet opes (*cf. sat. 1, 4, 11* cum flueret lutulentus *Lucilius*). Ⓘⓘ *in interpretatione allegorica de hominibus dissolutis, mollibus vel levibus sim.*: Verec. in cant. 1, 9 (*ad Italam exod. 15, 8* [*ibid.*] gelaverunt tamquam murus aquae) *impii* nunc adversus deum apparent obstinati; nunc in concupiscentiis exsoluti, -i ac molles. 1, 16 Chanaan mobilis sive -us interpretatur (*v. Onom. vol. II 371, 71sqq.*); -i sunt, qui in peccatis ac frequenti lapsu labuntur, mobilitatemque consilii variantis intendunt.

b *de rebus aeriis* (*hic illic fortasse etiam colorem lucidi, sereni intellegas; cf. B 2. dubium an huc pertineat p. 1486, 15*): *α usu communi*: Enn. sat. 4 contemplor ... -as pilatasque aetheris oras (*cf.* Lvcr. 5, 500 [*totum locum v. p. 1483, 57*] -issimus aether atque levissimus [Verg. Aen. 7, 65 Hor. carm. 2, 20, 2 Ov. rem. 6 met. 1, 67. *al.*]). Lvcr. 5, 212 auras (*v. vol. II 1478, 29sqq.*). 5, 281 -i fons luminis ... inrigat adsidue caelum candore ... suppeditatque novo confestim lumine lumen (*cf. p. 1486, 65*). 6, 205 mobilis ille ... -i color aureus ignis (6, 349 foraminibus ... transviat. Verg. ecl. 6, 33 semina terrarumque animaeque marisque ... et -i simul ignis [Serv.: puri id est aetheris. *add.* Serv. auct.: quem Cicero ignitum liquorem dicit. Macr. Sat. 6, 5, 4 pro puro vel lucido seu pro effuso et abundanti]. Avg. serm. 242, 3, 5 et purum. 242, 6, 8. *cf.* Apvl. Socr. 8 p. 138 in aethere id est in ipso -issimo ignis ardore). Verg. georg. 1, 404 apparet -o sublimis in aere *avis* ([aethere *var. l.*]. Aen. 6, 202 Paneg. in Mess. 209 Ov. am. 2, 6, 11 met. 4, 667. *et saepius. cf.* Apvl. Socr. 11 p. 144 ex illo purissimo aeris -o et sereno elemento. Evstath. Basil. hex. 1, 8, 7 -a et diffusa natura *aeris* [*gr. μαλθακή, Ambr. hex. 1, 6, 22* tenuis et mollior]). 4, 59 nare per aestatem -am *apes* (*i. per aerem aestivum, ut vol. I 1088, 54; cf. etiam Quint. inst. 8, 6, 18 ad l.* per aëra nare. *an rectius* Serv. per ver serenum, *sc. ut 4, 60 opponi videatur* obscuram ... nubem?). Aen. 5, 525 volans -is in nubibus arsit harundo (Sil. 17, 56. *cf.* Verg. Aen. 7, 699 nivei -a inter nubila cycni [*inepte* Serv. pura; sed nil tam contrarium nubibus; ergo nubes pro aere posuit, ut diximus supra, *i. ad* 5, 525]). Ov. met. 1, 23 -um spisso secrevit ab aere caelum *deus* (Germ. 603 Stat. Theb. 4, 7). Sen. dial. 6, 24, 5 illum aeterna requies manet e confusis crassisque pura et -a visentem. Plin. nat. 11, 226 purum -umque *spiritum*. Clavd. 1, 272 -i ... aura Favoni. Ennod. carm. 1, 1, 36 -um tranans ... columba. *de itinere, volatu sim. per aerem facto* (*cf. p. 1484, 64*): Verg. Aen. 5, 217 aere lapsa *columba* quieto radit iter -um (Serv.: purum. *cf.* Clavd. 7, 163 tramite [Merob. poet. 69]). Stat. Theb. 3, 504 meatu. Boeth. cons. 5 carm. 5, 5 volatu. *β usu dilatato apud* Prvd. (Pavl. Nol. *l. 61*) *de rebus caelestibus, divinis, de materia animae* (*laxius per enallagen de motu* apoth. 87, *de voce* apoth. 586): Prvd. apoth. 87 pura, serena, micans, -o praelibera motu *natura superni ignis*. 586 concretus -am de sidere vocem (*sc. angeli*) non capit auditus. 694 -us caelesti spiritus ore virgineam respersit humum (*antea*: arida terra). 903 utpote de -o naturae semine primos accipiens habitus *anima* (*item de anima*: cath. 3, 190 oris opus, vigor igneolus ... vim -ae rationis habet. c. Symm. 2, 187 nec mihi *deo* difficile est -am circumdare flammis naturam, quamvis perflabilis illa feratur. Pavl. Nol. epist. 8, 3 vers. 68 bona vitae caelestis -o praemeditare animo; spiritus es *eqs.*). cath. 4, 10 fons vitae -a fluens ab arce. ham. 513 nec terrea virtus oppugnat sensus -os (*postea*: umidus iste et pigris densus nebulis ... aer). perist. 10, 438 pupilla carnis crassa crassum perspicit, ... -is videndis aptus est animae liquor. c. Symm. 2, 628 disiunctas ... animi turbato foedere partes nec -a invisit sapientia.

c *de rebus alioqui solidis vel resinaceis, lente fluentibus* (*cf. et p. 1484, 21*): *α strictius respicitur status fluidus*: Cato agr. 72 pice (Varro rust. 2, 11, 7 Vitr. 10, 6, 2sq. *et saepe*). Lvcr. 6, 230 *fulmen* -um ... facit aes ... et aurum (6, 966. *cf.* Verg. Aen. 8, 402 electro *i. metallo*. Hor. carm. 1, 35, 20 plumbum. Flor. epit. 1, 46, 11 aurum [*aliter p. 1486, 74*]). Ov. ars 1, 104 croco. met. 8, 665 condita ... in -a corna autumnalia faece (Colvm. 12, 52, 15). 12, 289 in -o sederunt ossa cerebro. Manil. 5, 681 fluit in -as tabes resoluta medullas (*cf. vol. VIII 600, 36sqq.*). Vitr. 1, 5, 8 bitumine (*v. vol. II 2022, 42sq.*). 2, 9, 17 resinam (Cels. 5, 5, 1. 5, 18, 7B. *al.*). 7, 4, 3 calce ex aqua -a. Cels. 2, 12, 2C *alvum* -am *i. excrementa* (4, 26, 1. 2. *cf.* 2, 8, 23 venter [Mart. 13, 116]. 4, 22, 1 stercore. Colvm. 11, 3, 23 fimo [Plin. nat. 30, 76 Apvl. met. 7, 28, 3]). 5, 2 alumen et scissile ... et -um (*v. vol. I 1793, 14*). 5, 24, 3 quae ... liquantur, ... -a miscentur. 7, 7, 13C id (*hyaloides*) neque ⌊-um neque⌋ (*om. FV*) aridum est, sed quasi concretus umor. 7, 7, 14F cibo (8, 12, 4 -ior. Hier. in Matth. 15, 17/18 -ior). Colvm. 9, 8, 8 rubrica. 12, 49, 11 gummi (12, 52, 16 Plin. nat. 12, 49). 12, 52, 16 ceram (Lvcan. 3, 684 Plin. nat. 26, 163). *al.* *per prolepsin de alis ceratis, quas ardor solis dissoluturus est*: Mart. 4, 49, 5 puero -as aptantem Daedalon alas. *β laxius respicitur status mollis, flexibilis sim.* (*usum excusat* Plin.): Vitr. 2, 9, 7 pars *abietis* ... recipiens ex proximitate umorem enodis et -a efficitur (*opp.* nodationis duritiem *partis superioris*). Plin. epist. 5, 6, 16 acanthus in plano mollis et paene dixerim -us (*cf. 36* lubricus et flexuosus *et Theocrit. 1, 55 ὑγρὸς ἄκανθος*). Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 9 p. 358C si homo sine manibus exstitisset ..., *lingua ei esset* -ior existens et iuxta utrumque latus effusior, qualis est canum ... per ... dentium intervalla discurrens (*opp.* durior, asperior; *Migne gr. 44 p. 148D ὑγράν*).

B *usu deflexo transfertur ad*: 1 *res auribus percipiendas, sc. de voce non rauca, de sono leni, non aspero sim.* (*cf.* Pavl. Fest. p. 283 rava vox rauca et parum -a. Synon. Cic. p. 448, 15 vox ... clara, candida, pura, -a, lucida. *v. etiam sub A2aγ*): **a** *vario usu*: Varro Men. 131 Phrygius per ossa cornus -ā canit animā (Non. p. 334, 16 *ad l.* suave, dulce. *an ad A2b ?*). Lvcr. 2, 146 volucres ... -is loca vocibus opplent (5, 1379 avium. Verg. georg. 1, 410 -as corvi presso ter gutture voces ... ingeminant. Hor. carm. 1, 24, 3 Melpomene, cui -am pater vocem ... dedit. Pavl. Fest. *v. supra*. Apvl. flor. 17, 12 [*opp.* truces]. *al.*; *opp.* aspera vel rauca vel dissonans: Isid. eccl. off. 2, 12, 2 canora erit vox psalmistae, suavis, -a atque acuta. *aliter p. 1485, 55*). 4, 546 *volucres* -am tollunt lugubri voce querellam (*opp.* raucum bombum; *551* asperitas). 4, 981 citharae -um carmen. Ov. am. 1, 13, 8 -um tenui gutture cantat avis (*item n. pro subst. vel adv.*: Calp. ecl. 4, 150 tam -um, tam dulce canunt. Hier. in Matth. 13, 13 non audiunt ad -um, quae dicuntur). Mar. Victorin. gramm. VI 103, 6 duo metrorum cola ... inter se ita confragose atque aspere coisse in unitatem conexionemque, ut superiora ⟨in⟩ (*Keil in app.*) lenem ac -am ... convenisse videntur. *per enallagen*: Pers. 1, 17 -o cum plasmate guttur mobile conlueris (*de exercitatione, qua vox clara fit; vix recte Schol.* plasma est potio). Hier. epist. 107, 9, 3 placeat ei *virgini* comes ..., quae -o gutture carmen dulce moduletur (*cf.* Ov. *supra*). **b** *t. t. gramm.*: *α de litteris l, m, n, r* (*huc spectat, si recte supplevit Ursinus*, Fest. p. 293 mutas semi⟨vocales et -as⟩): *explicationes*: Mar. Victorin. gramm. VI 6, 20 -ae dicuntur, quando hae solae inter consonantem et vocalem immissae non asperum sonum faciunt. Vlt. Syll. gramm. IV 221, 16 quoniam postpositae propriam vim potestatemque deperdunt, dum earum sonus liquescit et tenuatur et nunc brevem nunc longam ... syllabam ... efficiunt (*sim.* Cledon. gramm. V 27, 32 Avdax gramm. VII 326, 9 Frg. Bob. gramm. VII 538, 34. *cf.* Prisc. gramm. II 10, 5 sunt ancipites vel -ae *consonantes*, ut l r, quae modo longam modo brevem ... faciunt syllabam). *utramque exhibet explicationem* Char. gramm. p. 5, 11 B. *exempla varia*: Scavr. gramm. VII 25, 19 quotiens ... a -a littera sequens coeperit verbum (Macr. exc. gramm. V 623, 12). 27, 2 consonans (Char. gramm. p. 5, 17 B. r c. ... *ὑγρά* dicitur, id est -a. Diom. gramm. I 424, 23. 425, 7. *al.*). Mar. Victorin. gramm. VI 32, 10 *semivocales* -ae, quas *ἀμεταβόλας* sive *ὑγράς* Graeci vocant, sunt quattuor l m n r (Don. gramm. IV 368, 1 Dosith. gramm. VII 383, 5. 12. *al.*). Don. Ter. Hec. 22 omnes in verbis -as duplicabant *antiqui* (*fem. pro subst. ut*: Diom. gramm. I 425, 28 Serg. gramm. IV 477, 2. *al.*). *β transfertur ad vocales*: Prisc. gramm. II 9, 30 vocales apud Latinos omnes sunt ancipites vel -ae, hoc est quod facile modo produci modo corripi possunt (*cf. l. 41*).

II *i. q. qualitas liquidi*: **A** *praevalente respectu status fluidi, non spissi* (*huc* COLVM. *p. 1492, 49?*): LVCR. 1, 453 pondus uti saxis, calor ignis⟨t⟩, -r aquai (*cf.* -r aquae: CIC. nat. deor. 2, 26 aquae ... admixtum esse calorem ... ipse -r a. declarat ⌊et fusio⌋ [eff- *codd., correxit Gronovius; pro glossemate habuit Pease vix recte, cf. ibid. postea*: nisi eadem *aqua* se admixto calore liquefacta et dilapsa diffunderet]. PLIN. nat. 33, 123 [*de confectione hydrargyri*] qui *sudor minii decocti* fit argenti colore et a. -e). VITR. 7, 8, 4 per panni raritates propter -em extra labitur *argentum vivum* (*cf.* PLIN. nat. 33, 99 est ... lapis in iis venis, cuius vomica -is aeterni argentum vivum appellatur. *cf. l. 70*), PLIN. nat. 32, 84 icthyocolla ... contusa et subacta ad -em usque mellis. 35, 179 *bitumen* pingue oleique -is. **B** *praevalente respectu perspicuitatis sim.*: VAL. MAX. 3, 8 ext. 6 qui aquae -e conspicuus Tarson interfluit (*sc. Cydnus flumen ut*: CVRT. 3, 4, 8 C. non spatio aquarum, sed -e memorabilis, quippe leni tractu e fontibus labens puro solo excipitur nec torrentes incurrunt, qui ... alveum turbent. 3, 5, 2 regem *Alexandrum* invitavit -r fluminis. *cf. e. g. Arrian. 2, 4, 7 καθαρός. Sol. 38, 5* quidquid candidum est 'cydnum' ... dicunt: unde amni huic nomen datum. *Iul. Val. 2, 24* perspicui agminis nimio rigore).

appendix adiectivorum qualitatem -is illustrantium (*exempla notabiliora; adi. substantiam determinantia v. supra l. 8*): **a** *cum*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

respectu coloris, perspicuitatis sim.: Cic. progn. frg. 3, 3 niveo (Sen. Oed. 566. *cf.* Colvm. 6, 38, 2 albus [Plin. nat. 10, 148]. Plin. nat. 28, 73 candido [33, 100]). nat. deor. 2, 98 perlucidos (*cf.* Ov. met. 4, 300 perspicuus). Lvcr. 1, 938 (= 4, 13) flavo. Prop. 3, 7, 56 niger. Plin. nat. 13, 77 turbidus. 15, 124 purum (17, 14 Arnob. nat. 2, 20 Firm. err. 28, 1 Victric. 23 Pass. Mar. Iac. 6, 13. *cf.* Prvd. ham. 356 incorruptus. Sidon. epist. 1, 5, 6 integer). Sil. 4, 84 nitidum. Ser. Samm. 647 puniceos. Prvd. cath. 5, 67 vitreis. **b** *vario respectu*: Lvcr. 1, 938 (= 4, 13) dulci (Paneg. in Mess. 86 Phaedr. 4, 9, 6 Colvm. 9, 11, 1 Avson. 295, 5 p. 150 P. Cassiod. inst. 1, 6, 6 dulcissimo. *cf.* Plin. nat. 12, 73 praedulci). Verg. georg. 3, 484 fluidus (*cf.* Germ. 388 errantes. Plin. nat. 33, 99 aeterni. Sil. 13, 26 tremulum. Prvd. cath. 9, 50 mobilis. perist. 10, 284 crispo). Moret. 37 gelidos (*v. p. 1493, 11*). Hor. carm. 1, 31, 3 novum (Plin. nat. 36, 191 Arator act. 1, 150. 2, 893). Prop. 1, 20, 47 facili (Carm. de resurr. 39). Manil. 1, 161 tenui (Sen. nat. 3, 15, 7 Colvm. 7, 8, 1 Sil. 9, 616 Prvd. c. Symm. 2, 927 Avg. serm. 278, 13, 13. *al.*). Vitr. 2, 9, 4 vitiosum. Sen. Herc. f. 921 gratior (Colvm. 9, 8, 3 Plin. nat. 14, 150 Ivvenc. 2, 147). Thy. 687 sacer (CE 311, 3. 1504^{B}, 27. *cf.* Ps. Damas. epigr. 101, 3 sacrati. Svlp. Sev. Mart. 16, 7 sancti [Ps. Ignat. Mar. Cass. 1, 3 Vita Nicet. 8]. dial. 3, 2, 6 sanctificatum). Colvm. 1, 5, 3 venenati. 7, 8, 1 pingui et opimo (Plin. nat. 15, 124 Sacr. Gelas. 386 M. = Greg. 77, 6 pinguissimi. CE 1814, 3. *cf.* Plin. nat. 16, 53 crassior [Avien. ora 210]. Tert. anim. 27, 7 opimus [Potam. tract. 1 Journ. Theol. Stud. 19, 1918, 298 l. 8. *adde l. 21*]. Marcell. med. 30, 24 glutinosos [30, 39] et spissos. Vindic. med. 8 mucilentum). 7, 8, 4 acidum (*aliter p. 1494, 14*). 12, 38, 7 durabilis. Scrib. Larg. 23 aquato (Marcell. med. 30, 14). Plin. nat. 12, 101 odoratiore (Arnob. nat. 5, 1 p. 248, 12 M. [*e Val. Ant.*]. Pavl. Nol. carm. 21, 304). 17, 14 levissimum. *al.* *iunctura etymologica* liquidus -r: Maxim. eleg. 5, 38 non . . . sic . . . liquidi (calidi *Bährens*) mollis spuma -is erit *quam semen virile vitio quodam aquosum* (*ad rem v. Schetter, Studien p. 151 sqq., qui versus interpolatos esse existimat*).

deriv.: liquoreus. *cf.* liquarius, liquidus.

liquōreus, -a, -um. *a* liquor. *i. q. e liquore constans*: Cassiod. in psalm. 104, 32/33 ('posuit pluvias eorum in grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum') haec *grando* agrorum -um probatur incendium, cum tactu noxio fructus arefacit, quoscumque saxatilis unda percusserit. *Stirnimann.*

līra, -ae *f.* [*cf. slavon. vet.* lěxa, *lituan.* lýšė 'porca', *theod. vet.* wagan-leisa '*sulcus carro ductus*', *theod. rec.* geleise. *Sch.*] [*fortasse port.* leira. *cf. Wartburg V 372. Machado II 1314. St.*]

1 *i. q. terra inter sulcos agri cumulata ad semina operienda, porca* (*syn.* Colvm. 2, 4, 8. 11, 3, 21. *cf. etiam l. 52*): Pavl. Fest. p. 76 elices sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e -is. Colvm. 2, 4, 8 *ager* commode proscinditur duabus *operis* . . ., tertiatur dodrante, in -am satum redigitur quadrante operae (*cf. l. 82*); -as autem rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat. 2, 4, 11 neque in -a, sed sub sulco talis ager seminandus est. 2, 8, 3 ut patentes -as crebrosque sulcos aquarios . . . faciamus. 2, 10, 5 iaciemus semina, deinde proscindemus terram proscissamque in -am revocabimus occabimusque (*2, 10, 6 semen* inarabimus imporcitumque occabimus). 9, 4, 4 in hortensi -a consita . . . lilia. 11, 3, 21 est . . . -a *hortensis* similis ei porcae, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, ut uliginem vitent; sed haec in hortis minor est facienda; . . . sulci -arum inter se distent semipedali spatio. **2** *i. q. sulcus* (*per errorem nimirum grammaticorum*): Vel. gramm. VII 73, 3 *vox q. e.* delirus *derivanda est* a -a, id est sulco *eqs.* (*in eodem veriloquio*: Char. gramm. p. 97, 4 B. a -a, aratri ductu. *cf. in veriloquio verbi q. e.* delirare: Non. p. 17, 32 -a est . . . fossa recta, quae contra agros tuendos ducitur et in quam uligo terrae decurrat). Isid. orig. 15, 15, 6 porca est, quod in arando exstat; quod defossum est, -a. Gloss. II 250, 53 *αὖλαξ*: sulcus, haec -a ([ura *trad.*]. 494, 32). *v. etiam* 4. limus. **3** Isid. orig. 10, 78 (*sim.* diff. 1, 140) -a est . . . arationis genus, cum agricolae facta semente dirigunt sulcos, in quos omnis seges (*prave pro* uligo *coll.* Non. *supra?*) decurrit.

deriv.: deliro (*vix a* 1. liro), liratim, 1. liro.

līrātim *adv.* *a* lira. *i. q. per, secundum liras*: Colvm. 11, 3, 20 *ulpicum* habet . . . plures cohaerentes spicas, eaeque cum sint divisae, -m seri debent, ut in pulvinis positae minus infestentur hiemis aquis (*Pallad. 12, 6* sulcos . . . facies et semina *ulpici* in locis altioribus pones).

līrinus, -a, -um, *λειρινος*. *non nisi var. l. p. 1398, 9.*

līrium *v. p. 1398, 20.* **līrix** *v.* syrinx.

1. līro, -āvī, -āre. *a* lira. *i. q. arando liris instruere* (Serv. auct. georg. 1, 97 *agri* cum tertiantur, -ari *dicuntur* [*cf.* Varronem *infra, sed distinguuntur verba a* Colvm.]. Gloss. -antes: arantes): **1** *in imag.*: Pompon. Atell. 158 iamne abierunt? iam non tundunt? . . . numqui hic restitit, qui nondum labeas -arit mihi? (Non. p. 18, 4 *ad l.* id est confoderit). **2** *proprie*: Varro rust. 1, 29, 2 tertio cum arant iacto semine, boves -are dicuntur, id est cum tabellis additis ad vomerem simul et satum frumentum operiunt in porcis et sulcant fossas *eqs.* Colvm. 11, 2, 46 *terra* si est difficilis, proscinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiatur una, -antur (lin- *SA*) . . . iugera duo (*R*, duabis *vel* duo bis *cett.*) opera una (*cf. l. 45*); at si facilis est terra, . . . -antur una iugera quattuor. Plin. nat. 18, 180 *occatio iteratur* crate contenta vel tabula aratro adnexa, quod vocant -are, operiente[s] semina; ⟨ni⟩ operiantur, . . . deliratio est. *restituitur*: Carm. de fig. 156 (*illustratur* praeoccursio) -antes (*coni. Loewe, Gloss. nom. 252*; arantes *trad.*; agricolae, agrestes *sim. coni. alii*) cupiunt imbrem noluntque viantes. Carm. de Sod. 58 (*ad Loth*) transvena, non rector Sodomorum iugera -as (*coni. Peiper*; tiras, iras, libras *codd.*).

deriv.: ? deliro (*potius a* lira).

2. līro, -āre. *a* delirare *retrograde formatum.* *i. q. aberrare sim.* (*cf.* Gloss. V 307, 65 -antes: errantes): Avson. 399, 9 p. 229 P. Phoebus iubet verum loqui; etsi Pierias patitur -are sorores, numquam ipse torquet *αὔλακα*.

liron *v.* lyron. *B.*

***līs** (stlīs), lītis *f.* [*orig. inc. Sch.*] Isid. orig. 18, 15, 4 lis a contentione limitis prius nomen sumpsit (*cf.* Clavd. Don. Aen. 12, 895 p. 635, 23 inter dominia fuit *saxum*, ut -es possidentibus tolleret et esset limes). *de forma vetusta* stlis: *testimonia*: Fest. p. 313 'strenam' . . . veluti 'trenam', praeposita s littera, [a]ut in loco et -e solebant antiqui. Pavl. Fest. p. 312 stlitem pro litem dicebant. Qvint. inst. 1, 4, 15 *inter formas verborum obsoletas* stlocum stlitesque. *cf.* Gloss.^{L} II Philox. st 67 stlipes: *δίκαι ἀρχαί⟨ως⟩*. Gloss. V 529, 31 stilis: -es. *exempla: 1) in designando munere decemviri* '-bus iudicandis': *forma communis* li- *non exstat nisi in codd.* Cic. orat. 156 (*sed* stl- *restituit Muretus e libro vetere*). Pompon. dig. 1, 2, 2, 29 Spart. Hadr. 2, 2; *tituli exhibent* stl- (*sc. forma perscripta vel syllaba finali tantum suspensa*) CIL II 113. 3533 III 1457. 6816. 7270. 7394 *et saepius* (*cf.* IX 2845 decemviratum stlitium iudicandarum), scl- CIL X 1249 XI 376 XIV 2937 *et compendio scripturae* s CIL III 550, sl Elog. Scip. cil i^{2} 15, stl CIL III 429. 551. 14165^{14} V 35 VI 1466 IX 973 *al.*, stlit Elog. cil i^{2} p. 199 n. 30 CIL III 1989. 6814. 6819 V 4129. 4359 *al.*, sclit CIL X 211. *2) cetera*: Lex repetund. (cil i^{2} 583) 7 slis æ⟨stumata⟩ (*sed in eadem lege novies* l-; *cf. l. 27*). *restituitur hic illic e coni. dub., e. g. p. 1499, 19. primam syllabam longam esse testantur* Mart. Cap. 3, 302 Prisc. gramm. II 248, 16. 355, 18; *cf. scripturam* lei- Lex repetund. (cil i^{2} 583) 4. 58. 60 (*sed ibidem sexies* li-). Lex Rubr. (cil i^{2} 592) 1, 48 Plavt. Merc. 281 (*cod. A; sed* li- *in eodem cod. e. g.* Men. 582), *nec non i longam* Act. lud. saec. Aug. (cil vi 32323) 13 CIL IX 2845 X 4749 XII 3167 *et apicem* CIL V 4359. *notatur in formula supra allata et* Prob. litt. sing. gramm. IV 274 a. l. a. arbitrum -i aestimandae. 275 p. p. l. v. pro praede -is vindiciarum. *?* CIL IX 2969 cum qua vixi an(nos) xx . . . sene fraude v. l. (*fort.* vel lite, *cf. p. 1500, 35 sqq.*; vel laesione *intellexit Mommsen dubitanter, sec. titulos p. 870, 76 sqq. allatos, ut vid.*). *rectene agnoverit Buecheler nom. sing.* litis CE 543, 3 (*s. II*) *contextu lacunis depravato haud satis constat, sed conferre licet* Pap. Corp. 254, 27 (*s. II in.*) magna -es factam est. *acc. plur.* -is (*cf.* Prisc. gramm. II 362, 1 has -es et -is *allato* Cic. Verr. II 3, 132): Lex repetund. (cil i^{2} 583) 68 CIL XIII 2477 (*a. 630/1*); *apud scaen. vet. tradi videtur lectionibus nimirum discrepantibus* -is: Plavt. Capt. 63 Men. 960 Merc. 281 Poen. 1403 Rud. 13 Stich. 79 Ter. Ad. 248 Phorm. 408 Tvrpil. com. 45, *unde editores quidam hanc formam restituerunt pro* -es Plavt. Asin. 824 Poen. 586. 587 Ter. Andr. 811 Phorm. 219; *ceterum occurrit* -is Cic. Verr. II 3, 132. leg. 3, 6 (*in sermone legis*). Hor. sat. 1, 5, 54. 1, 7, 5 epist. 1, 2, 11. Not. Tir. 21, 51. *legitur inde a* Lege XII tab., Plavto. [*hisp.* lid; *port.* lide. *cf. M.-L. 5079 b. Wartburg V 372. Corominas III 87 sq. Machado II 1333 sq. St.*]

i. q. altercatio, rixa, certamen sim. (*respicitur res de qua litigatur p. 1499, 17*): **I** *litigant animantes* (*fere homines vel dei; natura* Lvcr. 3, 950; *animalia praeter* Phaedr., Avian. *non nisi* Ov. fast. 2, 89 Mart. 10, 5, 11): **A** *strictius et t. t. iuris de controversia a iudice vel arbitro disceptanda* (Vlp. dig. 50, 16, 36 -is nomen omnem actionem significat, sive in rem sive in personam sit. Synon. Cic. p. 420, 14 causa. controversia. -s. quaestio. contentio. Gloss. -s: causa [*cf.* -is amator: causarius]. *δίκη*. instaurandae -is: *παλινδικίας*. *adde p. 1507, 47. 66 differentias v. maxime sub 1c*): **1** *generatim* (*exempla selecta notabiliora*): **a** *iuncturae verbales et praepositionales*: *α* -s *est obi.*: Lex XII tab. 1, 8 (Gell. 17, 2, 10) post meridiem praesenti -em addicito. Plavt. Cas. 568 quem . . . -em adeo perdidisse gaudeo (Vid. 62 Cic. de orat. 1, 167 Hor. sat. 1, 9, 37 Gaivs inst. 4, 30. 4, 60. *al.*). Merc. 281 tris hodie -is iudicandas dicito (Elog. Scip. cil i^{2} 15 xvir -bus i. *v. supra l. 21 nec non vol. V 1, 129, 14 sqq.; cf.* Hor. carm. 3, 5, 51 diiudicata). Most. 1144 (*ad Callidamatem fere iudicis partes agentem*) accipito . . . hanc ad te -em (Cod. Iust. 3, 2, 3 pr. *iudices*, qui ex nostris iudicibus delegandas -es accipiunt. *cf.* Pavl. Fest. p. 57 cognitor est, qui -em alterius suscipit [Qvint. inst. 4, 2, 66. 12, 7, 6 Papin. dig. 17, 1, 56, 2 Vlp. dig. 3, 3, 8, 3. *al.*]. Papin. dig. 20, 5, 1 frustra -em excipiet [Cod. Iust. 2, 56, 1, 2 *a. 294.* 3, 6, 2 *a. 294.* 11, 17, 2 *a. 395—97*]). Poen. 586 iuris coctiores non sunt, qui -es creant, quam hi sunt, qui si nihil est, quicum litigent, -es emunt. 1403 -is sequar in alieno oppido (Ter. Andr. 811 Ad. 248. *cf.* Phorm. 408 secter. Scaev. dig. 46, 8, 5 si . . . -em . . . persequeretur [Cod. Iust. 2, 12, 21 pr. *a. 315. al.*]). Rud. 13 qui falsas -is falsis testimoniis petunt. Titivs or. frg. (2 M.) Macr. Sat. 3, 16, 13 ad comitium vadunt, ne -em suam faciant (*de iudicibus ut*: Gaivs dig. 44, 7, 5, 4 inst. 4, 52. *al.*, *explicat* Vlp. dig. 5, 1, 15, 1 iudex tunc -em s. facere intellegitur, cum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. *in imag. de Paride*: Drac. Romul. 8, 35. *de advocato*: Cic.

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

de orat. 2, 305 si, cum pro altero dicas, -em tuam facias [*in imag.*: SEN. dial. 12(11), 2, 2 ipse hanc *tuam contra fortunam* -em meam faciam. GELL. 10, 1, 5 rescripsi nihil amplius quam verba M. Varronis . . .; nam . . . -em meam facere absens nolui]). CIC. Q. Rosc. 3 quominus secundum eas *tabulas* -s detur (*sc. a iudice ut*: LIV. 23, 4, 3 VAL. MAX. 2, 8, 2. LVCAN. 8, 333 [*in imag.*] una dies mundi damnavit fata? s. Emathiam -s tanta datur? [ADNOT.: '-em dare' praetor dicitur, pro quo sententiam profert; sed hic allegoricos dictum. *sim.* COMMENT.]. *cf.* GELL. 5, 10, 10 si contra te -s data erit . . ., sin vero s. te iudicatum erit. *aliter de actore*: PORPH. Hor. epist. 2, 2, 1 iniustam venditori -em dat). 32 -e contestata, iudicio damni iniuria constituto (*v. vol. IV 690, 60 sqq.*). Caecin. 20 cum hoc novae -is genus . . . intenderet (*cf.* PLIN. epist. 4, 17, 11 nova -s . . . intenditur. PAVL. dig. 10, 2, 44, 4 -em intendere. *al.; cf. p. 1500, 6. 55*). Cluent. 116 si quae in eum -s capitis illata est (*v. vol. VII 1, 1386, 57; cf.* FRG. de iure fisci 8 -s apud suum iudicem delata). leg. 3, 6 -is contractas (VAL. MAX. 8, 3, 2). PHAEDR. 3, 13, 3 (*in imag.*) -s ad forum deducta est, vespa iudice (POMPON. dig. 19, 1, 3, 3 in condemnationem. PAPIN. dig. 3, 5, 30, 2 in iudicium [COD. Iust. 3, 31, 2, 1 *a. 200*. VLP. dig. 44, 2, 11, 7]). SEN. apocol. 12, 3 vers. 23 quis . . . iudex toto -es audiet anno (COD. Iust. 7, 53, 8 [*impp. Diocl. et Max.*] audita omni et discussa -e. AMM. 21, 12, 23. 30, 4, 1 COD. Theod. 1, 16, 9). dial. 4, 7, 3 quam turpes -es habent (QVINT. inst. 7, 5, 5 -em habet *lex* aut propter se ipsam aut propter alteram. 12, 9, 7 GAIVS inst. 4, 122 MEN. dig. 49, 16, 4, 8. *al.; cf. p. 1500, 16*). PETRON. 15, 7 pallium . . ., quod solum -em faciebat (QVINT. inst. 3, 11, 24 quid -em faciat, quod ab illis 'causa' vel 'continens' dicitur. 7, 1, 14 lex. 7, 3, 7 verba. decl. 331 p. 306, 5 spes. FORTVN. rhet. 1 p. 82, 3 pars quae facit -em. *cf. p. 1496, 81. 1499, 83*). 18, 7 (*in imag.*) a constituta -e dimitto *vos* (*cf.* actionem constituere *vol. IV 522, 59 sqq. nec non* PAPIN. dig. 5, 2, 15, 1 -em instituere [*v. vol. VII 1, 1992, 79 sqq.*]). QVINT. inst. 9, 2, 91 -s tollitur. decl. 264 p. 80, 27 quaero an moveri -s possit (*v. vol. VIII 1545, 47 sqq.*). IVV. 16, 42 qui -es inchoet annus totius populi (*v. vol. VII 1, 969, 2 sqq.*). PLIN. epist. 7, 7, 2 si . . . alteram -em per iudicem, alteram . . . ipse finieris (MEN. dig. 49, 16, 4, 8 VLP. dig. 2, 15, 1. 4, 8, 3, 1. *al.*). IVLIAN. dig. 22, 3, 20 tempore, quo -s ordinaretur (GAIVS dig. 40, 12, 25, 2 PAPIN. dig. 26, 2, 26, 2 VLP. dig. 5, 2, 8 pr. [*e Papin.*]. *al.*). 27, 1, 20 -em de hereditate expedire (*v. vol. V 2, 1607, 59 sqq.*). AFRIC. dig. 3, 3, 78 pr. defendere (VLP. frg. Vind. 4 COD. Iust. 2, 12, 23 *a. 363.*). PAPIR. dig. 48, 16, 18 pr. (*rescr. impp. Anton. et Veri*) satis diu -em traxisse (PAVL. dig. 48, 5, 32 EPIST. imp. inc. [Pap. Corp. 244] 12. *al.; cf.* EDICT. imp. inc. de temp. accus. [Pap. Corp. 237] 1, 8 protrahenda -e [COD. Theod. 2, 1, 6 COD. Iust. 3, 1, 13, 1. 8, 37, 12]). PAPIN. dig. 3, 5, 30, 2 -em in iudicium deductam et a reo desertam (VLP. dig. 44, 2, 11, 7 PAVL. dig. 42, 1, 54, 1. *al.*). 27, 3, 20 pr. instaurandae (*v. vol. VII 1, 1976, 50*). 33, 4, 7, 2 si totam -em vir solus subierit (PAVL. dig. 11, 1, 20 pr. COD. Iust. 12, 19, 12, 1. *adde* S. C. Trebell. [dig. 36, 1, 1, 2] *si recte coniecit Mommsen*). VLP. dig. 3, 3, 17 pr. in se -em transferre a . . . procuratore (3, 3, 25. 4, 7, 4, 1. 4, 7, 4, 3. 4, 7, 11 PAVL. dig. 5, 1, 28, 4. *al.*). 26, 1, 3, 2 si pupillus . . . cum iusto tutore -em agere vult (*cetera v. vol. I 1394, 51 sqq.*). SORT. Sangall. 21, 6 vinces (TAB. devot. Audollent 111, 6). AVR. VICT. Caes. 16, 11 denuntiandae -is . . . ius (SCHOL. Hor. sat. 1, 9, 76). *al.* β *in variis structuris*: TER. Phorm. 634 ut erus his desistat -bus (MARCIAN. dig. 49, 14, 22, 3 a -e). CIC. Q. Rosc. 4 id *nomen* iurare in -em non dubitet (*v. p. 676, 69 sqq.*). 54 in eam -em cognitor Rosci sis factus (*cf. ibid.* te in suam -em dedisset cognitorem. PAPIN. dig. 21, 2, 66, 2 si . . . ad -em hominis dederit procuratorem. PAVL. dig. 26, 1, 4 pr. in totam -em datum procuratorem. *al.*). Verr. II 3, 32 bona tua repetere ac persequi -e atque iudicio. OV. rem. 671 munera quae dederas, habeat sine -e *mulier* (fast. 1, 165 cur non s. -bus esset prima dies. MART. 2, 90, 10 sit s. -e dies. SENT. Delph. et Antic. [CIL III 567] 13 certa possessio et s. -e continget. CE 1112, 7 sua qui s. -e reliquit. *cf. p. 1500, 34*). PAVL. FEST. p. 116 -is cecidisse dicitur, qui eius rei, de qua agebat, causam amisit (COD. Theod. 4, 23 [22], 3, 1 cadat . . . -e, quisquis opperiri noluerit -is eventum. COD. Iust. 3, 1, 13, 2c actor contumax cadat . . . -e). SEN. dial. 6, 26, 4 fora -bus strepere (*cf.* MART. 2, 64, 7 si fora -bus omnia fervent [*item* EPIGR. Bob. 26, 1. *cf.* 25, 1 ardent]. CYPR. ad Donat. 10 p. 11, 22 forum -bus mugit. *sim. al.*). QVINT. inst. 1, 10, 36 de terminis mensurisque sunt -es (3, 6, 14 nullam esse -em, si is, cum quo agatur, nihil respondeat. 3, 11, 19 quo *continente* sublato -s esse non possit. 5, 2, 5. *al.* GAIVS dig. 5, 1, 4 VLP. dig. 2, 15, 8, 20. *al.*). 2, 21, 16 nescit quid in -e sit (7, 6, 7. 7, 7, 6 decl. 308 p. 213, 4 VLP. dig. 6, 1, 17, 1). decl. 338 p. 332, 16 cum . . . hoc ipsum deducatur in -em (VENVL. dig. 46, 2, 31, 1. *cf.* AGENN. grom. p. 27, 29 cum controversia . . . ad -em deducatur [*eadem* p. 28, 1]). PLIN. epist. 8, 21, 2 Iulio mense, quo maxime -es interquiescunt (*cf.* INTERPR. cod. Theod. 2, 8, 1 quiescere). CELS. dig. 5, 3, 45 qui se -i optulit (VLP. dig. 6, 1, 25. 7, 2, 10. 7, 6, 5, 5. 26, 7, 2 pr. *al.*). GAIVS dig. 36, 1, 65, 2 si heres . . . -e cesserit (MARCIAN. dig. 8, 5, 19). inst. 4, 104 -em anno et sex mensibus mori (VLP. dig. 42, 8, 3, 1 PAVL. dig. 46, 7, 2). MARCELL. dig. 44, 3, 2 de tempore, quo -s perit (VLP. dig. 3, 6, 1, 3 PAVL. dig. 4, 3, 18, 4. 32, 8 pr.). RVFIN. Orig. in exod. 1, 5 p. 151, 16 forum pulsare -bus (COD. Theod. 2, 1, 5 si quis rem nostram coeperit -e pulsare. 2, 14, 1, 3 quisquis . . . -e pulsatus [*Interpr.* quicumque conventus de re]. 12, 1, 164. *al.*). COD. Theod. 4, 5, 1 pr. -e pendente (COD. Iust. 1, 21 rubr. 8, 36, 5 pr.). *al.*

b *nominales*: α *pendet c subst. vel adi.*: PLAVT. Men. 582 -ium pleni, rapaces, viri fraudulenti. TER. Phorm. 623 erus liberalis est et fugitans -ium (*v. vol. VI 1, 1498, 19 sqq.*). CIC. Rab. Post. 37 summa -ium. Mil. 74 calumnia -ium . . . alienos fundos . . . petebat (POMP. TROG. Iust. 38, 7, 8). Phil. 9, 11 instituere -ium actiones (INTERPR. Cod. Theod. 2, 1, 6. *item accedit ad voces affines*: QVINT. inst. 10, 1, 23 ad cognoscendam -ium quaestionem. PAVL. dig. 35, 3, 4 pr. nondum illata controversia -is. PANEG. 9, 1, 2 contentionem -ium. DON. vita Verg. l. 73 Br. in altercatione -is agrariae. ISID. orig. 18, 15, 3 actionem causae, quod est iurgium -is). rep. 5, 3 disceptator aut arbiter -is. fam. 7, 14, 2 (*ad Trebatium*) si tu maluisses benivolentiae quam -ium iura perdiscere. SEN. benef. 3, 14, 2 materiam -ium (Ps. QVINT. decl. 16, 8 p. 297, 23 FRONTIN. [?] grom. p. 26, 27 PAPIN. dig. 27, 3, 20 pr. COD. Theod. 4, 18, 2). QVINT. inst. 5, 6, 4 -is . . . iudicem. 12, 1, 25 inutilem . . . -ium advocatum. 12, 8, 12 omne -is instrumentum (CALL. dig. 5, 1, 36 pr. PAVL. dig. 48, 19, 38, 8). NERAT. dig. 2, 11, 14 quantum domini -is interfuit (*v. vol. V 1, 1920, 31*). 44, 4, 11 pr. quia -is contestatione res procuratoris fit (*v. vol. IV 687, 77 sqq.*). IVLIAN. dig. 46, 8, 22, 4 impensas -is (COD. Theod. 4, 18, 1. *al.; cf.* GAIVS dig. 3, 3, 46, 6 impendia). MARCELL. dig. 44, 3, 2 -is tempus (PAPIN. dig. 46, 1, 51, 1 VLP. dig. 24, 1, 7 pr. PAVL. sent. 1, 4, 3. *al.*). PAPIN. dig. 31, 78, 2 in -is sumptibus (VLP. dig. 5, 1, 79 pr. 13, 6, 5, 12. 27, 3, 1, 9. *al.*). COD. Iust. 2, 30, 1 (*a. 197*) aetas tua -is instaurationem admittit (8, 44, 20, 1 *a. 293*). TRYPH. dig. 26, 2, 27 pr. sine ullo -is praeiudicio (COD. Iust. 11, 48, 20, 3 a). VLP. dig. 12, 3, 1 per iusiurandum in -em (*v. p. 704, 1*). PAVL. dig. 46, 3, 86 -is procuratori (INTERPR. cod. Greg. Visig. 1, 1. *al.*). FIRM. math. 6, 33, 9 novarum -ium . . . denuntiatione. *al.* β *determinatur per adi. vel subst.*: CIC. Q. Rosc. 24 formulae ad quas privata -s accommodatur (fin. 2, 36 VAL. MAX. 7, 8, 7 QVINT. decl. 266 p. 86, 8. 331 p. 304, 7 FIRM. math. 4, 14, 6 SYMM. epist. 6, 22, 1 COD. Theod. 9, 27, 5. *al.; cf.* PAPIN. dig. 49, 1, 23, 1 in -e privatorum). Cluent. 116 si quae in eum -s capitis illata est. *ibid.* -es maiestatis. Phil. 14, 7 urbanarum maledicta -ium (MART. 12, 72, 3). HOR. epist. 2, 2, 19 iniqua. FEST. p. 242 *Catonis oratio* ad -is censorias. VELL. 2, 118, 1 *Germani* simulantes fictas -ium series (LACT. inst. 1, 1, 10 exercitatio . . . fictarum -ium [*respiciuntur declamationes scholasticae ut*: AVSON. 191, 15 p. 49 P. f. ludorum evolvere -es. *cf.* LAVS Pis. 88 compositisque suas exercet -bus artes. AVSON. 397, 12 p. 226 P. falsas]). PETRON. 14, 1 ambiguam. QVINT. inst. 3, 10, 2 in hereditariis -bus (SCAEV. dig. 17, 1, 62 pr. MOD. dig. 44, 1, 10. *cf.* IVLIAN. dig. 27, 1, 20 de hereditate). 5, 9, 4 quo *signo insolubili* in causis posito non est -s facti. 5, 10, 40 circa iuris -es (*disting.* facti controversiam). 6, 1, 50 pecuniaria -e (decl. 265 p. 81, 25. 383 p. 428, 22 COD. Iust. 9, 22, 11 *a. 287*. CHAR. dig. 22, 5, 1, 1). 7, 2, 26 in -e Urbiniana. 7, 10, 3 amphiboliae. GAIVS inst. 4, 56 exceptio . . . -is dividuae (4, 122). PAPIN. dig. 7, 1, 33, 1 proprietatis (VLP. dig. 4, 3, 33. COD. Iust. 8, 1, 3 *a. 293* p. et possessionis. *cf.* PAPIN. frg. Vat. 17 [= dig. 22, 1, 18 pr. *Paulo adscriptum*] dominii). 26, 2, 26, 2 inofficiosi testamenti (*cf.* 37, 7, 6 inofficiosi). 26, 7, 39, 12 -em appellationis inchoatam. VLP. dig. 5, 1, 10 in -e improba perseverare (5, 2, 8, 14). COD. Iust. 8, 44, 10 (*a. 223*) finalis (*i. de finibus mota*). DON. vita Verg. l. 73 Br. -is agrariae. AVSON. 347, 2 p. 165 P. nummaria. AMM. 15, 13, 2 controversis (21, 12, 23). AVG. civ. 19, 5 p. 364, 10 D. civilibus (COD. Iust. 12, 21, 8, 3 *a. 484*. 12, 25, 3 *impp. Leo et Anthem.* LEX Burg. Rom. 14, 6). *ibid.* criminalibus (COD. Iust. 12, 21, 8, 3 *a. 484*. 12, 25, 3 *impp. Leone et Anthem.*). COD. Theod. 10, 1, 3 iustas fisci -es silere. *al.*

c *iuxtaponuntur vel distinguuntur voces notionis affinis* (*cf. etiam supra l. 8*): TVRPIL. com. 45 iudicia, -is, turbas, tricas, contiones maximas (*v. p. 607, 31 sqq.*). CIC. Caecin. 32 imperitus iuris, ignarus negotiorum ac -ium. de orat. 1, 118 si multitudo -ium, si varietas causarum . . . dat locum vel vitiosissimis oratoribus (QVINT. inst. 7, 1, 64. PAVL. dig. 3, 3, 69 eum, qui ad -em suscipiendam procuratorem dedit, causae suae adesse non prohiberi. MOD. dig. 3, 3, 64. FIRM. math. 6, 33, 9 novarum -ium [*8* veterum c.]. CHAR. dig. 22, 5, 1, 1 non solum in criminalibus causis, sed etiam in pecuniariis -bus. Ps. ASCON. div. in Caec. p. 190, 11 causam -emque. COD. Theod. 11, 36, 1 -bus causisque. *al.; cf. l. 71. p. 1499, 1. 52*). *ibid.* nullae . . . -es neque controversiae sunt (QVINT. inst. 5, 10, 40. 7, 1, 64 ad singulas -es controversiasque. 7, 2, 20. decl. 272 p. 113, 24 potior in hac causa controversia quam -s est; -s enim circa unum factum versatur. AFRIC. dig. 3, 3, 78 pr. GELL. 5, 10, 4 MARCIAN. dig. 27, 1, 21 pr. CHAR. gramm. p. 402, 8 B. -s nascitur, pertinacia efficit controversiam; . . . controversia partis est, -s summae. DIFF. ed. Beck p. 47, 37 controversia est contestata aestimatio, -s consignata). leg. 2, 29 feriarum festorumque dierum ratio in liberis requietem -ium habet et iurgiorum (MANIL. 3, 150 sive foro per -em iurgia temptet. VELL. 2, 118, 1 QVINT. decl. 328 p. 288, 19. *al.; distinguuntur voces a* CIC. et NON., *v. p. 667, 84 sqq.*). SEN. benef. 5, 24, 3 vicinalis via causa rixae ac -ium fuerat (ISID. diff. 1, 346 -s inter duos committitur et mota finitur; rixa inter multos et iurgio [iniuria *var. l.*] constat). PLIN. nat. 6, 89 non fora -esve esse *apud Taprobanos* (MART. 5, 20, 6 nec -es tetricas forumque triste. PLIN. epist. 2, 3, 5 qui in foro verisque -bus terimur [*opp.* scholasticus]. AVSON. 157, 4 p. 14 P.). QVINT. decl.

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

266 p. 86, 8 *an valeat exceptio* etiam in publicis causis; . . . privatis -bus . . . succursum esse hac lege, publicas actiones maiores esse, quam ut cadant exceptione (VLP. dig. 50, 16, 36 *p. 1496, 59.* COD. Iust. 2, 17, 2 *a. 241* -ium donationem [*antea*: partem rerum vel actionem dimidiam . . . donare]. COD. Theod. 10, 1, 3 fisci a.; . . . fisci -es. *al.*). 383 p. 428, 22 dicimus pecuniarias -es esse; litigatorem esse, non reum, non qui de capite sortiatur: illud iudicium vocari, quaestionem, quidlibet potius quam -em (Ps. QVINT. decl. 13, 10 p. 256, 11 maior -e quaestio est: hoc vobis hodie iudicandum est, ubi scelus facere non liceat. PAPIN. frg. Vat. 12 anticipata -e [*praecedit*: ante pretium solutum . . . quaestione mota]. AMM. 31, 14, 6 legibus -es omnes quaestionesque committere. *al.*). GAIVS inst. 4, 122 exceptio . . . -is dividuae et rei residuae (VLP. dig. 4, 7, 11 rem magis quam -em in militem transtulisse. PAVL. dig. 46, 7, 2 cum -e mortua nulla res sit. CAPITOL. Aur. 10, 10 *ut tot* dies annuos rebus agendis -busque disceptandis constitueret. *al.; aliter l. 46*). FIRM. math. 8, 21, 12 -bus contentionibusque.

2 *speciatim*: **a** *de ipsa re, de qua litigatur, eiusve pretio* (*exempla certiora; huc spectat, si recte coniecit Stroux, Festschr. Wackernagel 318,* VARRO ling. 5, 180 stlis [si is *trad.*, si est *A. Spengel aliique fortasse rectius*] ea pecunia, quae in iudicium venit in -bus): *α vario usu*: PLAVT. Rud. 17 qui hic -em apisci postulant peiiurio mali, res falsas qui impetrant apud iudicem . . .; (20) maiore multa multat *Iuppiter* quam -em auferunt. LEX repetund. (CIL I² 583) 4 ioudicatio -isque aestumatio (*v. vol. I 1093, 32 sqq.; cf.* 58 de -bus aestumandeis [*v. vol. I 1098, 54 sqq.*]. *res fortasse iam Legi XII tab. nota, ut colligitur ex* GAIO inst. 4, 75 sq. *et ex formula, quae pertinet ad legis actiones,* A. L. A. PROB. *p. 1496, 38*). CIC. Q. Rosc. 10 ut totam -em aut obtineamus aut amittamus. 35 societatis, non suas -es redemit, cum fundum a Flavio accepit (*sim.* 39). 40 cum de tota -e faceret pactionem (*postea*: cum de tota re decidisset). Verr. II 1, 115 pro praede -is vindiciarum cum satis accepisset (*de actione accepit* Ps. ASCON. *ad l.* p. 249, 17 -s v. est, cum litigatur de ea re . . ., cuius incertum est quis debeat esse possessor; *sed asyndeton bimembre intellegendum est ut*: GAIVS inst. 4, 94 appellata est pro p. -is v. stipulatio, quia . . . pro -e et vindiciis, id est pro re et fructibus, a possessore petitori dabantur praedes. PROB. litt. sing. gramm. IV 275 *p. 1496, 39. interponitur* et: GAIVS inst. 4, 16. 91. 94 PAVL. frg. Vat. 336 = sent. 1, 3, 4). NEP. Cim. 1, 1 cum . . . -em aestimatam populo solvere non potuisset. LIV. 3, 72, 2 ne pessimum facinus . . . admitterent iudices, in suam rem -em vertendo (*de eodem agro litigioso ibid.* 4 populum Romanum . . . interceptoris -is alienae personam laturum. *cf. 5* controversiosam rem). SEN. clem. 2, 7, 3 (*in imag.*) non sub formula iudicat *clementia* . . . et absolvere illi licet et quanti vult taxare -em. INST. Iust. 3, 27, 7 infitiando -s crescit (*cf.* 4, 16, 1 adversus infitiantes . . . dupli vel tripli actio constituitur. *cf. e. g. Cic. off. 3, 65* quae qui infitiatus esset, dupli poenam subiret). *β coniungitur cum* res (*aliter l. 12*).: CIC. Mur. 27 mirum . . ., tot homines tam ingeniosos . . . statuere non potuisse, utrum . . . 'iudicem' an 'arbitrum', 'rem' an '-em' dici oporteret (*cf.* VARRO ling. 7, 93 quibus r. erat in controversia, ea vocabatur -s: ideo in actionibus videmus dici 'quam rem sive [mi]litem dicere oportet'. PORPH. Hor. sat. 1, 9, 41 in legibus scriptum inveniri solet: rem sive -em). LIV. 1, 32, 11 rex his fere verbis patres consulebat: 'quarum rerum -ium causarum condixit pater patratus *eqs.*' PAVL. FEST. p. 342 qui eum habuerant iudicem in aliqua re vel -e (*an ad 1 ?*). COD. Theod. 5, 1, 43 si quae filiae poterant vel de re vel de -e competere actiones.

b *respicitur genus orationis iudiciale* (*cf. p. 1498, 38*): CIC. de orat. 2, 43 ea *genera quaestionum* . . . aut in -e oranda (ornanda, ordinanda *var. ll.*) aut in consilio dando esse posita (off. 3, 43). 2, 50 quae in -e dicuntur. 2, 65 quae in -bus, quae in deliberationibus versantur — addat si qui volet etiam laudationes (*cf.* 3, 109 -e aut deliberatione aut laudatione). QVINT. inst. 10, 1, 36 non eandem esse condicionem . . . -ium ac disputationum, fori et auditorii. 10, 1, 47 nonne *libri Iliados* . . . omnes -ium ac consiliorum explicant artes?

B *laxius de qualibet controversia, rixa sim.* (*adde, quae imagine causae agendae melius servata ad A relegavimus* PLAVT. Most. 1144 SEN. clem. 2, 7, 3 dial. 12[11], 2, 2 LVCAN. 8, 333 PETRON. 18, 7 *al.; explicationes*: SERV. georg. 3, 113 *in veriloquio vocis q. e. Ericthonius*: ἔρις est -s. GLOSS. -s: ira, rixa, contentio. ἀηδία, μάχη, δίκη. μάχη. *minus valet quam* bellum *sim. apud* CLAVD. DON. *sub 1b*): **1** *generatim*: **a** *usu communi litigatur quolibet modo, maxime lingua, verbis* (*inde vergit hic illic in vim q. e. obiurgatio, convicium sim., e. g.* PLAVT. Truc. 897 RHET. Her. 4, 10, 14 Ov. met. 6, 375 fast. 1, 73 SEN. dial. 10, 1, 2; *sed colores vix separari possunt*): PLAVT. Asin. 824 fac, ut illi turbas, -es concias. Capt. 63 -is contrahat. Cas. 509 (*sublucet imago causae, cf. e. g. l. 27*) nostra omnis -s est. Men. 960 neque ego insanio neque pugnas neque ego -is coepio. Persa 799 praevorti -bus (*797* iurgium hinc auferas). Rud. 583 sat -iumst. Stich 79 scio -is fore. Truc. 897 potine ut mihi molestus ne sis? :: ⟨ec⟩quid, Astaphium, -iumst? TER. Hec. 180 neque -es ullae inter eas, postulatio umquam. Phorm. 133 mihi paratae -es (Ad. 792 paratae -es: succurrendumst. ITALA prov. 29, 22 [Firmil. Cypr. epist. 75, 24] homo animosus parat -es [*gr. νεῖκος, Ps. Aug. spec. 48 p. 509, 11* contentionem, *Vulg.* rixas]. EVGRAPH. Ter. Eun. 615). 219 iam -es audies. Eun. 734 -es factae sunt inter eos maxumae (ITALA gen. 26, 20 *v. p. 1509, 45.* VOPISC. Aurelian. 7, 8 ANON. Vales. 14, 81). CATO agr. 5, 1 -bus familia supersedeat (LIV. 38, 51, 8). SISENNA hist. 112 quibus -bus (laetibus *codd.*) foedera maiorum suum dissoluta. RHET. Her. 4, 10, 14 conturbatus est adulescens: nec mirum, cui etiam nunc paedagogi -es ad auriculas versarentur, imperito huiusmodi conviciorum. LVCR. 3, 950 (*932* si . . . hoc alicui nostrum sic increpet ipsa *natura*: '. . .') quid respondemus, nisi iustam intendere -em naturam? VARRO ling. 7, 93 *v. p. 665, 69.* rust. 1, 15, 1 ne familiae rixent[ur] cum vicinis ac limites ex -bus iudicem quaerant. PVBLIL. E 18 ex -e multa gratia est formosior. ALF. dig. 44, 7, 20 si aliqua rixa ex -bus et contentione nata est. VERG. ecl. 3, 108 non nostrum inter vos tantas componere -es: et vitula tu dignus et hic (*v. l. 19; ad rem cf.* SEN. contr. 7, 4, 6 Calvus, qui diu cum Cicerone iniquissimam -em de principatu eloquentiae habuit). 9, 14 novas incidere -es. Aen. 12, 898 limes agro positus, -em ut discerneret arvis. HOR. sat. 1, 5, 54 Sarmenti scurrae pugnam Messique . . . memores et quo patre natus uterque contulerit -is. 1, 7, 5 habebat . . . -is cum Rege molestas (PETRON. *et* IVV. *infra.* PAP. Corp. 254, 21 [*s. II in.*] -em ⟨h⟩abuit . . . sopera vestimenta mea. VITAE patr. 7, 10, 1 [*Cot. p. 568⁴ λύπην*]). carm. 3, 14, 26 -ium et rixae cupidos *animos.* epist. 1, 2, 11 Nestor componere -is inter Peliden festinat et inter Atriden. PROP. 4, 7, 95 haec postquam querulā mecum sub -e peregit. Ov. ars 2, 151 este procul -es et amarae proelia linguae! dulcibus est verbis mollis alendus amor; (153) -e fugent nuptae . . . viros . . .; (155) hoc decet uxores: dos est uxoria -es; audiat optatos semper amica sonos (*cf.* SEN. dial. 5, 33, 1 uxorum maritorumque noctes strepunt -bus. 10, 3, 2 -s uxoria. PETRON. 74, 17 nolo statuam *uxoris* . . . in monumento meo ponas, ne mortuus quidem -es habeam. IVV. 6, 268 semper habet -es alternaque iurgia lectus *coniugum.* EPIGR. Bob. 47, 4. *al.; cf. l. 37 sq.*). met. 3, 332 *Tiresias* arbiter . . . sumptus de -e iocosa *Iovis et Iunonis* (Ib. 263 *de eadem re.* MART. epigr. 20, 3 -em finire i. *spectatorum*). 6, 71 antiquam de terrae *Atticae* nomine -em (*cf.* AVG. civ. 18, 10 p. 268, 13 D. Neptuni et Minervae -em). 6, 375 turpes -bus exercent linguas *Lycii in ranas mutati* (*postea*: maledicere temptant). fast. 1, 73 dicenda bona sunt bona verba die; -e vacent aures, . . . absint iurgia. 2, 89 sine -e . . . cum Palladis alite cornix sedit (Pont. 3, 2, 88 par [*i. Orestes et Pylades*] concors et s. -e fuit. CIL VI 8012 [*s. I*] vixi . . . s. -e, s. rixa, s. controversia, s. aere alieno [CE 561, 3 mecum s. -e fuit vixitque marito. 1571, 5 *coniuges* vixerunt . . . s. -e molesta. CIL VI 35368 cum quo *i. marito* vixit . . . s. -e. IX 2082. X 6432 *de nutrice. huc fortasse pertinet p. 1496, 40*]). *al.* *in nomine loci*: CYPR. GALL. gen. 845 invisos . . . locos -is de nomine signat (*cf. Vulg. gen. 26, 20* nomen putei . . . vocavit calumniam, *aliae vers.* iniquitas, iniustitiam *vel* iniuria). *per oxymoron* (*cf. p. 1501, 20*): DRAC. Romul. 7, 13 *Amor,* -s pacis, tacitusque loquax. **b** *litigatur manibus consertis* (*de rixa amantium* PROP.): PROP. 4, 5, 40 semper habe morsus circa tua colla recentes, -bus (dentibus *Heinsius*) alterius quos putet esse datos *amator.* TERT. spect. 21 p. 22, 8 qui in plateis -em manu agentem . . . detestatur, idem in stadio gravioribus pugnis suffragium ferat. CLAVD. DON. Aen. 7, 525 p. 80, 4 ('non iam certamine agresti stipitibus . . . agitur . . ., sed ferro ancipiti decernunt') ut non -e inter paucos, sed inter innumeros acie veris armis contenderetur ac bello. AMBR. in psalm. 36, 54 quos pammacharios vocant, eo quod omnis -is et pugnae adversum se habeant potestatem.

2 *speciatim*: **a** *de controversiis philosophorum, grammaticorum sim.*: CIC. de orat. 1, 42 cum universi *philosophi* in te impetum fecissent, tum singulae familiae -em tibi intenderent; instaret Academia *eqs.* leg. 1, 39 nihil . . . opus est . . . -bus (fin. 2, 103). 1, 53 aetatem in -bus conterere. ac. 2, 83 ut minuam controversiam, videte . . ., quam in parvo -s sit (*cf.* SEN. nat. 2, 12, 3 illa . . ., in quibus -s est). 2, 98 mecum . . . quid habent -ium? HOR. sat. 2, 3, 103 nil agit exemplum, -em quod -e resolvit. ars 78 quis . . . elegos emiserit auctor, grammatici certant et adhuc sub iudice -s est. SEN. dial. 1, 1, 1 a toto particulam revelli placet et unam contradictionem manente -e integra solvere. epist. 13, 5 quia res in controversia est et -em contestatam habemus. 45, 13 in alium diem hanc -em cum dialecticis differam. 65, 2 partem, . . . quae in -e est. 117, 1 in magnam me -em ac molestiam impinges, qui mihi tales quaestiunculas ponis. LVCAN. 10, 262 solvere -em *de Nilo motam* (*cf.* TER. MAVR. 1797 absolvere -em). QVINT. decl. 268 p. 94, 9 *philosophi* pugnant inter se atque dissentiunt et perpetuam hanc per saecula -em trahunt. TAC. dial. 5, 4 arbitrum -is huius. GELL. 14, 5 tit. -s atque contentio grammaticorum (*14, 5, 1* certationi eorum . . . adfui). *al.* **b** *de -bus fidei*: FIRMIL. Cypr. epist. 75, 24 p. 825, 14 -es . . . et dissensiones quantas parasti per ecclesias totius mundi (*sec.* ITALAM *p. 1499, 80*). HIL. ad Const. 2, 10 sub synodo dissidenti, sub -e famosa. trin. 10, 70 p. 397ᶜ de resurrectione eius -es movere. OPTAT. 1, 11 scisma . . . aemulatione et -bus roboratur. AVG. epist. 36, 22 interminabilis est ista contentio generans -es, non finiens quaestiones. in psalm. 18, 2, 5 l. 19 (*ad haereticum*) partem vis in -e retinere, qui potes totum in concordia retinere. serm. 359, 4 ista -s *cum Donatistis* non est talis -s *detestanda*, quia non est malevola, quia non tendit in detrimentum adversarii, sed magis in lucrum. util. ieiun. 8, 10 *diabolus* -es immisit inter Christianos. ARATOR act. 2, 256 -e sub ambigua (*sc. de circumcisione, cf. act. 15, 2*). GREG. M. moral. 19, 27 p. 115ᴮ ecclesia per medias utrarumque partium *haereticarum* -es ordinata pace graditur.

II *usu dilatato litigant res*: Ov. epist. 15 (16), 288 faciem mutes

[Steinmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut sis non dura, necessest: -s est cum forma magna pudicitiae. met. 1, 21 (*19* frigida pugnabant calidis *eqs.*) hanc deus et melior -em natura diremit (*cf.* fast. 1, 107 ut semel haec rerum secessit -e suarum . . . massa soluta). PLIN. nat. 9, 169 ne -s esset (nelitis *trad.*) inter duos sapores *ostrearum Lucrinarum et Brundisinarum* (*item per brachylogiam quandam dicuntur litigare res, de quibus ambigitur*: 24, 142 Aegyptus hanc *herbam* . . . gignit, quae et aron, . . . magnae cum dracontio -is: quidam enim eandem esse dixere). HIL. trin. 12, 3 *ut Ariani* evangelicum et propheticum spiritum in -es dividant et in iurgia partiantur (*respiciuntur sententiae repugnantes ut*: AVG. perf. iust. 12, 29 commemorando alia velut contraria testimonia . . . divina eloquia in -e dimisit. MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 1 p. 389/90 contemplaris -em praeceptorum et repromissionum? contraria quippe repromissionibus imperabat *deus* [*gr. μάχην*]). AVG. in psalm. 33, 2, 8 l. 18 miseriores, qui ad conscientiam suam redire nolunt, ne ibi -bus peccatorum evertantur, *sc. quam ii, qui uxoris iurgia timent* (CAES. AREL. serm. 61, 3 p. 258, 17 requiescere . . . non possunt, sed p. -bus vertuntur). MART. CAP. 9, 912 (vers.) ut nullis scateant dissona -bus *astra*. CASSIOD. anim. 3 p. 1288[A] in essentia sua non habet -em (*antea*: nulla . . . elementorum diversitate concretum est). *per oxymoron* (*cf. p. 1500, 42*): DRAC. laud. dei 2, 195 sic iuncta ligantur *elementa*, ut disiuncta tamen concordi -e probentur.

appendix iuncturarum praepositionalium notabiliorum:
1 *respiciuntur litigatores*: inter: TER. Hec. 180 Eun. 734 HOR. epist. 1, 2, 11 PLIN. nat. 9, 169 GELL. 5, 10, 4 ITALA gen. 26, 20 (Ambr. Isaac 20 p. 656, 3). ANON. Vales. 14, 81. cum: HOR. sat. 1, 7, 5 OV. epist. 15, 288 LIV. 9, 33, 3 SEN. contr. 7, 4, 6 SEN. epist. 45, 13 PLIN. nat. 24, 142 MART. 2, 32, 1 QVINT. decl. 264 p. 79, 1. *al.* contra: QVINT. decl. 338 p. 332, 6. adversus: PAPIN. dig. 5, 1, 44 pr. **2** *respicitur res controversa*: in *cum abl.*: CIC. ac. 2, 83 SEN. nat. 2, 12, 3 QVINT. decl. 270 p. 102, 17. 337 p. 329, 21. de: OV. met. 6, 71 LIV. perioch. 42 p. 49, 11. 48 p. 55, 1 SEN. contr. 7, 4, 6 MART. 6, 19, 2 QVINT. inst. 1, 10, 36. 6, 1, 39. 7, 4, 3. 7, 6, 6 decl. 294 p. 165, 17. *al.* sopera (*i.* supra) PAP. *p. 1500, 17.*

deriv.: litigo. *compos.*: litiger. *Steinmann.*

lis- *q. e. gr. λυσ-, v. s.* lys-.

1. līsa, -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] CLAVD. DON. Aen. 8, 285 p. 156, 4 'eliserit' inde tractum est, quia venae maiores gutturis -ae dicuntur, unde elisum dicimus quicquid ipsa ex causa fuerit mortuum. *derivare a* lido (laedo) *temptat Hofmann, Glotta 25, 1936, 118.*

2. lisa, -ae *f. obscurum* (*si recte trad.*; lisca *Götz dubitanter*). GLOSS. III 543, 45 agaro id est radicis -a aqualis.

lisca, -ae *f.* [*obscurum. Sch.*] *nomen herbae*: CASSIOD. in psalm. 78, 1 l. 60 frondibus -isque communiunt *tuguria. v.* carex *vol. III 455, 52 et* carectum *vol. III 448, 45. huc fortasse* 2. lisa. [*it. sept.* lisca, lesca; *raet. or.* lèscula; *francog.* laiche (*et var. dial.*); *var. francoprov., prov.: arag.* jisca; *fortasse etiam (notione q. e. 'frustulum panis' al.): it.* lisca (*et var. dial.*); *francog.* lèche (*et var. dial.*); *var. francoprov., prov. vet.* lesca, *prov. vet.* lesco *etc.: cat.* llesca. *cf. M.-L. 5082. Wartburg V 372 sqq. Battisti-Alessio III 2247, 2208. Corominas III 37 sqq. St.*]

liscasda, -ae *f. inter nomina insectorum sive reptantium* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 1. *huc fortasse* ladasca GLOSS.[L] Corp. L 93 (*'for* lacasd- *?' ed.*) . . . id est hondwyrm (*anglosax.*). [*1. a) wall.* lôche *etc., pic., norm.* laque, *loth.* laχ, *comit.* laitche; *francoprov.* lache, latse, lăsi *etc. b) burg.* lliache, yache; *francoprov.* łǫ𝔶, iôtse, (l)ioche, liache; *prov.* łastšo. *c) pict.* labâche, rabache, *centr.* rouache, lou(b)ache *etc., borbon.* loubache, *burg.* louache, *camp.* loua(i)che, *comit.* louvâche; *lemov.* lebacho *etc.* 2. *lacasta: *dial. prov. et vasc.; cat.* llagasta. (> *basc.* lakasta). *cf. Wartburg V 127 sq. G.*]

lises caligo GLOSS. V 506, 29. 571, 45 (*cf. addenda ad indicem Goetzii II p. 437*). *obscurum; λῆσις coni. Bücheler.*

lista *ἡ ἐπὶ τοῖς ἀριθμοῖς* (*αριομοις trad., ἱπποδρόμοις Vulcanius, δρόμοις Laistner,* GLOSS.[L] II Philox. LI 82; *cf. eundem, Arch. lat. med. aevi 2, 1926, 40 sq., ubi vocem derivat a* lis) *καμπή, γραμμή* GLOSS. II 123, 54. GLOSS.[L] Corp. L 150 lesta borda (*anglosax.*). *vox germanica esse vid., cf. theod.* leiste. [*fortasse it.* lista, listra; *raet. occ.* glista *etc.; francog. vet. et med.* liste; *prov. vet.* lista, *prov.* listo, *vasc.* liste, listre; *cat.* llista; *hisp.* lista; *port.* lista. *cf. M.-L. 5083. Wartburg XVI 469 sqq. Battisti-Alessio III 2249. Corominas III 110. St.*]

listrum, -ī *n. obscurum, vix gr. λίστρον. fere i. q. limbus sim.* (*sc. de ornamento quodam, v. Nisard ad l. p. 282 adn. 9 et DuCange sub* 2. litra): VEN. FORT. carm. app. 1, 143 quae feci vivo, misissem -a feretro; non licet extinctum *fratrem* vel meus ornet amor?

PAP. Marini 139, 14 in uno legatae **listulae** *tot* (*obscurum et lectionis non omnino certae; 'un elenco, un catalogo, un indice' editor dubitanter; an intellegendum* ligatae epistulae, *sc. coll. 11 sq.* inventae sunt chartae diversae . . . [*post lacunam*] fasciculus in quo *eqs. nec non 15* epistula Fadimi *et 16* epistula graeca*?*).

līta *v.* 2. laetus, *ubi addas* NOT. Tir. 71, 61 *coll. quae coni. Heraeus, Arch. lat. Lex. 12, 1902, 52.* *B.*

lītābilis, -e. *a* litare. *i. q. aptus ad litandum* (*de victimis deo acceptis; cf.* litans *p. 1511, 59*): MIN. FEL. 32, 2 *non victimas immolandas esse,* cum sit -is hostia bonus animus et pura mens et sincera sententia. LACT. inst. 1, 21, 25 Priapo -is victima est asellus (*epit. 18, 8* aptior). epit. 60, 8 (*de operibus misericordiae*) haec -ior (let- *vel* laet- *pars codd. m. pr.*) victima est aput deum, qui non pecudis sanguine, sed hominis pietate placatur (*inst. 6, 12, 31* cui carissimum sacrificium est opus iustum).

lītāmen, -inis *n. a* litare. *i. quo litatur, sacrificium sim.*: STAT. Theb. 10, 610 audite, o sontes, extrema -a divum, Labdacidae . . .; Martius inferias et saeva efflagitat anguis sacra (SCHOL.: sacrificiorum signa, post quae sacrificare iterum non licet). PRVD. ham. praef. 50 Cain . . ., immolator sordidus, cuius -n sordet et terram sapit. GLOSS. V 307, 33 -n (lib- *coniecit Heraeus*): libatum. *Meijer.*

lītanīa, -ae *f., λιτανεία. scrib. in codd. etiam* laet-, let-. *in poesi* VEN. FORT. carm. 7, 15, 6, *ubi mensuratur* ____⏑. *legitur inde a saec. IV exeunte.* [*vasc.* ledanjos; *port.* ladainha. *cf. M.-L. 5085. Wartburg V 375. Machado II 1284. St.*]

de ritu Christianorum, i. q. supplicatio: **1** *quae fit coetu fidelium ad vel circa loca sancta procedente* (*inde de ipsa pompa vel de die, quo hoc genus supplicationis celebratur.* ISID. orig. 6, 19, 80 -ae . . . graeco nomine appellantur, quae latine dicuntur rogationes; inter -as vero et exomologesin hoc differt *eqs.* [*v. vol. V 2, 1545, 18 sqq.*]. GLOSS. V 413, 59 rogatio, postulatio): **a** *generatim*: COD. Theod. 16, 5, 30, 2 (*a. 396*) *interdicitur haereticis* ad -am faciendam (-as faciendum *E*) intra civitatem coire conventibus (AVELL. p. 180, 19 *sec. verbum gr. λιτανεύω, quod respondet etiam*: p. 180, 20. CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 91, 8 [*antea*: exierunt . . . psallentes antiphonas]. VITAE patr. 5, 5, 26. *pro subst. λιτή*: RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 70, 30 [*cf. I 1, 5 p. 378, 14* preces. *an ad 2?*]. NOVELL. Iust. 123, 32). AVELL. p. 180, 16 ut in -a diceretur trisagion ([*gr. ἐνθέσθαι τοῦ λιτανεύειν τὸ τρισάγιον*]. *cf.* p. 216, 9 ut trisagion propter irae placationem cum -a canerent [*gr. τὸ τρισάγιον . . . λιτανεύοντας*]). SACR. Gelas. 425 M. incipit clerus -a(m) et procedit sacerdos de sacrario (*in celebrando sabbato sancto ut*: 443 procedunt ad fontes cum -a ad baptizandum; . . . post paulolum incipiunt tercia -am. 444. 452). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 144, 21 servos atque domesticos . . . sub praetentu -ae convenire fecerunt. GEST. Liber. 8 fecit convenire . . . plebem Christianorum et cum -a (-is *var. l.*) venit ad . . . Petrum. NOVELL. Iust. 123, 31 in -is (*gr. respondet λιτή, ut etiam ceteris locis huius novellae*), in quibus episcopi aut clerici reperiantur. *ibid.*: si vero etiam -am concusserit. 123, 32 cruces, cum quibus in -is ingrediuntur. *ibid.*: ad -as celebrandas (CONC. Brac. a. 572, 3, 9 cum psalmis per . . . basilicas ambulantes celebrent -as. GREG. M. epist. 2, 2 ut -am, quae maior ab omnibus appellatur, . . . debeamus . . . celebrare. VITA Nicet. 6). CONC. Tur. a. 567 p. 127, 1 privatas in Kalendis Ianuarii fieri -as, ut in ecclesia psalletur et . . . missa . . . celebretur. GREG. M. epist. 3, 54 p. 211, 13 sollemnibus (3, 66 p. 229, 11. *et saepius, v. indicem editionis s. v.* laetania. 9, 167 *distinguntur* -ae sollemnes *et* maiores [*v. etiam l. 40*]). 11, 26 p. 287, 20 invenimus, ut cum -a ad beati Petri ecclesiam *vela* portari debuissent. 11, 31 p. 301, 19 ut omni hebdomada quarta et sexta feria -am . . . indicatis et contra barbaricae crudelitatis incursus supernae protectionis auxilium imploretis (ISID. orig. 6, 19, 80). 13, 2 p. 366, 27 sqq. ad septiformem -am . . . veniamus . . .; -a clericorum exeat ab ecclesia sancti Iohannis baptistae, -a virorum ab ecclesia beati martyris Marcelli *eqs. et saepius apud eundem* (*exempla congesta sunt in indice editionis s. v.* laetania). SACR. Greg. 1, 1 quando . . . -a agitur, neque 'gloria . . .' neque 'alleluia' canitur. **b** *speciatim pertinet ad dies rogationum (ab ecclesiis Galliae ad paenitentiam agendam institutos et ieiuniis, pompis, orationibus sim. instructos; originem illustrat Sidon. epist. 5, 14)*: SIDON. epist. 5, 7, 4 *indecenter* incedunt . . . albati ad exsequias, . . . castorinati ad -as (*an ad a?*). CONC. Aurel. a. 511 p. 8, 10 rogationes, id est -as, ante ascensionem domini . . . placuit celebrari, ita ut praemissum triduanum ieiunium in domenicae ascensionis festivitate solvatur *eqs.* CAES. AREL. serm. 143 tit. in -is (*sim. inscribuntur sermones* 144. 146. 207. 208. 209. *cf. 157 tit.* in die tertia rogationum). 209, 4 p. 793, 10 quia dies animae medicinales adveniunt, id est -arum, in quibus peccatorum vulnera . . . orationibus, vigiliis vel ieiuniis et elemosinis . . . debent *sanari.* CONC. Lugd. a. 567 (570*?*) p. 140, 36 ut in prima hebdomada noni mensis . . . -ae, sicut ante ascensionem domini sancti patres fieri decreverunt, . . . celebrentur. VEN. FORT. vita Germ. 33, 96 dum tempore -arum praecaecatis oculis non posset ire cum populo. *dub. an huc pertineat* INSCR. Beševliev nr. 29 ad -a(m). *per comparationem iocosam de prandio modesto*: VEN. FORT. carm. 7, 15, 6 per vestras epulas didici ieiunia gestans: -a fuit prandia vestra magis.

2 *mera vi supplicationis* (*exempla certiora; dubia v. sub 1a*): CONC.[S] I 3 vers. Tur. p. 140, 14 *absentes* lacrimis et -is, quae sunt nostra, contulimus *ad concilium* (*gr. I 1, 3 p. 43, 7 λιταῖς*). MAX. TAVR. serm. app. 25 p. 896[C] flexis . . . poplitibus a summo pontifice et a ceteris sacerdotibus agitur -a, deinde reliquae orationes. CASSIOD. hist. 1, 11, 3 *vita monachorum* creatorem . . . orationibus et -is placat (*Sozom. 1, 12, 3 λιταῖς*). BENED. reg. 9, 10 lectio apostoli sequatur . . . et versus et supplicatio -ae, id est Kyrie eleison (*in serie simili*: 12, 4 versus, canticum de euangelia, -a. 13, 11. 17, 8).

lītarg- *v.* letharg-.

litārius gladiator GLOSS. V 603, 28. 635, 44. *obscurum.* 'linarius *pro* retiarius*?*' *Götz.* *B.*

***lītātio,** -ōnis *f. a* litare. *i. q. actus vel effectus litandi* (*acce-*

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dit gen. victimae litantis l. 11, litatae l. 28; cum gen. epexegetico l. 24): 1 *in sacrificiis*: **a** *usu communi*: *α respectu satisfaciendi*: PLAVT. Pseud. 334 (*iocose*) duo greges virgarum ... ulmearum adegero, ut hodie ad -em huic suppetat satias Iovi *i. lenoni* (*329* nolo victumas: agninis me extis placari volo). LIV. 27, 23, 4 hostiae maiores sine -e caesae diuque non impetrata pax deum. 41, 15, 4 *consul* se, quod caput iocineri defuisset, tribus bubus perlitasse negavit; senatus maioribus hostiis usque ad -em sacrificari iussit. ACT. Arv. a. 218 I 24 agnam opimam imm(olarunt) et hostiae -em inspexer(unt) (*cf.* a. 240 [Inscr. Dessau 9522] II 16 ad -e⟨m⟩ exta inspexerunt). *β respectu satisfaciendi plus minusve neglecto*: ITALA II Macc. 3, 33 (rec. P) perficiente ... -em pontifice (*gr. ἱλασμόν, cett. vers.* cum ... exoraret *vel* dum sacrificat). NON. p. 320, 14 honor (*Verg. Aen. 8, 102*): sacrificium, -o. HIL. in psalm. 119, 5 -is hostiam pro populo offerentis *sacerdotis*. SERV. Aen. 7, 563 ut victimae circa hunc locum non immolarentur, sed odore perirent ad aquam *sulphuream* adplicatae; et hoc erat genus -is. FAVST. Aug. c. Faust. 32, 3 p. 762, 25 pentecosten, quam ... Moyses certo quodam sacrificiorum genere ... imbuendam censet, vos aeque colitis, sed damnata parte eius, id est -bus ipsis et sacrificiis, quia haec cum christiana fide non congruunt (*respicitur fortasse* ITALAE *usus infra illustratus*). MACR. somn. 1, 7, 2 quaedam *signa vel somnia* cavendo transimus, alia exorando et litando vitantur: sunt ineluctabilia, quae nulla arte, nullo avertuntur ingenio; nam ubi admonitio est, vigilantia cautionis evaditur; quod adportant minae, -o propitiationis avertit. MART. CAP. 2, 142 Philologia ... Athanasiae ... supplicavit matrique [eius] gratiam multa -e persolvit. MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 38, 17 si ... deus opifex et pontifex est, cui a pontificibus -o (lig- *trad.*) exhibenda est? PASS. Saturnin. 4 deos ... -e ... hostiae ... propitiare. *in versione vocis gr. σπονδή* (ITALA num. *nec non* deut. [Lugd., Monac.]; *respondet* libatio *exod. 29, 41. 30, 9 [Lugd.]; similiter ponitur in cod. Lugd. pro σπένδω num. 4, 7 et 28, 7* lito, *sed exod. 25, 28 et ceteris locis* libo, *pro σπονδεῖα num. 4, 7* litatoria, *sed exod. 25, 29 et 38, 12* libatoria): ITALA num. 15, 7 vinum in -em ... offerent (*Vulg.* ad libamentum). 28, 9 adducetis duos agnos ... et duas decimas similaginis ... et -em (*Vulg.* liba). 28, 24 super holocaustum sempiternum facies -em eius (*Vulg.* de libationibus). 29, 16 sacrificia eorum et -es eorum *sc. animalium, quae immolantur* (*Vulg.* libamine). *et saepius in eodem libro.* deut. 32, 38 bibebatis vinum ex -e[s] eorum (*sc. idolorum an gentilium? Vulg.* vinum libaminum). *fortasse huc pertinet etiam* FAVST. *l. 19.*

b *praevalente vi supplicandi*: GLOSS. II 361, 39 *λιτὴ ἤτοι λιτανία*: -o, precatio. GLOSS.^{L} II Philox. LI 83 -o: *λιτανία*. Abav. LI 36 -o: exoratio.

2 *usu deflexo pertinet ad quodlibet officium explendum* (*sc. per imaginem a re sacra sumptam*): SYMM. epist. 8, 26 ut in honore numinum solet fieri, -i addo donarium (*i. epistulae ad patrem tuum scriptae addo alteram ad te*). ENNOD. dict. 13, 7 p. 466, 9 (*oratio ad magistrum, cui discipuli nobilissimi traduntur*) iuvate parvulos, quos habebitis patriae mox parentes; ... scitis quae domus pro generali calamitate desudet, cui debeatur pro communi securitate -o.

lītātor, -ōris *m.* *a* litare. *i. qui litat*: ITALA I Ioh. 4, 10 (Aug. in epist. Ioh. 7, 9 trin. 15, 17, 31) misit filium suum -em pro peccatis nostris (*gr. ἱλασμόν, cett. vers.* propitiatorem, expiatorem, propitiationem. 'sacrificatorem' *explicat* AVG.).

lītātōria, (-ōrum) *n.* *a* litare. *i. q. libatoria* (*per interpretationem pravam vocis gr. σπονδεῖα, cf. supra l. 29*): ITALA num. 4, 7 (Lugd.) -a, quibus litant (*v. p. 1260, 76*).

[*?***lītātūra,** -ae *f. v. p. 1510, 70.*] *Meijer.*

lītera *cum derivatis v.* litte-.

[**literalium** *falso trad. pro* lateralium GLOSS. II 475, 52 (*exemplum addendum est sub illa voce*).]

lītēsco, -ere. *a* delitescere *retrograde formatum esse vid.; cf.* 1. latesco. *scrib. in codd.* -tis-. GLOSS. V 307, 37 -ere: latere (GLOSS.^{L} Corp. L 208). *inde vel e gloss. Placidi illo tempore plenioribus* ANTH. 19, 1 animi -entis (*v. Gloss. V p. V*).

līthargus *sim. v.* letharg-.

lithargyrinus, -a, -um, *λιθαργύρινος*. *n. plur. pro subst. i. q. res e spuma argenti factae*: BOETH. elench. soph. 1, 1 -a et stannea *apparent esse* argentea.

lithargyroīdēs, *λιθαργυροϊδής*. *i. q. lithargyro similis*: ORIBAS. syn. 2, 56, 80 La p. 129, 16 Mø. molibdina bona est, qui est -es (lythargiro id est *trad.*), flava ...; la⟨va⟩ta vero et husta habet similem lithargyrum (*cf. Diosc. 5, 110 p. 211, 15* molibdena utilior est, qui colore spume argenti habuerit *eqs.*).

lithargyrum, -ī *n. et* -us (-os), -ī *m.*, *λιθάργυρος*. *scrib. in codd. etiam* lyt(h)-, -guir-. NOT. Tir. 106, 10^{a} litargus. *i. q. spuma argenti* (*cf.* SCRIB. LARG. 183 spuma argentea ..., quam Graeci *λιθάργυρον* dicunt [*sim.* ISID. orig. 16, 19, 4 GLOSS.]; *syn. apud* DIOSC. *passim; de specie medica molybdenae simili*): PLIN. nat. 26, 101 cum -o. MARCELL. med 7, 18. 7, 19 -um bene tritum. *ibid.* colorem -i. 19, 7 *et* 9. 31, 26 -i (*coni. pro* epodagri). DIOSC. 5, 112 p. 212, 7 de -u: -u nascitur *eqs.* p. 213, 8 accipis -u. 213, 16 tundent ipsu -u. 214, 5 -u (*nom.*). ORIBAS. syn. 2, 1 Aa p. 93, 11 Mø. -os (*item* 2, 60, 1 p. 132, 13; La -us *utroque loco*). 2, 56, 70 p. 128, 21 -us. 2, 56, 80 La p. 129, 19 *v. s.* lithargyroides. Ps. THEOD. PRISC. add. p. 270, 8 -i.

lithiasis, -eōs, *acc.* -in *f.*, *λιθίασις*. *i. q. generatio calculorum in vesica*: HIPPOCR. aer. 9 p. 21, 11 pueri, qui -in habent (-in id est cauculum habent *A; gr. παιδία τὰ λιθιῶντα*). p. 21, 14 sic -is efficitur (*gr. οὕτω λιθιᾷ*). ALEX. TRALL. 2, 195 tit. signa -eos (*gr. II p. 489 P. σημεῖα λιθιάσεως*).

calculosis, quos **lithiōntas** (*i. λιθιῶντας*; lithiuitas, litiuntas *trad.*) vocant et minctus difficultate laborantibus, quos dysuruntas vocant CASS. FEL. 45 p. 113, 11 (*inde depravatum* GLOSS. III 599, 48 [*cf. I p. 50*] deseruntas: linuntas).

lithizōn *v.* lignyzon.

lithocolla, -ae *f.*, *λιθόκολλα*. *nomen ferruminis*: PLIN. nat. 7, 198 fabricam materiariam *invenit* Daedalus et in ea ... glutinum, -am (lythocollam [-coliam, -caliam] *pars codd.*; icthyocollam *inepte coni. Itali*).

corallu, quem multi **lithodendrum** dicunt DIOSC. 5, 147 p. 235, 3 (litodendum *trad.; gr. 5, 121, 1 λιθόδενδρον*).

lithognōmōn, *acc. ?* -monem *m.*, *λιθογνώμων*. *i. q. liber lapidum aestimationem continens*: AMBR. in psalm. 118 serm. 16, 41 de quo (*topazio*) invenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi -em (lithognomon, lithosnomen *vel* -mon *codd.*).

lithospermum (-on), *abl.* -ō *n.*, *λιθόσπερμον*. *nomen herbae* (*cf.* lapidaria *p. 942, 38 sq.*): PLIN. nat. 27, 98 inter omnes herbas -o nihil est mirabilius (*cf.* 1, 27, 74 -on). DIOSC. 3, 153 p. 439, 20 de -o: -on *eqs.* (*gr. 3, 141*). GLOSS. III 567, 27 litusspermon i. saxifrica (*pro* -fraga). 592, 12 litus sperma: milio grugino (*pro* milium gruinum).

lithostreum, -ī *n.* *ex gr. λίθος et ὄστρεον compositum, si recte trad.* *i. q. ostrea testacea*: LAMPR. Heliog. 19, 6 primus fecit de piscibus isicia, primus de ostreis et -is (leiostreis *Petavius, cf.* liostraca) et aliis huiusmodi marinis conchis.

lithostrōtus, -a, -um, *λιθόστρωτος*. *scrib. in codd. etiam* -strat-. *i. q. ex tessellis constans* (ISID. orig. 15, 8, 10 [*excerpto* PLIN. *infra citando, ad vocem q. e.* picturae *usque, deinde pergit*:] -a parvulis crustis ac tessellis tinctis in varios colores. *item* 19, 14): 1 *usu adi.*: VARRO rust. 3, 1, 10 villam ... pavimentis nobilibus -is spectandam (QVODV. [?] prom. 3, 38, 44 platea -o [-a *var. l.*] p. ac pretiosis columnis ... decorata). ITALA Ioh. 19, 13 (cod. b *al.* = VVLG.) *Pilatus* sedit pro tribunali in locum, qui dicitur -us (*fere nom. propr.*; lapide stratus *cod. q Italae*). 2 *neutr. pro subst.*: VARRO rust. 3, 2, 4 num quod *vides* emblema aut -um? PLIN. nat. 36, 184 pavimenta originem apud Graecos habent elaborata arte (ante *coni. viri docti*) picturae ratione, donec -a expulere eam (*cf.* 1, 36, 64 quando primum -a). 36, 189 -a coeptavere iam sub Sulla. CAPITOL. Gord. 32, 6 medium *inter duas porticus* ... -um.

lithotomia, -ae *f.*, *λιθοτομία*. *i. q. exsectio calculi in vesica exsistentis*: CAEL. AVR. chron. 5, 4, 78 *adhibenda est* -a in his, qui maiorem generaverint lapidem.

lithotomos *m.*, *λιθοτόμος*. *i. qui calculum in vesica exsistentem diffindit* (*quasi cognomen*): CELS. 7, 26, 3^{C} *maior calculus* findendus est, cuius repertor Hammonius ob id -os (lithomos *trad.*) cognominatus est.

lithūlcus, -ī *m.*, *λιθουλκός*. *i. q. uncus sim. ad trahendos e vesica calculos aptus*: CHIRON 229 caucolum -o exues (VEG. mulom. 1, 46, 2 -o calculum eximis [liculco, reticuleo, tituleo *codd.*]).

lithus, -ī (-u) *m.*, *λίθος* (*quod infra gr. respondet*). *scrib. in codd. et* ly- *et sine* h, *nec non* let-. *abl.* -u PHILVM., ALEX. TRALL. *i. q. lapis*: MARCELL. med. 7, 18 -u gagatu part(es). PHILVM. med. 3 p. 145, 19 admixto -u Assio aut -u pyrite ([lituasio aut lituperito *trad.*]. ORIBAS. syn. 9 add. La p. 401). ALEX. TRALL. 1, 70 -um Armenicum *dedi ad purgandum*, dedi etiam de catartico -i Armenici *quantum* (*gr. I p. 555 P. καθῆρα ... τῷ Ἀρμενιακῷ λίθῳ δεδωκὼς αὐτοῦ quantum*). 1, 84 de Armenico -u. ORIBAS. syn. 2, 31 Aa p. 108, 7 Mø. -us emathithes (La lytus. 2, 56, 72 Aa p. 129, 1 -us [*La* lapis]. eup. 2, 1 L 5 Aa p. 483 [Ab liptos, La lythus]). 2, 56, 74 Aa p. 129, 5 -us magnites (*La* lapis). syn. 3 add. p. 912 leto frigio (*i.* Phrygio).

līticen, -inis *m.* *a* lituus *et* canere. *pl.* litices *exstat var. l.* GLOSS. IV 361, 28 *iuxta* cornices (*dubium, utrum errorem scribae an cum Heraeo, Kl. Schr. 148 sq., formam vulgarem intellegas*). liticini *var. l. pro* -es GLOSS. II 306, 1. *syllabam* -ti- *brevem testatur* Ps. PRISC. gramm. III 523, 19 (*cf.* fidicen *vol. VI 1, 693, 56*). *inter masculina* CHAR. gramm. p. 28, 17. 43, 7 B., *inter communia* p. 110, 4. NOT. Tir. 107, 31 -es (-cenis *trad.*). *i. qui lituo canit* (*cf.* VARRO ling. 5, 91 tubicines a tuba et canendo, similiter -es [*sim.* PAVL. FEST. p. 116 CAESELL. Gell. 20, 2, 2 NON. p. 54, 20 GRAMM. suppl. 74, 28]. GLOSS. *σαλπιγκτής. ἱεροσαλπιγκτής*. -es: cornicines. GLOSS.^{L} V Aa A 563 aeneatores: cornic⟨in⟩es, -es, id est cornu vel calamo canentes. Corp. A 347 -es: tubicines): CATO or. frg. 69 (223 M.) siticines et -es et tubicines. CIC. rep. 2, 40 quin etiam accensis velatis, -bus (cornicinibus *var. l.*), proletariis *ius suffragii concedebatur*. STAT. silv. 4, 7, 19 *Misenus* -n ... notus Hectoris armis (laticem ... motus ... amnis *trad.*). VOPISC. Aurelian. 31, 7 *templum Solis* aquiliferi legionis tertiae cum ... cornicinibus atque -bus diripuerunt. AMM. 14, 2, 16 viso ... exercitu procul auditoque -um cantu. 16, 12, 62 occinente -e revocatus ... miles. CIL VI 33999 *quidam* ex collegio -um, cornicinum. *B.*

lītigātio, -ōnis *f.* *a* litigare. *i. q. lis* (GLOSS.^{L} V Abba LI 68 -o: *[Salvadore]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

causatio. *cf.* GLOSS. II 365, 40 *μάχη ἢ διὰ λόγων*: -o, iurgium): AVG. serm. 359, 4 (*respicitur lis cum Donatistis habita*) putantur litigare, cum volunt fratribus consulere; videte, quam consors sit eorum -o, quam pacifica.

litigātor, -ōris *m.* *a* litigare. *vox* CATONI *nota (v. infra l. 62) legitur inde a* CIC., ALF.; *abiit in sermonem gr. λιτιγάτωρ (e. g.* NOVELL. Iust. 115, 2 LYD. mag. 3, 11). [*confunditur in codd. cum* ligator *e. g.* SVET. Vesp. 23, 2 AVG. epist. 167, 2; *falso trad. pro* licitator CIC. dom. 115 GLOSS. III 454, 69. 476, 4.]

i. qui litigat (*cum gen. rei, de qua litigatur* AVG. serm. 358, 2 -r terrenae possessionis [*praecedit*: de possessione litigamus]; *in appositione*: CALL. dig. 5, 1, 36 pr. pater -r. SYMM. rel. 23, 4 Memorius -r): **1** *strictius apud iudicem vel arbitrum* (*t. t. iuris de partibus, sc. sive de petitore sive de eo, cum quo agitur; in malam partem vergere videtur l. 48; subtilius distinguitur a 'reo'* QVINT. decl. 383 p. 428, 22 dicimus pecuniarias lites esse; -em esse, non reum, non qui de capite sortiatur: illud iudicium vocari, quaestionem, quidlibet potius quam litem, *sed sine discrimine adhibentur voces* GAIVS inst. 4, 160 par utriusque -is . . . condicio est, nec quisquam praecipue reus vel actor intellegitur, sed unusquisque tam rei quam actoris partes sustinet. GLOSS. -r: *διαδικαζόμενος. δικαζόμενος.* -bus: *τοῖς δικαζομένοις. adde p. 1506, 41*): CIC. fam. 12, 30, 1 itane? praeter -es nemo ad te meas litteras? ALF. dig. 4, 8, 50 alter ex -bus (IVLIAN. dig. 4, 8, 47 pr. 42, 1, 60 POMPON. dig. 4, 8, 40. *al.*; *cf.* SVET. Claud. 37, 1 unus ex -bus. IVLIAN. dig. 4, 8, 49, 1 cuiusque ex -bus. GAIVS dig. 2, 11, 1 neutri -um. inst. 4, 42 alicui ex -bus. *et sim. passim*). LIV. perioch. 86 -es, a quibus adibatur, vadimonia Romam deferre iussit *Sulla*. SEN. benef. 5, 17, 4 -i defenso. dial. 5, 37, 3 nunc iste se aliquem putat, quod custodit -um turba limen obsessum (*cf.* TAC. dial. 12, 1 sedente ante ostium -e). 10, 20, 2. QVINT. inst. 2, 12, 4 maledicit *patronus* . . . cum periculo suscepti -is (*cf.* 6, 3, 32 nostrum. 6, 4, 6 suis [12, 8, 6 SVET. gramm. 22, 1]). 2, 15, 30 *Athenis* scribere -bus, quae illi pro se ipsi dicerent, erat moris. 4, 1, 46 hoc primum intuemur, -is an advocati persona sit utendum, quotiens utrumque fieri potest; nam id in schola liberum est, in foro rarum (6, 2, 36 *in schola* ut -es loquimur frequentius quam ut advocati. 11, 1, 38). 4, 3, 2 agere causas non ad utilitatem -um, sed ad patronorum iactationem. *et saepe apud eundem.* IAVOL. dig. 4, 8, 39 pr. contumaciam -is arbiter punire poterit. TAC. dial. 23, 3 quos *oratores* more prisco apud iudicem fabulantes . . . vix . . . -r perpetitur. ann. 13, 42, 3 sponte -is. PLIN. paneg. 36, 4 tribunal *praetoris qui inter fiscum et privatos ius dicat* . . . par ceteris, nisi illud -is (*i. principis*) amplitudine metiaris. 80, 2 stant ante te -es non de fortunis suis, sed de tua existimatione solliciti. SVET. Aug. 33, 3 appellationes . . . urbanorum . . . -um praetori delegabat urbano, at provincialium consularibus viris. Nero 17 ut -es pro patrociniis certam iustamque mercedem, pro subsellis nullam omnino darent. *et saepe, sc. apud iurisconsultos et in constitutionibus. apud iudicem ecclesiasticum*: MAXIMIN. c. Ambr. 114 ab emulo eodemque prabo -e legitimos actores iustumque habentes negotium iudicari non posse (*cf.* PALLAD. Ambr. epist. 8, 32 vos . . . soli vultis esse iudices, vos -es esse vultis). AVG. bapt. 1, 14, 22 p. 166, 22 iudicibus ecclesiasticis potius quam -bus crediderant (*eadem oppositione*: 2, 6, 9 p. 183, 21 epist. 89, 4 c. Parm. 1, 5, 10 p. 29, 20. 1, 6, 11 p. 30, 18. *cf.* epist. 144, 3 utrum malint credere, quod pronuntiaverunt ecclesiastici cognitores an quod murmurant victi -es). NOVELL. Valent. 35 pr. cum inter clericos iurgium vertitur et ipsis -bus convenit, habeat episcopus licentiam iudicandi; . . . si . . . -es nolint . . ., agant publicis legibus et iure communi. *al.*

2 *in quibuslibet controversiis, disputationibus sim.* (*in malam partem de altercatore, obtrectatore sim.; sublucet imago iudicii* LACT.; *huc spectare videntur* GLOSS. demorator: retentor, -r, firmator. GLOSS.^{L} V Abba DI 113 disceptator: -r, contentiosus altercator. TE 17 temerator: ⌊-r⌋, violator [*addidit cod. Sangall.*]): PLIN. nat. praef. 32 securi . . . contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis et -bus conposuit (quid enim illi aliud quam litigant aut litem quaerunt?), exsequemur reliqua propositi. LACT. inst. 3, 8, 1 ut omissis -bus furiosis ac pertinacibus (*i. philosophis*) veniamus ad iudicem, illum scilicet datorem simplicis . . . sapientiae (*i. deum*). SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 121 ('vultum . . . Noviorum . . . minoris') cuiusdam feneratoris et -is (*cf. Porph. ad l.* tumultuosus faenerator. *an ad 1?*). AVG. c. Cresc. 2, 1, 1 p. 360, 10 ne contentiosissimus habeatur diligentissimus praedicator et ne -r putetur inpiger disputator (*oppositum ut*: epist. 167, 2 vaniloquis non disputatoribus, sed -bus. c. Petil. 2, 53, 122 p. 90, 8 insanos potius -es quam christianos disputatores). in psalm. 147, 16 l. 53 -bus haereticis. serm. 311, 11 da malum hominem ad linguam: erunt blasphematores, -es, calumniatores, delatores (*sim.* CAES. AREL. serm. 141, 2). *al.*

f. **litigātrix,** -īcis. *i. quae litigat*: NOT. Tir. 21, 53.

compos.: vitilitigator.

[litigātus, -ūs *m.* *vix recte ediderunt et Burman et Lehnert* Ps. QVINT. decl. 6, 19 p. 128, 17 quamquam ⌊in hoc -u quodammodo⌋ tibi ipsa excidisti; *vestigia traditionis melius servavit Reitzenstein, Studien 84, sic emendans* ⌊in hac lite fato quodam meo⌋.]

litiger, -a, -um. *a* lis *et* gerere. *i. q. ad litem pertinens*: FELIX anth. 254, 19 non ego -os cupio cognoscere fasces, nec mihi reddantur iura superba precor; triste forum nolo.

[litigeus, -a, -um *vix agnoscas p. 1506, 7.*]

litigiēs, -ēī *f.* [*iuxta* litigium, *cf.* interstities: interstitium. *Sch.*] *i. q. lis*: GEST. Mignе suppl. 3, 1250 -es . . . inter servum Bassi et Epiphanium nascitur.

litigiōsus, -a, -um. *a* litigium. *scribitur* -gosus MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 7 DIFF. ed. Beck p. 67, 16, *ceterum in var. lect. codd.* CYPR. testim. 3, 107 PELAG. in I Tim. 3, 3 Tit. 3, 2 VVLG. prov. 19, 13. *al.*; -geos *pro* -os ITALA Tit. 3, 2 (codd. d e). *compar.* -ius SIDON. epist. 8, 3, 2. *superl.* -issimi ANVLIN. Aug. epist. 88, 3 (*cf.* CIC. Caecin. 14 nimium -i. fin. 5, 76 satis -am). *legitur inde a* CIC., HOR., OV., *fortasse edicto imp. Aug.* (*v. infra l. 47*), IVLIAN. dig.; *abiit in sermonem gr. λιτιγίωσος* (*e. g.* NOVELL. Iust. 112 rubr. *et ibid. passim*).

i. q. litem intendens vel ad litem pertinens: **1** *strictius respicitur lis apud iudicem persequenda* (*apud iudicem ecclesiasticum* ANVLIN.): **a** *de animantibus in lites pronis, litium cupidis*: CIC. Quinct. 62 quis erat procurator? credo aliquem electum hominem egentem, -um, improbum. Verr. II 2, 37 ut quam primum agere incipiant hominemque . . . minime -um quam tumultuosissime adoriantur. Caecin. 14 defensoris nimium -i. Mur. 26 quid huic tam loquaciter -o responderet ille, unde petebatur, non habebat. Planc. 82 vos nec nocentes neque -os esse (*ibid.* si in mea familiaritate locus esset nemini nisi -o aut nocenti [*pro subst.?*]). de orat. 1, 255 a -is hominibus. 2, 182 ea . . . omnia, quae proborum demissorum, . . . non -orum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant (*alii post* proborum *interpungentes accipiunt pro subst.*). HOR. sat. 2, 3, 285 *servi* mentem, nisi -us, exciperet dominus, cum venderet *eum*. ANVLIN. Aug. epist. 88, 3 *imperator* alterum episcopale iudicium dedit . . ., ubi . . . alii . . . pertinacissimi et -issimi ad eundem imperatorem appellaverunt.

b *de rebus*: *α vario modo ad litem pertinentibus*: CIC. de orat. 3, 92 instrumentum . . . hoc forense -um. leg. 1, 18 qui aliter ius civile tradunt, non tam iustitiae quam litigandi tradunt vias. :: non ita est, Quinte, ac potius ignoratio iuris -a est quam scientia. OV. rem. 670 discedere pace nec petere a thalamis -a fora (fast. 4, 188 AVG. conf. 3, 3, 6). COD. Theod. 3, 1, 1 contractus . . . -o strepitu turbandus. PETR. CHRYS. serm. 145 p. 591^{B} humanae leges inter triginta annos -as omnes interimunt quaestiones. SIDON. epist. 1, 2, 9 -us fremit ambitus *partium in aula Theuderici regis.* *β technice de rebus controversis, sc. de quibus litigatur* (*in imag.* CIC.; *definitiones*: FRG. de iure fisci 8 res . . . -a videtur, de qua lis apud suum iudicem delata est. NOVELL. Iust. 112,1 -am . . . intellegi rem mobilem vel immobilem seseque moventem, de cuius dominio causa inter petitorem et possidentem movetur. ISID. diff. 1, 328 -us est de quo litigatur, quasi ager, litigator qui litigat [*item* DIFF. ed. Beck p. 67, 16]. GLOSS. II 307, 54 *ἐπίδικον*: -um): CIC. de orat. 3, 108 quoniam de nostra possessione depulsi in parvo et eo -o praediolo relicti sumus (*in imag. de officio oratorum*). OV. fast. 2, 660 (*ad Terminum*) omnis erit sine te -us ager (*cf.* GAIVS inst. 4, 117 fundum. PAPIN. dig. 16, 1, 27, 1 praedium [MARCIAN. dig. 20, 3, 1, 2]). FRG. de iure fisci 8 ⟨qui contra e⟩dictum divi Augu⟨sti re⟩m -am a⟨non possi⟩dente comparavit (*ibid. iterum.* IVLIAN. Vlp. dig. 44, 6, 2 CALL. dig. 49, 14, 1 pr. VLP. dig. 44, 6, 1 pr. -am rem non facit denuntiatio, quae impediendae venditionis causa fit. PAVL. sent. 1, 1, 5. COD. Iust. 8, 36, 1 [*a. 207*]. 8, 27, 2 [*a. 223*]. *al.*). COD. Iust. 8, 36, 3, 1 (*a. 380*) *heredes* ea quae -a relicta fuerint vindicantes. *n. pro subst.*: VLP. dig. 44, 6, 2 ut scientia inspicienda sit eius qui comparavit *rem -am* . . ., ⌊et ideo poena -i competit⌋ (*compilatori tribuendum esse vid.; poena definitur Cod. Iust. 8. 36, 5 [37, 4] pr.* non tantum rem redhibere, sed etiam pretio eius privari). COD. Theod. 4, 5 rubr. de -is (*eodem modo inscribuntur* DIG. 44, 6 COD. Iust. 8, 36 NOVELL. Iust. 112 IVLIAN. epit. novell. 105). COD. Iust. 8, 36. 5 pr. vitio -i contractus subiacere. NOVELL. Iust. 112 praef. multa . . . de -is . . . imperialis dispositio promulgavit. 112, 1 ab hoc . . . -i vocabulo hypothecas separari decernimus (*ibid. iterum; utroque loco respondet* IVLIAN. epit. novell. 105, 1 rem -am).

2 *laxius respicitur quaelibet controversia, disceptatio* (*sublucente hic illic imagine causae; ad notionem usus technici supra illustrati vergit* MAR. VICTORIN. *sub a*): **a** *de rebus* (*cf.* CHAR. gramm. p. 409, 29 B. nodosum negotium est. . . . controversiosum est. -um est. SYNON. Cic. p. 421, 4 dubium. . . . ambiguum. -um. controversiosum): CIC. fin. 5, 76 haec omittamus; habent enim et bene longam et satis -am disputationem (AVG. civ. 18, 41 p. 317, 24 D. BOETH. top. Arist. 1, 1 p. 910^{D} -arum d. [*gr. 100 b 28 τῶν ἐριστικῶν λόγων*]). ARNOB. nat. 2, 60 -as serere atque intendere quaestiones (AVG. epist. 54, 2, 3 tam -as excitant q., ut *eqs.; aliter l. 35*). MAR. VICTORIN. in Phil. 4, 7 nihil *est* per argumenta -um, nihil quod recipiat quaestionem . . ., sed . . . aperta omnia sunt. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 29, 2 (*ad iud. 15, 4 sq.*) quod . . . haeretici liberam linguam habeant ad latrandum, sed exitus impeditos, aut -a principia, finem vero fraudis suae incendio deputatum. TRACT. Pelag. 6 p. 161 perpetua iurgia et -a divortia. PRVD. apoth. 208 *philosophorum* -a . . . argumenta. AVG. c. acad. 3, 9, 18 ab hoc . . . -o tribunali *philosophorum* secedamus. agon. 29, 31 p. 132, 13 percussit ecclesiam lingua -a (*p. 132, 9* discordiosam linguam). c. Petil. 3, 41, 50 -o strepitu cuncta perturbans. serm. 1, 2 -as . . . calumnias exheredatis haereticis relinquamus. BOETH. top. Arist. 1, 1 p. 910^{D} -us . . . est syllogismus ex iis quae videntur probabilia, non sunt autem, et qui ex probabilibus quidem . . . est apparens (*item* p. 911^{A}. *disting.* demonstratio *et* dialecticus syllogismus [*gr. 100b 23 ἐριστικός*]. *cf. et p.*

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1506, 69). CASSIOD. var. 3, 52, 4 *Aegyptii geometriam* ad dimensionem terrae . .. . transtulerunt, ut fieret arte distinctum, quod -ae confusioni *Nilo exundante* videbatur obnoxium. hist. 11, 11, 2 ea dies *sc. sabbatorum* -a extitit inter partes (*gr. Socrat. 7, 13 ἐπίμαχος*). in psalm. 118, 78 verborum -a contentione. *n. pro subst.*: CHALC. comm. 51 terram terreno comprendimus . . ., pacem tranquillo, litem quoque -o (*gr. Emped. frg. B 109, 3 νεῖκος . . . νείκεϊ λυγρῷ*). **b** *de animantibus* (PS. PRIMAS. in Tit. p. 683[A] [*conflatum sec.* PELAG. *ad l.*] -us . . . est, qui vicem reddendo provocat litem. GLOSS. *ἀηδοποιός. ἀηδής. μάχιμος.* II 336, 58 *κακοπράγμων*: -us, calumniator, concinnator): **α** *m. pro subst.* (*cf. p. 1506, 21. 24*): VLP. dig. 21, 1, 4, 2 (*e Pompon.*) nec impostores aut mendaces aut -os *contineri edicto*. NON. p. 26, 16 rabulae: -i. RVFIN. Orig. in gen. 13, 3 p. 116, 23 a -is et calumniatoribus recedamus. AVG. in psalm. 38, 3 l. 60 quid . . . dicas . . . calumniosis, -is, verbosis? 148, 8 l. 16 non concordant -um (*item inter opera misericordiae*: serm. 50, 7 pacantur -i). serm. 52, 3, 4 inculcans tardis, duris, -is addidit *eqs.* 206, 3 arguit . . . ieiunia -orum, quaerit piorum (*ad Is. 58, 4*). ROMVL. fab. 46 epim. rec. gall. haec fabula -orum est (*cf. rec. vet.* litigantium, *Phaedr. 4, 25, 23* eorum, qui se falsis ornant laudibus). VITA Fulg. p. 111 L. *dum* -is pax, inobedientibus obedientia fieret dulcis. **β** *adi.*: ITALA prov. 21, 19 (Didasc. apost. 8, 30, *sim.* Hier. adv. Iovin. 1, 28) melius est habitare in deserto quam cum muliere linguosa et -a ([*gr. μαχίμου, Vulg.* rixosa]. VVLG. prov. 19, 13. 21, 9. 25, 24 *et* 27, 15 [*Hier. l. c. bis* maledica]). I Tim. 3, 3 (cod. d *al.* = VVLG.) oportet . . . episcopum . . . esse . . . non -um, non cupidum (*gr. ἄμαχον, cf. Tert. monog.* 12, 7 non pugnax. *inde* CYPR. epist. 74, 10). Tit. 3, 2 (*ibid.* = VVLG.) neminem blasphemare, non -os esse (*gr. ἀμάχους*). HERM. vulg. sim. 9, 32 dominus habitat in viris amantibus pacem; . . . a -is vero . . . abest (*Pal.* iniquis et seditiosis). PORPH. Hor. epist. 2, 2, 102 ('genus irritabile vatum') iracundum ac -um (*inde* GLOSS.[L] II Philox. IN 444). ACT. Iul. 2, 1 numquam tamquam scelestus aut -us oblatus sum iudici. FIRM. math. 8, 21, 12 *quidam* erunt -i, contentiosi, qui semper ⟨in⟩ litibus contentionibusque versentur (*sim.* 8, 27, 13 *quidam* erunt -i, clamosi). AVG. c. Cresc. 1, 10, 13 *ut* tunc animosus, tunc contentiosus vel -us habendus sit. SIDON. epist. 8, 3, 2 duae . . . anus, quibus nil umquam -ius . . . erit. *al.*

m. vel n. pro subst. supra singulis sectionibus subiunximus.

adv. **lītigiōsē.** *i. q. modo hominis litigiosi*: AVG. c. Faust. 33, 8 qui haec non -e, sed placide ac fideliter quaerunt, accedant ad Christum non carne, sed corde. c. Pelag. 3, 4, 13 p. 500, 2 qui ex hoc non -e, sed studiose movetur, intellegat *eqs.* (*inde* PS. PRIMAS. in Gal. p. 592[B]).

ˣlītigium, -iī *n.* *a* litigare (*item* GRAMM. suppl. 74, 4). *gen. sing.* -gi PLAVT. Cas. 561. *gen. plur.* -gium *tueri videtur Schenkl* AMBR. hex. 3, 1, 3, *vix recte; var. l.* litium *praetulerunt edd. priores* (*idem scribae error occurrit Gloss. IV 108, 30* lit[ig]ium: causarum). *legitur apud* PLAVTVM, IVLIAN. dig. *et inde a saec. IV.*

i. q. lis, iurgium (GLOSS. -um: *δίκη, μάχη.* lit[ig]ium vel litem. convicium. scandalum): **1** *litigant animantes*: **a** *quolibet modo* (*sc. fere verbis; usum audaciorem excusat* AVG.; *vergit ad p. 1508, 9* RVSTIC.): PLAVT. Cas. 561 aliquid contrahere cupio -i inter eos duos. Men. 151 -um tibist cum uxore. 765 credo cum viro -um natum esse aliquod (PAVL. STEPH. reg. 37, *syn. fere* scandala). 784 ludibrio . . . habeor . . . ab . . . meo viro. :: ecce autem -um. DON. Ter. Eun. 809, 2 occasionem finiendi -i . . . quaerit. Phorm. praef. 3, 3 -um senis et Phormionis. OPTAT. 2, 6 si ita est, -um perdidistis. PS. ATHAN. ad mon. 3 linguam custodia taciturnitatis obsepiat, ne in -um contentiosa fervescat. AVG. epist. 186, 14 motus illos et tamquam -um parvulorum *sc. Esau et Iacob in utero luctantium.* serm. 265, 6, 7 malorum filiorum . . . -a. CYPR. GALL. exod. 828 si -um fuerit per verba paratum (*Itala exod. 21, 18 Lugd.* si . . . litigaverint). RVSTIC. Conc.[S] I 4 p. 10, 25 depone -a (*gr. Isid. Pel. epist. 1, 370 παῦσον τὰς ἔριδας, Facund. defens. 2, 4 p. 573[B]* requiesce a contentione). p. 92, 6 -um . . . molitione cuiusdam diabolicae malignitatis immissum praepares amoveri (*gr. I 1, 4 p. 5, 16 μάχην*). p. 207, 32 testimonia -orum revocans ad medium. *al.*

b *apud iudicem* (GLOSS. -um: *δίκη. cf.* II 277, 36 *δίκη* controversia, examinatio, iudicatio, lis, -um, causa): IVLIAN. dig. 4, 8, 49 pr. adhuc -o pendente (CÔD. Theod. 5, 5, 1 si qua -a ex huiusmodi petitionibus in iudiciis pendent. COD. Iust. 2, 4, 43 [*a. 500*] in omnibus -is iam motis et pendentibus . . . seu postea movendis). ANON. de mach. bell. 21 improbitatis reiecto -o. AVG. civ. 18, 10 p. 268, 2 D. *Areon pagon nominatum* in iniuriam . . . numinum, a quibus -a vel iudicia existimant aliena. serm. 259, 6 peracti sunt dies feriati, succedent iam illi conventionum, exactionum, -orum. Ps. AVG. serm. 219, 3 quando contra te (*Herodem*) . . . iudiciale coeperint exercere -um *infantes apud deum iudicem* (*item cum determinationibus*: COD. Iust. 12, 29, 2 pr. [*a. 474*] *ut* foro *magistri officiorum* . . . subiaceant nec ex alterius cuiuslibet sententia civile subire -um compellantur. FVLG. Virg. cont. p. 99, 1 in modum iurgii forensisque -i. GREG. M. epist. 1, 67 a -is foralibus monachos submovere. 3, 57 nosmetipsos . . . a causarum -is . . . compescere). COD. Theod. 2, 1, 2 pr. terminare (2, 9, l. 2, 26, 1 pr. COD. Iust. 1, 49, 1, 8 [*a. 475*]. LEX Burg. Rom. 33, 5). 2, 7, 2 pr. inferre (4, 23 [22], 1, 1 COD. Iust. 5, 20, 6 pr. [*imp. Anast.*]). 2, 7, 2, 1 quando -o pulsaretur. 2, 9, 1 -a sententiis vel transactionibus terminata non sinimus restaurari (*inde* LEX Burg. Rom. 33, 5 -a . . . non . . . iterum revocare). 4, 23 (22), 1, 2 ad disceptationem -i (COD. Iust. 1, 22, 6 [*a. 491?*]). 11, 30, 11 pr. universa, quae ad substantiam -i proficere arbitrantur (*aliter de summa litis* 11, 36, 5 cum maior s. -i sit [*cf.* 11, 30, 49 si . . . intra praestitutum modum -i summa se cohibet]). 11, 36, 3 ne . . . interpositis . . . appellationibus . . . -a protrahantur (*cf.* CASSIOD. var. 1, 5, 1 in immensum trahi non decet finita -a). *al.* NOVELL. Theod. 4, 2 ne libeat audacibus exercere -a (COD. Iust. 12, 20, 6 pr. [*imp. Anast.*] circa -a sibimet ab aliis inferenda vel a se contra alios . . . exercenda. *adde* PS. AVG. *supra citatum*). *al.* *apud iudicem ecclesiasticum* (*huc vergit* RVSTIC. *sub 1a allatus*): CONC.[S] II 3, 3 p. 466, 25 (*libellus accusatorum*) nos equidem optabamus omne tempus vitae sine -o vivere; quoniam autem ea, quae gesta sunt . . ., compulerunt nos ad hanc accusationem descendere *eqs.* (*gr. II 1, 3 p. 22, 32 ἀπράγμονα . . . χρόνον*).

2 *litigant res* (*usus fere excusatur*): BOETH. herm. sec. 2, 6 p. 134, 13 haec utraque enuntiatio 'Plato philosophus est', 'Plato philosophus non est' sese perimentia et in contrarium quasi quodam locata (*intellegas* perimentes et . . . locatae) -o faciunt contradictionem.

deriv.: litigiosus. *cf.* litigies.

ˣlītigo, -āvī, -ātum, -āre. [*a* lis; *formatum ope radicis* ag- *sicut* remigare *nec non* iurgare. *Sch.*] *scribitur* lite-: GREG. TVR. Franc. 1, 13 (*cod. unus*). LEX Burg. Rom. 35, 4. *? depon.* -or: GLOSS. II 270, 38 *διαγωνίζομαι* lititor (*cod. opt.*, -o *var. l.*, luctor *Stephanus*; -or *vel* licitor *Götz in indice*). *vix huc* SYNON. Cic. p. 429, 15 (*cf.* 416, 27) *l. 31.* *formae perf. stirpis brevioris*: -asse CIC. Att. 13, 37, 2 QVINT. decl. 306 p. 201, 10, -asses QVINT. decl. 306 p. 202, 19, -asset PAPIN. dig. 31, 76 pr. COD. Theod. 4, 23(22), 1, 1; *longioris* -verat SEN. contr. 10, 1, 7 PAVL. coll. Mos. 11, 4, 1, -verunt ITALA gen. 26, 20. 21. 22 (Lib. iubil. 24, 14. 15. 16). INTERPR. Paul. sent. 1, 1, 6; *ceterum* -verint ITALA exod. 21, 18 Lugd. (*sed* -arint FIRM. math. 5, 4, 18). NOT. Tir. 21, 52 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 416, 27 altercatur. -at. iurgat. verba facit *eqs.* 429, 15 iurgatur. -atur. altercatur. disceptatur. rixatur. verberator. conpellator (*an potius* iurgator. litigator *eqs.?*). GLOSS. -at: *μάχεται, συνζητεῖ, δικάζεται.* vadatur, rixat, iurgat. II 277, 15 *δικάζω*: iudico, -o. *cf. l. 22. p. 1510, 1.* *legitur inde a* PLAVTO, TER., CIC. [*vasc.* lidyá; *hisp.* lidiar; *fortasse etiam port.* lidar. *cf. M.-L. 5086. Wartburg V 376. Corominas III 87 sq. Machado II 1334. St.*] [*falso trad.* -ere *pro* licitere PLAVT. Merc. 441.]

I *i. q. litem facere, iurgare sim.* (*sc. intransitive; accedit obi. int. p. 1509, 50 [cf. coniecturam p. 1509, 53]; pass. impers.*: PLAVT. Merc. 420 QVINT. inst. 4, 2, 129 decl. 264 p. 80, 28. *al.* SVET. Cal. 40 GELL. 14, 2, 14 VLP. dig. 44, 6, 1, 1 AVG. serm. 359, 4. *al.*): **A** *strictius t. t. iuris de lite apud iudicem persequenda* (*apud iudicem ecclesiasticum e. g.* CONST. Sirmond. 1 COD. Iust. 1, 4, 7 *a. 398; huc vergit fortasse* HIL. *p. 1509, 30; distinguuntur* disputare QVINT. inst. 7, 3, 13, docere APVL. apol. 15, 10): **1** *formae variae*: PLAVT. Merc. 420 -ari nolo ego usquam (vos quam *codd.*), tuam autem accusari fidem. Poen. 587 si nihil est quicum -ent, lites emunt. 798 quicum -as apscessit. CIC. Q. Rosc. 53 quid interest inter eum, qui per se -at, et ⟨eum⟩, qui cognitor est datus (cognitorem dat *codd.*)? qui per se litem contestatur *eqs.* (VLP. dig. 4, 7, 4, 3 per procuratores. INTERPR. Gai 90 non solum per nos⟨met ipsos pos⟩sumus -are, sed etiam per alias personas [*Gaius inst. 4, 82* agere nos aut nostro nomine aut alieno]. INST. Iust. 4, 10 pr. quod alieno nomine neque agere neque excipere actionem licebat, coeperunt homines per procuratores -are. *cf. l. 73*). Cael. 27 aliquot . . . in causis eum videram frustra -antem. rep. 4, 8 iurgare . . . lex putat inter se vicinos, non -are (*fusius de hoc loco p. 668, 3*). leg. 1, 18 non tam iustitiae quam -andi tradunt vias. Att. 2, 7, 2 mira sum alacritate ad -andum. fam. 9, 25, 3 noli pati -are fratres et iudiciis turpibus conflictari. SEN. contr. 1, 5, 1 cum altera rapta -at, altera advocat. 9, 3, 7. MART. 1, 98, 1 -at; . . . sed nil patrono porrigit. 7, 65, 3 viginti -at annis quisquam, cui vinci . . . licet? QVINT. inst. 4, 4, 6 neque illi, cuius nomine -as, habere procuratorem *licuit* (7, 1, 20 cuius n. -atur. decl. 265 p. 82, 7 civitatis n. VLP. dig. 4, 7, 11. 49, 4, 1, 12 si in partem proprio n., in partem pro alieno -at). 7, 3, 13 de his *finitionibus* disputatur, non -atur. 11, 1, 66 inter patres etiam filiosque, cum intervenisset emancipatio, -atum scio. 12, 7, 5 qui non improbe -bunt. decl. 264 p. 79, 3 neque . . . -ant de bonorum parte, sed totum arguunt testamentum. p. 80, 28 non hac . . . lege -bitur (313 p. 228, 25). 341 p. 348, 9 in quadruplum. *al.* IVV. 7, 141 respicit haec primum qui -at, an tibi *advocato* servi octo *eqs.* 16, 6 miles ne vallum -et extra et procul a signis. SVET. Cal. 40 quadragesima summae, de qua -retur. Otho 4, 2 cuidam . . . de parte finium cum vicino -anti. POMPON. dig. 46, 8, 18 prout intersit agentis, quod -at, quod consumit *eqs.* GAIVS inst. 4, 30 per concepta verba id est per formulas -emus. 4, 163 ut modestiore via -et, arbitrum quisque petit. dig. 2, 1, 11, 1 an apud eum *iudicem* -are possim (*antea*: a. iudicem agendum. GELL. 14, 2, 14 si iudex forte id sciat, super qua re a. eum -atur. TERT. uxor. 2, 5 l. 25 a. arbitrum speculatorem. PAVL. dig. 40, 12, 23, 2. COD. Theod. 11, 30, 16 praefectos adeat, ut a. eos de integro -et. *al.; cf.* CONST. Sirmond. 3 sub eo iudice). *al.* APVL. apol. 15, 10 maiorem curam . . . suscipiendam rhetori iurganti an philosopho obiurganti, . . . de finibus agrorum -anti an de finibus bonorum et malorum docenti? PAPIN. dig. 31, 76 pr. cum pro parte filius de testamento matris -asset.

al. *in imagine et fere proverbialiter* (*cf. Otto, Sprichw. n. 712*): MART. 12 praef. *poeta in Hispania degens paucos modo versus scribit,*

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quod civitatis aures, quibus adsueveram, quaero et videor mihi in alieno foro -are. **2** *part. praes.* -ans *pro subst. i. q. litigator* (*exempla certiora*): SEN. contr. 10 praef. 2 -anti similior quam agenti *Aemilius Scaurus* (*cf. p. 1505, 33sqq.*). CELS. frg. Quint. inst. 2, 15, 32 *oratori* non ... bona conscientia sed victoria -antis est praemium. SEN. dial. 9, 12, 4 ad iudicium saepe -antis (*nisi* hominis *subaudiendum, quod antecedit*). PLIN. nat. 19, 24 *Marcellus* velis forum inumbravit, ut salubrius -antes consisterent. QVINT. inst. 4, 1, 55 odit ... iudex fere -antis securitatem. *al.* COD. Iust. 2, 12, 2 (*a. 161*) appellationes ... exerceri ab utraque parte -antium possunt. GELL. 2, 12, 6 duos -antes destituunt et relinquunt deduntque eos advocatis malivolis. 14, 2, 18 nisi is, qui iudicat, ... interlocutionibus et suos sensus aperiat et -antium deprehendat. VLP. dig. 2, 1, 1 iudices -antibus dare. 5, 1, 62 inter -antes non aliter lis expediri potest, quam si alter petitor, alter possessor sit. AMM. 26, 1, 12 gratificantes ... -antium commodis. COD. Theod. 1, 27, 1 unus ex -antibus. 11, 29, 2 minime ... terreat -antes *iudex*. CONST. Sirmond. 1 quicumque ... litem habens ... iudicium elegerit ... antistitis, ilico ..., etiamsi alia pars refragatur, ad episcopum personae -antium dirigantur. *al.*

B *laxius de qualibet controversia, iurgio* (*cf. distinctiones p. 1508, 44*): **1** *-ant homines, animus sim.* (*sc. fere verbis praeter l. 52sqq.*): **a** *accedunt determinationes*: **α** ***lis est cum animantibus, corde sim.***: PLAVT. Cas. 317 quicum -as, Olympio? :: cum eadem qua tu semper. :: cum uxore mea? Rud. 1060 qua de re -atis nunc (nunc -atis *trad.*) inter vos? TER. Andr. 853 cum illa -at (*852* esse inter eos inimicitias). Hec. 507 etiam mecum -as? CIC. Phil. 13, 30 *Antonius* cum Gaio fratre putat se -are. Tusc. 4, 70 in eo -ant cum Epicuro (*item in controversiis philosophiae, fidei sim.*: SEN. epist. 121, 1 -bis ..., exclamabis: hoc quid ad mores? sed exclama, dum tibi primum alios opponam, cum quibus -es, Posidonium et Archidemum. HIL. ad Const. 2, 8, 8 praesente synodo, quae nunc de fide -at. AVG. haer. 52 *Macedonianos Πνευματομάχους* appellant Graeci, eo quod de spiritu sancto -ent. *al.; cf. infra l. 66. 83*). Att. 13, 37, 2 Hirtium cum Quinto acerrime pro me -asse. ad Q. fr. 2, 9(8), 2 -rem tecum, si fas esset. VARRO ling. 7, 93 iurgare esse ab iure dictum, cum quis iure -at. PVBLIL. A 12 absentem laedit, cum ebrio qui -at. SEN. contr. 10, 1, 7 quid ego in te accusatorem non audeam, qui occidendum curavi eum, qui tantum mecum -verat? PHAEDR. 3, 11, 1 eunuchus -bat cum quodam inprobo. SEN. dial. 5, 32, 3 haec, propter quae -amus, discurrimus, anhelamus, videre quam humilia ... sint. epist. 87, 40 -are de verbis, quasi iam de rebus iudicatum sit. PETRON. 132, 13 quid est, quod ... ventri male dicere solemus ...? quid? non et Ulixes cum corde -at suo? (AVG. serm. 49, 8, 8 -are vis cum inimico tuo, prius -a cum corde tuo; -a, inquam, -a cum corde tuo. *cf.* 15, 8 cor tuum tecum -are). ITALA gen. 26, 20 (Lib. iubil. 24, 14) -verunt pastores Gerarum cum pastoribus Isaac (*gr. ἐμαχέσαντο, aliae vers.* litem fecerunt *vel* rixati sunt, *Vulg.* iurgium fuit). 31, 36 (Lugd.) Iacob ... -bat ad Laban dicens: *eqs.* (*gr. ἐμαχέσατο τῷ Λάβαν, Vulg.* cum iurgio ait. *praep. vix cum* dicens *iungas coll.* Ioh. 6,52 [cod. a *al.* = VVLG.] -bant ... Iudaei ad invicem dicentes [*gr. ἐμάχοντο ... πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες*]). *al. accedente acc. pron. neutr. pro obi. int. fere i. q. iurgando proferre, dicere*: PLAVT. Cas. 251 (*ad uxorem*) relinque aliquantum orationis, cras quod mecum -es. **β** ***lis est cum rebus***: Ps. VARRO sent. 4 cum natura -at, qui mori grave fert. SEN. nat. 4, 13, 1 iubes me tu (mentem *var. l.*, me litem *Gercke*) cum luxuria -are? ... sine effectu iurgium est; -emus tamen ...: pugnantes ac reluctantes vincat. epist. 51, 13 satis diu cum Bais -vimus, numquam satis cum vitiis (Ps. AVG. serm. 196, 7 -are ... contra vitia sua, increpare se ..., et rixam ... cum homine interiore conserere). *proverbialiter* (*locutiones similes congessit Otto, Sprichw. n. 28*): PETRON. 83, 7 (*4* exclamavi: 'ergo amor etiam deos tangit *eqs.*') dum cum ventis -o, intravit ... senex.

b *absolute*: **α** *usu communi*: PLAVT. Asin. 914 dum -ant (*coniuges ut*: SEN. contr. 2, 2, 10. VARIVS GEMINVS frg. Hier. adv. Iovin. 1, 28 p. 249^{C} qui non -at ..., caelebs est. *adde* PLAVT., TER. *supra l. 22. 24. 51. cf. et* IVV. 6, 35 pusio, qui noctu non -at). TER. Andr. 745 quid illic *in foro* hominum -ant (*cf.* SEN. dial. 6, 11, 2 quae in foro -at ... turba. *an ad A*?). CIC. nat. deor. 1, 93 Zeno ... etiam -bat (*iuxta*: contra Pythagoram ... dixerunt; turpissime maledixerit; figebat maledictis *sim.*). Lael. 99 qui ... adversando saepe adsentetur et -are se simulans blandiatur. SEN. clem. 1, 7, 4 humili loco positis exercere manum, -are, in rixam procurrere ... liberius est; ... regi vociferatio quoque verborumque intemperantia non ex maiestate est. epist. 15, 7 ut -antes ... a sermone incipiant, ad vociferationem transeant. 22, 10 de ambitione quomodo de amica queruntur, id est ... non oderunt, sed -ant. 123, 5 si ... molestias ... placidus aspexit, si non excanduit, non -vit. PLIN. nat. praef. 32 quid ... illi aliud quam -ant aut litem quaerunt? INSCR. Notiz. Scavi 1928 p. 392 cum ad sacrum ventum erit, nequis -et neve rixam faciat. TERT. anim. 56, 6 *anima* naviget, -et, nubat, laboret. coron. 11 l. 12 et proelio operabitur filius pacis, cui nec -are conveniet? (*cf.* VVLG. II Tim. 2, 24 servum autem domini non oportet -are [*gr. μάχεσθαι, Hier. in Gal. 5, 19 p. 416^{B}* rixari]). ITALA exod. 21,18 (Lugd.) *si* -verint duo viri et percusserit quis *alterum* (*gr. λοιδορῶνται, Vulg.* rixati fuerint). OPTAT. 1, 22 p. 25, 8 *Donatistas* -andi studio chartas habere nescio quas (*respiciuntur controversiae fidei ut*: AVG. serm. 210, 1, 1 non ad -andum, sed ad cognoscendum quaerere [*sim.* 243, 3, 3]. 359, 4 nos -are videmur cum Donatistis: sed non -amus; ille enim -at, qui adversario suo male vult; -at ille, qui adversarium suum vult detrimentum pati, se augmentum. *al.; cf. p. 1509, 27*). *al. iocose per imag. causae agendae*: PETRON. 70, 5 cum ergo Trimalchio ius inter -antes diceret, neuter sententiam tulit. **β** *praevalente colore maledicendi, conviciandi* (*exempla certiora*): SEN. epist. 60, 1 queror, -o, irascor (*cf.* MART. 11, 35, 3 quare non veniam vocatus ad te miraris quererisque -asque). AVG. conf. 9, 8, 18 sicut amici adulantes pervertunt, sic inimici -antes plerumque corrigunt (*antea*: obiecit hoc crimen amarissima insultatione).

2 *-ant res*: SEN. clem. 2, 1, 1 bonitatem tuam cum fortuna tua -antem. nat. 4, 5, 1 *argumenta* pauca ... sunt sine adversario; cetera, etsi (et⟨iam⟩si *Gercke*) vincunt, -ant. OPTAT. 3, 9 p. 93, 21 ecclesiastica una est conversatio, et si hominum -ant mentes, non -ant sacramenta. AVG. conf. 2, 6, 13 invidentia de excellentia -at. in psalm. 147, 20 *post mortem* nihil -at adversus animam in homine, non ipsa adversum se, ... non carnis fragilitas *eqs.* serm. 15, 8 incipit tecum carnalis infirmitas -are (*eadem fere* 15, 9). 24, 4 -are videntur divina eloquia; contrarium putantur sonare. 30, 4 quidquid in me rebellat adversus mentem meam et -at mecum delectatione contraria ..., interficere volo. CASSIOD. in psalm. 72, 3 pax ista *peccatorum* cum conscientia semper -at, rixatur intrinsecus, et ... secum ipsa decertat. 147, 14 quando indigentia nobiscum ulla non -at. MVTIAN. Chrysost. hom. 25, 1 p. 389/90 praecepta quippe dei cum praeceptis dei -are videbantur et fides fidei repugnabat (*gr. μάχεσθαι*). *part. praes.* -ans *pro adi. fere i. q. repugnans, discors, non congruens*: MART. 10, 100, 2 quid, stulte, nostris versibus tuos misces? cum -ante quid tibi, miser, libro? quid congregare cum leonibus volpes ... quaeris *eqs.*

II *i. q. lite persequi, impugnare* (*si recte trad.*): AVG. perf. iust. 17, 38 et huic testimonio quasi respondit *Caelestius Pelagii sectator* ad nihil aliud, nisi ut scripturae sanctae se -are videantur, quarum concordiam nos debemus ostendere (inter se *Maurini; an* se *delendum coll. l. 18?*).

appendix structurarum: **1** *indicatur adversarius*: **a** *praep.*: cum: PLAVT. Cas. 251. 317 Poen. 587 si nihil est quicum -ent, lites emunt (*neutr. pro homine intellegendum esse videtur*). 798 TER. Andr. 853 Hec. 507 CIC. Phil. 13, 30 Tusc. 4, 70 Att. 13, 37, 2 ad Q. fr. 2, 9(8), 2 PVBLIL. A 12 SEN. contr. 10, 1, 7. *et saepius.* inter: CIC. rep. 4, 8 QVINT. inst. 4, 2, 129. 11, 1, 66 AVG. serm. 30, 6, 8 (*bis*). 46, 7, 15 COD. Iust. 1, 5, 21, 1 PASS. Theclae A 11 p. 30, 1. adversus: VLP. dig. 3, 3, 39, 5. 4, 2, 17 pr. RVFIN. Orig. in lev. 14, 2 p. 480 AVG. in psalm. 147, 20 (*bis*). ad: ITALA gen. 31, 36 *et* Ioh. 6,52 *v. p. 1509, 46 sqq.* EVSEB. EMES. serm. 3, 27 ad hominem. contra: Ps. AVG. serm. 196, 7 PAVL. MED. adv. Cael. 9 CONC.^{S} II 3, 3 p. 461, 30 COD. Iust. 3, 1, 13, 1 PALLAD. hist. mon. I 6 p. 276^{A}. **b** *dat.*: CONC.^{S} I 5 p. 254, 24 PALLAD. hist. mon. II 10 p. 364^{C}. **2** *indicatur causa*: **a** *praep.*: de: PLAVT. Rud. 1060 SEN. epist. 87, 40 QVINT. inst. 7, 3, 13. *al.* SVET. Cal. 40 Otho 4, 2 GAIVS dig. 40, 12, 25 pr. APVL. apol. 15, 10. *et saepius.* in *c. abl.*: CIC. Tusc. 4, 70 RVFIN. Orig. in gen. 13, 2 p. 116, 3. propter: SEN. dial. 5, 32, 3 QVINT. decl. 274 p. 121, 23. 312 p. 225, 25 VLP. dig. 4, 7, 4, 1 CHROMAT. beat. 7, 1. pro: GAIVS dig. 40, 12, 4 PAPIN. dig. 31, 76 pr. VLP. dig. 40, 12, 27, 2 PAVL. dig. 41, 3, 15, 1 ITALA gen. 26, 21 (Lib. iubil. 24, 15). *al.; cf. p. 1509, 33.* super *c. abl.*: GELL. 14, 2, 14 COD. Iust. 7, 17, 1, 1. ex: VLP. dig. 32, 3, 2 COD. Theod. 2, 27, 13. **b** *enunt. sec.*: MART. 11, 35, 3 *l. 7* **3** *indicatur iudex*: *v. p. 1508, 75sqq.*

part. praes. lītigāns *pro adi. l. 25; pro subst. v. sub IA 2 nec non e. g. l. 4. p. 1509, 71.*

deriv.: litigatio, litigator (-trix), litigium.

compos.: col-, de-, elitigo; vitilitigo.

lītigōsus *v. p. 1506, 4.* **litisco** *v.* litesco. *Salvadore.*

***lito,** -āvī, -ātum, -āre. [*verbo nomen subesse videtur, quod quomodo cum gr. λίτα coniungendum sit, parum liquet. Sch.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 116 -tum alii solutum, deditum deo, quasi luitatum (*cf.* lutavi *'lui' Varro Men. 100*); alii ex graeco a precibus, quas illi *λιτάς* dicunt (*cf. p. 1513, 25*). let- Ps. ORIG. tract. 19 p. 205, 6. 206, 20 NOT. Tir. *formae perf. breviores tantum leguntur* -asse(n)t *et* -asse (LIV. 6, 1, 12. 8, 9, 1. 28, 20, 6 LACT. mort. pers. 10, 3 AMM. 19, 7, 1 SIDON. epist. 8, 14, 5), -asti (SEN. Herc. f. 1039 LVCAN. 7, 171). NOT. Tir. 71, 60^{a} -at. 71, 61^{a} -tura (*an subst.? seq.* litura). *? depon. p. 1513, 25. de notione et differentiis*: NON. p. 424, 19 'sacrificare' est veniam petere; '-are' est propitiare et votum impetrare (*affert* VERG. Aen. 4, 50 PLAVT. Poen. 489. *eandem differentiam statuit* SERV. auct. Aen. 4, 50. *cf.* SCHOL. Stat. Theb. 10, 610 's.' est hostias immolare, '-are' vero per immolationem hostiarum impetrare, quod postules). SERV. auct. Aen. 2, 118 (*p. 1511, 64*) videtur sane peritia iuris pontificalis animalis hostiae mentionem fecisse ...; nam et 'animam' dixit et '-are', verbo pontificali usus, sacrificiis deos placare; '-andum' offerendum; modo verbum (offerendi m. v. *coniecit Thilo*); sed hoc in liquidis fit, id est '-o' ut 'libo'. SYNON. Cic. p. 431, 12 interficit ... immolat. -at. mactat. victimat. sacrificat. GLOSS. -at: sacrificat. immolat. persolvit, dat, placat. GLOSS.^{L} III Abol. LI 36 -are ⟨dicitur⟩, cuius ⟨h⟩ostia frequenter accipiunt ('-pitur *?' edd.*). V Aa L 464 -at: placat, sacrificat, obsecrat. *cf. p. 1512, 54.* *legitur inde a* PLAVTO, CATONE,

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cic. [*confunditur in codd. cum* libare (*q. v.*); *e coni. dub. pro* laetari *p. 879, 61. 882, 74 et* Amm. 22, 14, 3; *vix recte restituitur locis corruptis* Liv. Andr. trag. 9 Apvl. met. 4, 32, 6.]

I *usu originario, sc. in sacrificiis* (*cf. p. 1510, 78; per comparationem l. 48*): **A** *intransitive fere i. q. sacrificando supplicare*: **1** *usu communi*: **a** *cum vi perficiendi, sc. ita ut divinitati satisfiat, votum impetretur sim.* (*distinguuntur* sacrificare *l. 12*, libare *infra l. 81*): *α hostiis caesis* (*usu technico, sc. extispicio adhibito dei exorati esse intelleguntur*): Ⓘ *-ant sacrificantes* (*pass. impers. inde a* Cic. div.): Ⓐ *absolute*: Plavt. Poen. 455 sex immolavi agnos nec potui tamen propitiam Venerem facere, uti esset mihi; quoniam -are nequeo, abii *eqs.* 489 tum me Iuppiter faciat, ut semper sacruficem nec umquam -em (Svet. Nero 56 attendit extispicio n. u. -vit). Cato agr. 141, 4 si minus in omnis *hostias* -bit (*postea*: si uno duobusve dubitabit; '-bit *sc. sacrificium*' *intellegit Till, Gnomon 40, 1968, 27*), sic verba concipito: 'Mars pater, siquid tibi in illisce suovitaurilibus ... neque satisfactum est, te hisce suovitaurilibus piaculo'. Liv. 5, 38, 1 nec auspicato nec -to instruunt aciem (*cf. Plut. Camill. 18, 5 οὔτε καλλιερήσασιν οὔτε μάντεις ... ἐρομένοις*). 6, 1, 12 quod ... non -asset Sulpicius tribunus militum neque inventa pace deum ... obiectus hosti exercitus ... esset. 8, 9, 1 Decio caput iocineris a familiari parte caesum haruspex dicitur ostendisse: alioqui acceptam dis hostiam esse; Manlium egregie -asse; 'atqui bene habet', inquit Decius, 'si ab collega -tum est' (9, 14, 4 auspicia secunda esse ... pullarius nuntiat, -tum praeterea est e. Cvrt. 7, 7, 29 tum sollicitudinis causas *in extis* adparuisse, nunc prorsus e. -tum esse). 23, 36, 10 *consuli* expianti ... ea *prodigia* haud facile -ari haruspices respondebant (27, 23, 1 consules religio tenebat, quod prodigiis aliquot nuntiatis non f. -bant). Svet. Iul. 81, 4 pluribus hostiis caesis, cum -are non posset *eqs.* Lact. mort. pers. 10, 2 trepidabant aruspices nec solitas in extis notas videbant et quasi non -assent, saepius immolabant. Macr. somn. 1, 7, 2 (*v. p. 1503, 22*). Ⓑ *indicatur munus per abl.*: Cic. div. 2, 36 cum ... tristissuma exta sine capite fuerunt ..., proxuma hostia -atur saepe pulcherrime (Liv. 38, 20, 6 cum primis hostiis -asset. Gell. 4, 6, 6 si primis hostiis -tum non erat). Stat. Theb. 2, 246 hi fibris animaque -ant (*cf.* Verg. *l. 64*), hi caespite nudo, nec minus auditi, si mens accepta, merentur ture deos. Svet. Otho 8, 3 expeditionem ... incohavit ... adversissimis auspiciis; nam et victima Diti patri caesa -vit, cum tali sacrificio contraria exta potiora sint. Ⓒ *indicatur numen placandum per dăt.*: Cic. div. 2, 38 cum pluribus deis immolatur, qui ... evenit, ut -etur aliis, aliis non -etur? Vir. ill. 4, 4 Iovi Elicio -are non potuit (*cf. Liv. 1, 31, 8* non rite ... curatum id sacrum esse).

Ⓘ *-at ipsa victima* (*respicitur hic illic status hostiae ad exorandos deos idoneae; vix huc pertinet* Cato *l. 14*): Ov. met. 15, 794 victima nulla -at magnosque instare tumultus fibra monet, caesumque caput reperitur in extis (Mart. 9, 31, 9 quae -at argento pro te, non sanguine, Caesar, v. *sc. anser.* 10, 73, 6 vilior haec *toga* nobis alio mittente fuisset: non quacumque manu v. caesa -at). Plin. nat. 8, 183 victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis contingat *cauda*: breviore non -ant; hoc quoque notatum, vitulos ad aras umeris hominis adlatos non fere -are (*seq.* deos placari). 8, 207 faciſſus -are *suem* in dexterum quam in laevum detorta *cauda*. Stat. Theb. 1, 506 nigri tibi, diva *Nox*, -bunt ... greges lustraliaque exta ... edet Vulcanius ignis. Svet. Aug. 96, 2 sacrificio non -anti (*var. l.* -ante, -ato) cum augeri hostias imperasset *eqs.* Sol. 30, 31 *cinnamum* legitur per sacerdotes hostiis prius caesis: quae cum -verint *eqs.* (*cf. Plin. nat. 12, 89* extis impe⟨t⟩ratur venia caedendi). Lact. inst. 4, 27, 3 cum diis suis immolant, si adsistat aliquis signatam frontem gerens, sacra nullo modo -ant (*an sacerdotes subi.?*). -ans *pro adi. fere i. q. aptus ad exorandum, satisfaciendum* (*cf.* litabilis): Lvcan. 6, 524 nec superos orat *maga* ... nec fibras illa -antes novit. Stat. Theb. 4, 619 satiare, *Lai*, -anti sanguine (Schol.: -anti pro -to).

β pro hostiis offeruntur homines (*sanguis l. 69; -at ipsa victima infra l. 71*: Verg. Aen. 2, 118 sanguine placastis ventos et virgine caesa ...: sanguine quaerendi reditus animaque -andum Argolica (*cf. l. 35*). Sen. Herc. f. 1039 tibi *Iunoni* hunc dicatum ... gregem cecidi; ... Argos victimas alias dabit. :: nondum -asti, nate: consumma sacrum; stat ecce ad aras hostia (*sc. pater tuus*). nat. 4, 6, 3 si quis nec agnum nec pullum habebat, ... digitum suum ... pungebat et hoc sanguine -bat; nec minus ab huius agello grando se vertebat quam ab illo, in quo maioribus hostiis exorata erat. epist. 67, 9 *Decius* in aciem confertissimam incucurrit, de hoc sollicitus tantum, ut -ret.

γ offeruntur varia (*-ant ipsa munera* CE): Pers. 2, 75 haec (*sc. vitam castam sim.*) cedo ut admoveam templis, et farre -bo. Plin. nat. praef. 11 dis lacte rustici multaeque gentes et mola tantum salsa -ant, qui non habent tura (*cf. 12, 83* nec minus propitii erant *dei* mola salsa supplicantibus, immo vero ... placatiores). Stat. Theb. 2, 246 caespite nudo (*v. l. 36*). CE 878, 10 (*act. Traiani*) pontem qui ... peregit, sacra -turo fecit honore Lacer; qui pontem fecit simul et nova templa dicavit, (12) illic se sŏlvit, dis nisi vota -ant (*versus obscurius dicti; ultimum corruptum esse suspicatur Huebner CIL II p. XL*). Mart. Cap. 9, 893 ni per illas *virgines* nefas ... libare numinibus, certe -are penitus abnegatum.

b *usu laxiore* (*sc. respectu satisfaciendi sive neglecto sive parum conspicuo; vim perficiendi addunt adverbia p. 1512, 12. 15, ceterum nonnulla ad a trahi possunt; in imagine p. 1512, 12. 41. 43; accedit dat. divinitatis passim*): *α in univ.*: Ⓘ *munere non indicato*: Priap. 70, 8 quae *canis* libamine mentulae comeso tota nocte mihi -at rigenti (*Müller*, rigendo *trad.; coniccerunt alii alia*). Plin. nat. 10, 75 *muscae pestilentiam adferentes* protinus intereunt quam -tum est ei deo *i. Myiagro* (*sim. 29, 106* immolato tauro). Stat. Theb. 1, 561 magnis exercita cladibus ... plebs Argiva -ant (*558* quibus ... causis Phoebi obtestemur honorem). silv. 3, 1, 143. Ach. 2, 13 ex more deis ... aequoribusque austrisque -at. Mart. 8, 15, 2 omnis ... ad Reducem dum -at ara Iovem. 10, 92, 16 omne agelli ... numen seu tu cruore sive ture placabis: '...' dices 'hac ecce mecum dextera -at vobis apsens sacerdos *Martialis*'. Apvl. met. 2, 31, 3 utinam aliquid ... laetificum honorando deo *Risui* comminiscaris, quo magis pleniusque tanto numini -emus. Ps. Orig. tract. 19 p. 204, 26 sacerdos (*i. Christus*) ... -at deo patri, eximiam illi offerens victimam oboedientiam suam (*cf.* Lact. inst. 6, 1, 4 quam innocentiam si quis obtulerit deo, ... satis religiose -bit [*epit. 53, 3* haec acceptabilis victima est, quam de se ipso animus immolaverit]). Qverol. p. 33, 11 R. istis omnibus *Cynocephalis* -andum: si parvo nequeas, at quanti queas. Rvfin. hist. p. 954, 33 (*additamentum ad 7, 28, 2*) *sacerdos* repetit victimas, silentium *oraculi* permanet; iterum atque iterum -at, surdis ingerit fabulam (*explicat* Gloss. V 422, 5 = 430, 72 sacrificat). Prvd. apoth. 460 -ans Hecaten placabat sanguine multo (*acc. et abl. vix ἀπὸ κοινοῦ ponuntur*). perist. 10, 289 velut ... avertat ora de -antis hostia *Iuno*. psych. praef. 6 ad aram cum -are quis velit. *al.* Ⓘⓘ *cum abl. instr.* (*succedit* ex *l. 31*): CIL VI 30837 a 18 = c 18 (*aet. Domitiani*) ut praetor ... -turum se sciat (sacrum faciat *b 18*) ... Volcanalibus ... omnibus annis vitulo robio et verre. Tac. Germ. 9, 1 cui *Mercurio* humanis ... hostiis -are fas habent (Sol. 21, 1. Rvf. Fest. 9 quod h. captivorum diis suis ... -verint [*Scordisci* Amm. 27, 4, 4]). Flor. epit. 3, 4, 2 -are dis sanguine humano ([*var. l.* sanguinem humanum]. Pavl. sent. 5, 23, 16 qui hominem immolaverint exve eius s. -verint. Lact. epit. 18, 4 *in sacris Matris Magnae et Bellonae* antistites non alieno s., sed suo -ant [inst. 1, 21, 16 virilibus -ant, ... cruore sacrificant]. Avg. civ. 3, 27 p. 139, 23 D. *cum* flamen Dialis praecisis venis Iovi etiam suo s. -ret). 4, 8, 3 bubus ... Peloro -vit. 4, 12, 15 *Moesi* concepere votum, ut caesorum extis ducum et -rent et vescerentur. Tert. nat. 1, 15, 2 infanticidio. adv. Iud. 5, 5 quod non terrenis sacrificiis, sed spiritalibus deo -andum sit. Prvd. psych. 784 quisque -are deo mactatis vult holocaustis, offerat in primis pacem. c. Symm. 1, 237 Iano ... -atur auspiciis epulisque sacris (Schol.: sacrificatur). Pavl. Nol. epist. 23, 31 p. 188, 18 *mulier* ipsos sibi pedes *Christi* ... altare constituit; in quibus libavit fletu, -vit unguento, sacrificavit affectu. Rvt. Nam. 1, 45 oramus veniam lacrimis et laude -amus *deae Romae cf. p. (1513, 58.)* *al.*

β in versione vocis gr. σπένδω (*cf. p. 1503, 29*): Itala num. 4, 7 (Lugd.) litatoria, quibus -ant (*v. p. 1260, 76*). 28, 7 (Lugd.) -bis litationes ... domino (*gr. σπείσεις σπονδήν, om. Vulg.*).

2 *praevalente vi supplicandi* (*exempla certiora; cum vi perficiendi* Pers. [*indicatur res impetranda per enunt. fin.*] *et* Macr. [*-at ipsa oratio*]): Pers. 5, 120 nullo ture -bis, haereat in stultis brevis ut semuncia recti. Macr. Sat. 3, 2, 7 legimus, quod -are sola non possit oratio, nisi ut is qui deos precatur etiam aram manibus adprehendat (*respicitur Verg. Aen. 4, 219* orantem ... arasque tenentem audiit omnipotens, *cf. Serv. auct. ad l.* diis sacrificatio grata non esset, *sc. nisi aras teneret*). Gloss. II 361, 38 *λιτανεύω*: -o, depreco. *cf. p. 1510, 83. 1513, 25.*

B *transitive* (*in imag. hic illic apud ecclesiasticos*): **1** *cum obi. int. fere i. q. supplicando peragere, efficere sim.* (*cum colore satisfaciendi maxime apud* Verg. *et* Lvcan.): **a** sacra, sacrum (*non 'offerenda' indicari docent ablativi muneris apud* Ov. fast. *et* Pavl. Nol.; *ceterum dubitare possis*): Verg. Aen. 4, 50 posce deos veniam sacrisque -tis *eqs.* (Non. p. 424, 23 *ad l.*: impetratis. Serv.: 'diis -tis' debuit dicere; non enim sacra, sed deos sacris -amus, id est placamus; ergo nove dixit). Ov. met. 14, 156 sacris ... ex more -tis. fast. 4, 630 pontifices, forda sacra -ate bove. Lvcan. 1, 632 nec ... tibi ... -vi, Iuppiter, hoc sacrum caesique in pectora tauri inferni venere dei (*antea extispicium describitur*). Stat. Theb. 10, 338 *Phoebo*. silv. 3, 3, 213 manibus. Obseq. 46 aruspices sacra Apollini[s] -anda ... pronuntiarunt. Pavl. Nol. carm. 19, 181 propriis ... -ans furialia sacra vulneribus. Sidon. carm. 1, 21 sacrum ... lingua -bat summaque tunc voti victima cantus erat. *cf. p. 1511, 58.* **b** *varia*: Stat. Theb. 4, 391 armis *i. thyrsis*, quae tibi *Baccho* festa -ant (*cf. p. 1513, 23*). Apvl. met. 10, 27, 1 feralia mortuis -antur obsequia (Pavl. Nol. carm. 27, 507 te ... sacris psalmisque simul devota -ante o.). Tert. adv. Val. 2 p. 179, 1 infantes testimonium Christi sanguine -verunt (*vix recte interpolatori tribuit Kroymann*). Vvlg. Sirach 35, 3 (*in parte codd.*) propitiationem -are sacrificii super iniustitias (*var. l.* vitare; *gr. non exstat*). *cf. var. l. p. 1511, 54.*

2 *cum obi. muneris fere i. q. supplicando offerre* (*cf. quae l. 57 adnotavimus; color satisfaciendi sublucere videtur apud* Ivst. *et* Capitol.): Prop. 4, 1, 24 pastor ... exta -bat ovis (Prvd. c. Symm. 2, 780 e. -ant sculptis qui tabida saxis. *cf.* perist. 13, 81 salis aut micam iecur aut suis -rent christicolae). Stat. silv. 1, 4, 128 qua nunc tibi (*i. pro te*) pauper acerra digna -em? Tert. patient. 10 p. 15, 24 quem ... honorem -bimus domino deo ...? spect. 12 p. 14, 22 quod ... mortuis -batur, utique parentationi deputabatur. Ps. Orig. tract. 13 p. 146, 23 ut ... simulacris et lapidibus sanguinem (*cf. l. 29 nec non p. 1513, 4*) pecudum et

[Meijer]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... filiorum ... -rent. 19 p. 206, 20 an -verit aliquid, quando ipse *Christus* qui offerebat oblatus est. IVST. 20, 2, 14 -tis hostiis obtentoque ..., quod petebant (GREG. TVR. dorm. 1 [lib- *var. l.*]). CAPITOL. Max. Balb. 8, 6 ut civium sanguine -to specie pugnarum se Nemesis ... satiaret (*respiciuntur ludi gladiatorii ut* PRVD. c. Symm. 1, 391 talia pro patriae ... -anda salute. 2, 1125 mortes miserorum hominum [*ad l?*]). HIER. psalt. sec. Hebr. 16, 4 non -bo (*var. l.* lib-, *cf. p. 1338, 44*) libamina eorum de sanguine. CENTO de eccl. 98 sanguine quaerendi reditus animamque -ando (*respicitur* VERG. *p. 1511, 64*). *al.*

3 *cum obi. divinitatis sim. fere i. q. supplicando placare*: **a** *usu communi* (*cf.* SERV. *p. 1512, 61 ; vix huc* PRVD. *p. 1512, 21; color satisfaciendi sublucet passim*): OCTAVIA 757 caesis -are victimis numen deum, utexpientur noctis et somni minae (981 hospitis ... caede -atur n. superum. LVCAN. 7, 171 Stygii ... numina regni infernumque nefas et mersos nocte furores. AMM. 22, 9, 8 venerato n. hostiisque -to et votis. 29, 1, 31 -to conceptis carminibus n.). Ps. SOL. Pont. 20 *Venus* votis ... -ta fac saltem primas pelagi libemus harenas. NON. p. 523, 9 'operari' est deos religiose et cum summa veneratione sacrificiis -are (VERS. metr. Mar. Victorin. gramm. VI 92, 3 qui nunc hilares -are deam. AMM. 22, 8, 34 deos hostiis -antes humanis). CLAVD. 3, 154 horrendos manes sacrisque -vi nocturnis Hecaten. *pro deo ponitur dies festus* (*sc. cum colore celebrandi sim.; aliter p. 1512, 70*): PAVL. NOL. carm. app. 2, 1 lux festa sacris vult -ari paginis. **b** *praevalente vi precandi* (*cf. sub A 2*): PRISC. gramm. III 276, 17 precativa ... accusativo iunguntur: 'oro, obsecro, obtestor, quaeso, -or (-o D^2), precor, supplico'. *exempla desunt.*

II *vi ex usu technico deflexa de eis, qui explent, quodcumque debetur, necesse est* (*passim vigente imagine sacrificandi*): **A** *vindicandis sceleribus, laesionibus, iniuriis sim.*: **1** *intrans. fere i. q. satisfacere* (*cum abl. passim*, de *l. 41*): **a** *tamquam parentando*: CIC. Flacc. 96 a Flacco Lentuli poenae per vos expetuntur; quam potestis P. Lentulo ... mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes odium saturaveritis? -emus igitur Lentulo, parentemus Cethego. SEN. Ag. 577 (*de Graecorum naufragio nocturno*) postquam -tum est Ilio (*Gronov.*, illo *E, om. A*), Phoebus redit. FLOR. epit. 2, 5, 4 strictae in principum colla secures legatorum manibus -vere (3, 18, 14 non prius finem caedium fecit, quam Asculi eversione m. tot exercituum, consulum direptarumque urbium diis -retur). AMM. 19, 7, 1 ruina urbis animis -asse caesorum. **b** *variis modis*: PLIN. paneg. 52, 4 *statuae Traiani* manebunt ..., illae autem *Domitiani* ... strage et ruina publico gaudio -verunt. APVL. met. 3, 8, 4 de latronis huius sanguine legibus vestris et disciplinae publicae -ate. 5, 30, 6 tunc iniuriae meae -tum crediderim, cum eius *Amoris* comas ... deraserit *Sobrietas*. 8, 5, 9 nec ... suae saevitiae -tum saltem tanto periculo *Tlepolemi* cernens potuit expleri *Thrasyllus*. TERT. scorp. 3 p. 151, 19 ob hanc ... idololatriam ... viginti tria milia domesticis obtruncata gladiis divinae irae -verunt. COD. Theod. 10, 10, 12, 1 ut ... detecta ibi calumnia eius supplicio publicae severitati -etur.

2 *trans., obi est*: **a** *scelus, i. q. expiare*: BELL. Hisp. 24, 6 centurionum interitio hac adversariorum poena est -ta. **b** *satisfactio, i. q. offerre*: SEN. Med. 1020 plura non habui, dolor, quae tibi -rem.

B *quibuslibet actionibus*: **1** *intrans., fere i. q. satisfacere*: APVL. met. 6, 28, 3 sat tibi *Fortunae* miseris istis cruciatibus meis -tum est. 9, 20, 2 novis amplexibus Amori rudi -bant, ... prima stipendia Veneri militabant nudi milites. ENNOD. epist. 7, 28, 3 p. 194, 16 nec nocturnis forte inlusionibus (*sc. Cynegiae epitaphium poscentis*) operis mei sudore -vi. 9, 30, 4 p. 252, 23 -andum illis *hominibus* est laudatione praecipua, a quibus sumpsit exordium felicitas (*cf. p. 1512, 43*).
2 *trans. i. q. trucidando offerre* (*sc. fere pro victima, cf. e. g.* immolare *vol. VII 1, 489, 61*): IORD. Get. 125 *Hunni* ad Scythiam properant et quantoscumque prius in ingressu Scytharum habuerunt, -vere victoriae, reliquos ... subegerunt.

part. praes. litāns, -antis *pro adi. p. 1511, 59, pro subst. p. 1512, 23. in lusu verborum cum* libare *p. 1342, 5.*

deriv.: litabilis, litamen, litatio, litator, litatoria, *?* litatura.

compos.: e-, per-, prolito. *Meijer.*

lītor *v.* lictor *p. 1374, 62.*

lītorālis, -e. *a* litus. *scribitur* -ter- SOL. 11, 6 *M*; -tur- GLOSS., NOT. Tir.; -ria- AVG. *var. l.*, *v. s.* litorarius. NOT. Tir. 89, 16. *i. q. ad litus pertinens* (GLOSS. *αἰγιαλώδης*): CATVLL. 4, 22 neque ulla vota -bus diis sibi (*phaselo*) esse facta, cum veniret a marei *eqs.* APVL. apol. 34, 7 nugas marinas et quisquilias -is. TERT. nat. 1, 13, 4 *Iudaeorum* orationes -es (*i. quae in litore proferuntur*). SOL. 9, 9 *ut loca quaedam Graeciae*, sint licet facie mediterranea, appareant tamen specie i-. IVST. 12, 10, 6 -bus Indis. SYMM. epist. 6, 11, 3 -bus spatiis. 6, 77(78) amoenitas -is. 8, 46(45), 1 -i siccitate. SERV. ecl. 2, 24 'actaeo' -i debemus accipere. AMBR. hex. 4, 6, 26 si mare spectes e specula aliqua -i ([*Basil. hex. 6, 9 p. 140^B ἀπὸ σκοπιᾶς ἐπὶ μέγα πέλαγος τετραμμένης*]. in psalm. 118 serm. 11, 9, 2). Iob 4, 9, 34 (*in imag.*) in secessu quodam piae mentis ... -i. in Luc. 4, 1 qui magnum mare -i parant navigatione transmittere altioris compendium cursus ... vitantes. PALLAD. hist. mon. I 9 p. 282^A (=VITAE patr. 7, 19, 3 p. 1042^D) -i naviculae (*gr. p. 66, 4 B. σκαφίδιον βουκολικόν*). VEN. FORT. carm. 3, 4, 1 (*in imag.*) -i ... in margine. GLOSS. V 334, 54 Baiae: baln⟨e⟩ae -is.

neutr. plur. pro subst.: SOL. 11, 6 Varro in opere, quod de -bus est (*fort. idem ac liber* de ora maritima; *var. l.* litoribus).

lītorānius *v. s.* litorarius.

lītorārius, -a, -um. *a* litus. *i. q. ad litus pertinens*: PLIN. nat. 9, 65 *mullis* -ris (-riis *edd.*, litoralis *var. l.*). AVG. in psalm. 135, 7 -a (litorialis *var. l.*) civitas super mare fundata *esse dicitur*. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 74 -a moratione. 3, 7, 94 -a navigatio. 5, 11, 134 arenae -ae. ISID. orig. 19, 1, 27 trabariae amnicae naves ..., quae alio nomine -ae dicuntur. *neutr. plur. pro subst. i. q. itinera -a*: ITIN. Anton. Aug. p. 6, 3 *ab hoc ad illum locum* -a (litorania *P, vocem omiserunt ceteri codd.*) mansionibus his: *eqs.* 489, 6 ab Ydrunti -a Leucas *eqs.*

lītoreus, -a, -um. *a* litus. *scrib.* -ter- OV. met. 15, 369 *cod. h*, -rius THEOD. MOPS., *in var. l.* AVSON. 393, 59 p. 247 P. INTERPR. cod. Theod. *i. q. ad litus pertinens* (*fluminis* VERG. Aen. 3, 390 = 8, 43): VERG. Aen. 3, 390 (= 8, 43) ilicibus. 12, 248 aves. OV. am. 1, 1, 29 myrto. met. 10, 127 cancri (15, 369 MANIL. 3, 316). 15, 725 harenam. (MANIL. 5, 191 LVCAN. 9, 296. 9, 441 RVT. NAM. 1, 345. *cf.* STAT. Theb. 6, 304 pulvere). SIL. 8, 432 Cuprae (*item de oppidis maritimis* STAT. silv. 3, 2, 38 Anthedona. MART. 10, 78, 1 Salonas. 12, 5[2], 1 Pyrgos. CORIPP. Ioh. 6, 385 urbes. THEOD. MOPS. epit. in psalm. 47, 8 ad p. 312. 8—13 civitas [71, 10^a ad p. 474, 1—2]. *ibid.* loca [INTERPR. cod. Theod. 4, 13, 1 GLOSS. II 217, 44. III 245, 54]). STAT. Ach. 1, 285 Palladi -ae (*i. in litore cultae*) celebrabat Scyros honorum forte diem. 1, 702 arcis. MART. 10, 58, 2 domum. AVSON. 393, 59 p. 247 P. domus ... abundat -is ... spoliis; referuntur ab unda corroco *eqs.* 418, 11 p. 285 scopuli. AMM. 22, 8, 10 navigatio (23, 6, 70). 23, 6, 11 dimensione. PRVD. c. Symm. 1 praef. 15 saepibus. CLAVD. 15, 519 muro. MACR. Sat. 5, 13, 21 cum marino motu et -os fluctus ... describit *Homerus*. DIOSC. 5, 116 p. 216, 11 speluncis -is (*gr. 5, 91 ἐκ τῆς αἰγιαλίτιδος ἄμμου εὑρισκομένης κατά τινας ... ὑποσκαφὰς τῆς θαλάσσης*). EVSTATH. Basil. hex. 7, 1, 9 aequorei, -i, altivagi, petrei ... pisces (*gr. τὰ αἰγιαλώδη ... τῶν ἰχθύων*). 7, 5, 6 -is habitatoribus (*gr. παραλίων*). CE 1531 A 1 (*in ora Dalmatica, saec. V*) -a praessus scruposae margine r⟨up⟩is *fons est*. SEDVL. op. pasch. 3, 6 p. 235, 6 -as harenosi callis oras. ISID. orig. 17, 7, 50 myrtus a mare dicta, eo quod magis -a arbor. ort.et obit. 128 saxa.

lītoriālis *v.* litorarius. **lītoriōsus** *v.* litorosus.

lītorōsus, -a, -um. *a* litus. **1** *i. q. litoris similis, sterilis*: FAB. MAX. hist. 1 Aeneas aegre patiebatur in eum devenisse agrum macerrimum -issimumque (litorio- *var. l.*). **2** *i. q. ad litus pertinens*: PLIN. nat. 37, 151 callais ... -o mari similis. *Plepelits.*

***lītotēs** *f.*, *λιτότης*. *praeter nominativum singularem aliae formae occurrere non videntur. litteris graecis traditur vel editur apud* PORPH. *et* DON., *extra rem gramm. iam* CIC. fam. 7, 26, 2 lex sumptuaria, quae videtur *λιτότητα* attulisse. *nomen figurae rhetoricae* (*ad rem v. Weyman, Jahrb. f. class. Phil. Suppl. 15, 1886, 457 sqq.*): **1** *significantur formae affirmativae* (*cf. Weyman, l. c. 468 sqq.*): PORPH. Hor. carm. 1, 17, 7 'subtilis et tenuis' -ς est *σχῆμα* (epod. 10, 1/2 'olentem' ... pro putido dictum accipe, est enim *σχ.* -ς). SERV. Aen. 1, 77 'mihi iussa capessere fas est' figura est -s, quae fit, quotienscumque minus dicimus et plus significamus per contrarium ⟨contrarium⟩ intellegentes *eqs.* (*suppl. Weyman ut sub 2*). 12, 143 'ut te cunctis ... praetulerim' -s figura per contrarium, plus enim dicit et minus significat *eqs.* **2** *significantur formae negativae* (GLOSS. V 368, 28 -s: duo negativa unum adfirmant): DON. Ter. Ad. 141 'non nihil' -ς figura est (Hec. 482. 775. *al. ibidem*. SERV. ecl. 3, 74 georg. 1, 82. 2, 125. 3, 56. Aen. 1, 387 -s f. per contrarium ⟨contrarium⟩ significans [*suppl. Weyman ut sub 1*]. 479. 5, 39. *al. apud eundem; v. et sub 1*). 142 est ... altera -ς (*solum ponitur ut* Hec. 424. *al.* SERV. georg. 2, 129. 3, 404. 7, 9. 261. SCHOL. Hor. epist. 1, 7, 17 SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 2, 19, 15. SCHOL. Ter. p. 151,8. 169, 5 ubi minus dicitur et plus intelligitur). *B.*

litron *v.* nitrum.

***littera**, -ae *f.* [*orig. incertae. Sch.*] *de orig.*: MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 5 -am quidam quid putant dictam? quasi legiteram ..., quia legenti iter praebeat (DIOM. gramm. I 421, 26 quia legitur vel quod legentibus iter ostendit ... vel quod legendo iteratur. *sim.*: SERV. gramm. IV 421, 3 SERG. gramm. IV 475, 5 EXPLAN. in Don. gramm. IV 518, 31 CLEDON. gramm. V 26, 26 POMP. gramm. V 98, 15 PRISC. gramm. II 6, 12. 108, 13 ISID. orig. 1, 3, 3. *al.*); quidam quid dixerunt? leviteram ..., quia levat, ut iteretur, id est delectat, iterum ut scribatur. DIOM. *l. c.* vel a litura, quam patitur (PRISC. gramm. II 6, 12). *scribitur*: litte-: *in titulis et in codd. passim.* lite-: LEX repetund. (CIL I^2 583) 52 (litieram *aes, ut vid.*). CIL I^2 595, 6. 596, 13 ⟨li⟩terae. III 11451, 1 VI 1417, 4 X 8214, 5 XIII 8355, 13. *al. et saepe in codd. (fort. ex hac scriptura pendent veriloquia supra l. 64 sqq. allata).* leite-: LEX repetund. (CIL I^2 583) 34. litaras: TAB. Albertini 28, 9 (*cf. Väänänen, Étude ... p. 26*). *notatur* l: CIL III 459 A (*v.* 14199^2) e(xem plum) s(acrarum) l(itterarum). PAP. Tjäder 6, 14 (*dubitante editore*) mag(ister) l(itterarum). *de prosodia*: i *longam testatur* DIOM. gramm. I 470, 1, *dubium an recte; cf. scripturam* leite- *supra et Heraeus, Arch. lat. Lex. 14, 1906, 403.* *nom. pl.* -ai CIL I^2 595, 6. *formas metro adaptatas v. p. 1528, 9.* NOT. Tir. 20, 27 -a. *legitur inde a ?*NAEVIO, PLAVTO, *?*ENNIO. [*dalm.* latera; *it.* lettera; *sard. centr. et mer.* líttera; *raet. or.* letare; *francog.* lettre (*et var. dial.*); *prov. vet.* letra,

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

prov. letro, *vasc.* letre; *cat.* lletra; *hisp.* letra; *port.* letra. *cf. M.-L. 5087. Wartburg V 377sqq. Battisti-Alessio III 2211. Wagner II 33. Corominas III 80. Machado II 1325. St.*] [*confund.* -ae *cum* litterulae HIER. epist. 52, 5, 7; *cum* studia CIC. Pis. 70. -a *cum* syllaba OV. rem. 476.]

i. q. γράμμα, *quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotatur.*

I *respicitur minima pars verborum scripta vel dicta, sc. nota scripturae (l. 39sqq., distinguitur l. 13sqq.) vel vox articulata (l. 36sqq., cf. p. 1518, 9sqq.)*: **A** *definitiones grammaticorum sim. (iuris consulti l. 16; definitur*: **1** *quae in numero -arum habeantur*: VARRO frg. Cassiod. gramm. VII 153, 4 -arum partim sunt et dicuntur, ut a et b; partim dicuntur neque sunt, ut h et x; quaedam neque sunt neque dicuntur ut φ et υ (*cf. Keil ad l.*). QVINT. inst. 1, 5, 19 apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si h -a est, non nota (DON. gramm. IV 392, 26 quam *h* alii -am, alii adspirationis notam putant. *cf.* VEL. gramm. VII 80, 8 quid . . . interest, utrum notam *geminationis* an -am *geminatam* ponas. PAVL. dig. 37, 1, 6, 2 notas -as non esse). GELL. 2, 3, 1 h -am, sive illam spiritum magis quam -am dici oportet, inserebant eam veteres nostri *eqs.* POMP. gramm. V 108, 7 x -a pro duabus fungitur consonantibus; . . . multi dicunt istam -am, multi negant. PRISC. gramm. II 13, 9 auctoritas . . . tam Varronis quam Macri . . . nec k nec q nec h in numero adhibet -arum. **2** *quid sit -a*: VEL. gramm. VII 46, 2sqq. primum . . . definitio -ae varia fuit apud plerosque; alii enim sic definierunt '-a est initium vocis explanatae', alii sic: '-a est initium vocis significantis', alii '-a est minima pars orationis' (DON. gramm. IV 367, 9 vocis articulatae [DIOM. gramm. I 421, 15 ab elemento incipiens una figura notabilis. SERG. gramm. IV 475, 7 CLEDON. gramm. V 26, 26 CASSIOD. inst. 2, 1, 2]. EXPLAN. in Don. gramm. IV 519, 22 vocis. PRISC. gramm. II 6, 7 vocis compositae. *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 30 humanae vocis pars. POMP. gramm. V 99, 20 pars vocis articulatae . . . ima et novissima); . . . alii dixerunt '-a est initium scriptilis vocis'. SCAVR. Diom. gramm. I 421, 16 -a est vocis eius, quae scribi potest, forma. PROB. inst. gramm. IV 48, 33 -a est elementum vocis articulatae (DOSITH. gramm. VII 381, 6 CHAR. gramm. p. 4, 10 B. *cf.* CHALC. comm. 272 elementa sermonis. BOETH. arithm. 2, 1 p. 77, 9 articularis v.). CHALC. comm. 44 -ae, quae sunt primae voces individuae atque elementariae (MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 5 -a est vox simplex una figura notabilis. PRISC. gramm. II 6, 10 vox, quae scribi potest, individua). MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 10 a nonnullis nota vocis articulatae dicta est (PRISC. gramm. II 6, 23sqq. -a . . . est n. elementi et velut imago quaedam vocis literatae; . . . elementa proprie dicuntur ipsae pronuntiationes, notae autem earum -ae; abusive tamen et elementa pro -is et -ae pro elementis vocantur. Ps. PRISC. gramm. III 519, 2). 194, 10 -a . . . est figuratio quaedam, qua cum aliis adnexa vox emissa comprehenditur (*item* AVDAX gramm. VII 324, 20 uniformis figura, qua *eqs.*). DIOM. gramm. I 421, 19 elementum est minima vis et indivisibilis materia vocis articulatae . . .; huius figura -a vocatur *eqs.* (421, 27 elementum quidem est vis ipsa et potestas, -a autem f. est potestatis. AVDAX *l. c.* BOETH. herm. sec. 1, 1 p. 23, 16 inscriptio atque f. partis minimae vocis articulatae). PRISC. gramm. III 108, 10 dicuntur ab Apollonio prima materies vocis esse humanae individua. *al.* **3** *quae sint genera -arum*: VEL. gramm. VII 46, 11sqq. quidam . . . omnes -as vocales esse dixerunt . . ., quia omnes -ae voces explanant; alii dixerunt omnes esse consonantes, quoniam in 'Catone' scribendo non minus sonet a ⟨-a cum c⟩ quam c -a cum a. PROB. inst. gramm. IV 49, 3 nominantur vocales, semivocales et mutae, sed semivocales et mutae appellantur consonantes. MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 15 -arum aliae sunt vocales, aliae consonantes (DON. gramm. IV 367, 9 DOSITH. gramm. VII 381, 9 CHAR. gramm. p. 4, 14 B. *eadem divisio*: SERV. gramm. IV 421, 4 SERG. gramm. IV 475, 10 EXPLAN. in Don. gramm. IV 519, 26 POMP. gramm. V 99, 31. *al.*). *sim. al.* **4** *quae ad -am pertineant*: PROB. inst. gramm. IV 48, 35sqq. accidit uni cuique -ae nomen, figura, potestas: nomen -ae est quo appellatur, . . . figura -ae est qua notatur et qua scribitur, potestas -ae est qua valet, hoc est qua sonat (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 5, 14sqq. 194, 17sqq. DON. gramm. IV 368, 14sq. DOSITH. gramm. VII 381, 8sq. CHAR. gramm. p. 4, 12sqq. B. DIOM. gramm. I 421, 28sqq. PRISC. gramm. II 7, 26sqq. *al.*).

B *exempla notionis vulgatae (in imag. p. 1516, 65. 1517, 24. 1519, 6sqq.)*: **1** *in universum*: **a** *locutiones verbales (addidimus quaedam subst. et adi. cognata vel affinia)*: **α** *-as scribere, legere, delere sim.*: PLAVT. Asin. 767 ne illi sit cera, ubi facere possit -as (CIC. ac. 2, 6 LYGD. 1, 12 OV. epist. 5, 2 trist. 1, 11, 1 Pont. 2, 10, 4. *al.; cf.* TIRO Gell. 10, 1, 7 fierent). Bacch. 941 quae hic sunt scriptae -ae (Pseud. 544[a] in libro cum scribuntur calamo -ae. CIC. Arch. 18 VARRO frg. Gell. 10, 1, 6 OV. epist. 5, 26. 19 [20], 40. VAL. MAX. 3, 2 ext. 4 sanguine suo. QVINT. inst. 9, 4, 40. *al.; cf.* PLAVT. Pseud. 27 conscriptis. LEX repetund. [CIL I[2] 583] 52 perscripta siet. CIC. dom. 137 essent . . . inscriptae [SEN. benef. 4, 37, 4. 4, 38, 2 oculis. *cf. p. 1519, 10*]. VAL. MAX. 2, 2, 7 subscribi. TERT. nat. 1, 10, 37 superscribitis). Pseud. 25 has . . . nisi Sibulla legerit, interpretari . . . posse neminem (VARRO ling. 6, 66 PRIAP. 16, 5 OV. epist. 20 [21], 240 trist. 1, 11, 1). RHET. Her. 3, 18, 31 imagines sicuti -ae delentur, ubi nihil utimur (TERT. nat. 1, 19, 3 arrepta spongea vel inter⟨sa li⟩ngua). CIC. S. Rosc. 57 -am illam . . . ad caput dfigent (*cf.* BOETH. cons. 5 carm. 4, 9 figere). Verr. II 2, 189 -ae lituraeque omnes adsimulatae et expressae de tabulis in libros transferuntur (SVET. Aug. 87, 3 non dividit verba nec ab extrema parte versuum abundantes -as in alterum transfert, sed ibidem statim subicit circumducitque). dom. 137 ut, si quae essent incisae (Phil. 14, 33 PLIN. nat. 16, 35 GELL. 10, 1, 9. 17, 9, 17. *al.*) aut inscriptae -ae, tollerentur (SEN. benef. 6, 6, 3 si quis scriptis nostris alios superne inprimit versus, priores -as non tollit, sed abscondit). div. 1, 23 sus rostro si humi a -am inpresserit (MIN. FEL. 21, 5 [23, 10 M.]. CYPR. idol. 2. *al.; cf.* OV. epist. 10, 140 pressa [BOETH. cons. 5 carm. 4, 9]). SEN. benef. 4, 37, 4 dignus . . . fuit, cui non inscriberentur illae -ae, sed insculperentur. COLVM. 10, 251 -a . . . pangitur in cera . . . mucrone magistri. PLIN. nat. 13, 73 vestibus -as intexere (APVL. met. 11, 16, 7. *cf. p. 1519, 18*). *al.* **β** *-is scribere, signare sim.*: PLAVT. Rud. 1294 cubitum . . . longis -is signabo (*cf.* CIC. ac. 2, 2 consignamus). RHET. Her. 3, 17, 30 qui -as sciunt, possunt id, quod dictatur, eis scribere (CIC. Verr. II 4, 103 Punicis. leg. 2, 11 VARRO ling. 5, 48 LIV. 7, 3, 5 SEN. dial. 4, 26, 2 CVRT. 10, 1, 14 PETRON. 29, 1 PLIN. nat. 6, 150. 35, 116. *al.; cf.* CIC. Verr. II 4, 93 erat inscriptum [LIV. 40, 29, 4 PLIN. nat. 28, 29 TAC. Germ. 3, 2. *al.*]. de orat. 2, 360 perscribere [PAVL. dig. 29, 1, 40 pr., *ubi* praescr- *trad.*]. CAES. Gall. 5, 48, 4 *epistulam* conscriptam [SVET. Iul. 81, 1. *al.*]. VLP. dig. 14, 3, 11, 3 proscribere). 3, 18, 31 utimur (CAES. Gall. 6, 14, 3. MELA 1, 57 perverse. PLIN. nat. 7, 210. *al.; cf.* -arum usus: MANIL. 2, 755sq. VAL. MAX. 5, 4 ext. 5 PLIN. nat. 7, 193 QVINT. inst. 1, 7, 31. 11, 2, 9. *al.*). CIC. Verr. II 2, 154 in basi statuarum maximis -is incisum (4, 74 LIV. 6, 29, 9. 42, 12, 6. *al.*). fam. 1, 9, 15 monumentum . . . cruentis inustum -is esse. CAES. Gall. 1, 29, 1 tabulae . . . -is Graecis confectae. LIV. 28, 46, 16 titulo Punicis Graecisque -is insculpto (VAL. MAX. 1, 1 ext. 2). PAVL. FEST. p. 113 inlitterata pax est, quae -is conprehensa non est. p. 164 nefasti dies n -a notantur (QVINT. inst. 1, 7, 29 PROB. litt. sing. gramm. IV 271 SVET. Aug. 97, 2. *al.; cf.* QVINT. inst. 1, 7, 27 enotamus. APVL. met. 11, 22, 8 praenotatos. PRVD. perist. 1, 2 adnotavit [COD. Iust. 6, 21, 15, 1 *a. 334*]). PETRON. 103, 4 implevit . . . frontes utriusque ingentibus -is. PLIN. nat. 7, 119 praecepta . . . Delphis consecrando aureis -is. 16, 237 titulus aereis -is Etruscis . . . significat (QVINT. inst. 1, 7, 28 GELL. 10, 1, 9. *al.*). 35, 62 aureis -is in palliorum tesseris intextum nomen. TAC. ann. 3, 57, 2 senatus consulta aureis -is figenda in curia. SVET. Cal. 41, 1 proposuit . . . legem . . . minutissimis -is. *al. cum praepos.*: CIC. inv. 2, 16 ut omne nomen ex aliquibus, non ex omnibus -is scribitur (TEST. porcelli p. 347 [269] ex -is aureis. *cf.* FEST. p. 214 per u -am [p. 309 PAVL. FEST. p. 51 SVET. gramm. 6, 4. *al.*]. p. 258 cum c -a ultima). **γ** *-is mandare sim. (quas locutiones, dum nihil aliud significent nisi 'scribendo servare, tradere sim.', huc referre maluimus; aliter p. 1521, 50sqq. 1523, 11sqq.)*: SISENNA hist. 127 gesta -is . . . mandavimus (CIC. Cluent. 140 Planc. 74. Phil. 2, 54 -is mandari, . . . memoriae prodi. 2, 105. 13, 37 -is memoriaeque. de orat. 2, 7. 52 orat. 140 fin. 1, 11. *al.* CAES. Gall. 6, 14, 3 PAVL. FEST. p. 16 SEN. epist. 8, 2 MELA 1, 59 PLIN. nat. 9, 25. *al.*). VARRO ling. 5, 30 sunt qui . . . -is tradiderint (QVINT. inst. 1 prooem. 4 artem orandi. CAPITOL. Max. Balb. 8, 7 LAMPR. Alex. 25, 1 Heliog. 34, 2. *cf.* SPART. Sept. Sev. 16, 4 in -as). CAPITOL. Gord. 5, 6 quae *adclamatio* . . . in -as relata est (Pert. 9, 6 LAMPR. Comm. 12, 10. Diad. 5, 6 [in -is *codd.*]. SPART. Ael. 3, 8 Carac. 8, 1 TREB. trig. tyr. 7, 1. *al.; cf.* VEG. mil. 2, 3 p. 37, 12 conferrent). 21, 5 in -as misi (GALLICAN. Avid. 3, 3 LAMPR. Alex. 3, 2. 5. 48, 6 Heliog. 1, 1. 18, 4. *al.*). TREB. Claud. 1, 1 in -as dirigendus est. Gall. 16, 1 vita Gallieni . . . -is intimata. *al.* **δ** *-as docere, discere, scire, nescire sim. (ea afferimus, quibus -as scribendas vel legendas significari apparet; cetera, sive ad prima doctrinae elementa sive ad altiores artes spectant, ad IIB 2 referre maluimus)*: RHET. Her. 3, 17, 30 qui -as sciunt, possunt . . . eis scribere (CIC. Verr. II 4, 127 rep. 5, 5. PETRON. 58, 7 lapidarias. TAB. cer. Herculan. 24 [Par. del pass. 3, 1948, 179] quod is se negaret -as scire [TAB. cer. Dac. (CIL III p. 948sq.) 9, 2. 10, 2. 11, 3 MOD. dig. 27, 1, 6, 19. *al.*]. VVLG. Is. 29, 11 COD. Iust. 6, 22, 10, 1. 6, 23, 31, 2. 4. *al.; cf.* PAVL. dig. 29, 2, 93, 1 scientia -arum). SEN. suas. 2, 16 fugerunt Athenienses; non enim Othryadis nostri -as didicerant (*i.* '*sanguine suo scribere velut O.*', *in imagine pro* '*mori*'. *proprie*: CVRT. 4, 4, 19 haec gens *Tyriorum* -as prima aut docuit aut didicit. TAC. ann. 11, 14, 3 IREN. 1, 20, 1 [1, 13, 1 H.]. ANON. Vales. 14, 79 quattuor -as subscriptionis. CAES. AREL. serm. 8 p. 42, 12 minime didicisse). QVINT. inst. 1, 1, 25 donec -as qui instituuntur facie norint, non ordine (CE 454, 1 -a(s) qui nosti, lege *eqs.* CYPR. epist. 27, 1 HIER. epist. 53, 5, 1 RVFIN. Orig. in num. 2, 2 p. 11, 13 CAES. AREL. serm. 8 p. 42, 13). NOVELL. Theod. 16, 3 si -as testator ignoret vel subscribere nequeat (CONC.[S] II 3, 1 p. 116, 3 COD. Iust. 6, 23, 31, 4 PAP. Tjäder 4—5 B IV 4. *cf.* COD. Iust. 6, 30, 22[b] ignarus . . . -arum). COD. Iust. 6, 22, 10, 5 peritum -arum (*cf.* 6, 23, 29, 1 -arum imperitia [6, 23, 30]. 6, 23, 31pr. -arum peritia. INST. Iust. 1, 25, 8 imperiti -arum). **ε** *-as invenire, tradere sim. (cf. l. 67)*: CIC. Sull. 45 cum -ae posteritatis causa repertae sint, quae subsidio oblivioni esse possent (PLIN. nat. 7, 192 TAC. ann. 11, 14, 1. 2 SERV. Aen. 2, 81. *al.; cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 23, 14 repertores -arum). nat. deor. 3, 56 *Mercurius* dicitur . . . Aegyptiis leges et -as tradidisse. PLIN. nat. 7, 192 -as . . . in Graeciam attulisse . . . Cadmum (7, 193 in Latium. *cf.* TAC. ann. 11, 14, 1 intulisse Graeciae) . . . Palameden adiecisse quattuor

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(Tac. ann. 11, 43, 3) ... duas ab Epicharmo additas (Tac. ann. 11, 43, 3 Svet. Claud. 41, 3) ... (193) in Aegypto invenisse quendam nomine Menen (Pompon. dig. 1, 2, 2, 36 Serv. Aen. 6, 749. *al.*; *cf.* Plin. nat. 5, 67 -arum inventionis. Qvint. inst. 3, 7, 8 inventa, ut ... -arum. Tac. ann. 11, 14, 1 -arum ... inventores). Svet. Claud. 41, 3 novas ... commentus est -as tres. Ampel. 9, 5 *Mercurius* Aegyptiis -as ... dixit. Tert. coron. 8 l. 8 primas -as Mercurius enarraverit. *al.*

b *epitheta notabiliora (ad sonum spectantia v. sub 2 bβ; addidimus locut. praepos. l. 27); respicitur*: **α** *magnitudo vel forma sim.*: Plavt. Bacch. 991 minutas (Cic. Verr. II 4, 93 Sen. dial. 4, 26, 2 nat. 1, 6, 5 Svet. Cal. 41, 1. *al.*; *cf.* Vopisc. Tac. 11, 8 minutulas). 992 grandes (Cic. Verr. II 4, 74 Treb. trig. tyr. 33, 4). Poen. 837 cubitum longis (1294. *cf. p. 1518, 69. de quantitate v. sub 2*). Cic. Verr. II 2, 154 maximis (*cf.* Sen. nat. 1, 6, 5 maiores). Petron. 29, 1 quadrata. 58, 7 lapidarias. 103, 4 ingentibus. Grom. p. 362, 30 L. capitaneas. *al.* **β** *integritas, claritas*: Cic. Verr. II 2, 187 integrae (2, 191). Sen. nat. 1, 6, 5 obscurae ... clariores (Plin. nat. 33, 122 Vlp. dig. 14, 3, 11, 3. *al.*). Scrib. Larg. 231 confusas. Plin. nat. 13, 81 caducae. Stat. silv. 1 praef. a situ ... iam paene fugientes. Svet. Aug. 7, 1 paene iam exolescentibus. Gell. 17, 9, 12 truncas atque mutilas. *al.* **γ** *materia, color*: Cic. Verr. II 4, 93 argenteis (*cf.* Test. porcelli p. 347 [269] aureis [Plin. nat. 7, 119. 35, 62 Tac. ann. 3, 57, 2. 3, 59, 2. *al.*]. Plin. nat. 16, 237 aereis [Rvfin. apol. adv. Hier. 1, 25 (24) l. 39]. Svet. Aug. 7, 1 ferreis. *sim. al.*). fam. 1, 9, 15 (*in imag.*) cruentis (*cf.* Cod. Iust. 6, 21, 15, 1 [*a. 334*] sanguine ... rutilantibus). Mart. 9, 12 (13), 5 Erythraeis ... facta lapillis. 14, 5, 2 nigra. *al.* *cf.* Ov. ars 3, 628 e lacte recenti -a. **δ** *gens, quae utitur*: Cic. Verr. II 4, 103 Punicis (Liv. 38, 46, 16). 4, 127 Graecam (orat. 160 Varro ling. 8, 64. 65 Caes. Gall. 1, 29, 1. *al.*). Varro ling. 9, 51 Latinarum (Liv. 40, 29, 4 Plin. nat. 35, 116. *al.*). Cvrt. 5, 5, 6 barbararum. Plin. nat. 7, 192 Assyrias. 16, 237 Etruscis. 36, 64 Aegyptiae (Tac. ann. 2, 60, 3 Treb. trig. tyr. 22, 13. *al.*). Qvint. inst. 1, 7, 26 Aeolicam (12, 10, 29). *al.*

c *-arum notae, formae, nomina, ordo sim.*: Cic. part. 26 ut illa *litteratura* constat ex notis -arum (Tusc. 1, 62 div. 2, 85 Val. Max. 6, 8, 7 Cvrt. 5, 5, 6. 8, 9, 15 Petron. 105, 2. *al.*). nat. deor. 2, 93 formae -arum vel aureae vel qualeslibet (Fest. p. 202. Qvint. inst. 1, 1, 21. 24. 26 eburneas. 1, 7, 11. 12, 10, 29 Tac. ann. 11, 13, 2. 11, 14, 2. *al.*). Varro ling. 5, 117 figuram -ae v (Cels. 8, 4, 9 Plin. nat. 2, 7. 21, 65. *al.*). 9, 51 vocabula -arum Latinarum (Plin. nat. 5, 48. *al.*). Bell. Alex. 27, 1 a similitudine -ae (Cels. 7, 5, 2^B. 7, 28, 2. 8, 4, 14 Qvint. inst. 5, 13, 8 Plin. epist. 2, 17, 4. *al.*). Prop. 4, 3, 5 si qua incerto fallet te -a tractu. Manil. 2, 755 ut ... pueris monstratur -a primum per faciem (Colvm. 3, 13, 13 Qvint. inst. 1, 1, 25. *al.*) nomenque suum (Qvint. inst. 1, 1, 24. *al.*), tum ponitur usus. Cels. 7, 5, 4^B ad speciem -ae ⟨v⟩ (Colvm. 3, 13, 12 Amm. 22, 8, 4. *al.*). Sen. epist. 94, 51 digiti illorum *puerorum* ... per -arum simulacra ducuntur. Colvm. 6, 5, 4 o -ae ductus (Plin. nat. 8, 6 Qvint. inst. 10, 2, 2). Mela 2, 115 *Sicilia* Graecae -ae imaginem, quae delta dicitur, efficit. Plin. nat. 37, 138 reliquas *gemmas* per -arum ordinem explicabimus (*i. alphabeticum ut* Qvint. inst. 1, 1, 25 Char. gramm. p. 412, 17 B. Hier. epist. 30, 2, 1. *in scriptura secreta*: Svet. Iul. 56, 6). Gell. 13, 31, 10 -arum apices (17, 9, 12 Hier. epist. 62, 1. *al.*). *al.*

d *varia selecta*: Plavt. Pseud. 42 per ceram et linum (*codd. Plautini*, lignum *Auson. 414 p. 273 P.*) -asque interpretes salutem inpertit (*cf.* Mart. 7, 45, 4 quem frequenti felix -a [*sc. s*] pagina salutat. CE 926, 1 -a Theorianis semper dictura salutem [*at Bücheler epistulam intellegit*]). Rud. 1157 in eo ensiculo -arum quid est? Trin. 915 -is recomminiscar: ⟨c⟩ est principium nomini. Enn. (*?*) ann. 625 multum ante alias infelix -a theta! Rhet. Her. 3, 17, 30 loci cerae aut cartae simillimi sunt, imagines -is *eqs.* (*comparatur memoria cum arte scribendi et legendi ut* Cic. de orat. 2, 354 part. 26). Cic. Arat. 6 simili quia forma -a claret (*sc. qua Deltoton sidus*). Verr. II 2, 187 ut usque ad alterum r -ae constarent integrae, reliquae omnes essent in litura. de orat. 2, 130 ut -ae ad verbum scribendum *occurrunt*. nat. deor. 3, 62 una -a explicare, unde ductum sit *nomen* (*cf.* Varro ling. 7, 2 interpretationem ... et exili -a expedita⟨m⟩ et praeterita[m] obscura[m] multa). Varro Men. 320 quod Delphice cantat columna -is suis *ἄγαν μηθέν*. ling. 10, 55 oratio cum ex -is constat, tamen eam grammatici de -is ostenderunt (*locus vix sanus varie temptatus*). Caes. Gall. 6, 14, 4 eos, qui discunt, -is confisos minus memoriae studere, quod fere plerisque accidit, ut praesidio -arum diligentiam in perdiscendo ac memoriam remittant. *al.*

2 *usu grammaticorum vel rhetorum (nec non poetarum singula verba tractantium; fere in dubio est, utrum de -is scriptis an dictis agatur)*: **a** *in univ. (exempla selecta)*: Plavt. Truc. 264 comprime sis ⟨e⟩iram. :: (*quasi* '*eram*' *intellegens*) eam ... tu ... comprime ... :: '⟨e⟩iram' dixi: ... dempsisti unam -am (Rhet. Her. 4, 21, 29. 4, 22, 30 Varro ling. 7, 1 Ov. fast. 1, 326. *al.*; *cf.* Varro ling. 5, 6 -arum ... demptione). Rhet. Her. 1, 6, 10 -arum mutatione (Fest. p. 166 Qvint. inst. 1, 5, 16. 1, 7, 13. *al.*; *cf.* Varro rust. 1, 31, 3 -a una mutata [1, 31, 4 Ov. fast. 5, 482 Pavl. Fest. p. 13. *al.*]. *sim. al.*). 4, 21, 29 addendis -is (4, 22, 30 Rvt. Lvp. 1, 3. *cf.* Varro ling. 5, 6 -arum ... additione). *ibid.* transferendis -is (Qvint. inst. 1, 6, 22). *ibid.* -arum ... transiectione (Varro ling. 5, 6). Cic. orat. 158 'ex usu' dicunt et 'e re publica', puod ... in altero esset asperitas, nisi -am sustulisses. 161 postremam -am detrahebant, nisi vocalis insequebatur (Qvint. inst. 1, 5, 10. 1, 6, 32. 6, 3, 53. *cf.* 1, 5, 16 -arum detractionem. *sim. al.*). Varro ling. 5, 96 i tertia -a extrita (rust. 2, 1, 7 Gell. 12, 14, 6. *cf.* Nigid. Gell. 10, 5, 1 detrita est). 6, 2 ut verba -as alia assumant, alia mittant. 7, 1 verbum, quod conditum est e quibus -is oportet. 10, 25 ex quibus -is quodque verbum constet (Qvint. inst. 1, 7, 1 quibus). Fest. p. 294 omnia vocabula x -a finita (Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 151, 26 B. p. 167, 11 p. 169, 2 Qvint. inst. 1, 5, 60. *al.*). *talia passim.*

b *-ae enuntiantur, sonant sim.*: **α** *exempla varia*: Rhet. Her. 4, 12, 18 si vitabimus eiusdem -ae nimiam adsiduitatem. 4, 21, 29 adtenuatione aut conplexione ... productione ... brevitate eiusdem -ae. Cic. de orat. 1, 260 cum ... ita balbus esset *Demosthenes*, ut eius ipsius artis, cui studeret, primam -am non posset dicere (Val. Max. 8, 7 ext. 1 Qvint. inst. 1, 4, 14. *cf.* Cic. Brut. 159 'indoctus' dicimus brevi prima -a [*cum abl. ut* Qvint. inst. 12, 10, 29]. Gell. 5, 12, 9 per has duas -as). 3, 41 nolo exprimi -as putidius, nolo obscurari neglegentius (off. 1, 133 -ae neque expressae neque oppressae. Qvint. inst. 8, 3, 45 quae e. nisi labris coeuntibus non potest. 9, 4, 40). 3, 46 ut iota -am tollas et e plenissimum dicas. Brut. 133 de sono vocis et suavitate appellandarum -arum. (*cf.* 259 suavitas vocis et lenis appellatio -arum). 259 dilatandis -is. orat. 151 quod eas -as (*sc. vocales hiatum efficientes*) tanto opere fugerit (*cf.* 153 fuga -ae vastioris). 154 quia, si ita diceretur, obscaenius concurrerent -ae. 158 adiuncti *verbi* prima -a praepositionem commutavit (*sc. per assimilationem, cf.* Plin. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 172, 2 B. si r -a praecesserit ..., sequi debet l). 187 quodsi et angusta quaedam atque concisa et alia est dilatata et diffusa oratio, necesse est id non -arum accidere natura, sed intervallorum ... varietate. Varro ling. 9, 44 quid similius videtur, quam in his est extrema -a 'crux, Phryx'? quas qui audit voces, auribus discernere potest nemo *eqs.* Nigid. Gell. 19, 14, 6 inter -am n et g est alia vis; ... n non esse lingua indicio est, nam si ea -a esset, lingua palatum tangeret. Ov. ars 3, 293 cum legitima fraudatur -a voce, blaesaque fit iusso lingua coacta sono. fast. 5, 196 Chloris eram, quae Flora vocor: corrupta Latino nominis est nostri -a Graeca sono (Qvint. inst. 8, 3, 45 continuata cum insequente in naturam eius corrumpitur). 5, 536 perdidit antiquum -a prima sonum (Fest. p. 202 u -ae s. Qvint. inst. 1, 4, 7. 8. 1, 11, 4. 9, 4, 40. *al.*). Fest. p. 273 'redarguisse' per e -am ... enuntiasse (*cf.* Pavl. Fest. p. 15 per e -am efferebantur). Pers. 1, 110 sonat hic de nare canina -a (Qvint. inst. 8, 3, 16 melius sonantibus. *al.*). Plin. nat. 7, 192 -as ... quarum omnium vis in nostris cognoscitur (Qvint. inst. 1, 7, 10. 11. 1, 11, 4. 12, 10, 29). Qvint. inst. 1, 1, 31 inoffensa ... -arum inter se coniunctio *in lectione*. 1, 4, 12 quid in -is proprium, quid commune, quae cum quibus cognatio (1, 4, 16 t -ae cum d. *al.*; *cf.* 1, 6, 24 -arum adfinitatem). 1, 5, 18 -as *ae* enuntiare veris syllabis (1, 11, 4 suis quaeque -ae sonis. *cf.* Mar. Victorin. gramm. VI 32, 20 de enuntiatione ... -arum. Prisc. gramm. II 7, 6 pronuntiationes). 1, 7, 7 cum dico 'optinuit', ... b -am ratio poscit, aures magis audiunt p. 1, 7, 29 nec 'Gnaeus' eam -am in ... nota accipit, qua sonat. 6 prooem. 11 expressa proprietas omnium -arum. *al.* **β** *epitheta ad sonum -arum spectantia*: Ⓘ *varia*: Cic. orat. 153 vastioris. 163 insuavissima. Nigid. Gell. 19, 14, 6 vocales (*al., v. sub A 3; cf.* Fest. p. 355 semivocales [Vlt. Syll. gramm. IV 219, 15. 221, 12. *al.*]). Ov. fast. 5, 482 aspera ... lenem. Fest. p. 355 mutas (Pavl. Fest. p. 123 Plin. nat. 20, 156 Prob. inst. gramm. IV 50, 5 Char. gramm. p. 470, 21 B. *al.*). Pers. 1, 110 canina (*i. r*). Qvint. inst. 1, 7, 9 consonantem (*al., v. sub A 3; cf.* Apvl. mund. 20 insonae, semisonantes ... sonantes). 9, 4, 34 plenior ... angustior. 12, 10, 27 iucundissimas ex Graecis. 12, 10, 31 mugiente. Gell. 2, 3, 2 inspirantis. Ⓘ *quantitatem indicantia*: Cic. orat. 159 brevi (Qvint. inst. 1, 7, 3. 11. *al.*) ... producta (Qvint. inst. 1, 6, 7. 1, 7, 2. *al.*) ... longa (Qvint. inst. 1, 7, 3. 11. *al.*). Rvt. Lvp. 1, 3 porrigenda (Qvint. inst. 1, 6, 32) aut contrahenda. Qvint. inst. 1, 6, 32 correptis (1, 7, 2. *al.*).

3 *varia notabilia*: **a** *-ae digitis efficiuntur (cf. Isid. orig. 1, 26, 1* sunt quaedam et digitorum notae ..., quibus secum taciti procul-que distantes colloquuntur): *?*Naev. com. 79 *Tarentilla* (*?*) cum alio cantat, adtamen alii s⟨uo⟩ dat digito -as. Ov. am. 2, 5, 18 non oculi tacuere tui, conscriptaque vino mensa, nec in digitis -a nulla fuit.

b *in iocis (cf.* Plavt. *sub 2a)*: Plavt. Aul. 77 ex me ut unam faciam -am long⟨am, me⟩um laqueo collum quando obstrinxero. 325 trium -arum homo ...: fur (*cf.* Rud. 1305 una -a plus sum quam medicus. :: tum tu mendicus es? Trin. 345 pudere quam pigere praestat totidem -is. Priap. 7, 1 cum loquor, una mihi peccatur -a, nam te pe-dico semper *eqs.* Mart. 11, 18, 25 errasti ... -a ... una: ... praedium dedisti, mallem ... prandium dedisses). Pseud. 23 quaerunt -ae hae sibi liberos: alia aliam scandit. Petron. 56, 9 (*de cena*) 'muraena et -a': murem cum rana alligata fascemque betae. **c** *de -is propria manu scriptis, quibus scriptor cognoscatur* (*de* Cic. Att. 7, 2, 3 *v. p. 1528, 70*): Plavt. Bacch. 730 propterea ⟨te⟩ volo scribere, ut pater cognoscat -as, quando legat (Ov. Pont. 2, 10, 4 cognitane est nostra -a facta manu? Epist. Sapph. 1 ecquid, ut adspecta est studiosae -a dextrae, protinus est ... cognita nostra ...?). Ivv. 13, 138 vana ... dicunt ... chirographa ..., arguit ipsorum quos -a gemmaque. Conc.^{S} II 3, 2 p. 114, 19 cognoscimus suscriptiones; nos suscripsimus, nostrae sunt -ae. Cod. Iust. 6, 23, 28, 6 quidam testamentum suum omne manu propria con-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

scripsit et post eius -as testes adhibiti suas subscriptiones supposuerunt; ... sequantur huiusmodi scripturam ... -ae testium; ... si quinque testium -ae testatoris scripturae coadunentur. 7, 6, 1, 1[c] testibus adhibitis, qui post eius -as sive in subscriptione positas sive per totum textum effusas suas -as supponentes fidem ... possint ... praebere. **d** *in imagine de rebus naturalibus*: α *de scriptura in floribus lecta*: Ov. met. 10, 216 ipse *Phoebus* suos gemitus foliis inscribit et AI AI flos habet inscriptum funestaque -a dicta (ducta *var. l.*) est (*de hyacintho ut*: 13, 397 -a communis pueroque viroque *sc. Hyacintho et Aiaci* inscripta est foliis, haec nominis illa querellae. PLIN. nat. 21, 66 ita discurrentibus venis, ut Graecarum -arum figura AI legatur inscriptum). PAVL. FEST. p. 87 in flore eius *fabae* luctus -ae apparere videntur (PLIN. nat. 18, 119 -ae lugubres). β *de agmine gruum volantium*: LVCAN. 5, 716 grues primo ... volatu effingunt varias ... figuras; mox ubi percussit ... notus ... alas, confusos ... glomerantur in orbes et turbata perit dispersis -a pinnis. MART. 13, 75, 1 turbabis versus nec -a tota volabit, unam perdideris si Palamedis avem. CLAVD. 15, 478 ordinibus variis per nubila texitur ales -a pennarumque notis conscribitur aer. **e** *de compendio scripturae*: MANIL. 4, 197 scriptor ... velox, cui -a verbum est quique notis linguam superet *eqs.* **f** *in descriptione figurarum geometricarum*: VITR. 1, 6, 12 erit ... centrum, ubi est -a A. *ibid.* dum ... tangat ... lineam rotundationis, ubi erit -a C. *ibid.* in qua linea erunt -ae E et F. *et saepius apud eundem.* **g** *de notis musicis*: BOETH. mus. 4, 3 p. 309, 14sqq. sane si quando dispositionem notarum Graecarum -arum nuncupatione descripsero, lector nulla novitate turbetur; Graecis enim -is in quamlibet partem nunc inminutis, nunc etiam inflexis tota haec notarum descriptio constituta est.

litūrārius, -ī *m.* *a* litura. *i. q. liber lituris plenus, imperfectus, adversaria*: AVSON. 350 p. 207, 24 P. *centonem nuptialem* inter -os meos cum reperissem. 391 tit. p. 257 hoc incohatum neque impletum sic de -is (litterariis *trad.*) scriptum.

lītūrgia, -ae *f.*, *λειτουργία*. AVG. in psalm. 135, 3 l. 39 ministerium vel servitium religionis, quae (qui *var. l.*) graece -a vel latria dicitur.

lītūrgus, -ī *m.*, *λειτουργός*. *genus ministrorum*: **1** *in astrologia de numinibus quibusdam*: FIRM. math. 2, 4, 4 *v. s.* munifex *vol. VIII 1650, 43.* MART. CAP. 2, 200 *Philologia cum nunc* formas ... decanorum, tunc octoginta quattuor -os caelo miraretur adstare *eqs.* **2** *in vita publica*: COD. Theod. 11, 24, 6 pr. functiones publicas et -os, quos homologi coloni praestare noscuntur. 11, 24, 6, 7 nequaquam cefalaeotis, irenarchis ... et ceteris -is ... publicis functionibus denegatis.

litūro -āvī, -ātum, -āre. *a* litura. [*a falsario additum* CIL X 3334, 22 -tum.] *i. q. litura afficere* (SYNON. Cic. p. 437, 16 oblitterat ... delet. -at *eqs.*): SIDON. epist. 9, 3, 7 tunc ... certius te probasse reliqua gaudebo, si -asse aliqua cognovero. ISID. diff. app. 149 delitum quia subitum, inlitum vero -tum. *B.*

***lītus**, -oris *n.* [*orig. inc. Sch.*] *de origine*: PRISC. gramm. III 493, 31 (*ad* VERG. Aen. 7, 1) quidam ... -s *ἀπὸ τῶν λιτῶν* volunt esse, quia proficiscentes et revertentes solent ibi vota concipere. ISID. orig. 14, 8, 41 dictum -s, quia fluctu eliditur vel quod aqua adluitur (*sim.* DIFF. ed. Beck p. 67, 15 ab inlisione fluctuum). *praeterea derivatur a* litare *p. 1536, 44sqq.* *scribitur* l⟨eito⟩re PLAVT. Rud. 1019 *A* (*nisi erat* l⟨itto⟩re). litt- *saepissime in codd. recc.* (*in vetustioribus [sed v. supra de* PLAVTI *cod. A], inscr., pap. semper* lit-). -ter- *in var. l.* OV. met. 1, 37 LVCAN. 8, 33. 8, 148. 9, 309. *al.*, -tur- *in var. l.* VVLG. act. 21, 5 ISID. nat. 38, 1. NOT. Tir. 89, 15. *legitur inde a* PLAVTO. [*venet.* lido. *cf. M.-L. 5088a. Wartburg V 381. Battisti-Alessio III 2227. St.*] [*confunditur in codd. cum* limes: VERG. Aen. 6, 900 LVCAN. 6, 15. 9, 74.]

i. q. margo aquarum: **I** *maris; numero sing. significatur tam ora maritima in universum quam certus eius locus; plur. adhibetur sive de compluribus locis litoralibus* (*e. g.* LIV. 7, 25, 13 maritumam oram tutari Graecosque arcere -bus) *sive collective de continuo tractu orae* (*e. g.* CIC. Att. 4, 18, 5 litteras datas a -bus Britanniae), *quas notiones saepe vix distinguas (cf. Cunningham, Class. Phil. 44, 1949, 5sqq.); praeterea plur. poet. de uno loco litorali e. g.* CIC. Arat. 133 CATVLL. 64, 74 PROP. 1, 20, 22 VAL. FL. 3, 425. *definitiones iurisconsultorum, grammaticorum*: CIC. top. 32 solebat ... Aquilius ..., cum de -bus ageretur, quae omnia publica esse voltis, quaerentibus iis ..., quid esset -s, ita definire, qua fluctus eluderet (*v. vol. V 2, 433, 43sqq.*). IAVOL. dig. 50, 16, 112 -s publicum est eatenus, qua maxime fluctus exaestuat, idemque iuris est in lacu, nisi is totus privatus est. CELS. dig. 50, 16, 96 pr. -s est, quousque maximus fluctus a mari pervenit (*cf.* INST. Iust. 2, 1, 3 est ... -s maris, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit). CLAVD. DON. Aen. 3, 135 p. 284, 6 ubi aqua maris finitur, -s dicitur.

A *proprie*: **1** *in univ.* (*afferuntur exempla selecta*): PLAVT. Rud. 149 quid illuc est ... hominum secundum -s? (*de loco naufragorum proprio ut*: 157. 371. 450 in -e. CIC. S. Rosc. 72 quid tam est commune quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, -s eiectis? *al.; cf. p. 1539, 15sqq.*). 250 -s hoc persequamur (*cf.* APVL. flor. 15, 4 fanum secundo -e ... viginti ... stadia oppido abest). ENN. scaen. 68 navibus complebit manus -a (CAES. civ. 2, 43, 4 completis -bus. VERG. Aen. 3, 71 deducunt socii naves et -a complent. 3, 676. 5, 107 LVCAN. 4, 464. *al.*). ann. 389 -a lata sonunt ([SEN. Tro. 108 s. -a planctu]. *cf. exempla fere similia ut*: VERG. georg. 1, 334 -a plangunt. SEN. Ag. 468 gemunt. STAT. Theb. 6, 806 clamorem Inachidae, quantum non -a, tollunt. 10, 95 clament. *cf.* PRVD. perist. 6, 155 blandum -is ... murmur). 499 tonsillas ⟨r⟩apiunt, configunt -s (*cf.* PACVV. trag. 218 tosillam pegi laeto [lecto *Bergk*] in -e. ACC. trag. 574 tonsillas -e in lecto edite). CIC. Arat. 133 adversam ... trahunt optata ad -a puppim. progn. frg. 6 cursans per -a cornix demersit caput (*Arat. 949sqq. παρ' ἠιόνι ... κύματος ἐρχομένου χέρσονδ' ὑπέκυψε*). Verr. II 5, 30 ubi primum ex alto sinus ab -e ad urbem *Syracusas* inflectitur. nat. deor. 2, 100 mare sic terram appetens -bus eludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur. CATVLL. 64, 74 egressus curvis e -bus Piraei. VERG. Aen. 2, 557 iacet ingens -e truncus *Priami* (SERV.: quod ... Donatus dicit -s locum esse ante aras a litando dictum [SERV. auct. *addit*: vel quod lituo illud spatium designatur], ratione caret; nam a litando 'li' brevis est [*cf.* CLAVD. DON. *ad l.* p. 226, 4 '-e': ubi litare consueverat, quoniam intra domum et ante aras constabat occisum. GLOSS. *κυρίως ... παραβώμιος τόπος*. spatium inter aras et templum. locus circa aram et mari vicinus]. *imitatur e. g.* SEN. Tro. 141 [*ad Priamum*] Sigea premis -a truncus). 3, 292 -a ... Epiri legimus (*v. p. 1127, 62sqq. et cf.* 3, 691 relegens errata retrorsus -a). 3, 396 Itali ... hanc -is oram (CVLEX 313 PROP. 1, 20,9 LIV. 7, 25, 4 VAL. FL. 4, 613 SIL. 11, 21 STAT. silv. 3, 1, 100. 3, 3, 162 TAC. ann. 2, 78, 2. *al.; cf. infra l. 83. p. 1539, 4*). 3, 419 arva ... et urbes -e diductas (*sc. freto Siculo. Sen. nat. 6, 30, 1 affert* aequore diductas). 6, 900 tum se ad Caietae recto fert -e (limite *dett. aliquot*) portum (SERV. Aen. 3, 16 significat eum ita navigasse, ut non linqueret -s. *cf. 8, 57* recto flumine. STAT. Theb. 5, 472 -a rectis praetervectus aquis). 7, 10 proxima ... raduntur -a. HOR. epod. 16, 40 Etrusca praeter ... volate -a. SEN. benef. 1, 10, 1 fluctus, quos aestus accedens longius extulit, recedens interiore -um vestigio tenuit (*v.* interior *p. 2212, 15*). MELA 2, 5 *paeninsula* tenui radice -i adnectitur (*cf.* FLOR. epit. 2, 2, 19 a Punico -e ... procurrit *civitas Clipea*). 2, 46 Sunium ... finit ... id -s Hellados, quod spectat orientem. 2, 55 hoc mare (*Hadria*) magno recessu -um acceptum. 2, 117 Alpheum amnem ... Peloponnesiaco -i infusum (PLIN. nat. 2, 225. *flumen in -s funditur ut*: MELA 3, 40 in id -s elabitur. 3, 77 usque in -a permeat. PORPH. Hor. carm. 1, 2, 14 -s ..., in quo⟨d⟩ Tiberis exit. *flumen per -s in mare funditur*: LVCAN. 8, 33 -a contigerat, per quae Peneius ... exibat in aequor. 10, 244 rumpentis -a [PRISC. periheg. 287]. AMM. 22, 8, 14. 44). APVL. apol. 35, 4 maris eiectamenta, quae ubique -um ventis expelluntur. *al.*

2 *exempla selecta notionem illustrantia*: **a** *designatur tractus harenosus molliter devexus*: PLAVT. Rud. 165 ab saxo avortit fluctus ad -s scapham, neque gubernator umquam potuit ⟨rectius⟩. CAES. Gall. 4, 23, 6 aperto ac plano -e naves constituit (5, 9, 1 molli atque a.). civ. 3, 14, 1 portus -aque omnia classibus teneri (3, 15, 5 nudanda -a et relinquendos p. 3, 23, 1 omnia -a ac p. 3, 73, 3 non solum p., sed etiam -bus. VERG. Aen. 3, 10. 4, 588. 5, 23. *al.; cf.* LIV. 27, 30, 7 ut Attalum ... portibus et -um adpulsu arceret). VERG. Aen. 3, 277 ancora de prora iacitur, stant -e puppes. OV. ars 2, 132 virgā ... in spisso -e pingit opus (met. 15, 718). met. 2, 577 densum ... relinquo -s et in molli ... lassor harena. 9, 335 lacus adclivis devexo margine formam -is efficiens. LIV. 38, 18, 12 ad Sinopen et alterius orae -a, qua Cilices maritimi colunt. SEN. epist. 53, 2 ut me in aliquo -e exponeret *gu-*

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

bernator. COLVM. 8, 15, 3 (*in comparatione*) *oras lacus artificiosi* oportet ... paulatim clivo subsidere, ut tamquam e -e descendatur in aquam. STAT. silv. 2, 2, 16 monti ... intervenit unum -s et in terras scopulis pendentibus exit (*cf.* SVET. Tib. 40 *Capreae insula* uno parvoque -e adiretur saepta undique praeruptis ... rupibus). ITALA act. 27, 39 (cod. g, *cf.* VVLG.) *nautae* sinum ... quendam providebant habentem -s (*gr.* αἰγιαλόν). *al.*

b *usu dilatato designatur ora ardua, saxosa:* VERG. Aen. 5, 163 (*159* propinquabant scopulo) -s ama et laeva stringat sine palmula cautes (SERV. -s est omne, quod aqua adluitur, unde et saxum -s vocavit). 5, 177 clavum ... ad -a torquet. PROP. 2, 26^{b}, 39 qui *venti* movistis duo -a (*sc. Planctas*). MANIL. 4, 263 -bus ... novis (*i. molibus*) per luxum illudere ponto.

c *respicitur -is pars sicca:* α *strictius respicitur area harenosa, quae mare terminat:* PLAVT. Rud. 175 (*173sq.* desiluit ... in terram e scapha; ... in undas concidit) salvast, evasit ex aqua; iam in -e est. VERG. Aen. 6, 162 in -e sicco (*explicat* CLAVD. DON. *ad l.* p. 530, 11 id est in harena -is sicci; est enim et udum -s, ubi pelagus terminatur). OV. met. 13, 924 sunt viridi prato confinia -a, quorum altera pars undis, pars altera cingitur herbis. LIV. 31, 1, 5 qui proximis -i vadis inducti mare pedibus ingrediuntur (*opp. ut:* PLIN. nat. 13, 136 *genus fruticis* in vadis haud procul -e *nascitur.* TAC. Germ. 45, 4 sucinum ... inter vada atque in ipso -e legunt). LVCAN. 4, 429 relabenti crescebant -a ponto (STAT. Theb. 5, 769. *cf.* PLIN. epist. 6, 20, 9 processerat -s multaque animalia maris siccis harenis detinebat). PLIN. nat. 9, 27 dum *puerum* abeuntem in -s avide sequitur *delphinus,* in harenam invectus exspiravit. SVET. rhet. 25, 9 cum Ostiam venissent, -s ingressi piscatores ... adierunt. *al.* β *latius respicitur terra a mari remotior (cf.* SERV. Aen. 1, 3 -s ... dicitur terra quoque mari vicina. CLAVD. DON. Aen. 3, 135 p. 284, 7 et finis terrae, quae -i iungitur, pelagi -s dixit *poeta), per synecdochen poeticam etiam insula vel pars orbis terrarum (simul mare terrae vicinum: v. infra* PLIN. nat. 3, 60): VERG. georg. 2, 112 -a myrtetis laetissima. Aen. 4, 212 cui *Didoni* -s arandum ... dedimus (*alluditur ad usum proverbialem, v.* OV. epist. 5, 116 *sub B1;* SERV.: etiam infertilem vult ostendere *terram. imitatur* AVSON. 393, 4 p. 245 P.; *ut* VERG. *ludit cum varietate notionis latioris et strictioris:* SIL. 1, 446 *Tyriis* exulibus ... datum dimensis -s harenis). 12, 262 -a vestra ... populat. HOR. epod. 16, 63 Iuppiter illa piae secrevit -a genti (*sc. fortunatorum insulas*). OV. met. 10, 530 *Venus* non iam Cythereia curat -a, non ... repetit Paphon *eqs.* 14, 104 loca feta palustribus undis, -a Cumarum. LIV. 10, 2, 5 *-bus* tenue praetentum -s esse, quod transgressis stagna ab tergo sint inrigua aestibus maritimis. MANIL. 4, 637 tot ... minora solo ... -a ..., Delonque Rhodonque *eqs.* 4, 684 *Iuppiter* puellari (*sc. Europae*) donavit nomine -s. MELA 2, 35 *flexus* Megybernaeus ..., qua terra dat gremium, modice in -a ingreditur. LVCAN. 5, 784 notescent -a clari nominis exilio (*sc. Lesbos ut:* 8, 120 noto ... -e). PLIN. nat. 3, 60 haec -a fontibus calidis rigantur praeterque cetera in toto mari conchylio et pisce nobili adnotantur (*simul respicitur mare terrae vicinum ut l. 79*). STAT. silv. 2, 6, 31 -e virgineo (*sc. Scyro*) Thetis occultavit Achillen. CLAVD. 8, 136 melior Delo, Dictaeis clarior oris, quae dedit hoc numen, regio; non -a nostro sufficerent angusta deo. *al.*

d *respicitur -is pars uda, i. tam area undis et aestu affecta quam mare terrae vicinum (cf. l. 17.* SYNON. Cic. p. 415, 23 amnis ... vada, -a. 434, 17 mare ... -s, vadum, aestus *eqs.* GLOSS. IV 110, 11 extrema pars maris. *v. E. Wistrand, Nach innen oder nach aussen? p. 37sqq. E. Löfstedt, Coniectanea I 84sqq. V. Skånland, Symb.Osl. 42, 1968, 93sqq.; per synecdochen poeticam solum maris rubri* CYPR. GALL. deut. 27): BELL. Alex. 13, 5 decem *navibus* missis una in cursu -e Aegyptio defecerat (⟨sub⟩ -e *Larsen*). VERG. ecl. 2, 25 me in -e vidi, cum placidum ventis staret mare (SCHOL. Verg. Bern.: id est in margine aquae). georg. 1, 359 ventis surgentibus ... incipiunt ... resonantia longe -a misceri (*cf.* VAL. FL. 1, 652 pontum pater *Neptunus* ac turbata reponit -a). Aen. 6, 362 nunc me *Palinurum mortuum* fluctus habet versantque in -e venti (*cf.* LVCAN. 8, 698 -a Pompeium feriunt truncusque vadosis huc illuc iactatur aquis). OV. hal. 87 talia *loca* (*sc. aspera saxis*) ... deposcunt calamos, at purum retia -s. 125 Hadriaco mirandus -e rhombus *piscis* (*cf.* PRISC. periheg. 598 -bus cuius *Taprobanes* saliunt densissima cete [*Dionys. 597* πάντῃ κήτεα θῖνες ἔχουσιν]. CORIPP. Ioh. 8, 285 somnus habebat ... in -e pisces). VITR. 5, 12, 3 reliquum, quod est proxime -s (*antea opp.*: ab ipsa terra sive crepidine. *cf. Wistrand, Eranos 40, 1942, 174*). SEN. Thy. 371 qui *reges* rubri vada -is et ... mare ... sanguineum tenent (*cf.* TAC. ann. 6, 33, 3 brevia -um nudantur). dial. 1, 1, 4 nudari -a pelago in se recedente eademque intra exiguum tempus operiri (DRAC. laud. dei 1, 80 mare ... nudato -e siccum. *cf. l. 72*). COLVM. 8, 17, 9 ea parte -is, quae profundi recessu numquam destituitur. 10, 185 quam *herbam* generant Tartesi -e Gades (*sim. insulae in -e esse dicuntur:* PLIN. nat. 3, 151 Calabro -e ante Brundisium *sunt insulae,* quarum obiectu portus efficitur, contra Apulum -s Diomedia. 4, 83 -e Portus Achaeorum, insula Achillis ... et ... paeninsula. 37, 39 in Carmaniae -bus insulam esse). SCRIB. LARG. 162 stantibus in -e non sicco, sed quod adluit mare. LVCAN. 8, 565 celsae de puppe carinae in parvam iubet ire ratem -sque malignum incusat bimaremque vadis frangentibus aestum. PLIN. nat. 2, 205 *terra* devoravit ... Phegium ..., tamquam non infida grassarentur et -a. 9, 96 *locustae marinae* hieme aprica -a sectantur, aestate in opaca gurgitum recedunt. 12, 37 *arbores Persidos* sicco -e radicibus nudis ... amplexae steriles harenas spectantur; eaedem mari adveniente fluctibus pulsatae resistunt inmobiles (*sc. aqua nudato ut:* FRONTIN. strat. 2, 11, 13 *aestu recedente* naves in s. -bus haererent). SIL. 7, 410 classis ... -a ... sulcabat rostris (*sim.* NEMES. ecl. 2, 22 quae marmoreo pede, Naiades, uda secatis -a). STAT. Ach. 1, 227 *Thetis* iubet hos *delphinos* subsistere pleno -e, ne nudae noceant contagia terrae. PS. QVINT. decl. 12, 6 retinacula incidimus et -s ingressi classem ... manibus inpulimus. ANTH. 478, 9 in -e tuto ludat et hoc solum iudicet esse mare. AVSON. 396, 43 p. 252 P. primore vado post refugum mare algoso legitur -e *musculus. al.*

e *respiciuntur orae insulis ex adverso sitae:* CVRT. 4, 2, 24 Tyrii navigia ... -i adpellunt (*sc. ab insula sua*). MELA 2, 107 *Euboea* angusto freto distat a -e. 3, 31 (*v. infra l. 48*). PLIN. nat. 37, 3 Polycrati Samio, insularum ac -um tyranno.

3 *de ratione inter -s et similis notionis vocabula intercedente:*

a ora (*sc. notione q. e. fere* -s): α *copulantur per* et, ac: CIC. nat. deor. 2, 100 amoenitates orarum ac -um. VERG. Aen. 3, 75 *Delon* oras et -a circum errantem. SEN. nat. 6, 1, 14 urbes oraeque terrarum et -a et ipsum mare in servitutem fati venit. MELA 1, 2 dicam ... oras omnium et -a. ALC. AVIT. carm. 5, 660 *Moyses* siccati marginis oras et -s, cui fluctus abest ..., percutit ... ligno. β *alternant apud auctores* (-s *nonnumquam certum locum planum eiusdem orae designat*): VERG. Aen. 1, 3 Troiae ... ab oris ... Lavinia ... venit -a. 1, 157 quae proxima -a, ... contendunt petere et Libyae vertuntur ad oras. PROP. 1, 20, 22 manus heroum *Argonautarum* ... ut constitit oris, ... -a fronde tegit. OV. met. 14, 76 cum iam prope -s adessent Ausonium, Libycas vento referuntur ad oras. LIV. 7, 25, 13 maritumam oram tutari Graecosque arcere -bus. 23, 32, 18 (*17* oram maritimam inter Brundisium ac Tarentum tutari) par navium numerus ... decretus ad suburbana -a tutanda. 24, 8, 14 classem ... paravimus, ut Africae oram popularetur, ut tuta nobis Italiae -a essent. 27, 8, 17 classe ... partita, ut omni ambitu -um praesidio orae maritumae essent. 32, 21, 27 maritimam oram vastare et expositas prope in ipsis -bus urbes ... oppugnare. 44, 32, 8 equites ... misit ad tutandam maritimam oram, ut, quocumque -e adplicuisse naves hostium audissent, ... ferrent ... opem. COLVM. 8, 15, 3 (*v. p. 1537, 1*). MELA 1, 15 ora eius *Europae* forma -um ... contrariis -bus Asiae ... similis est. 3, 89 *v. l. 52. al.* γ orae -s (*formam sollemnem* '-is ora' *v. p. 1536, 52*): LIV. 38, 18, 12 *p. 1536, 83.*

b ripa (*v. etiam p. 1540, 7. 32. 51. 66. 69*): α *alternant, sc. utraque vox ad oram maritimam spectat* (ripa *significat oram deruptam* MELA 3, 89 PANEG. 8, 6, 4, *fortasse etiam* PLIN. nat. 18, 359; *crepidinem deruptam, quae -s terminat,* COLVM. 1, 5, 5; *marginem angustiarum flumini similium* MELA 3, 31. 3, 46): HOR. carm. 2, 18, 21 maris ... urges submovere -a parum locuples continente ripa. COLVM. 1, 5, 5 *villa* semper mare recte conspicit ..., numquam ex ripa, sed haut paulum submota a -e. MELA 2, 4 subit tum ripam mare et ... refugientia usque subsequens -a ... paene insulam reddit. 3, 31 qua -a adtingit *mare,* ripis contentum insularum non longe distantibus et ubique paene tantundem it angustum et par freto. 3, 46 *Gades* angusto spatio et veluti flumine a continenti abscissa, qua terris propior est, paene rectam ripam agit, qua oceanum spectat, ... medium -s abducit. 3, 89 oras *Africae orientalis* ad eurum sequentibus nihil memorabile occurrit; vasta omnia vastis praecisa montibus ripae potius sunt quam -a. PLIN. nat. 18, 359 -a ripaeque si resonabunt tranquillo *mari eqs.* APVL. met. 10, 35, 4 electo secreto -e ... corpus ... refoveo (*de eodem 11, 16, 5* ripam maris proximamus atque ad ipsum illum locum quo ... meus stabulaverat asinus pervenimus). PANEG. 8, 6, 4 tot ... -a solveret ripasque defringeret *oceanus.* β *distincte ponitur* ripa *fluminis iuxta* -s *maris* (*cf.* SERV. auct. Aen. 7, 798 quom ripae proprie fluminum sint, -a maris [*affertur* OV. met. 1, 42]. DIFF. ed. Beck p. 67, 15 -a dicuntur in mari ..., ripae in fluminibus): OV. met. 1, 42 *flumina* in mare perveniunt ... campoque recepta liberioris aquae pro ripis -a pulsant. 11, 55 (*11, 53* ripae). MANIL. 5, 397 VITR. 2, 9, 14 CVRT. 9, 9, 26 MELA 1, 10. 1, 14. 1, 15. 1, 53. 3, 16. 3, 25 PLIN. nat. 4, 27 QVINT. decl. 341 p. 347, 5 SVET. Nero 27, 3 FLOR. epit. 4, 12, 39 PANEG. 10, 2, 6.

c acta: *v. vol. I 435, 20sqq., ubi addas* AVIEN. orb. terr. 142 -is a.

B *in imag., proverbiis:* **1** *vario usu:* CIC. Att. 1, 18, 1 *deest mihi homo, quocum loquar;* Metellus (*vix sanum*) non homo, sed ₍ₗ₎-s atque aer et solitudo me⟨r⟩a₍ₗ₎ (= TRAG. inc. 152; *fortasse proverbium. item homo metaphorice* -s *dicitur p. 1539, 20*). OV. am. 2, 19, 45 ille potest vacuo furari -e harenas, uxorem stulti siquis amare potest. epist. 5, 116 quid harenae semina mandas? non profecturis -a bubus aras (*spectat ad incepta irrita ut:* trist. 5, 4, 48. Pont. 4, 2, 16 sterili vomere. *cf.* epist. 16 [17], 139 proscindere -s aratro. IVV. 7, 49 -s sterili versamus aratro). trist. 5, 6, 43 his *tot malis meis* qui contentus non est, in -s harenas, in segetem spicas, in mare fundet aquas (*spectat ad incepta supervacua*). HIER. epist. 14, 6, 2 hic (*in mundo*) barbarum -s, hic diabolus pirata ... portat vincla capiendis. in Ezech. lib. 12 praef. flanti spiritui sancto vela suspendam ignorans, ad quae sim -a perventurus. PETR. CHRYS. serm. 20 p. 255^{A} mugiebant -a Christiana (*antea:* ubi Christus ecclesiae suae navim mare saeculi transfretaturus ascendit, gentium flabra ... sic ruerunt, ut totius mundi fieret una tempestas). 41 p. 316^{C} qui intrat carnis pelagus ..., praeterit -a passionum *eqs.* 168 p. 639^{B}

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ratem nostrae mentis carnis a -e solventes in pelagus evangelici sermonis intramus. **2** *prope -s, non in alto, navigando significatur modestia, humilitas*: **a** *in scribendo*: VERG. georg. 2, 44 primi lege -is oram. MART. 12, 44, 8 nec deerant zephyri, si te dare vela iuvaret; sed tu -s amas. QVINT. inst. 12 praef. 2 nec adhuc a -e procul videbamur. 12, 10, 37 non ... alto semper feremur, nam et -a interim sequenda sunt. NEMES. cyn. 60 non magna ratis *poetae* vicinis sueta moveri -bus. RVFIN. Orig. in Rom. praef. Rufin. oram tranquilli -is stringere. **b** *in vivendo*: HOR. carm. 2, 10, 4 rectius vives ... neque altum semper urgendo neque ... nimium premendo -s iniquum. SEN. Ag. 105 modicis rebus longius aevum est; felix ... quisquis ... aura stringit -a tuta *eqs.* Herc. O. 694 stringat tenuis -a puppis *mea*. ANTH. 407, 8 te -bus cymba propinqua vehat. Ps. CATO dist. 4, 33 -s carpere remis tutius est multo quam velum tendere in altum. **3** *-e tangendo, sc. post pericula maris, significatur salus*: PROP. 2, 14, 29 ad te ... veniat mea -e navis servata (*locus varie temptatus. Meleagr. Anth. Pal. 12, 167, 3sq. μ' ἐς ὅρμον δέξαι confert Enk ad l.*). OV. rem. 635 ut tandem -a tangas. trist. 1, 5, 36 date naufragio -a tuta meo (Pont. 1, 2, 62 naufragiis -a posse dari. 2, 9, 9 excipe naufragium ... -e nostrum. ANTH. 405, 4 Crispe ..., naufragio -s tutaque terra meo). COMM. apol. 792 quo tempore nos ... spero iam in -e portus *fore* (*sc. in paradiso*). HIER. epist. 2, 4 sancti spiritus aura me ... ad portum optati -is prosequatur (*sc. conventus anachoretarum*). BACHIAR. repar. laps. 22 p. 1061^{A} velut naufragus ... ad scientiam te divini canonis tene, quae te adducat ad -s. ARATOR ad Vigil. 13 (*9* ecclesiam subeo ... naufragus) -is ... sinus ad carbasa nostra paravit Christus. **4** *usu christiano significatur finis saeculi, inde vita aeterna* (CASSIOD., ARATOR): **a** *sec. parabolam* Matth. 13, 48, *in qua rete, postquam piscibus impletum est, ad -s educitur, ut pisces boni a malis separentur*: AVG. collat. Carthag. 3, 222 Migne 11, 1402^{B} non ... debemus ... in mare ante tempus -is prosilire (EPIST. episc. [a. 411] Aug. epist. 129, 5 usque ad t. messis, ventilationis et -is). adv. Don. 4, 6 p. 103, 25 *pisces* in extremo -e separandi, hoc est in fine maris, quod significat finem saeculi (*item explicatur* 8, 11 p. 108, 25 in euang. Ioh. 122, 7. 9 EVCHER. form. 3 p. 21, 16). 10, 14 p. 111, 23 illi *pisces* non possunt ante -is exitum separari. un. bapt. 17, 31 p. 33, 6 donec ad iudicium -is perducantur *retia*. PETR. CHRYS. serm. 47 p. 332^{B} ad iudicii -s capturae nostrae retia iam propinquant. CASSIOD. anim. 12 p. 1307^{B} *piscatorum dei retia* ad -s aeternae securitatis adducunt. **b** *sec. Ioh. 21, 6sqq.*: ARATOR act. 1, 990 Christus ... spoliat vada salsa draconis, ut cunctos ad -s agant sacra retia fontis.

C *per metonymiam respiciuntur homines, qui in -e sunt*: VERG. Aen. 3, 44 fuge crudelis terras, fuge -s avarum (*accedit epitheton ad homines pertinens ut*: STAT. Theb. 6, 12 amica ad -a ... venit). VAL. MAX. 5, 6 ext. 4 cunctis -bus terribilis classis. PLIN. nat. 6, 182 Syriae imperitasse eam *Aethiopiam* nostroque -i (*sim.* SIL. 2, 63 *regi* -a Syrtis parebant). VAL. FL. 3, 416 placitis sileant age -a coeptis. SIL. 14, 232 -a Thermarum ... armavere suos (*cf.* STAT. silv. 5, 3, 170 quos ... Baiana ... mittunt -a).

D *determinationes -um*: **1** *per terram adiacentem cum eius incolis et urbibus* (*fluviis in mare influentibus l. 68. 70 sqq.* [*aliter sub II A1*]): ACC. trag. 526 Lemnia. CIC. Verr. II 5, 91 Helori. Sest. 140 Dyrrachino. CATVLL. 64, 52 Diae. 64, 74 -bus Piraei (*cf.* PROP. 3, 21, 23 Piraei ... -a portus. OV. met. 6, 446 Piraea). 64, 172 Gnosia. 65, 7 Rhoeteo (VERG. Aen. 6, 505 CVLEX 313 SEN. Tro. 108 MELA 1, 96. *al.*). CAES. civ. 3, 25, 3 Apolloniatium. *ibid.* Labeatium. BELL. Alex. 8, 2 -is Aegypti (*probab. adi., item*: 13, 5 SEN. nat. 4, 2, 23 LVCAN. 9, 1005 PLIN. nat. 6, 142. *cf.* LVCAN. 8, 464 Aegypti ... -a). SALL. hist. frg. 4, 28 Tauromenitana. VERG. Aen. 1, 3 Lavinia (PROP. 2, 34, 64). 3, 10 patriae (*cf.* VAL. FL. 3, 700 -e ... patrio [STAT. silv. 3, 5, 6]). 3, 186 Hesperiae (*cf.* 6, 6 Hesperium [OV. met. 2, 142 LVCAN. 3, 47 SIL. 16, 592]). 3, 209 Strophadum. 4, 257 Libyae. 4, 657 nostra (*sc. Didonis vel Carthaginiensium. sim. pron. poss. pro incolis* 6, 460. 7, 1. 12, 262 OV. epist. 2, 4. 2, 135. *et saepe*). 7, 10 Circaeae ... terrae (*cf.* OV. met. 14, 247 CIRCES. 14, 248 Circaeo. fast. 4, 70 quod adhuc Circes nomina -s habet). 8, 555 Tyrrheni ... regis. 10, 36 Erycino. CVLEX 308 Sigea (OV. epist. 15[16], 21 met. 12, 72. 13, 4 fast. 4, 279. *al.*). CIRIS 103 Thesei. HOR. carm. 1, 28, 3 Matinum. 3, 17, 8 Maricae *deae*. OV. fast. 5, 656 Inachium. LIV. 32, 32, 9 prope Nicaeam -s. 32, 36, 3 -s ad Thronium. 44, 28, 12 continenti (continentis *em. edd.*) -i. MANIL. 4, 50 Niliaco (LVCAN. 9, 135. *cf.* 8, 641 in Nili pervenit -a. *aliter p. 1540, 18*). MELA 1, 85 -s Leuca. STAT. silv. 5, 2, 113 Tiberino. *al.* **2** *per mare adiacens*: CATVLL. 4, 7 Adriatici ... -s (*cf.* VITR. 2, 9, 14 maris Hadriani [FLOR. epit. 2, 5, 1]. SIL. 1, 54 Hadriaci ... ponti. *per adi.*: OV. hal. 125 Hadriaco. PLIN. nat. 37, 32 Hadriatico). LVCR. 5, 35 Atlanteum (*trad.* atianeum. *cf.* MELA 3, 107 Atlantici -is. SIL. 13, 200 Atlantiaco). VERG. Aen. 8, 686 -e rubro (TIB. 3, 8, 19 SEN. Thy. 371 PLIN. nat. 6, 154. 6, 189. 14, 52 r. -s Indicumve. *al.*; *cf.* LYGD. 3, 17 erythraeo [VAL. MAX. 6, 1 ext. 1]. MANIL. 4, 806 rubri ... ponti. SEN. Oed. 120 pelagi rubentis. benef. 7, 2, 5 rubri maris [nat. 3 praef. 10 TAC. ann. 14, 25, 2. *al.*]. CYPR. GALL. deut. 27 rubrantia). CVLEX 356 Aegaea (*cf.* MART. 6, 34, 3 maris Aegaei). HOR. carm. 2, 18, 21 maris (SEN. Tro. 837 PLIN. nat. 22, 19. *al.*; *cf.* VITR. 1, 4, 11 marinum [2, 4, 2 EVSTATH. Basil. hex. 8, 5, 14]. EVSTATH. Basil. hex. 4, 6, 5 maritimis). 2, 20, 14 Bosphori. TIB. 1, 7, 10 oceani

(VAL. MAX. 3, 2, 23. 9, 1, 2 MELA 2, 97 LVCAN. 4, 21. *al.*; *cf.* STAT. Ach. 1, 137 -a summa o. [*de finibus orbis terrarum ut*: FIRM. math. 1, 7, 33 extremum. IVST. 12, 13, 1 ultimis]. *cf.* MELA 3, 25 oceanico). *al.*

II *quarumlibet aquarum i. q. ripa* (*cf.* SERV. Aen. 3, 390 -s dicitur, quicquid iuxta aquam est, unde nunc ripam fluminis -s vocavit. 8, 43 licet possimus etiam de fluvio -s dicere, ponit tamen discretionem, ut hic 'sub ilicibus', paulo post [8, 83] 'viridi *eqs.*' *alternat cum* ripa *l. 12. 18. 28*): **A** *in terris* (*tam de ipsis -bus quam de regionibus adiacentibus*): **1** *fluminum* (*de parte uda l. 22*): **a** *proprie*: *α in univ.*: CIC. inv. 2, 97 hostias constituit ... in -e *Eurotae*. VERG. Aen. 7, 798 Numici -s arant (SERV.: -s fluminis. *sim. gens designatur*: STAT. Theb. 4, 117 quid ripas, Lyrcie, tuas, tua -a ... vomere suspendunt, ... Inache). 8, 83 viridi ... in -e *Tiberis* conspicitur sus (*cf. 8, 43* litoreis ... sub ilicibus). HOR. carm. 1, 2, 14 vidimus ... Tiberim retortis -e Etrusco ... undis ire (*sc. dextra ripa. aliter* PORPH.: -s ... Etruscum Tyrrheni ... maris ... -s accipe, in quo⟨d⟩ Tiberis exit). PROP. 1, 2, 18 Eueni patriis filia -bus. OV. fast. 1, 519 Dardaniae tangent haec -a *Tiberis* pinus (*1, 505* ripam). LVCAN. 9, 413 Nili ([*nisi spectat ad p. 1539, 70 ut fortasse etiam* 10, 412]. PLIN. nat. 8, 90. 8, 96. 35, 142. 37, 114). PETRON. 119 vers. 37 iam Phasidos unda orbata est avibus mutoque in -e ... solae ... adspirant frondibus aurae. PLIN. nat. 9, 176 reciprocis amnibus siccato -e. SIL. 4, 582 per inextricabile -s *Trebiae*. STAT. Theb. 6, 833 Acheloia ... -a. silv. 1, 3, 24 *Anienis* -s utrumque. 2, 5, 28 -e Rheni (VOPISC. Prob. 12, 3). CARM. Serv. gramm. IV 423, 9 implevit -a Xanthus. IVL. VAL. 3, 36 eorum *fluminum* -s et margines ... arboribus convirescunt. EPIST. Alex. l. 427 H. erant harundines ... per -a. 433 inhabitabant -s ulterius Indi (GREG. TVR. glor. conf. 30. Mart. 4, 16 [*postea*: ad ripam]. Franc. 3, 7 p. 105, 1. *cf.* glor. conf. 30 alio ... in -e). AVSON. Mos. 295 blanda salutiferas permiscent -a voces ... et paene manus. ROMVL. fab. 35, 3 rec. vet. ad -s fluminis (*rec. gall.* ad oram fl.). GREG. TVR. Franc. 10, 19 amnes -a excedentes. *β de ripae parte inferiore ac plana* (*opp.* ripa *sc. pars superior ac derupta*): AVSON. Mos. 46 tu neque limigenis ripam praetexeris ulvis nec ... perfundis -a caeno (*sim.* 53 hic solidae sternunt umentia -a harenae. *cf. 20* pendentibus edita ripis. *26* gramineas ... ripas). HEGES. 4, 15, 2 p. 264, 11 *fuere qui* edito riparum toro in fluvium *Iordanen* sese excuterent ..., alii harenoso ingressi -e merso vestigio deprimerentur.

b *in imag.*: PROP. 2, 4, 20 *melius est puerum amare quam puellam*; tranquillo tuta descendis flumine cumba; quid tibi tam parvi (*i. angusti*) -is unda nocet? (*locum varie explicatum dubitanter huc rettulimus; alii* -is *non ad* flumine *referunt, sed portum modicum orae maritimae dici putant coll. p. 1537, 4; alii coni.* limitis, *cf. p. 1536, 5*).

c *per metonymiam respiciuntur: harena -is*: MANIL. 5, 527 fulvas (*i. auriferas*) numerabit harenas perfundetque novo stillantia -a ponto. CARM. Ter. Maur. 1161 sanguine turbatus miscebat -a Xanthus (*fortasse sec. Hom. Φ 235sqq. πάντα δ' ὅρινε ῥέεθρα κυκώμενος, ὤσε δὲ νεκρούς ... τοὺς ἔκβαλλε ... χέρσονδε*). *? homines, qui in -e sunt*: PLIN. nat. 19, 22 stupuerunt ... -a *Indi* flatu versicoloria *insignia navium* pellente.

2 *lacuum*: **a** *naturalium* (*cf.* IAVOL. *supra p. 1536, 18. alternat cum* ripa PLIN. epist. *l. 61*): CATVLL. 35, 4 Novi relinquens Comi moenia Lariumque -s (PLIN. epist. 9, 7, 2. 4 CLAVD. 26, 319). VERG. Aen. 7, 764 Egeriae lucis umentia circum -a (*lacus Nemorensis*). OV. met. 7, 231 iuncosa ... -a Boebes. fast. 6, 765 sint tibi ... Trasimena ... -a testes (SIL. 5, 17 -e. 5, 41 -s. *cf.* 6, 707 Trasimenni -a *ut* 15, 815). MELA 1, 113 *lacus Maeotis* incurvo circumdatus -e. PLIN. nat. 10, 9 ave ad perfugia -um tendente, maxime si condensa harundo sit. *ibid.* nanti sub aquam a -e. 16, 5 -a ipsa optinent quercus. PLIN. epist. 8, 20, 5 cunctis *insulis innantibus* margo derasus, quia frequenter vel -i vel sibi inlisae terunt terunturque. 8, 20, 8 pecora ... sic in insulas illas ut in extremam ripam procedere ... nec prius intellegere mobile solum, quam -i abrepta *eqs.* **b** *arte factorum* (*cf. comparationem p. 1537, 2*): VARRO rust. 3, 17, 4 quos *pisces* sacrificant⟨i t⟩ibi ... venisse ... ad extremum -s atque aram.

B *apud inferos*: **1** *de regione inter vestibulum et Acherontа sita* (*opp.* ripa): VERG. Aen. 6, 329 (*319sq.* ripas hae linquunt) centum errant annos volitantque haec -a circum, tum demum admissi stagna exoptata revisunt. **2** *de ipsis ripis sive de Orco in univ.* (*alternat cum* ripa STAT. silv. 2, 1, 188): PROP. 1, 19, 12 traicit et fati -a magnus amor. 4, 11, 6 te licet ... fuscae deus audiat aulae, ... tuas lacrimas -a surda bibent. EPICED. Drusi 445 emissus ... -e Averni. SEN. Herc. O. 1550 vadis ad Lethen Stygiumque -s. 1917 iam -s habes, ad quod populos natura vocat? STAT. Theb. 4, 604 Cocyti ... -e maesto. silv. 2, 1, 188 *Charon* interius steriles ripas et adusta subibit -a. 2, 6, 80 -a duri saeva ... senis durumque Acheronta. MART. CAP. 2, 116 Lethaea ... -a.

appendix structurarum adverbialium:

1 *cum praepos.*: PLAVT. Rud. 149 quid illuc est ... hominum secundum -s? (157 BELL. Afr. 1, 1. 7, 2 QVINT. decl. 388 p. 436, 24 GRAN. LIC. p. 35, 6). 175 in -e est (450 PACVV. trag. 218 ACC. trag. 574. *et saepissime. ? attributive* STAT. silv. 2, 5, 28 inter tot Scythicas Libycasque, in -e Rheni et Pharia de gente feras [in -e R. *pro 'Rhenanas' accipiendum?* e -e *Cartault; coniec. alii alia*]). CIC. progn. frg. 6 per -a (CAES. civ. 2, 26, 4 VERG. Aen. 1, 576. 3, 239. 5, 676 CVLEX 356 OV. met.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2, 572. 3, 607. 12, 113 Liv. 22, 19, 12. *al.; attributive* Val. Fl. 4, 750 aequoreo ... per -a monstro). Varro Men. 400 apud ... -a. Catvll. 65, 7 *mortuum* subter -e tellus ... obterit (Avson. 398, 39 p. 228 P. *ostrea* Byzantia s. -a ... generata). Lvcr. 4, 220 -a circum (Verg. Aen. 1, 668. 3, 75. 4, 254. 6, 329. 7, 764 Stat. Theb. 6, 833 Ach. 2, 78. *cf.* Vitr. 2, 9, 14 circa ... -a [Sen. epist. 79, 1 Plin. nat. 2, 218. 4, 41. 6, 155 Ps. Apvl. Ascl. 37 Itala *l. 9*]). 5, 35 propter ... -s (6, 926 Cvlex 308). Bell. Hisp. 40, 6 scaphas, quae ad -s fuerant (Verg. Aen. 3, 556. 3, 643. 10, 223 Itala gen. 22, 17 [cod. 111; lib. iubil. 18, 13 circa -a, Vvlg. in -e]. *al.; attributive* Plin. nat. 6, 126 Seleucia Syriae ad nostrum -s). Verg. Aen. 5, 125 est procul in pelago saxum ... contra -a (Plin. nat. 3, 81. 3, 151. 9, 10 Tac. ann. 3, 1, 1). Hor. carm. 1, 28, 3 prope -s (Ov. met. 13, 909. 14, 76 Prisc. periheg. 888. *cf.* Liv. 44, 12, 6 proxime -s [Vitr. 5, 12, 3]). Liv. 24, 11, 5 quae *naves* pro Calabriae -bus in statione essent (Tac. ann. 14, 30, 1 stabat pro -e ... acies). 44, 9, 2 classis adpulsa ab -e stabat. Plin. nat. 8, 57 iuxta -s (Val. Fl. 1, 606 Frontin. strat. 1, 4, 1 Tac. ann. 14, 6, 1 Vvlg. deut. 1, 7 Prisc. periheg. 843). Plin. epist. 9, 7, 4 super -s (Vvlg. exod. 14, 31). Itala Matth. 13, 2 (cod. d) supra -s (Vvlg. in -e). 13, 48 (cod. l *al.* = Vvlg.) secus -s. Ivvenc. 2, 43 steterat sub -e puppis (Clavd. 19, 52 tibi sub Cypri -e parta quies).

2 abl.: **a** *apud poetas*: *α abl. loci*: Acc. trag. 569 curvo -e ... unda ... sonit. Catvll. 66, 58 Canopitis incola -bus (*nisi pro dat. accipiendum. attributive ut*: Stat. Ach. 1, 411 gentes -e Abydeno). Lvcr. 6, 471 -e vestes suspensae. Verg. Aen. 1, 184 tris -e cervos prospicit errantis. *et saepissime, tam cum quam sine attributis.* *β abl. viae: cum attributis*: Verg. Aen. 6, 900 tum se ad Caietae recto fert -e (limite *recc.*) portum. Lvcan. 6, 400 fretum scindens Pagasaeo -e pinus. Avien. orb. terr. 389 *gentes innumerae* sparsae -e longo. 1381 oceani ... Bacchus -e ... ducit ... triumphos. *sine attributis*: Ov. fast. 3, 469 spatiata ... -e. 3, 603 -e ... carpit iter. Val. Fl. 3, 602 longas -e voces spargere. **b** *in prosa*: *α abl. loci: cum attributis*: Caes. Gall. 4, 23, 6 Bell. Alex. 13, 5 Liv. 44, 32, 8 Val. Max. 8, 8, 1 Colvm. 8, 16, 7. 9. 8, 17, 12 Mela 1, 37 Plin. nat. 3, 7. 3, 8. 3, 151. 4, 102 (*attributive*). 6, 33. 6, 110. 9, 26 (*var. l.* in ... -e). 9, 63. 9, 127. 36, 194. 37, 177 Tac. Agr. 10, 3 ann. 4, 58, 3 Flor. epit. 4, 2, 31 Inscr. Rev. Arch. VI 34, 1949 p. 196 n. 80 (*in catacumbis*). Heges. 4, 15 p. 264, 11. *sine attributis*: Cvrt. 9, 9, 26 Plin. nat. 3, 62. 4, 83. 5, 27. 6, 111 Tac. ann. 4, 74, 4. *β abl. viae: cum attributis*: Liv. 2, 34, 3 dimissis *navibus* ... dextris ab Ostia -bus. Tac. ann. 1, 63, 3 pars equitum -e oceani petere Rhenum iussa. 15, 42, 2 fossam ... depressuros promiserant squalenti -e aut per montes adversos. *sine attributis*: Liv. 44, 2, 12 -e ... Philam percurrebat. Itin. Anton. Aug. p. 9, 1.

3 *acc.* -s, *non nisi apud* Ravenn. (*v. Svennung, Unters. Pallad. 333sqq., qui et alia similia congessit*): **a** *praepositionis vice fere i. q. iuxta* (*cf.* 3. latus *p. 1032, 26sqq.*): *α cum gen.*: p. 3, 35 -s ipsius oceani sunt montes (p. 53, 12). p. 3, 38 -s maris magni Mauretania ... ponitur (p. 3, 41. p. 41, 35. 53. *cf.* p. 48, 16 m. Pontici. p. 48, 18 m. Elli⟨s⟩pontici). p. 110, 3 -s Spaniae ... dicuntur insulae. *β cum acc.* (*dub.* p. 12, 35 -s totum arctoum oceanum ambulavit [*fortasse pro obi. interiore q. d.*]): p. 35, 60 -s mare magnum sunt civitates ([ad mare *ed.*]. p. 59, 19 iuxta ... Liburniam -s m. p. 65, 7 [mares *pro* maris *ed.*]. p. 65, 21 m. Gallico). p. 37, 5 -s oceanum atque in superioribus ... desertus esse ([-s iuxta *ed.*]. p. 53, 1 iuxta ... Sithiam -s o.). *γ cum abl.*: p. 101, 52 in patria (*i. terra*) ... Venetiae sunt ... insulae ...; sed et -s finibus Apuliae est insula *eqs.* **b** *constructione quodammodo turbata*: p. 10, 40 quomodo -s per latum oceanum arctoae regiones ponuntur.

deriv.: litoralis, litoranius, litorarius, litoreus, litorialis, litoriosus, litorosus. *Plepelits.*

***lituus,** -ī *m.* [*vox peregrina (Etrusca?). Sch.*] *de origine et notione*: Pavl. Fest. p. 116 -us appellatus, quod litis sit testis; est enim genus bucinae incurvae, quo qui cecinerit dicitur liticen (*affertur* Enn. ann. 530. *item derivatur a* lis: Clavd. Don. Aen. 7, 185 p. 29, 6 -um, id est regium baculum, in quo potestas esset dirimendarum litium). Gell. 5, 8, 8 posse quaeri ..., utrum -us auguralis a tuba, quae -us appellatur, an tuba a -o augurum -us dicta sit; utrumque enim pari forma et pariter incurvum est; sed si ... tuba a sonitu -us appellata est ex illo Homerico verbo (*Δ 125*) *λίγξε βιός,* necesse est ita accipi, ut virga auguralis a tubae similitudine -us vocetur (*cf.* Cic. div. 1, 30 *sub 2*). Lyd. mens. 4, 73 *ἱερατικὴν σάλπιγγα ... λίτουον Ῥωμαίοις ἔθος καλεῖν ἀπὸ τῆς λιτῆς.* Gloss. *καλαῦροψ, καμπύλη βακτηρία καὶ εἶδος σάλπιγγος.* tuba, incurvum baculum augurum. nunc tuba, alias -us est baculum curvum quo augures utuntur vel pastores. *al. v. infra. depravatum vel mutilatum videtur* Gloss.^{L} Corp. L 218 -i tormentum. *de genere et formis: fem.* -a (*sec.* tuba, bucina): Gloss. II 429, 41 *σάλπιγξ*: tuba, -a, bucinum. *cf.* Gloss.^{L} IV Plac. L 9 -o (*fortasse abl. ex* Verg., *sed* -a *var. l.*) virga incurva pastorali (pastoralis *var. l.*), generis feminini. *? neutr.* -um (*cf. gr. infra*): Gloss.^{L} I Ansil. LI 573 -um: baculum incurvum, quo augures utuntur (*affertur* Verg. Aen. 7, 187). *nom. sing.* -o: Gloss. III 499, 24sq. IV 450, 21 (*nisi affertur abl. ex* Verg., *cf. l. 77*). *gen. plur.* -um: Lvcan. 1, 237 Val. Fl. 6, 166. 504 Sil. 13, 146. -orum: Flor. epit. 4, 2, 67 Symm. or. 3, 7 Gloss. IV 109, 22. 534, 20. Not. Tir. 107, 34 -us (let- *in aliquot codd., dubitasse videntur ipsi scribae*). *legitur inde ab*

Ennio, Cic., *maxime in poesi grandioris stili. transit in gr. λίτυον, sed Cassium Dionem (frg. 5, 2) formam λιτούους usurpasse testatur Tzetzes Alleg. Il. 1, 28. ad rem cf. Abert et Latte, RE XIII 804sqq. et Bömer ad* Ov. fast. 6, 375.

1 *instrumentum musicum. hunc usum priorem esse contendunt* Cic. div. 1, 30 (*v. sub 2*) *et* Gell. *supra. hic illic comprehenditur sonus -i velut l. 20. 24. 35; describitur sonus per*: acutus Enn. ann. 530 Stat. Theb. 6, 228 Schol. Hor. carm. 1, 1, 23; strepit Hor. carm. 2, 1, 18 Sen. Thy. 574; stridulus Sen. Oed. 733; stridor Sen. Thy. 574 Lvcan. 1, 237; acer Val. Fl. 6, 108 (*cf.* Stat. silv. 5, 3, 193 tubas acres -osque); fragor Val. Fl. 6, 504; tinnitus Sil. 13, 146; raucus Prvd. psych. 318 Avian. fab. 39, 7; ferox vagitus Clavd. 8, 153; *sim. al. persaepe ponitur iuxta* tuba, *cf. pleonasmum l. 47; distinguitur*: Char. gramm. p. 28, 17 B. (43, 7. 110, 5) liticen ... ex -o, quod est genus tubae minoris. Schol. Hor. carm. 1, 1, 23 -i acutus sonus est, tubae gravis. inter -um et tubam in antiquis scriptis hoc distare inveni: -us equitum est et incurvus, tuba vero peditum est et directa. Gloss. *σάλπιγξ τυρρηνική.* tuba longa.

a *proprie*: *α in bello*: Enn. ann. 530 inde loci -us sonitus effudit acutos. Verg. georg. 3, 183 primus equi labor est ... -os ... pati (*cf.* Sil. 13, 146 -um tinnitu stare neganti ... equo. 14, 25 cornipedem ... -is generasse ferendis. Stat. Theb. 11, 325 ad -os hilarem intrepidumque tubarum ... equum). Aen. 6, 167 *Misenus* et -o pugnas insignis obibat et hasta. Hor. carm. 1, 1, 23 -o tubae permixtus sonitus. 2, 1, 18 iam ... murmure cornuum perstringis aures, iam -i strepunt. Ov. fast. 3, 216 iam -us pugnae signa daturus erat. Manil. 4, 156 arma procul -osque volunt (Val. Fl. 5, 654 Stat. Theb. 3, 664. 5, 649 *v. infra.* Amm. 26, 10, 10). Sen. Oed. 733 sonuit reflexo classicum cornu -usque adunco stridulos cantus elisit aere. Thy. 574 *pace restituta* tacet stridor -i strepentis. dial. 5, 9, 2 quis ... ignorat -os et tubas concitamenta esse? Lvcan. 1, 237 stridor -um clangorque tubarum. 7, 476 tunc ... aer elisus -is conceptaque classica cornu, tunc ausae dare signa tubae. Val. Fl. 1, 268 *Chironem* -os et bella loquentem (Sil. 2, 351 b. et -os. *cf.* Sil. 14, 10 qua -i, qua ducunt b.). 6, 108 turba canum ... acres exsilit ad -os (*sc. ad clangorem -orum ut*: Stat. Theb. 5, 649 *Lycurgus bellum timens* angitur ad -os periturusque invidet armis. 11, 325. *cf.* Clavd. 23, 13 post -os [26, 130]). *al.* Sil. 4, 97 vincentum -os hinnitus saevit equorum. 7, 270 invidiam gladios inter -osque timere. *al.* Stat. Theb. 7, 623 retro vexilla tubaeque post tergum et -i bellum invenere secuti. 9, 724 dulces -os ululataque proelia gaudes. 11, 50 egregius -o dextri Mavortis Enyeus hortator. 11, 529 *fratres pugnantes* murmura ceu -os rapiunt aut signa tubarum. silv. 5, 3, 167 (*de monumento Miseni*) -o remoque notatus collis (*Verg. Aen. 6, 232* remumque tubamque). Ach. 1, 724 -o bonus ... Agyrtes. 2, 39. Ivv. 14, 200 solvunt tibi cornua ventrem cum -is audita. Amm. 20, 5, 2 quasi -is verbis ... simplicibus incendebat *milites.* Prvd. ham. 480 domitam Iericon -is atque aere canoro (*Vulg. Ios. 6, 4* bucinis. *6, 5 et 6, 20* tubae. *de eadem re* Ps. Orig. tract. 12, 9 B. -i tuba [*ad pleonasmum cf. praef. p. XLVI*]). Clavd. 3, 347 (*loq. Mars de Stilichone bellaturo*) communes semper -i, communia nobis signa canunt. 13, 3 *in nuptiis* cessent -i saevumque procul Martem felix taeda releget. 15, 80 -is navalibus arsit *mare.* Novell. Valent. 36 pr. inter bellicas curas et obstrepentes -os. *al. per prosopopoeiam*: Avian. fab. 39, 7 -us rauco deflectens murmure culpam *proeliorum commissorum* ... ' ...' inquit. *β in funere*: Stat. Theb. 6, 228 (*loco fortasse spurio*) multa gemunt ... raucis concentibus agri, et -is aures ... pulsantur acutis. *γ in ultimo iudicio* (*cf. e. g. Vulg. I Cor. 15, 52* in novissima tuba): Inscr. christ. Hisp. 385, 7 dumque supremus -i crepor concusserit orbem.

b *tropice* (*cf. comparationes l. 41. 45*): Cic. Att. 2, 12, 2 de cogitatione Publii *Clodii,* de -is *βοώπιδος* (*sc. Clodiae*), de signifero Athenione. 11, 12, 1 Quintum fratrem -um meae profectionis fuisse *scripsit Balbus verba Caesaris referens* (*postea*: mei ... itineris comitem non ducem *fuisse Q.; cf. fam. 6, 12, 3 de Ampio Balbo*: quem illi appellant 'tubam belli civilis'). Symm. epist. 1, 3, 2 (*ad patrem*) calles epicam disciplinam, non minus pedestrem -um (litium, licium *var. ll.*) doctus inflare (*cf.* Clavd. Mam. anim. 2, 3 p. 105, 3 *adversarius* Graeciae classicum multisonā Pythagoreorum tubā et -um Platonis exaudiat. Ennod. opusc. 6, 14 p. 407, 1 *vos* rhetoricis -is evocat Mavors eloquentiae. carm. 1, 6 praef. 4 maximis ... eloquii -is). Amm. 14, 7, 21 -is cladum concrepantibus internarum (28, 1, 14. 29, 1, 14). 19, 12, 1 ad vicem bellorum civilium inflabant -i quaedam colorata laesae crimina maiestatis.

2 *augurum insigne* (Hyg. Gell. 5, 8, 2 [frg. 5 F.] cum -us sit virga brevis in parte, qua robustior est, incurva, qua augures utuntur. Serv. Aen. 7, 187 -us est incurvum augurum baculum, quo utebantur ad designanda caeli spatia; nam manu non licebat. Gloss. V 368, 35 baculum augurale in prima parte curvum, id est crycc [*anglosax.*]): Cic. nat. deor. 2, 9 an Atti Navi -us ille, quo ad investigandum suem regiones vineae terminavit, contemnendus est? (3, 14 div. 1, 31). div. 1, 30 -us iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, unde vobis est traditus? nempe eo Romulus regiones direxit tum, cum urbem condidit; qui quidem Romuli -us, ⌊id est incurvum et leviter a summo inflexum bacillum, quod ab eius -i quo canitur similitudine nomen invenit⌋ (*del. Lambinus aliique*), cum situs esset in curia Saliorum ... eaque deflagravisset, inventus est integer (*de eodem* 2, 80 Val. Max. 1, 8, 11). Verg.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aen. 7, 187 ipse *Picus* Quirinali -o parvaque sedebat succinctus trabea (-o *ut* trabea *a* succinctus *pendere inepte contendit* Hyg. *l. c., poetam defendit* Gell. 5, 8, 3sqq.; *cf.* Ov. fast. 6, 375 -o pulcher trabeaque Quirinus). Liv. 1, 18, 7 augur . . . dextra manu baculum sine nodo aduncum tenens, quem -um appellarunt; inde . . . regiones . . . determinavit . . .; (8) tum -o in laevam manum translato . . . precatus ita est *eqs.* 10, 7, 10 cum capide ac -o. *in comparatione*: Apvl. apol. 22, 7 Diogeni et Antistheni pera et baculum *idem erat insigne*, quod regibus diadema, . . . quod pontificibus galerum, quod -us auguribus.

deriv.: lituo. *compos.*: liticen. *B.*

līvēdo, -inis *f.* (*sed traditur non nisi* livi- *vel* libi-). *a* livere. *i. q. livor*: Firm. math. 1, 10, 14 tu, Saturne, qui . . . -em sideris tui pigro cursu et tardis agitationibus provehis. Prob. app. gramm. IV 201, 4 inter libidinem et -em hoc interest, quod libidinem cupiditatem animi significat, at vero -em livorem corporis esse demonstrat (*sim.* Isid. diff. 1, 331). Oribas. syn. 5, 44, 4 La p. 78 (*syntaxi turbata*) multi . . . frigidioribus natura existentibus -em, et consuetudo est . . . talis vocare molibdocrudo, id est plumbeo colore (*gr. πελιδνή πώς ἐστι καὶ μολυβδόχρους sc. ἡ χρόα, Ab* livido colore sunt). *Salvadore.*

līvēns, līventer *v.* liveo.

līveo, -ēre. [*collato* albere *ab* albus *sim. suspicari licet subesse adiectivum colorem indicans, qucd testari videtur inter alia slavon. vet.* sliva *'prunum'. Sch.*] *scribitur in codd.* lib- *saepe.* Not. Tir. 70, 25. -o *non nisi* Gloss., -es Mart. 11, 94, 1, -bit Mart. 10, 12, 10, *imperf. non exstat. acc. plur. part. praes.* -entis Lvcan. 2, 37 Sil. 8, 381 Stat. Theb. 1, 617. 2, 514. 4, 522 (-es *var. l.*). *legitur inde a* Verg., Prop., Ov. [*variat cum* labens Ov. met. 13, 817 Avien. Arat. 1578 orb. terr. 743. *e coni. dub. pro* fluens Sen. contr. exc. 6, 6, 1 *v. vol. VI 1, 972, 24; pro* lucentibus *v. p. 1548, 58. de* Pavl. Fest. p. 28 *v. vol. I 1687, 17.*]

i. q. lividum esse: **1** *proprie, sc. de colore* (*in serie colorum fere variandi gratia* Sil. 7, 685 nigra . . ., furvi . . ., concolor . . ., -entia . . ., ater . . ., nigrantem. *ceterum iuxtaponuntur vel distinguuntur* virere Ov. met. 2, 776, niger Ov. met. 13, 817 [Stat. Theb. 4, 522 silv. 1, 3, 103. *cf.* Pavl. Petric. Mart. 4, 192 -entes . . . nigrescunt . . . fauces], pallere Cels. 5, 26, 31^{D} [5, 28, 2^{A}], ater Lvcan. 2, 37 [Sil. 8, 381. 9, 577 *sc. coll. 570.* Stat. silv. 4, 8, 17 Avien. Arat. 1593], subfuscus Tac. Agr. 12, 6, luridus Firm. math. praef. 4, piceus Avien. Arat. 1578, furvus Prvd. ham. 824): **a** *part. praes.* livens, -entis, *plus minusve pro adi. i. q. lividus* (*cf.* Gloss. II 400, 54 *πελιδνόν*: libidum, -s): *α respicitur color naturalis, innatus*: Verg. Aen. 7, 687 glandes -is plumbi (Mart. Cap. 1, 16. *item de metallis*: Avien. orb. terr. 743 *Hispania*, genetrix . . . metalli, -is [lab- *var. l.*] stagni venas vomit. Sidon. epist. 1, 2, 6 argenti). Prop. 4, 2, 13 prima mihi *Vertumno* variat -bus uva racemis (*cf. p. 1546, 33*). Ov. met. 4, 715 -ia terga *draconis* (Sil. 7, 685 equorum. *cf.* Sil. 9, 577 -i dorso *elephantis*). 13, 817 pruna . . . non solum nigro -ia suco, verum etiam . . . novas . . . imitantia ceras. hal. 112 corporis umbrae -is. Sil. 2, 707 deformata . . . -i membra veneno (*cf.* 6, 282 *serpens* exalavit . . . -em nebulam fugientis ab ore veneni). 8, 381 qua Saturae nebulosa palus restagnat et atro -is coeno per squalida turbidus arva cogit aquas Ufens (*cf.* Firm. math. 1 praef. 4 qui *lacus Palicus* semper crassitudine lurida sordidus -bus spumis obatrescit. Prvd. ham. 356 dum -es liquor incorruptus harenas praelambit, putrefacta inter contagia sordet). 10, 136 vadis -is Averni (Clavd. rapt. Pros. 1, 22 *Stygis. item de rebus inferis*: Stat. Theb. 4, 522 nigra patescunt flumina, -is Acheron eiectat harenas [Tiberian. carm. 2, 27. *cf. l. 53*]. Prvd. ham. 824 -ia tartara). Tac. Agr. 12, 6 gignit . . . Oceanus *Britannicus* margarita, sed subfusca ac -ia (*Plin. nat. 9, 116* decolores). Avien. Arat. 1578 ne -i piceus color abdat amictu *solem* (lab- *var. l. ab edd. suscepta, sed damnata ab Holdero in corrigendis p. 295*). 1593 -ia nubila. orb. terr. 1311 genti Indorum taeter color; . . . -es imitantur crine hyacinthos. Mart. Cap. 1, 14 *v. p. 1546, 58.*

β respicitur color laesione, morbo, veneficio sim. fere corruptus (*opp.* color *naturalis p. 1544, 3*): Ⓘ *partium corporis* (*hominis ipsius l. 75*): Ov. am. 2, 2, 47 conpedibus -ia crura gerentem (*inde*: Clavd. 20, 343 compede suras cruraque signati *viri* nigro -ia ferro. *cf. p. 1544, 7 nec non* Epiced. Drusi 273 -ia colla catenis). met. 6, 279 ad caelum -ia bracchia tollens *Niobe* (*sc. planctu et luctu ut*: 8, 536 pectora [Sil. 2, 668 planctu]. Lvcan. 2, 37 *mulier* scissa genas, planctu -is atra lacertos. Stat. Theb. 3, 135 ora. silv. 5, 5, 12 genas. *cf. p. 1544, 14*). Lvcan. 5, 215 stat numquam facies *vatis*, rubor igneus inficit ora -esque genas nec qui solet esse timenti, terribilis sed pallor inest. Plin. nat. 20. 44 pusulas -es. Stat. Theb. 1, 617 iuvat . . . visere iuxta -is in morte oculos *monstri* (*item de colore mortuorum vel morientium*: Potam. tract. 1 Journ. Theol. Stud. 19, 1918 p. 300, 40 gena. p. 300, 56 Lazaro, cui -i . . . membra tabuerant. Amm. 30, 6, 6 -bus . . . maculis interfusus *Valentinianus moriens.* Clavd. rapt. Pros. 3, 346 -bus . . . Coei spoliis). 2, 514 -is . . . manus *Sphingis* (Schol. peremptorum scilicet cruore perfusas). Evagr. sent. virg. p. 1188^{A} oculis (*v. p. 1544, 71*). Hier. epist. 22, 30, 6 -es habuisse me scapulas, plagas sensisse (*cf. l. 68 sqq. nec non* Cypr. Gall. exod. 849 livida -i sedantur corpore membra [*respicitur exod. 21, 25, v. p. 1548, 12*]. Pavl. Petric. Mart. 4, 192 -es [liventer *var. l.*] fracto nigrescunt gutture fauces). *neutr. plur.* -ia *pro subst., i. q. livores, maculae lividae*: Plin. nat. 13, 125 *ferulam herbam* auxiliari . . . alopeciis suggilatisque ac -bus (20, 55 suggilata aut -ia ad colorem reducit. 30, 28 [*Marcell. med. 19, 59* livores]). 22, 61 cortex seminis -bus colorem reddit (*vix masc., cf.* 31, 65 -ia reducit . . . ad c. [colores *trad.*]. *adde l. 1*). 27, 128 insignita . . . et alia -ia (*vix adi.*). 29, 44. Ⓘⓘ *mellis*: Val. Fl. 1, 63 (62) -ia mella veneno.

Ⓑ *verborum*: Ov. fast. 1, 326 pars putat hoc festum (*i. Agonalia*) priscis 'Agnalia' dictum, una sit ut proprio littera dempta -o. MAR. VICTORIN. gramm. VI 192, 19 acutus cum apud Graecos tria -a teneat, ultimam et paenultimam et ei proximam syllabam, apud nos tantum duobus -is poni potest (DON. gramm. IV 371, 3 sqq. DOSITH. gramm. VII 377, 11 DIOM. gramm. I 431, 10 sqq. SERG. gramm. IV 482, 21 sqq. *al.*). DIOM. gramm. I 452, 23 *detractiones syllabarum* inveniuntur -is tribus, in prima parte dictionis, in media, in novissima (*item abl. nudo*: SERV. gramm. IV 442, 33 his ... -is pronuntiandae sunt *'con-' et 'in-'* ut longae. CASSIOD. gramm. VII 151, 10 [*ex Cornuto*] quae consonantes verborum ... primo -o sunt. 154, 4 [*ex Cornuto*] verba primo -o r litteram habentia. 203, 14 [*ex Caesellio*] quaecumque verba primo -o ab s littera incipient. *adde l. 27*). VLT. SYLL. gramm. IV 242, 27 syllaba in tertio ab ultima -o producitur (*item cum abl.*: Ps. PHOC. gramm. V 439, 10 in capite suo vel in medio -o *φ* litteram habentia. 439, 21 si hoc in medio nominis -o fuerit). *al.*

Ⓒ *versuum*: BASS. gramm. VI 257, 21 cum ... iambicus *versus* admittat quinto -o spondeum (*syn.* pes. *item abl. nudo*: 257, 22 habuerit. TER. MAVR. *infra*. SACERD. gramm. VI 502, 20 sexto -o, id est novissimo *hexametri*. PORPH. Hor. ars 257/8 potest ... vel primo -o vel tertio aut quinto interseri spondius *eqs.* FORTVN. gramm. VI 286, 24 incipientibus -is. 288, 6 initialibus -is. *al.*). TER. MAVR. 2202 *iambis* spondeon ... admiscuerunt, impari tamen -o (*v. vol. VII 1, 518, 33 sqq.*). SACERD. gramm. VI 523, 13 in secundo -o debente poni iambo (524, 18 in -is paribus. 524, 21 in -is ... imparibus. FORTVN. gramm. VI 285, 21 omnibus in -is. DIOM. gramm. I 495, 9 in primo -o. *al.*). 524, 18 in -is ... paribus pedes iambici ... ponuntur (FORTVN. gramm. VI 286, 25 in desinentibus *-is* ..., id est in depositionibus, quae -a paria appellant. 287, 20 SERV. gramm. IV 457, 7 *al.*). MALL. THEOD. gramm. VI 591, 19 ut eadem -a obtineant hi pedes. PRISC. gramm. III 461, 11 diversorum pedum sunt eadem -a capacia. 461, 12 singula -a fixos habent pedes. *al.*

Ⓓ *graduum sonorum*: MART. CAP. 9, 940 productio ... est — hoc est epitasis — vocis commotio a -o graviore in acutum -um, anesis vero contra (*Aristid. Quint. 1, 5 resp. τόπος*). BOETH. mus. 4, 13 p. 335, 15 in totum immobiles sunt proslambanomenos, hypate hypaton *eqs.* ..., quoniam in omnibus tribus generibus eaedem sunt, nec -a nec nomina permutantes sive pentachorda sive tetrachorda contineant. p. 336, 4 nec eosdem -os ac numeros servant lichanos hypaton diatonos et lichanos hypaton chromatice.

β translatione pleniore significatur potius res dicendo, scribendo tractanda (tractata), propositum sim. (*exempla selecta. sublucet hic illic usus sub b illustratus; cf. etiam quae p. 1592, 83 monuimus*): RHET. Her. 1, 6, 10 (*sim.* CIC. inv. 1, 25) dubitatione utemur, quid potissimum dicamus aut quo⟨i⟩ -o primum respondeamus (CIC. Cluent. 135 Cael. 24. de orat. 2, 294 difficili argumento aut -o. *al.*). 2, 31, 50 fere -os obscurissimos totius artificii tractavimus in hoc libro (CIC. Verr. II 5, 72. de orat. 2, 191 quos agas tractesque dicendo. 2, 341. orat. 72 longe et late patentem. parad. 1. 118 fin. 1, 6. *al.*). 4, 7, 10 in dicendo leviter unus quisque -us ... tangitur, ne ars appareat (CIC. leg. 2, 9. off. 3, 8 breviter. *cf.* CIC. off. 2, 74 attingendus [SEN. epist. 79, 5]). CIC. inv. 1, 50 magna cum cura ... -us hic considerandus est (2, 72 de quo agimus). 1, 57 -us hic nobis in dicendo minime neglegendus videtur (Tusc. 1, 108 *iuxta* contemnendus. *cf.* de orat. 2, 341 segregabam. off. 1, 152 praetermissus [1, 156. 161. 3, 9 negant eum -um a Panaetio praetermissum, sed consulto relictum nec omnino scribendum fuisse. *al.*]. GELL. 1, 3, 12 transgressus. FIRM. math. 2 praef. 4 transire). S. Rosc. 78 ne tam diu quidem dominus erit in suos, dum *eqs.*? veniam ... ad hunc -um (*cf.* Verr. II 5, 59 ut ad classem, quo ex -o sum digressus, revertar. ac. 2, 29 ad istum -um pressius ... accedere. ad Q. fr. 2, 3, 6 incidi ... in eum -um in dicendo, cum Sestius ... subsidio Bestiae servatus esset). Flacc. 82 ornabat facile -um quem prenderat (*cf.* fin. 1, 9 -um comit multa venustate). de orat. 1, 54 totus hic -us (*i. affectuum doctrina*) philosophorum proprius videtur (div. 2, 3 magnus -us philosophiaeque p.; *item cum partic. vel adi. qualitatem indicantibus*: orat. 73 magnus. 162 late patens [part. 75]. parad. 1 -os graves [QVINT. inst. 8, 5, 35]. ac. 2, 92 soritas, lubricum sane et periculosum -um [off. 1, 65. PLIN. epist. 1, 8, 6 *iuxta* anceps]. div. 2, 70 difficilis [GELL. 1, 3, 12. *v. p. 1593, 67*]. off. 3, 8 necessarium). 1, 69 -us de vita et moribus (orat. 162 de natura usuque verborum. leg. 3, 13 de magistratibus. 3, 30 de educatione et de disciplina. fin. 1, 65 Cato 27 off. 3, 5 SEN. epist. 89, 10. 11. *al.*). orat. 174 totum hunc -um accuratius ... explicemus (leg. 3, 13 Tusc. 1, 57 nat. deor. 2, 63 hic -us a Zenone tractatus post a Cleanthe ... explicatus est. ARNOB. nat. 3, 6. *al.*). leg. 3, 14 Aristoteles inlustravit omnem hunc civilem in disputando -um. nat. deor. 1, 97 ut eundem -um diutius urgeam. 3, 22 istum ... -um ... Zenonis ... conclusio dilatavit. div. 1, 117 stabit illud, quod hunc -um continet, de quo agimus, esse deos *eqs.* (*cf.* 2, 3 tres libri ... de natura deorum, in quibus omnis eius -i quaestio continetur). 2, 2 perpurgatus est is -us ... quinque libris. Lael. 46 -um breviter ... perstrinxi (QVINT. inst. 11, 1, 4. CYPR. epist. 73, 6 -um profani ... baptismi). *sim. al.* *indicatur argumentum per acc. c. inf.* (*cf. infra l. 78*): SEN. epist. 24, 19 te illum -um aliquando tractasse non repente nos in mortem incidere, sed minutatim procedere.

b *t. t. rhet. sec. gr. τόπος de sedibus argumentorum vel de ipsis argumentis quibus instruitur oratio*: *α praemonenda: doctrinam fusius exposuerunt in primis* RHET. Her. 2, 30, 48 sqq. CIC. inv. 1, 34 sqq. de orat. 2, 162 sqq. top. *passim* (*adde commentarium* BOETH.). QVINT. inst. 5, 10, 20 sqq. FORTVN. rhet. 2, 23 sq. IVL. VICT. rhet. 6. *ceterum enumerare partitiones et genera singula -orum supersedimus (v. post alios Lausberg, Handbuch d. lit. Rhetorik 201 sqq., 224 sqq. et Martin, Antike Rhetorik 107 sqq.). originem artis testantur*: CIC. de orat. 2, 152 Aristoteles ... posuit quosdam -os, ex quibus omnis argumentatio ... inveniretur (*sim. l. 37. 42. al.*). Brut. 46 itaque ait Aristoteles (*frg. 137 Rose*) ... scriptas ... fuisse et paratas a Protagora rerum illustrium disputationes, qui nunc communes appellantur -i; quod idem fecisse Gorgiam, cum singularum rerum laudes vituperationesque conscripsisset (*cf.* QVINT. inst. 3, 1, 12 primi communis -os tractasse dicuntur Protagoras, Gorgias). *nominis rationem reddiderunt et rem definiverunt*: CIC. orat. 46 *Aristoteles* -os — sic enim appellat — quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. part. 5 quos vocas -os? :: in quibus latent argumenta. top. 7 ut ... earum rerum, quae absconditae sunt, demonstrato ... -o facilis inventio est, sic, cum pervestigare argumentum aliquod volumus, -os nosse debemus; sic enim appellatae ab Aristotele sunt eae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur; itaque licet definire -um esse argumenti sedem. QVINT. inst. 5, 10, 20 -os appello non, ut vulgo nunc intelleguntur, in luxuriem et adulterium et similia, sed sedes argumentorum.

β exempla usum illustrantia (*dedimus antiquiora; recentiora exhibet Halm in indice editionis rhet. min.*): Ⓐ *-i tractantur, adhibentur sim.* (*sc. praevalente respectu argumenti*): RHET. Her. 1, 3, 4 confirmatio est nostrorum argumentorum expositio ...; confutatio est contrariorum -orum dissolutio (*cf.* 3, 4, 8 confirmatione et confutatione uteremur, nostris -is ... confirmandis, contrariis confutandis [CIC. inv. 2, 49 aliquo -o ... certioribus ... argumentis confirmato. 2, 127]. CIC. inv. 2, 83 infirmari. Ps. QVINT. decl. 1, 14 difficilis expugnandus est -us). 2, 17, 26 his -is *sc. communibus* omnibus ex contrario utetur is, qui contra dicet (CIC. inv. 2, 28 quemadmodum ... accusator, cum aliis culpam demovebit, defensoris -is utetur, sic iis -is, qui accusatori dati sunt, utetur reus, cum *eqs.* 2, 90. de orat. 1, 141. 2, 312. 349 -is et laudandi et vituperandi. top. 91. *al.*). 2, 18, 27 fecit, ut neque diutius quam satis sit in eisdem -is commoraremur (CIC. inv. 2, 138. *cf.* RHET. Her. 4, 42, 54 in eodem -o manemus [4, 45, 58 in -o firmissimo]). 3, 10, 18 dispositio -orum tamquam instructio militum ([*antea agitur de firmis et non firmis argumentis*]. *cf.* CIC. de orat. 2, 307 ordinem conlocationemque rerum ac -orum [part. 9 ordo]). CIC. inv. 1, 67 per quam *propositionem* -us is breviter exponitur, ex quo vis ... oportet emanet ratiocinationis (2, 16 -os quorum pars ... in omnem coniecturalem incidit controversiam. 2, 112 ad praemii quaestionem appositos -os. top. 25. 26. 79 expositis ... argumentandi -is. 92. *al.*; *cf.* inv. 2, 16 in horum -orum expositione [*postea*: argumentorum copia]). 2, 26 *ante explicati* -i ... in incommodi quoque vitatione tractabuntur (2, 49 proprius causae -us [*opp.* -i communes]. 2, 83 -os, qui ... erunt tractati ..., infirmati. de orat. 2, 125 anceps, ... inauditus, ... lubricus, ... novus. part. 58. SEN. suas. 4, 4 contra somnia et deorum providentiam. QVINT. inst. 5, 7, 2. *al.*). 2, 34 -us inducetur ille, per quem hortandi iudices erunt, ut veterem famam hominis nihil ad rem putent pertinere (2, 49 inducendis -is communibus. 2, 138 per quem aequitas causae demonstretur. *al.*; *cf.* SEN. contr. 1, 7, 17 philosophumenon -um introduxit, quomodo animi ... calamitatibus everterentur). *al.* *indicatur argumentum per acc. c. inf.* (*cf. supra l. 19*): SEN. contr. 9, 6, 19 Montanus, cum diceret illum -um: quamvis sceleratos parentes velle tamen innocentes liberos suos esse. Ⓑ ex -is (*sc. praevalente respectu sedis argumentorum*): RHET. Her. 2, 17, 25 ignoscendi ratio quaeritur ex his -is: si plura ... officia quam maleficia videbuntur constare *eqs.* (CIC. inv. 2, 100 ex iis -is ... iuris et aequitatis naturam. part. 8 scrutabimur et quaeremus. *cf.* part. 82 ex illis ... inveniendi -is causae rerum ...

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

requirentur). CIC. inv. 1, 22 benivolentia quattuor ex -is comparatur: ab nostra, ab adversariorum, ab iudicum persona, a causa. 1, 44 argumentatio, quae ex iis -is, quos commemoravimus, sumetur (2, 47 coniectura. 2, 70 argumentationes. 2, 177 laudes ... et vituperationes. de orat. 3, 119 argumenta [part. 8 top. 92]. *sim. al.; cf.* de orat. 2, 131 argumenta promuntur. fin. 4, 10 e quibus -is quasi thesauris argumenta depromerentur). 1, 78 (*antea*: fonte inventionis) quibus ex -is aliqua res confirmari potest, isdem potest ex -is infirmari (1, 81. *non nisi* infirmabit: 2, 83. *cf.* 1, 82 firmatur). 1, 100 posse omnibus ex -is iis, quos in confirmandi praeceptione posuimus, tractari indignationem (2, 74 hoc causae genus ex suis -is. 2, 76 ex -is deliberationis. 2, 154). de orat. 2, 121 *dicam*, quibus ex -is ad eas ... res, quae ad fidem faciendam ... valent, ducatur oratio (2, 146 inventa. 2, 248 graves sententias. 2, 321 contraria. *al.*). 2, 127 quibus ex -is ea, quae dicenda sunt in causis, reperiantur. 2, 146 scrutari -os, ex quibus argumenta eruamus. 2, 215 omnium rerum in contrarias partes facultatem ex isdem suppeditari -is. *al.* Ⓜ *varia*: RHET. Her. 2, 6, 9 *adprobatio* habet -os proprios atque communes; proprii sunt ii, quibus nisi accusator nemo potest uti, et ii, quibus nisi defensor; communes sunt, qui alia in causa ab reo, alia ab accusatore tractantur (*aliter distinguuntur*: CIC. inv. 2, 48 argumenta, quae transferri in multas causas possunt, -os c. nominamus. de orat. 3, 106. *al.; ceterum v. vol. III 1979, 50 sqq.*). 3, 3, 4 ita fiet, ut isdem -is et ad suadendum et ad dissuadendum simus comparati (*item abl. instr.* : CIC. inv. 2, 130 confirmabitur. de orat. 2, 145 *materiem* -is discriptam, instructam ornatamque. 2, 291 argumenta causae et eos -os, quibus animi iudicum conciliantur, ... cognovi. part. 138 defendimus. top. 25 significatio ... datur. 97 ut attenti sint qui audiant, efficiendumst propriis -is. *al.*). CIC. inv. 2, 11 certos confirmandi et reprehendendi ... -os (*item cum gen. gerund.*: 2, 155 argumentandi [top. 79]. de orat. 2, 349 et laudandi et vituperandi. part. 82 inveniendi [109. 127]. *al.*). 2, 46 cum animus ... omnes totius negotii partes considerabit, tum illi ... -i procedent (*cf.* 2, 171 cum -us necessitudinis videbitur incurrere [top. 79]. de orat. 2, 130 habere certos -os, qui ... ad causam explicandam statim occurrant [top. 41]. *sim. al.*). Verr. II 5, 2 novi -um, video ubi se iactaturus sit Hortensius, belli pericula, tempora rei publicae ... commemorabit. de orat. 2, 118 dicere ... de singulis temporibus, hominibus, causis; quos ... -os ... paratos atque expeditos habere debetis (TAC. dial. 31, 5 aptos et in omnem disputationem p. ... -os. *cf.* CIC. de orat. 3, 119 alii -i magis erunt apti [top. 79. 87]. top. 87 ad quasque quaestiones accommodati). 2, 166 plures sunt argumentorum sedes ac -i (orat. 44 a. et rationum. part. 139 top. 66 QVINT. inst. 3, 6, 24. 5, 8, 4. 5, 10, 20. *al.*). Brut. 124 de amore, de tormentis, de rumore -i sane inanes *sunt in oratione Curionis* (SEN. contr. 1, 8, 16 de fortunae varietate. 7, 5, 13 de indulgentia liberorum in patres. QVINT. inst. 2, 4, 27 de testibus ... et de argumentis [5, 13, 57]. *al.*). part. 109 illos -os tamquam thesauros aliquos argumentorum notatos habet. top. 50 -us hic magis ad coniecturales causas ... valet (98 ad persuadendum). *al.*

c *t. t. artis memoriae de -is mente conceptis, qui adhibentur ad iuvandam memoriam*: RHET. Her. 3, 16, 29 constat ... artificiosa memoria -is et imaginibus; -os appellamus eos qui ... aut natura aut manu sunt absoluti ut eos facile naturali memoria ..., amplecti queamus: ut aedes, intercolumnium, angulum, fornicem et alia ...; imagines sunt ... simulacra eius rei quam meminisse volumus; ... si volemus habere imagines eorum, -is certis conlocare oportebit (3, 17, 30 multis -is multas imagines. 3, 18, 31 notas quinto quoque -o. *accedit* in: 3, 17, 30 possunt quae audierunt in -is c. 3, 18, 31 in quinto -o ... in decumo. 3, 19, 31 CIC. de orat. 2, 354 MART. CAP. 5, 538. *cf.* RHET. Her. 3, 20, 34 crimina ex ordine in -is ponemus [QVINT. inst. 11, 2, 23]). 3, 16, 30 cuiusmodi -os invenire et quo pacto reperire ... oporteat (QVINT. inst. 11, 2, 22. *cf.* RHET. Her. 3, 18, 31 quos sumpserimus [QVINT. inst. 11, 2, 21 finguntur vel sumuntur]). 3, 17, 30 -i cerae aut cartae simillimi sunt, imagines litteris *eqs.* (*item cum cera comparatur*: 3, 18, 31 CIC. de orat. 2, 354. 360 part. 26 MART. CAP. 5, 538). *ibid.* oportet ..., si volumus multa meminisse, multos nos nobis -os comparare (3, 18, 31 ex ordine. 3, 19, 31 in celebri regione. *ibid. iterum.* 3, 19, 32). *ibid.* ex ordine hos -os habere (3, 19, 31 mediocres. 3, 19, 32 nec nimis inlustres nec vehementer obscuros. 3, 24, 40 quam plurimos). *al.* CIC. de orat. 1, 157 istam -orum simulacrorumque rationem quae in arte traditur. *al.*

B *pertinet ad spatium tamquam condicionem existendi, agendi generalem* (*cf. IA2. vergit in notionem occasionis, opportunitatis, facultatis sim. [necessitatis p. 1596, 62], cf.* SYNON. Cic. p. 426, 14 facultas.... occasio. tempus. -us. opportunitas): 1 -us (aliquid -i *sim.*) est: a *actionibus occupationibusque animantium et variis rebus, quae dato -o valent, ratae sunt, exercentur*: α *supplentur e contextu*: PLAVT. Persa 805 elude, ut soles, quando liber locust hic. Truc. 877 factum cupio, nam nefacere (refacere *trad.*) si velim, non est -us. CORIPP. Ioh. 7, 415 rapiamus ab hoste, dum -us est.

β *indicantur per*: Ⓘ *dat.*: Ⓐ *generatim* (*exempla selecta*): TER. Andr. 206 nihil -ist segnitiae neque socordiae. CIC. Cluent. 202 in contionibus esse invidiae -um, in iudiciis veritati (Sull. 74 in hac vita ... sceleri. Brut. 291 in arte ... subtilitati. div. 2, 80 nihil debet esse in philosophia commenticiis fabellis -i. *al.* LIV. 3, 50, 9 libidini ... in domo sua. 10, 13, 12 in collega sit meae apud vos gratiae -us. *et saepe*). Catil. 2, 6 non est iam lenitati -us, severitatem res ipsa flagitat. 4, 21 erit ... inter horum laudes aliquid -i nostrae gloriae (Mil. 2 i. tantam vim armorum ... orationi. de orat. 2, 150 inter ingenium quidem et diligentiam perpaulum -i reliquum est arti. LIV. 5, 16, 3 inter haec ... iniuriae. *al.*). p. red. ad Quir. 20 arti ... in pace atque otio (de orat. 2, 150 fam. 4, 3, 4. IVV. 3, 22 in urbe. ARNOB. nat. 3, 22 apud superos). Mil. 101 exilium ibi esse ..., ubi virtuti non sit -us (fin. 2, 85 neque virtutibus neque amicitiis usquam. LIV. 3, 26, 7. SEN. epist. 78, 21 etiam in lectulo). nat. deor. 3, 76 errori (APVL. Plat. 1, 10 LACT. inst. 3, 7, 3). SALL. Catil. 51, 20 (*oratio Caesaris*) ultra *mortem* neque curae neque gaudio -um esse. 52, 35 peccato (LACT. inst. 5, 19, 32). VERG. georg. 4, 226 morti. HOR. ars 19 sed nunc non erat his *descriptionibus* -us. LIV. 9, 2, 15 quando nec consilio nec auxilio -us esset (PHAEDR. 3 epil. 16). SEN. benef. 5, 12, 3 apud malum *hominem* nulli honestae rei ... -us est (TERT. adv. Marc. 2, 24 p. 369, 6 paenitentiae ... a. eum *deum*. ARNOB. nat. 3, 22 a. superos artibus. *cf. l. 23. 41. 83*). *et saepe. accedit gerund.* (*cf. p. 1597, 22. 62. 76 vix huc l. 38*): GELL. 12, 5, 11 nihil ... potest cogi vir sapiens, cum est rationi obtinendae -us; cum vero natura cogit *eqs.* Ⓑ *speciatim in sermone iuris* (*cf. 4b nec non p. 1597, 1. 1598, 42; acced.* in *c. abl. e. g.* POMPON. dig. 16, 1, 32, 3 CLEM. dig. 28, 5, 73 GAIVS dig. 6, 1, 76, 1, adversus *e. g.* VLP. dig. 9, 2, 27, 1. 29, 4, 4 pr. PAVL. dig. 4, 5, 7, 2): IAVOL. dig. 41, 3, 23 pr. possessione superficiei tempori de mobilibus statuto, (*interpol.?*) -um esse. EDICT. imp. Hadr. dig. 22, 5, 3, 3 testimoniis uti volebat, quibus apud me -us non est. IVLIAN. dig. 9, 4, 39, 2 doli mali exceptioni (Afric. dig. 16, 1, 19 pr. SCAEV. dig. 44, 4, 17 pr. 45, 1, 122, 1. 46, 3, 93 pr. *al.*). 28, 6, 28 legi Corneliae (AFRIC. dig. 35, 2, 88 pr. si l. Falcidiae in testamento suo -us non esset [*ibid. ter.*]. CLEM. dig. 28, 5, 73 in ea hereditate. 35, 1, 64 pr. *e Iuliano. al.*). 37, 10, 7, 1 Carboniano edicto (PAPIN. dig. 37, 10, 11 VLP. dig. 4, 2, 9 pr. 21, 1, 1, 5 in pupillaribus ... venditionibus. *et saepe*). POMPON. dig. 16, 1, 32, 3 an in huius persona -us huic senatus consulto sit, qui rogatu ... id fecerit? (AFRIC. dig. 16, 1, 17, 2. 16, 1, 19, 2. *al.* GAIVS inst. 2, 218. *et passim*). 40, 4, 61 pr. Mucianae cautioni (PAPIN. dig. 35, 1, 71, 2 Cod. Iust. 6, 37, 9 *a. 223. al.*). *et passim.*

Ⓜ *gen.*: Ⓐ *gerund.* (*v. etiam sub 2 et ceteris capitibus*): TER. Andr. 354 ait ... alia multa, quae nunc non est narrandi -us (DON. *ad l.* tempus et spatium eius. GLOSS. V 536, 50 opportunus tempus). ACC. trag. 418 causandi. 432 dicendi (CIC. prov. 2 -us d. ac potestas. Brut. 256 liber. LIV. 45, 36, 1. *al.*). CIC. Quinct. 8 medicinae faciendae (*vix dat.*). Verr. II 1, 10 peccandi. 5, 10 furandi (*postea*: occasio). 5, 174 monendi (SIL. 13, 187 CLAVD. MAM. anim. 2, 9 p. 137, 9). Lig. 31 sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te -us sit etiam pro altero deprecandi? div. 2, 25 iocandi (Att. 5, 5, 1 SEN. epist. 48, 8). *al.* HOR. sat. 1, 9, 26 interpellandi. LIV. 30, 1, 5 suadendi ac dissuadendi. *et saepius.* Ⓑ *subst.* (*formas ambiguas ad dat. relegavimus. ceterum cf. infra p. 1597, 27. 67. 1598, 71. 78*): MANIL. 1, 887 nec -us artis erat medicae nec vota valebant. VAL. MAX. 9, 8 ext. 1 defensionis -um innoxio gubernatori non fuisse. SEN. dial. 7, 24, 3 ubicumque homo est, ibi benefici -us est. epist. 99, 12 vita nec bonum nec malum est; boni ac mali -us est. ASCON. Corn. p. 56, 16 quot -a intercessionis sunt. PLIN. nat. 6, 11 tum praecipuus votorum -us est, cum spei nullus est (STAT. silv. 1, 4, 116 curae votique). VAL. FL. 5, 492 meriti. TAC. hist. 1, 38, 2 cunctationis ... in eo consilio, quod *eqs.* TERT. castit. 6 l. 6 si etiam nunc -us est vocis illius (*affertur gen. 1, 28*). CYPR. mortal. 2 anxietatis et sollicitudinis. *al.*

Ⓝ *praep.* (*cf. p. 1597, 31. 74. 1598, 39*): CIC. dom. 140 in tanto scelere ... ne audaciae quidem -um ad timorem comprimendum fuisse (rep. 2, 19 ut ... doctis hominibus ... ad fingendum vix quicquam esset -i. Att. 7, 1, 4 ad tergiversandum. fam. 1, 9, 14 improbo civi ... ad rem publicam violandam). Ov. met. 14, 489 dum peiora timentur, est -us in vulnus (*Merkel*; in vultu, in voto *sim. trad.*).

Ⓞ ut (*cf. p. 1597, 24. ceterum v. etiam p. 1597, 53. 1598, 5. 30. 37 sublucet color secundarius fere i. q. necesse est, oportet, maxime* DON., AVG. civ.): ARNOB. nat. 1, 27 nondum -us est, ut explicemus. DON. Ter. Eun. 858 -us erat, ut diceret 'servam ...', sed admirabiliter 'conservam' dixit. HIL. trin. 8, 20 nondum -i est, ut demonstrem. AVG. civ. 22, 17 p. 595, 3 D. cum -us esset, ut diceret: '...', non hoc dixit, sed dixit: '...' (*Matth. 22, 30*). grat. Christ. 30, 32 ut diligentius disseramus. *al.*

° b *ipsis animantibus* (*suppl. e contextu* PROP.; *dat. animantium iuxta determinationes rei agendae v. sub a. sublucet hic illic vis propria*): α *generatim*: CIC. Quinct. 94 si est homini honesto -us in civitate invito Naevio ([*item* in civitate: fam. 12, 23, 3 BRVT. ? Cic. ad Brut. 1, 16, 5 = 9, 24, 5 Sj.]. leg. agr. 2, 77 vobis ... in hoc numero. Planc. 82 in mea familiaritate. Phil. 2, 87 tibi in legibus et iudiciis. orat. 4 in poetis non Homero soli -us est. Att. 8, 3, 6 nobis in hac [*sc. Caesaris*] parte. *al.* LIV. 1, 34, 6 in novo populo ... forti ... viro. QVINT. decl. 332 p. 310, 9 nulli alii in hoc pectore. *al.*). de orat. 2, 314 vitiosis (*sc. et oratoribus et orationis partibus*) nusquam esse oportet -um. Brut. 233 ut esset insano inter disertos -us (Ov. Pont. 3, 1, 55 si -us est tanta inter nomina parvis). Att. 12, 38, 4 nihil est ... emptori -i. fam. 2, 16, 6 si quando erit civitas, erit profecto nobis -us. PVBLIL. I 32 ita crede amico, ne sit inimico -us. PROP. 2, 22, 38 altera *puella* me ... teneat ..., altera si quando non sinit esse -um. LIV. 1, 53, 8 si apud eos supplicibus -us non sit. LVCAN. 7, 377 si quis post pignora tanta Pompeio -us est. *al.*

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β speciatim in sermone iuris (*cf. p. 1598, 42sq.*): CIC. Rab. Post. 36 cum in his iudiciis ne -us quidem novo testi soleat esse. PLIN. epist. 2, 16, 3 a me ... ut confirmati *testamento* observabuntur *codicilli*, praesertim cum delatori -us non sit. SCAEV. dig. 28, 6, 48 pr. quaeritur, an substituto -us sit an non; et verius est substituto -um esse (*in adeunda hereditate ut*: VLP. dig. 28, 3, 5 postumo [*syn.* admittetur]. 29, 6, 1 pr. Hadrianus constituit ... denegatis ... ei *heredi* actionibus fisco -um fore [49, 14, 29, 1. *al.*]. 38, 17, 1, 11 Iulianus ... putat ... -um esse succedenti adgnato [reg. 26, 3]. *sim. al.*).

2 -um dare (*fere cum respectu praebendi, hic illic etiam cedendi ut e. g. l. 20. 44. 50.*): **a** *actionibus rebusque variis*: PLAVT. Capt. 212 ut sine hisce arbitris ... nobis detis -um loquendi (*cum gen. gerund. ut*: TER. Andr. 233 di, date facultatem ... huic pariendi atque illi in aliis potius peccandi -um [GLOSS. V 536, 47 occasio⟨nem⟩]. Haut. 218 cognoscendi et ignoscendi ... peccati. CIC. inv. 1, 23 dicendi. Scaur. 6 inridendi nobis ... et iocandi. de orat. 2, 312 degrediendi. *et saepius*). Pseud. 558 meis ... date -um fallaciis (*item cum dat. rerum*: CIC. Quinct. 53 paulum aliquid -i rationi et consilio. Verr. II 5, 132 fortunae [BRVT. Cic. fam. 11, 1, 3 QVINT. inst. 10, 6, 5]. Sest. 12 *nisi* Sestius ... fuisset, datus illo in bello esset hiemi -us. Balb. 16 dubitationi [-onis *var. l.*]. *al.* Ov. am. 2, 19, 44 -um ... materiamque dolis. LIV. 3, 50, 14 seditioni [-onis *var. l.; cf. p. 1598, 49*]. *et saepe. accedit gerund.*: TERT. adv. Marc. 1, 22 p. 318, 20 iniectionibus ... elidendis). CIC. Mil. 4 si ... -us ... delectis viris datus est, ut sua studia erga ... bonos cives ... sententiis declararent ([*postea*: potestatem omnem vos habetis, ut]. fin. 4, 62 ut ... paulum -i mihi, ut iis responderem, dares). Ov. trist. 4, 3, 81 dat tibi *uxori* nostra -um tituli fortuna (*item cum gen. rerum*: CANON. Turner II p. 248 rec. II neque satisfactionis -um eis datur [*rec. IV* s. tempus, *gr. Mansi 2, 1309D*]. *huc spectant variae lectiones l. 20. 22; formae ambiguae ut e. g.* VVLG. Iob 24, 23 paenitentiae *potius pro dat. intellegendae videntur*). LIV. 5, 11, 8 datum -um Veientibus ad incendenda opera. *al.* *pendet inf.* (*item p. 1598, 4. 35. 69. aliter p. 1590, 74*): PATRIC. conf. 49 *ne* in minimo incredulis -um darem infamare sive detractare. IVNIL. 1, 5 -um damus inimicis prout voluerint divinos libros interpretari. **b** *animantibus* (*dat. animantium iuxta determinationes rei agendae v. sub a; sublucet hic illic vis propria*): PLAVT. Pseud. 570 si id facere nequeat, det -um illi qui queat. Truc. 233 (235) ipse si nihil habeat, aliis *amatoribus* qui habent det -um. TER. Phorm. 522 melioribus (PORPH. Hor. epist. 2, 2, 213). CIC. Mil. 68 quodsi -us Miloni datus esset, probasset ... neminem ... cariorem fuisse. de orat. 1, 118 si multitudo litium ... dat -um vel vitiosissimis oratoribus. ad Q. fr. 2, 4, 3 (2, 5, 1) fabris. SEN. Herc. f. 354 temptemus ..., fors dedit nobis -um. epist. 100, 9 adfer, quem Fabiano possis praeponere; dic Ciceronem ...: cedam; ... nomina adhuc T. Livium ...: huic quoque dabo -um. TAC. ann. 16, 32, 2 testibus. ITALA Eph. 4, 27 (cod. d *al.*, *sim.* VVLG.) neque detis -um diabolo (*unde saepe apud ecclesiasticos inde a* TERT. orat. 23 p. 196, 28). *al.* **c** *non indicatur cui*: AVG. in euang. Ioh. 4, 9 quomodo dat -um *Iohannes praeparator viae domini*. MEROB. poet. 33 sic tranquilla togae recipit dum praemia ductor ..., ipsa ... bella dedere -um. PASS. Petr. Paul. brev. 2 Nero ad cubicularium suum dicit: date -um, videamus caput hominis *eqs.* (*fere pro interiectione exhortantis*).

3 -um relinquere: PLAVT. Cist. 150 multiloqua ... est anus: satin vix reliquit deo, quod loqueretur, -i? TER. Andr. 154 obiurgandi (*item cum gen. gerund.*: CIC. Verr. II 3, 206 te damnato ceteris angustior -us improbitatis defendendae relinquetur. or. frg. A IX 21 infitiandi. de orat. 2, 333 dicendi. *al.*). 601 nihil est preci -i relictum (Phorm. 547. CIC. fam. 1, 1, 2 nec admonitionibus. *item cum dat. rerum*: CIC. Quinct. 49 morti ... honestae. Verr. II 2, 191 defensioni [Cluent. 61]. *al.* CAES. Gall. 5, 35, 4 virtuti. 6, 42, 1 casui [casu *var. l.*]. civ. 1, 84, 5 misericordiae. RVT. LVP. 2, 3 beneficio [TAC. ann. 13, 27, 2]. *et saepe*). L. CRASS. or. frg. (45 M.) Cic. de orat. 2, 226 quibus *imaginibus* non modo imitandis, sed ne collocandis quidem tibi -um ullum reliquisti. CIC. Quinct. 73 huic ne ubi consisteret quidem contra te -um reliquisti. off. 2, 40 qui eorum cuipam, qui una latrocinantur, furatur aliquid ..., is sibi ne in latrocinio quidem relinquit -um. *al.*

4 -um habere: **a** *generatim*: TER. Andr. 320 neque ... consili -um habeo neque ad auxilium copiam (*item cum gen. subst., nisi pro dat. habere malueris formas ambiguas*: PVBLIL. H 21 maledicti. LIV. 29, 22, 7 *damnati* producti ad populum ... apud praeoccupatos ... animos nullum misericordiae -um habuerunt. SEN. contr. exc. 5, 1, 1 iniuriae. SEN. clem. 1, 22, 1 poenae. dial. 2, 5, 4 incrementi. *al.*). CIC. Mur. 70 aut promerendi aut ⟨re⟩ferendi beneficii -um (*cum gen. gerund. ut*: orat. 143 instituendi aut docendi. LIV. 39, 19, 2 mortis consciscendae. 41, 24, 18 adsentandi. *al.; cf.* CIC. ad Brut. 1, 15, 1 [9, 23, 1 Sj.] ad laudandum [PLIN. nat. 35, 177 ad expiandas ... domos]. PLIN. nat. 37, 51 gemmis ... adulterandis). de orat. 2, 64 quae *cohortationes sim.* ... -um suum in his artibus ... habent nullum (2, 219 in hoc *genere* ... quid habet ars -i, cum *eqs.*? 4. ad Brut. 1, 15, 1 [9, 23, 1 Sj.]. Ov. trist. 5, 6, 34 in nobis ... ira. Pont. 2, 7, 42 in nobis ... nova plaga. SEN. contr. 1, 8, 11 in ratione ... adfectus. *et saepe*). 2, 274 *genus quoddam ridiculi* habet non numquam aliquid etiam apud nos -i (off. 3, 117 a. eum quem habet -um fortitudo? QVINT. inst. 7, 4, 18 in senatu ... et a. populum ... deprecatio. IREN. 2, 13, 7 [2, 16, 3 H.]. *al.*). fin. 2, 77 inter ista tam magnifica verba ... non habet ullum voluptas -um (Ov. trist. 1, 6, 33 -um sanctas heroidas i. haberes, *uxor*. SEN. benef. 5, 8, 3 hoc verbum 'debere' non habet nisi i. duos -um; quomodo ergo in uno consistet?). PVBLIL. M 10 metus cum venit, rarum habet somnus -um. BELL. Afr. 8, 4 excusatio. *et saepe.* *accedit inf.*: RVSTIC. Conc.S I 4 p. 186, 34 quod ... -um habuerim tuae scribere sanctitati. *pendet enunt. secund.*: PASS. Paul. frg. 1 p. 107, 6 habuit malus -um, quemadmodum nos temptaret (*gr. τόπον, ὅπως. cf.* PASS. Paul. 3 p. 26, 4 invenit -um malignus, ut vos temptaret). **b** *speciatim in sermone iuris* (*accedunt* in *c. abl., e. g.* IAVOL. dig. 1, 7, 16 POMPON. dig. 30, 55. GAIVS inst. 4, 117 [*v. etiam l. 13*], adversus *e. g.* AFRIC. dig. 46, 8, 25, 1 GAIVS inst. 4, 175 COD. Iust. 6, 50, 2 *a. 197*): IAVOL. dig. 1, 7, 16 adoptio ... in his personis -um habet, in quibus etiam natura potest habere. TRAIAN. Plin. epist. 10, 97, 2 sine auctore ... propositi libelli ⟨in⟩ nullo crimine -um habere debent. CELS. dig. 22, 3, 17 heredis probatio est -um habere legem Falcidiam (IVLIAN. dig. 35, 2, 87 pr. *et* 1 GAIVS dig. 35, 2, 73, 2 MARCELL. dig. 35, 2, 57. *al.; cf.* POMPON. dig. 30, 55 leges in ... testamento. 40, 5, 34, 1 lex Aelia Sentia [AFRIC. dig. 40, 9, 8 pr. GAIVS inst. 1, 139]. GAIVS inst. 3, 70 lex Iunia -um. 3, 121a lex Furia. *et sim. saepe*). IVLIAN. dig. 36, 1, 28, 8 Trebellianum senatus consultum -um habet (AFRIC. dig. 16, 1, 19, 2 GAIVS inst. 3, 70 SCAEV. dig. 38, 5, 7. *al.*). 41, 1, 37, 2 quaestio. POMPON. dig. 8, 2, 25 pr. 8, 2, 29 damni infecti stipulationem (GAIVS inst. 4, 91 TRYPH. dig. 34, 5, 9, 3 VLP. dig. 7, 9, 5, 2. *al.*). AFRIC. dig. 8, 3, 22. 48, 10, 6 pr. ut senatus consulto -us non sit, sicuti nec interdictum ... -um habet (VLP. dig. 8, 5, 8, 5. 11, 8, 1, 8. 43, 5, 1, 8. *al.*). GAIVS inst. 4, 71 tunc ... exercitoria *actio* -um habet, cum *eqs.* (PAPIN. dig. 16, 3, 24. 50, 15, 5, 1 [*e rescr. Ant. Pii*]. VLP. dig. 2, 13, 8, 1. 2, 14, 10, 1. *et saepe*). COD. Iust. 6, 27, 2 (*a. 169*) quod in legato -um non habet. *sim. passim.*

5 *cum verbis variis* (*exempla selecta*): PLAVT. Epid. 444 non repperisti ... tranquillum -um, ubi tuas virtutes explices, ut postulas (CIC. Quinct. 5 -um, ubi consistat, reperire non poterit *veritas*. Tusc. 4, 42 -um consistendi. TAC. ann. 14, 57, 3 temeritati. *al.*). CIC. Verr. II 5, 181 si ullum -um aperuerimus suspicioni aut crimini (LIV. 4, 31, 2 aperuerunt ad occasionem -um hosti. SEN. clem. 1, 15, 5 spei. TAC. ann. 13, 37, 4 novis ... beneficiis. *al.; pendet inf.*: COD. Iust. 7, 32, 12 pr. ut -us aperiatur alii eandem possessionem detinere). Cluent. 143 nullus est -us a me purgandi ... criminis praetermissus (190 in quo non strueret insidias. fam. 6, 10, 5 tui iuvandi et levandi. 9, 24, 4 monendi, agendi, providendi. *al.*). Phil. 13, 48 cum -um tibi reliquum non modo ad pacem, sed ne ad deditionem quidem feceris (Ov. am. 2, 13, 26 tu, *Isi*, ... fac titulo muneribusque -um. 2, 19, 6 voto. SEN. contr. 1 praef. 19 beneficio. VELL. 2, 105, 2 otio. *al.; in sermone iuris*: IVLIAN. dig. 38, 2, 20, 4 filium -um substitutis facere [*in adeunda hereditate ut*: VLP. dig. 28, 3, 5 COD. Iust. 6, 26, 3 pr. *al.*]. POMPON. dig. 34, 2, 34, 1 doli mali exceptioni. PAPIN. dig. 29, 4, 27 pr. edicto [VLP. dig. 4, 2, 9 pr. *al.*]. *et saepius*). fam. 12, 23, 3 Cannutium apud eos -um sibi quaerere, quibus se salvo -us in civitate esse non posset (SALL. Iug. 85, 5 [*oratio Marii*] invadendi. EPICED. Drusi 340 magna ... latum quaerere facta -um. LIV. 3, 46, 2 -um seditionis [*trad.*; -oni *Gronovius; cf. p. 1597, 22*]. 5, 9, 6 inter nostra certamina -um iniuriae quaerere. 42, 14, 7 disceptandi. *et saepius*). EPICED. Drusi 294 invenit ... tota maeror in urbe -um (LIV. 24, 3, 13 prodendae arcis. CVRT. 9, 2, 34 a vobis desperatae victoriae aut honestae morti. QVINT. inst. 3, 8, 22. *al.*). LIV. 24, 20, 13 neque hostibus neque dubiis sociis -i quicquam praebuit ad temptandum [que] (COLVM. 11, 1, 21 nec impunitatis spem nec peccandi -um. FRONTIN. strat. 3, 2, 6 consultationi. *al.*). SEN. contr. 10 praef. 13 quibus, quo minus ad famam pervenirent non ingenium defuit, sed -us (16 si quid illi defuit, scias -um fuisse. VELL. 2, 48, 2 defuisset fortunae destruendi eius -us. *al.*). *et passim.*

6 *sine verbo*: **a** *hominibus*: VERG. Aen. 2, 71 cui *Sinoni* neque apud Danaos usquam -us. Ov. met. 13, 156 si ... primus ... requiritur heres *armorum*, ... est Pyrrhus filius illi *Achilli*; quis -us Aiaci? IVV. 7, 63 quis -us ingenio *poetae*, nisi cum *eqs.*? PLIN. epist. 9, 40, 2 non iam comoedo vel lyristae post cenam -us. HEGES. 4, 22, 1 ille, cui nullus inter quietos ... -us, contulit sese ad consortia latronum. **b** *hominum actionibus et rebus variis*: VERG. Aen. 4, 319 si quis adhuc precibus -us (LAVS Pis. 246. *cf.* VAL. FL. 5, 509 si quis ... in precibus vero -us). PLIN. nat. 9, 18 quis ... sine respiratione somno -us? VAL. FL. 4, 451 fallere quas *Harpyias* nusquam misero -us. SIL. 11, 167 is -us officio, cum cessant prospera (STAT. Theb. 12, 302 en -us o.). STAT. Theb. 6, 513 quis mortis ... -us *eqs.*? QVINT. inst. 8, 3, 17 nec sordibus umquam in oratione erudita -us. 12, 1, 7 quis inter haec litteris aut ulli bonae arti -us? TAC. hist. 1, 5, 1 neque magnis meritis ac praemiis eundem in pace quem in bello -um. 1, 36, 1 nec tribunis ... adeundi -us. 3, 10, 2 defensioni. ann. 1, 9, 3 in qua *re publica* nullus tunc legibus -us. *in appositione*: PLIN. nat. 6, 171 haec est regio ..., in qua ... *horis quibusdam* consumuntur umbrae *eqs.* ...: res ingentis exempli -usque subtilitatis immensae.

III ***locutiones adverbiales*** *notabiliores*: **A** in -o (*v. et p. 1600, 51; plur.* in -is *p. 1599, 30*): **1** *i. q. suo vel iusto -o, opportune sim. sc. sublucente vi temporali*): **a** *incorporaliter*: TER. Haut. 537 laudas qui eros fallunt? :: in -o ego vero laudo ..., quippe ... saepe id remedium aegritudinumst (SCHOL. Bemb. op⟨p⟩ortune). 827 *patri* obsecundato in -o, quod imperabit facito (*cf.* Ad. 994 [ob]se-

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cundare in -o [DON. additum 'in -o', quasi non semper faciendum sit]). Ad. 216 pecuniam in -o neglegere maximum interdumst lucrum (GLOSS. in -o: oportune). 827 video eos sapere, intellegere, in -o vereri, inter se amare (GLOSS. in -o: quomodo oportet). CIC. Verr. II 5, 37 aedilitas non ... alicui candidato data, sed ... recte conlocata et iudicio populi in -o ... posita. HOR. carm. 4, 12, 28 dulce est desipere in -o. TAC. ann. 2, 4, 3 quod ludibrium ut effugere agitaverit Vonones, in -o reddemus (*sc. orationis, operis scripti sim. ut*: DON. Ter. Ad. 476, 1 *εἰρωνεία* indignantis in -o addita est. RVFIN. Orig. in num. 26, 3 p. 247, 21 illud in -o memorare aptissimum duco. ALC. AVIT. c. Eutych. p. 22, 20 in -o, sicuti res postulat[*an i. q. 'statim'?*]). **b** *corporaliter*: CIC. Mur. 26 homines, cum recte atque in -o constitissent, iuberi abire ut, unde abissent, eodem statim redirent. PLIN. nat. 36, 96 ut sensim opus (*i. epistylia*) in -o sederet (DON. Ter. Andr. 266 *moles quaedam*).

2 *i. q. ilico* (*cf.* FEST. p. 297 sodes: si audes; uti ... ⟨ilico⟩: pro in -o [*suppl. ex* PAVLO]. *praevalet vis localis; notionem q. e. 'statim' intellegas fortasse* DICT., LEX Sal. [*cf. etiam l. 11*]): COM. pall. inc. 4 insidias postquam fecit *virgini*, vim in -o attulit. CIC. de orat. 1, 261 *non* consistens in -o, sed inambulans *eqs.* CAES. civ. 2, 41, 6 neque in -o manere ordinesque servare neque procurrere (SALL. Iug. 101, 4). 3, 92, 3 in -o retentis militibus (PLIN. nat. 28, 13 mancipia fugitiva retinere in -o). BELL. Afr. 61, 2 eques in -o permanere. TAC. ann. 1, 63, 5 castra metari in -o (13, 41, 1). 4, 47, 2 castris in -o communitis. ITALA Ios. 10, 13 (Lugd.) stetit sol et luna in -o (*gr. ἐν στάσει, om. Vulg.*). FIRM. err. 7, 6 sepulta in -o est *Ceres*. DICT. 6, 9 sponte et in -o cuncta regni Neoptolemo tradit *Acastus*. RVFIN. Orig. in Ios. 8, 6 p. 341, 6 aliud mihi occurrit in -o consideranti Iesum fugientem (*Ios. 8, 15*). AVG. c. Fel. 1, 5 p. 806, 15 cum dixisset, legit in -o (*sc. ubi antea desierat*). LEX Sal. decr. Child. 3, 1 ut si Francus fuerit, ad nostra praesentia dirigatur, et si de leviores personas fuerit, in -o pendatur. *al.* *plur.* in -is: COD. Iust. 3, 23, 1 (*a. 397*) ab iudice, qui in -is aditus fuerit (*item respiciuntur iudicia localia*: NOVELL. Marc. 1 pr. [*a. 450*] *litigatores comitatum non adissent*, si in -is ... severitas iudicum floruisset. 1, 2 qui *iudex* in -is vel proximo deget [COD. Iust. 12, 35, 18, 3 *a. 492*]. 1, 3. 1, 7 [*opp.* longinquis partibus. *cf. Interpr. ad totam nov.* in provincia, in qua consistit ..., nec ... alibi aut longius]. COD. Iust. 12, 25, 4, 4 *a. 474*. 1, 3, 53, 2 [=9, 13, 1, 1^{C} *ubi additur* illis *in parte codd.*]). 9, 39, 2, 1 (*a. 451*) *a* primatibus militum, qui in -is sunt (suis *add. cod. C. cf. ibid.* 1^{a} primates numerorum, qui in -is sunt).

B *abl. nudo* -o: **1** *i. q. suo vel iusto -o, apte, opportune* (*sublucente saepe vi temporali. cf.* DON. Ter. Eun. 782 'sibi cavit -o' -o simpliciter ..., an -o in -o, opportune, *εὐκαίρως* [*affert exempli gratia* Ad. 216]): **a** *incorporaliter*: RHET. Her. 4, 15, 22 hac exclamatione si -o utemur, raro et cum rei magnitudo postulare videbitur (*in contextu orationis vel scripti cuiusdam ut*: 4, 37, 49 *licentia dicendi* si -o fit. CIC. inv. 1, 30 ne ... non -o ... narretur. *ibid.* non -o dicitur, cum non in ea parte orationis cōnlocetur *narratio*, in qua res postulat. de orat. 3, 153 *verbis poeticis* -o positis [Brut. 274 fam. 9, 16, 4 PORPH. Hor. ars 14]. Tusc. 2, 26 -o adiungebat *versus*. SEN. epist. 46, 2 dulce illud et -o lene. PS. MAR. VICTORIN. phys. 26 p. 1310^{A} -o [illico *Mai*] subiunxit *eqs.*). CIC. part. 8 tu -o quidem quaeris, sed plenius quod vis explicabitur, cum *eqs.* leg. 3, 11 -o senator et modo orato (*item in serie eorum qui sententiam dicunt* [*cf. p. 1585, 69*]: 3, 40 ut -o dicat, id est rogatus. SEN. apocol. 10, 1 Augustus surrexit sententiae suae -o dicendae). Phil. 4, 5 praeclare et -o, Quirites, reclamatione vestra factum ... comprobavistis. fam. 11, 16, 1 epistulae offendunt non -o redditae *eqs.* (*antea*: ut tempus observaret epistolae tibi reddendae). HOR. epist. 1, 7, 57 et properare -o et cessare. LVCAN. 5, 37 (*in imag.*) omnia rursus membra *rei publicae* -o redeunt. VAL. FL. 6, 23 neque enim Aeetae promissa fidemque esse -o. QVINT. inst. 11, 3, 128 pedis supplosio ut -o est opportuna ..., ita crebra ... inepti est hominis. PS. CATO dist. 2, 18, 2 stultitiam simulare -o prudentia summa est. EPIPHAN. in euang. 1 quae *generationes* quattuordecim numerantur; una ergo non subtrahitur et -o est. **b** *corporaliter*: CIC. Mil. 41 quem -o, quem tempore ... non est ausus, hunc ... iniquo -o, alieno tempore ... non dubitavit occidere? top. 100 quod *in aedibus* ornandi causa apte et -o positum videatur (ad Q. fr. 3, 1, 2 *cubiculum et hibernum* -o posita). SEN. Phaedr. 1257 disiecta membra ... in ordinem dispone et errantes -o (*nisi dat.*) restitue partes (*cf.* STAT. Theb. 5, 596 non ora *Archemori laceri* -o, non pectora restant). COLVM. 5, 6, 31 veteribus vitibus -o nati palmites pampinarii utiles sunt ([*antea*: necessario -o natus]. 5, 6, 32 pampinus). SIL. 8, 648 non Alpes sedere -o. STAT. Theb. 7, 149 non crines, non serta -o *sunt*. 8, 404 pulcher adhuc belli vultus: ... arma -o *sunt eqs.* Ach. 1, 523 nec colla -o nec in ordine gressus *vatis*. QVINT. inst. 8, 5, 28 adferunt lumen clavus et purpurae -o insertae.

2 *i. q. eodem -o, sc. qui antea occupatus est*: CAES. civ. 3, 94, 1 aciem Caesar, quae quieta fuerat et se ad id tempus -o tenuerat, procurrere iussit (LIV. 8, 30, 2 ut sese -o teneret. AVIEN. ora 89 duro perstrepunt septentrione, sed -o certae tenent *Herculis columnae*). VERG. georg. 3, 84 si qua sonum ... arma dedere, stare -o nescit *equus* (COLVM. 6, 6, 3. LVCAN. 1, 145 nescia virtus *Caesaris* s. -o. VAL. FL. 3, 121 SIL. 16, 107. *al.*). Aen. 12, 506 ruentis pugna -o statuit Teucros. OV. met. 14, 70 Scylla -o mansit (LVCAN. 5, 612 pelagus. STAT. Theb. 8, 139 terra ... *et* arces. HIPPOCR. aer. 7 *aquae* -o manentes [*corr. m. sec.*, -um manantes *cod., cf. l. 14; gr. στάσιμα*]). fast. 2, 207 ut ... Cremeram *fluvium* tetigere ..., castra -o ponunt *Fabii* (*an ad 3, ut fortasse etiam* PLIN. epist. 7, 27, 10 repente dilapsa *effigies* deserit comitem; desertus ... folia concerpta signum -o [*nisi dat. intellegas*] ponit). SIL. 12, 480 non ... adstabat res ulla -o: iam consul uterque praecipites aderant *eqs.* *al.*

3 *i. q. eo -o, ibi* (*sc. refertur ad -um notum, antea memoratum. cf.* GRAMM. suppl. 176, 29 in adverbis dicit idem doctor [*sc. Priscianus; ubi? vix recte* gramm. III 29, 25 *respici putat Hagen*] ... '-o est' idest 'ibi est'. *huc fortasse spectat l. 2sq.; ceterum v. Löfstedt, Syntactica I² 284sq.*): VAL. FL. 2, 99 Veneris stat frigida semper ara -o (*i. Lemni*). STAT. Theb. 12, 503 caelicolas ... sic sacrasse -o (*i. Athenis*) commune animantibus aegris confugium. PEREGR. Aeth. 4, 8 gustavimus nobis -o in horto (-um *trad., quod defendit Prinz, Arch. lat. med. aevi 30, 1960, 151 ut* 21, 2 vidimus etiam -o iuxta puteum ... lapidem *eqs. cf. l. 1*). 23, 7 perveni Chalcedona, ubi ... mansi -o (*vix ad p. 1604, 77*). 24, 8 in basilica, quae est -o iuxta Anastasim. 24, 12 usque ad lucem -o sunt. 46, 1 sedent omnes ..., etiam -o stant patres vel matres. SIDON. epist. 4, 13, 1 rogatu Germanici ... Cantillensem ecclesiam inspexi; est ipse -o sitorum facile primus. LIB. iubil. 17, 2 fecit Abraham convivium magnum ...; et Ismael -o erat in conspectu Abraham. CE 1327, 7 cognitus -us amoenissimus Alba, in qua ... Daphne pudica vi⟨ret, sa⟩lit et -o vitrea Na⟨is⟩.

4 *i. q. statim* (*cf. p. 1599, 16. et infra l. 59*): VEG. mulom. 2, 24, 3 propter sanguinis fluxum -o uri debere. AVG. in psalm. 85, 7 l. 44 si ... interpelles iudicem et constituas eum -o ut te audiat et subito, cum ad eum loqueris, dimittas *eqs.* PLAC. med. 9, 28 rec. *α* vomitum canis idropico super ventrem impone, -o (statim *var. l.*) incipit ... aquam emittere. COMPVT. cod. Col. prol. 11 Febroario mense nascitur et -o in Aprele mense defecit *luna*. EPIPHAN. in euang. 59 p. 159, 26 numquid non poterat dominus noster -o in Galilaea curare turbas et non eos fatigare sequendo se usque in Iudaea? (*huc potius quam ad 3 pertinere censuit Erikson, Sprachl. Bem. zu Epiphan. 38*). ALTERC. Hadr. et Epict. 31 ut puteum desertum omnes aspiciunt *pauperem* et -o illum relinquunt. GREG. TVR. Franc. 3, 21 *castrum* omne -o (-um *var. l.*) illud incendio concremandum. ACT. Petr. 9 -o currens canis introivit.

C per -a *i. q. per -a diversa, passim* (*abundanter l. 45; cf. Löfstedt, Verm. Stud. 198sq.*): ITALA Matth. 24, 7 (cod. l *al.* = VVLG.) erunt pestilentiae et fames et terraemotus per -a (*gr. κατὰ τόπους*, singula *add.* cod. e *al.; cf.* IVVENC. 4, 107 per diversa -i. *sim. locis geminis* Marc. 13, 8 [*ibid.*, singula *add.* cod. c]. Luc. 21, 11 [*ibid.*]). GREG. TVR. Franc. 4, 42 p. 175, 11 quos ille per -a dispersos custodire praecepit. 5, 13 p. 207, 39 per -a exercitus eius devastavit *regionem*. 6, 33 p. 304, 8 per -a ... lues vastabat. 8, 20 p. 387, 7 *Praetextati* stilus ... per -a aeclesiasticus et rationabilis erat. 10, 3 p. 484, 11 a Langobardis inruentibus passim per -a prosternebantur. *al. apud eundem* (*cf.* Franc. 4, 46 p. 181, 7 per -a diversa). ITIN. Anton. Plac. rec. A (*sim.* rec. B) 26 poma et vineas inter monumenta per -a.

D -um pro -o *i. q. ubique*: EXPOS. mundi 61 formositatem ... -um pro -o (-u *trad.*) possidens *Byrsa* (*vix sanum; v. Rougé ad l.*).

E in -um (*var. l.* in -o *passim*) *i. q. invicem, non nisi technice in locutione* LEGIS Sal. in -um restituere (*sec. usum p. 1587, 43sqq. illustratum*): 9, 1 si quis animal ... in messe sua invenerit, penitus eum vastare non debet; quod si fecerit ..., capitale in -um restituat. 9, 4 si quis animal ... per suam neglegentiam nocuerit ..., capitale in -um restituat. 12, 2 dominus ... servi [eius] qui furtum fecit capitale ... in -um restituat. 25, 5. *et al. ibidem.*

? F gen. -i *pro ilico* (*sic Bulhart in scheda; sec.* domi*?*): EVSEB. EMES. serm. 18, 40 non miraris quia non statim aggressus est vir ... et -i laniavit adolescentem?

IV *appendix* ***iuncturarum*** *notabiliorum*: **A** *fere verbalium*: **1** *abl.*: **a** *quaeritur ubi: abl. attributis (maxime pronominibus) auctus et nude et cum praep.* in *fere promiscue ponitur; de initiis haec notavimus*: in *cum abl. invenitur vi corporea passim* (*sing. inde a* LIV. ANDR. carm. frg. 31 [= trag. 39]. PLAVTO [*17^{ies}*]. TER. Eun. 542 Hec. 303. CATONE agr. [*12^{ies}*]. orig. 24. 83. *plur. inde a* PLAVTO [*8^{ies}*]. CATONE agr. [*5^{ies}*]. SCIP. min. or. frg. [16 M.] Fest. p. 362 LVCIL. 970), *vi incorporea multo rarius apud vetustiores* (*sc. sing. non nisi exemplis p. 1583, 77sqq. 1584, 76 allatis et inde a* RHET. Her. 1, 14, 24, *plur. inde a* RHET. Her. 2, 18, 27). *abl. nudus apud primos scriptores rarior est, sc. vi corporea ponitur plur.* PLAVT. Amph. 568 Rud. 907 CATO agr. 6, 1 (= capp. 8). 9 (= capp. 11). 35, 1. ACC. trag. 388/9 (*nisi separat.*). SISENNA hist. 76, *sing.* PLAVT. Most. 254 ENN. ann. 430. CATO agr. (*12^{ies}*). SCIP. min. or. frg. (20 M.) Gell. 2, 20, 6, *vi incorporea occurrit sing. apud* TER. Ad. 344 CATO agr. 1, 7 ad fil. frg. 1 or. frg. 2 (173 M.) ACC. trag. 54 VOLCAC. carm. frg. 1, 12, *plur.* SISENNA hist. 99. *usum abl. attributo carentis illustravimus sub III A et B.*

b *quaeritur unde* (*exempla selecta*): *α abl. sine praep.* (*sc. sing. praeter p. 1601, 4. 8; attulimus attributa ubicumque adsunt; cetera exempla vergunt in vim p. 1577, 16 illustratam* [*cf. p. 1601, 26. 34*]): PLAVT. Amph. 239 recedit. 240 demigrent (APVL. apol. 49, 3). TER. Phorm. 32 motus (*v. vol. VIII 1539, 55sq. 65sqq. de usu militari; aliter* CIC. Verr II 2, 62 Caecin. 37 dom. 121 Tusc. 4, 19 Tim. 36 nat. deor. 1, 104. 2, 92 *et saepius*). SISENNA hist. 68 commovent (SVLP. SEV. Mart. 23, 6). CIC

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Caecin. 22 quo -o depulsus (rep. 1, 68 CAES. Gall. 7, 49, 2. 7, 67, 5 civ. 3, 52, 2 LIV. 5, 38, 4. FRONTIN. strat. 2, 5, 17 superiore. *al.*). 42 demovet (Planc. 53 tuo. Phil. 4, 13 APVL. apol. 99, 7). Sest. 60 pulsa (DOLAB. Cic. fam. 9, 9, 3 his -is. BELL. Afr. 6, 3. 69, 3 SALL. Catil. 9, 4 LIV. 7, 24, 7. 9, 27, 12. 10, 8, 4 vestro. 32, 23, 8. *al.*). CAES. Gall. 7, 51, 1 deiecti (BELL. Hisp. 14, 2 HOR. epist. 2, 2, 30 SEN. dial. 1, 4, 8 epist. 67, 10). 7, 62, 7 cessit (civ. 2, 41, 4. 3, 51, 2 SALL. hist. frg. inc. 4 NEP. Chabr. 1, 2 VERG. Aen. 7, 333. 559 -is. 9, 220 LIV. 2, 47, 3. 7, 13, 4. 24, 14, 7. *et saepius*). civ. 1, 31, 3 excedere eo -o (*v. vol. V 2, 1205, 84 sqq.*). HIRT. Gall. 8, 9, 1 nec -o superiore decedunt (TAC. ann. 3, 31, 3. *al.*). *al.*

locūtor, -ōris *m.* *a* loqui. *i. qui loquitur* (*accedit abl. instr. tamquam ad vèrbum actionis l. 32*): **1** *generatim*: GELL. 1, 15, 1 qui sunt leves et futtiles et importuni -es . . ., eorum orationem bene existimatum est in ore nasci, non in pectore. DON. Ter. Phorm. 153, 3 rerum imminentium praestructio, in qua sit audax -r Phaedria, ut ⟨qui⟩ defensor futurus sit, timidus Antipho, ut qui fugiturus sit. AVG. conf. 1, 18, 29 quomodo diligenter observent filii hominum pacta litterarum et syllabarum accepta a prioribus -bus (*postea*: si contra disciplinam grammaticam sine adspiratione primae syllabae 'hominem' dixerit). serm. coll. Morin p. 101, 34 Paulus . . . enumeravit multa dona dei *in ecclesia*: . . . linguis -es (*cf. p. 1449, 6 sqq.*). NEPOTIAN. 9, 2 *Vatienus* missus in carcerem tamquam incertorum -r (*Val. Max. 1, 8, 1 Vatinius* tamquam maiestatis eius *senatus* . . . vano sermone contemptor). **2** *de scriptoribus*: APVL. met. 1, 1, 5 praefamur veniam, si quid exotici ac forensis sermonis rudis -r offendero. AVG. civ. 9, 5 p. 375, 18 D. Cicero, -r egregius. 14, 5 p. 12, 30 *Vergilius*, -r nobilis (in psalm. 118 serm. 29, 3 l. 16 -r egregius *ut* trin. 15, 16, 25). POMER. 1 index cap. 14 ubi se -r excusat (*de ipso auctore operis ut* 3 index cap. 34).

cf. locutorium.

locūtōrium, -ī *n.* *a* locutor *vel* loqui. *i. q. locus loquendi*: HIER. in Eph. 2, 19 p. 476^{B} ('coaedificamini in habitaculum dei') interiora pectoris nostri in novum vocabulum transeant, dicamurque dabir . . ., quod nos oraculum sive responsum possumus appellare et, ut contentiosius verbum exprimamus e verbo, *λαλητήριον*, id est -um, dicere (*affert II Cor. 13, 3* in me loquitur Christus). GENNAD. dogm. 74 (41) *martyr* confitetur fidem et interrogatus respondet; . . . -um efficitur spiritus sancti, dum 'non est ipse, qui loquitur, sed spiritus patris, qui loquitur in ipso' (*Matth. 10, 20*).

locūtulēius, -a, -um. *a* loqui; *ad formationem cf.* leguleius *sim.* GELL. 1, 15, 20 veteres . . . nostri hoc genus hominum in verba proiectos -os et blaterones et linguaces dixerunt. NON. p. 50, 6 lingulacae: -ae a procacitate linguae et loquendi proprietatem trahunt (*affertur Plaut. Cas. 497*).

locūtus, *abl.* -ū *m.* *a* loqui. *i. q. locutio*: APVL. flor. 15, 19 *Pherecydes Syrius primus* conscribere ausus est passis verbis, soluto -u, libera oratione.

lodera *v.* ludra.

lōdīcula, -ae *f.* *a* lodix *demin.*; *cf. gr. λωδίκιον*. *i. lodix* (*modica*): PETRON. 20, 2 ancilla . . . -am in pavimento diligenter extendit. SVET. Aug. 83 sestertio (*corruptum*) vel -a involutus.

lōdīx, -icis *f.* [*orig. inc. Sch.*] ISID. orig. 19, 26, 2 ludices a ludis, id est theatris, vocatos quidam existimant; quum enim egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes, horum velamento tegebant caput et faciem, quia solet erubescere qui lupanar intraverit (GLOSS. V 656, 9). *scrib.* lud- AVG. *infra var. lectio*, ISID. *veriloquii gratia*, GLOSS. V 219, 16. 602, 49. 656, 9 *iuxta* lod-. -dex GLOSS. V 308, 40 NOT. Tir. 97, 78. *fem. testantur* CHAR. gramm. p. 117, 24 B. MART. CAP. 3, 246 PRISC. gramm. II 165, 14 *et legitur ubique; masc. reprehendit* QVINT. inst. 1, 6, 42 neque . . . quisquam ferat . . . 'hos -es', quamquam id Pollioni placet (frg. 8 F.). NOT. Tir. 97, 78. *transit in gr. λώδιξ, cf. λωδίκιον*. [*lodicia: *fortasse sard. mer.* lossia '*matta ex arundine facta*'; *prov. vet.* lodissa '*stragulum*'. *cf. M.-L. 5100a. Wartburg V 397. Wagner II 39. St.*] [*vix recta varia lectio pro* racena VEN. FORT. vita Germ. 44, 123.]

1 *usu communi de quolibet genere stramenti vel indumenti* (*de indumentis* SCHOL. Iuv., CIL VIII, *cf.* ISID. *supra et* GLOSS. II 429, 26 *σαγίον* -x. V 308, 40 -x: genus sagi. 656, 9 -x: vestis vel ludix a ludis): POLLIO *v. l. 70*. TEST. imp. Aug. Char. gramm. p. 132, 22 B. -es purpureas et colorias meas. TEST. Galli (CIL XIII 5708) 1, 6 stratui ibi sit quod sternatur . . . et II -es et cervicalia duo *eqs.* MART. 14, 148 -es: nudo stragula ne toro paterent, iunctae nos tibi venimus (caremus *var. l., unde* cavimus *Heinsius*) sorores. 14, 152 gausapum quadratum: -es mittet docti tibi terra Catulli. IVV. 6, 195 (*loco forte spurio*) *vocibus amatoriis ζωὴ καὶ ψυχή* modo sub -e relictis (ferendis *Housman*) uteris in turba. 7, 66 magnae mentis opus nec de -e paranda attonitae. CIL VIII 4508 (*a. 202*) lex vestis peregrinae: abollam . . ., tunicam ternariam . . ., -em . . ., sagum . . ., cetera vestis Afra. SCHOL. Iuv. 3, 103 endromidem: -em, qua se cooperiunt. AVG. c. Faust. 5, 5 p. 278, 3 a quorum *Mattariorum* stratis longe dissimiles fuerunt plumae Fausti et caprinae -es, qua deliciarum affluentia non solum Mattarios fastidiebat *eqs.* **2** -x: ornamentum muliebre GLOSS. V 506, 36. *?* **3** -es: meretrices GLOSS. V 602, 49 (*an sec. veriloquium p. 1609, 64 allatum?* lustrices *Ianssonius*).

deriv.: lodicula.

loeber, loebertās *v.* 2. liber, libertas.

loedoria, -ae *f.*, *λοιδορία*. MACR. Sat. 7, 3, 2 sunt . . . duo apud Graecos nomina, *λοιδορία* et *σκῶμμα*, quibus nec vocabula Latina reperio, nisi forte dicas -am exprobrationem esse ac directam contumeliam, scomma enim paene dixerim morsum figuratum *eqs.* 7, 3, 5 tanto enim pressius haerent dicta talia quam directae -ae, ut hami angulosi quam directi mucrones tenacius infiguntur. 7, 3, 6 est autem -a huiusmodi 'oblitusne es, quia salsamenta vendebas?'. *cf. Plut. quaest. conv. 631^{D}*.

loedus *v.* ludus.

loemōdēs, *plur. nom.* -ēs *adi.*, *λοιμώδης*. AMM. 19, 4, 7 prima species luis pandemos appellatur . . ., secunda epidemos . . ., tertia -es, quae itidem temporaria est, sed volucri velocitate letabilis. PS. SORAN. quaest. med. 119 quid est -es febris? -es febres pestilentiosae dicuntur.

loemos (*scrib. in cod.* limos), *λοιμός*. PS. SORAN. quaest. med. 107 quid est -os nosema? aegritudo pestilentiosa, quae de paludibus et stagnis confortatur . . .; aliter: quid est -os n.? -os est passio communis . . .; aliter: -os est aeris mutatio, ut neque servare horas proprias aut ordinem aegritudo possit *eqs.*

[logaeo *corruptum* CIC. fam. 5, 20, 6 (*codd. praeter G*); *fortasse subest* Lucceio, *cf. ibid. 5, 20, 5.*]

logaoedicus, -a, **-um,** *λογαοιδικός*. *nomen metri vel versus* (*fere pro subst., sc. per ellipsin vocum q. s. metrum, versus l. 39. 42*): SACERD. gramm. VI 544, 6 de -o archebulio: -um a. fit duobus dactylis et duobus trochaeis *eqs.* (*item* SCHOL. Hor. expos. p. 8, 11 -us *versus*, qui fit *eqs.*; *cf.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 70, 18 -um seu archebulium. 111, 26 -am metri speciem, quae et enhoplios et archebulios dicitur). 544, 19 de -o archilochio ithyphallico: -um a. i. fit quattuor dactylicis pedibus et tribus trochaeis *eqs.* FORTVN. gramm. VI 292, 26 sq. de -o: et de anapaesto nasci -um metrum videmus. FRG. Bob. gramm. VI 629, 19 *versus* pindaricus, qui est -us.

logarium, -ī *n.*, *λογάριον*. *i. q. libellus rationum minutiorum*: VLP. dig. 33, 9, 3, 10 (*ex Servio*) et chartas ad ratiunculam vel ad -um paratas contineri *penu.*

logēum, -ī *n.*, *λογεῖον*. *i. q. locus in theatro graeco, ubi histriones loquebantur*: VITR. 5, 7, 2 pulpitum, quod -um (longion *trad.*, *λογεῖον Iucundus*) appellant *Graeci. ibid.* eius -i (loci *trad.*) altitudo *eqs.*

***logicus,** -a (-ē), -um, *λογικός*. *scribitur in codd. hic illic* loic-. *formae graecae (v. etiam p. 1611, 7. 14. 22): nom.* -e CIC. fin., fat. (*sed* Tusc. *neutr. plur.* -a). RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 75, 13. BOETH. (*iuxta* -a); *gen.* -es BOETH. (*iuxta* -ae). ISID. diff. 2, 153 (*sed* 2, 149 *nom. sing.* -a); *acc.* -en RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 75, 10 (*sed* in gen. 14, 3 p. 124, 18 -am). BOETH. (*iuxta* -am). *in scriptura lat. vel gr. codices secuti sumus. gradus compar. et superl. desunt.*

i. q. λογικός (*quod fere respondet*), *rationabilis* (*v. p. 1611, 39*): **1** *in philosophia*: **a** *fem.*: **α** *de ipsa parte vel disciplina philosophiae* (*hic illic certe pro subst., sc. ars, disciplina sim.; sed quoniam saepius vix liquet, num talia e contextu subaudienda sint* [*cf. e. g.* CASSIOD. inst. 2 praef. 4 ISID. orig. 2, 22, 1. 24, 3–8], *subst. secernere noluimus*): CIC. fin. 1, 22 in altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, quae -e dicitur (RVFIN. Orig. in gen. 14, 3 p. 124, 18 -am . . ., id est rationalem [AVG. civ. 8, 10 p. 336, 1 D. in qua quaeritur, quonam modo veritas percipi possit. 11, 25 p. 496, 3 physica, . . . -a, . . . ethica, quarum nomina Latina iam multorum litteris frequentata sunt, ut naturalis, rationalis moralisque vocarentur. *al.*; *cf.* GLOSS. -a: rationalis]). fat. 1 obscura quaestio est, quam *περὶ δυνατῶν* philosophi appellant, totaque est -e (-ae *coni. viri docti*), quam rationem disserendi voco (BOETH. diff. top. 1 p. 1173^{C} r. d., quam -en Peripatetici veteres appellavere). LACT. epit. 30 (35), 6 *v. sub β*. HIER. epist. 30, 1 quomodo philosophi solerent disputationes suas in physicam et ethicam -amque partiri, ita et eloquia divina aut de natura disputare . . . aut de -a, pro qua nostri *θεολογικὴν* sibi vindicant, ut in cantico canticorum et euangeliis *eqs.* 50, 1, 3 nequiquam me doctus magister . . . introduxit ad -am. adv. Rufin. 1, 30 p. 423^{A} Stoici -am sibi vindicant. RVFIN. Orig. in cant. prol. p. 75, 10 -en *disciplinam*, quam nos rationalem possumus dicere (*ibid.* l. 13. ISID. orig. 1, 2, 1 tertia dialectica cognomento -a, quae . . . vera secernit a falsis. *al.*; *cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 2, 32 p. 132, 1 -ae Aristotelis . . . disciplinam). AVG. epist. 137, 17 hic (*i. in praecepto domini Matth. 22, 37. 39*) . . . -a, quoniam veritas lumenque animae rationalis nonnisi deus est. BOETH. herm. pr. 1, 1 p. 41, 14 -ae . . . peritiam. herm. sec. 2, 3 p. 79, 19 -ae artis (3, 9

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 198, 13. *al.*). in Porph. comm. pr. 1, 6 p. 15, 19sq. -ae scientiae. *et saepius apud eundem* (*de ratione, qua distinguit* dialecticam *ab* -a, *cf. Pfligersdorffer, Wien. Stud. 66, 1953, 152*). CASSIOD. inst. 2, 2, 17 ad -am, quae et dialectica dicitur, . . . veniamus. *al.* **β** *de rebus variis ad eam disciplinam pertinentibus*: LACT. inst. 3, 13, 6 neque physica illa ratio necessaria est neque haec -a (*cf.* epit. 30[35], 6 et physica *philosophia* supervacua est et haec -a; *antea* 5 *λογική* philosophia). CHALC. comm. 148 de hoc *fato* plurimae disceptationes habentur morales, naturales, -ae. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 3 p. 140, 18 considerationem.

b *neutr. pro subst.*: CIC. Tusc. 4, 33 ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae -a appellant, quia disseruntur subtilius. SIDON. carm. 15, 101 *Plato* physica vel -o, -um vel iungit ad ethos. *gr. λογικόν legitur* CASSIAN. conl. 24, 15, 3.

c *masc. fere pro subst.*: CASSIOD. var. 1, 45, 4 Plato theologus, Aristoteles -us. ISID. orig. 8, 6, 3 philosophi . . . aut physici sunt aut ethici aut -i. *ibid.* 6 -i autem, quia in natura et in moribus rationem adiungunt.

2 *in rhetorica*: AVG. rhet. 9 p. 142, 15 rationales quaestiones sunt, quas Hermagoras -as vocat; melius enim putant sic eas cognominari quam verbales, quia -ae non ex verbi, sed ex rationis significatione appellatae sunt a technicis. *gr. λογικόν legitur* QVINT. inst. 3, 5, 4.

3 *in medicina* (*cf.* ISID. orig. 4, 4, 1 prima *medicinae haeresis* methodica . . ., secunda enpirica . . ., tertia -a, id est rationalis, inventa ab Hippocrate): **a** *adi.*: PS. SORAN. quaest. med. 4 -is seu dogmaticis . . . disciplinis (*opp.* methodicis). 12 -a medicina (51 quid est -a m.? -a m. est, quae et dogmatica condicio dicitur). THEOD. PRISC. tit. euporiston liber II: -us. log. 1 in -o opere . . . non opus est assertore, sed iudice. CASS. FEL. praef. p. 1, 3 ex graecis -ae sectae auctoribus (LVX. anth. 302, 5, *ubi opp.* methodicis . . . libris). **b** *masc. pro subst.* (*sc. medicus*): PS. SORAN. quaest. med. 12 secundum . . . Hippocratem -um. CAEL. AVR. acut. 3, 15, 118 quidam -orum quaesiverunt. 3, 21, 216 empiricorum Serapion . . . medelam tradidit, item Heraclides . . .; sed . . . uterque rationali[s] -orum consentiunt curationi. CASS. FEL. 46 p. 115, 4 omnium -orum testimonio. ISID. orig. 4, 4, 2 -i experientiae rationem adiungunt.

4 *in musica*: MART. CAP. 9, 949 *spatia* (*i. διαστήματα*) alia -a, alia aloga memorantur; ac rationabilia illa sunt, quorum consensus (-sui *var. l.*, -su *Eyssenhardt*) possumus praestare proportionem.

adv. **logicē.** BOETH. anal. post. 1, 18 p. 734[B] -e quidem . . . ex his utique aliquis credat *eqs.* (*gr. 84 a 7 λογικῶς*).

cf. Onom.

logion *v.* logium.

in **logismīs** (loci-, leti- *trad.*): in cogitationibus GLOSS. IV 95, 20. 96, 13 V 460, 46. 504, 24. *ni fallimur, spectat ad* HIER. epist. 69, 5, 3 in *-oῖς* (*cod. W et edd.*, -is *cett.*), id est in cogitationibus.

logista, -ae *m.*, *λογιστής*. *dat. graec* -e CIL X 6006. *i. q. curator rei publicae* (*v. infra; ad rem cf. Preisigke, RE XIII 1020sq.*): CIL II 4114 (*s. III in.*) Candido . . . -ae civitatis . . . Nicomedensium, item Ephesiorum (*cf. V 4341* curator rei pu⟨bl⟩(icae) Nicomedensium). X 6006 (*s. II med.*) Burbuleio . . . -e Syriae. XIII 1807 (*ante 241*) -ae (*dat.*) thymelae (*'procuratores summi choragii' confert Hirschfeld, Verwaltungsbeamte 296*). COD. Iust. 1, 54, 3 (*a. 239*) curator rei publicae, qui graeco vocabulo -a nuncupatur. 10, 71 (69), 4 (*a. 440/441*) boethos -arum . . ., logographos diastoleos, quae vocabula publicis dicuntur subiacere necessitatibus.

compos.: inanilogista.

logisticus, -a, -um, *λογιστικός*. **1** *i. q. ad arithmeticam pertinens*: CASSIOD. var. 3, 52, 3 *Chaldaei rationem geometriae* et ad artem -am . . . aptam esse docuerunt (*cf. ibid. 7* arithmeticam). **2** *i. q. ad rationem pertinens*: GLOSS.[L] V Abba LO 10 -um cogitabile ([*huc rettulit Goetz* GLOSS. V 417, 9 lutugisprum rationabile]. *ni fallimur, spectat ad* HIER. in Matth. 13, 33 l. 900 tres esse in humana anima passiones: *τὸ -όν*, quod nos possumus interpretari rationabile *eqs.*).

logistoricus *adi.*, *λογιστορικός* (*quae vox apud Graecos non occurrit*); *cf.* mythistoricus. *scrib. in codd. saepe* long-, leg-, -histor-. *i. q. narrationes, sc. varias, continens* (*de ratione, qua 'logos' et 'historia' inter se iuncta fuerint, nihil constat*): *titulus operis* VARRONIS *in complures libros digesti (ad rem cf. Dahlmann, RE Suppl. VI 1261, 62sqq.): testimonia*: in -o (Gell. 4, 19. 20, 11, 4 Prob. Verg. ecl. 6, 31 p. 343, 3), in -is (Serv. Aen. 5, 80; *cf.* Hier. epist. 33, 2 *λογιστορικῶν* LXXVI *libri*),in libris -is (Serv. Aen. 11, 97 Schol. Ter. p. 56, 6). *iocose de ipso auctore*: SIDON. epist. 8, 6, 18 Varronem -um . . . et Eusebium chronographum misi.

***logium** (-ī-*?*), -ī *n.*, *λόγιον* (*quod scrib. in codd. etiam λογεῖον*). *scrib.* long- *in codd. saepe. de formis: nom., acc.* -on: ITALA exod. 28, 15 (Lugd.; *in eodem cod. ceteris locis* -um). IREN. 1, 18, 4 (1, 11, 3 H.; *sed* 2, 24, 4 [2, 36, 2 H.] -um). PS. PHILO antiq. 13, 1 HIER. epist. 64, 16, 1. *al. gen.* -gi: ITALA exod. 36, 24 (Lugd., -gii *ibid.* 36, 23. 26). *abl.* -o: ITALA exod. 35, 20 (Lugd.). *al.*, -one: PS. PHILO antiq. 26, 4 (*v. p. 1612, 11*). [*falsa varia lectio* -ii *pro* logi VIRG. gramm. epit. 4 p. 18, 14 *v. p. 1613, 11.*]

1 *i. q. oraculum* (*sc. Apollinis; nonnisi plur.*): SERV. Aen. 4, 146 -a, id est responsa, feruntur (longia, elegia, elogia *var. ll.*). 6, 43 -a (logiae, elogia *var. ll.*). MART. CAP. 1, 9 -a personare.

2 *pars vestimenti summi sacerdotis Iudaeorum* (*gr. λογεῖον vel λόγιον, Vulg.* rationale; *in aliis versionibus Italae* emeritio, manuale): ITALA exod. 28, 15 (Lugd.) facies -on iudiciorum opere vario *eqs.* 36, 15. 16 *et al. ibid.* lev. 8, 8 (Lugd., *cf.* Wirc. *et* Hesych. *ad l.* p. 876[C]) posuit supra ipsum fibulatorium -um et imposuit super -um manifestationem et veritatem. IREN. 1, 18, 4 (1, 11, 3 H.) -on varium duodecim habens lapides. 2, 24, 4 (2, 36, 2) -um et reliqua sacerdotalis compositio. PS. PHILO antiq. 11, 15 *deus praecepit Moysi* de -o. 13, 1 *fecit* -on. 26, 4 in -one (logio, longitudine, logicen *var. ll.*). HIER. epist. 64, 16, 1 hebraice vocatur hosen, graece -on (*pars codd. litt. gr., ut omnes* 64, 16, 4), nos rationale possumus appellare, ut ex ipso statim nomine scias mysticum esse, quod dicitur (RVFIN. Orig. in exod. 9, 4. 13, 7 EVCHER. instr. 2 p. 156, 12 CASSIOD. Ios. antiq. 3, 163. *al.*). in Dan. 10, 6 p. 554[C] in -o pontificis (in Is. 54, 11/14 p. 524[A], *ubi scrib. litt. gr.*). *in interpretationibus christianis*: VITA Hil. Arel. 25 l. 37 rationale micuit pectoris, fulsit -um pietatis. GREG. TVR. Franc. 3 praef. p. 96, 14 qualiter eam *trinitatem* Aaron portat in -um (5, 43 p. 252, 7 quam *fidem* A. portavit in -o).

logodaedalia, -ae *f.*, *λογοδαιδαλία* (*litt. graecis non legitur nisi Auson. 403, 26 p. 236 P., sed cf. vocem sequentem*). *i. q. sermonis nimis ingeniosa elaboratio*: AVSON. 349, 1 p. 167 P. et -a? stride modo, qui nimium trux frivola condemnas (e -a *var. l., quod prob. edd. vet., nullo interrogationis signo posito*; en *Schenkl*).

logodaedalus, -ī *m.*, *λογοδαίδαλος* (*vox a Platone, Phaedr. 266[e], formata, quam afferunt Cic. orat. 39 Quint. inst. 3, 1, 11*). *i. qui sermones nimis ingeniose elaborat*: HIER. epist. 57, 7, 7 (*citatur Matth. 2, 23*) respondeant -i et fastidiosi aestimatores omnium tractatorum, ubi legerint, discantque in Isaia positum. *litt. graecis editur* SERV. Aen. 9, 599 'fandi fictor Vlixes' aut fallax aut *-oς*, id est qui dolum celat sermonis ornatu.

logographus, -ī *m.*, *λογογράφος*. *scrib. in codd. etiam per* f *pro* ph. *nomen officii publici, fere i. q. rationarius* (*ad rem v. Preisigke, RE XIII 1033sq.*): CHAR. dig. 50, 4, 18, 10 qui . . . -i vel tabularii . . . ad exstruenda . . . aedificia publica . . . destinantur *eqs.* COD. Theod. 8, 2 rubr. de tabulariis, -is et censualibus. 8, 2, 3 curiarum scribas, sed et -os civitatum in nomen inrepsisse militiae. 8, 4, 8, 1 tabularii, diurnarii, -i, censuales. 8, 7, 6 -os. 11, 4 rubr. ne conlatio per -os celebretur. 11, 4, 1 si quis conlator iugationem suam -o commiserit (*ibid. praeterea bis*). 11, 24, 6, 7 cefalaeotis, irenarchis, -is chomatum et ceteris liturgis. COD. Iust. 10, 71 (69), 1 (*a. 341*) nullus . . . ex tabulariis vel scribis vel -is (decurionibus *lex gemina Cod. Theod. 12, 1, 31 et illius gemina ibid. 8, 2, 1*) . . . militet, sed . . . officiis municipalibus reddantur.

logomachia, -ae *f.*, *λογομαχία*. *i. q. verborum certamen*: VARRO Men. tit. (Non. p. 182, 17). *cf. Porph. Hor. sat. 2, 4, 1* Varro dicit *λογομαχίαν* inter illos *Stoicos et Epicureos* esse.

logos *v.* logus.

logotheōrētus, -a, -um, *λογοθεώρητος* (*quae vox apud Graecos non legitur*). *i. q. mente sola comprehensibilis*: CIC. facet. dict. 22 (Macr. Sat. 2, 3, 6 *litt. graecis trad.*) *-oς* est Caninius consul, *qui consulatum deposuit eodem die, quo iniit.* CAEL. AVR. acut. 2, 16, 98 (*Diocl. Caryst. frg. 64 W.*) per vias *corporis* mente sensas, quas -os appellant *sc. Asclepiades* (chron. 5, 10, 105 aiunt v. esse latentes, q. -as a.). chron. 3, 2, 19 mente sensa (*Ilberg collato loco supra allato*; immensa *trad.*) signa . . ., quae Graeci -a vocaverunt.

logotheta, -ae *m.*, *λογοθέτης*. **1** *fere i. q. rationarius* (*cf.* GLOSS. II 51, 14 discussor *λογοθέτης*. *ad rem v. Preisigke, RE XIII 1081*): OP. imperf. in Matth. prol. p. 612 numquam . . . telonearius constitutus . . . factus fuisset euangelista . . ., nisi ut suo exemplo peccatores ad misericordiam poenitentiae invitaret; qui aliquando fuit cautus -a rationum terrenarum, nunc autem diligentissimus est dispensator spiritualium praeceptorum. IVLIAN. epit. novell. 124, 17 oportet . . . civilium pecuniarum -as sive ratiocinatorem a solo principe destinari. **2** -a: graeco eloquio dicitur qui sermonem facit in populo, id est qui edictum imperatoris foris populo nuntiat; logos enim graece sermo est GLOSS.[L] I Ansil. LO 78.

logus, -ī (logos, -ū) *m.*, *λόγος*. *scrib. in codd. saepe litt. graecis formae quae leguntur: sing.: nom.* -us CENS., -os VITR., IREN., AVSON., RVFIN., MARCELL.; *gen.* -i CIL III 6756 NON., VIRG., -u CIL III 6757 DIOM.; *acc.* -on TERT., IREN., CASS. FEL.; *abl.* -o MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 9sqq. p. 1209[D] (*ceterum apud eundem λόγος cum cas. obliquis*). HIER. epist. 53, 6, 2 (*var. l. λόγῳ*). *plur.: nom.* -i PLAVT. Persa 394 (*v. infra*), Stich. 393, TER., TVRPIL., NON.; -oe VARRO; *acc.* -os PLAVT., CIC., SEN., PAVL. NOL.; *abl.* -is PLAVT. GLOSS. ratio. ratio vel sermo. *sim. legitur inde a* PLAVTO, TER., TVRPIL., CIC. [*in codd. saepe confunditur cum* locus *vel* iocus. *e coni.*: ENN. ann. 357 *a graecophilis dicitur* ⟨li⟩ngua -os (*Heraeus dubitanter in exemplari suo,* longos *trad.*). PHAEDR. 3 prol. 37 calumniam . . . fictis elusit -is (*Vollmer, cf. Housman, Class. Quart. 13, 1919, 69sq. = Class. Papers 983sq. et 1073, 1*; locis *trad.*). MART. 3, 20, 5 improbi -os Phaedri (*Thiele,* locos *vel* locus *trad.*; *λόγους Heraeus et Housman l. c.*, iocos *vulgo*).]

1 *i. q. verbum, sermo sim.*: **a** *generatim* (*v. etiam* ENN. *et*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PHAEDR. *p. 1612, 79 sqq.*): PLAVT. Bacch. 519 blandiri nihilo pluris referet, quam si ... mortuo narres -os (*A*; dicat iocum *P*). Men. 779 loquere ... pauci⟨s⟩, non longos -os (locos *codd. deficiente A*). IREN. *v. infra l. 40.* NON. p. 64, 3 convicium dictum est quasi e vicis -i, in quīs (vitiis locum qui *trad.*) ... cavilletur. DIOM. gramm. I 443, 12 figura ... est arte aliqua novata ⟨forma⟩ (*add. ex Quint. inst. 9, 1, 14*) dicendi; huius partes duas facit, dianoeas ... ⟨et⟩ -u (et *λέξεως Quint. inst. 9, 1, 17, quam vocem adhibet ibid. infra ipse Diom.*), quod est elocutionis atque verborum. PAVL. NOL. carm. 24, 425 referens ... paucos de tuis scriptis -os. VIRG. gramm. epit. 4 p. 18, 14 mulctavi tornores -i (*cod. A teste Stangl, Virgiliana 33*; logii *cett., ed. Huemer*).

b *speciatim*: *α cum respectu vanitatis* (*cf.* NON. *sub β*): PLAVT. Persa 394 dabuntur dotis tibi inde sescenti -i (Ps. Ascon. div. in Caec. p. 197, 27; logei *A*, longi *P*), atque Attici omnes; nullum Siculum acceperis. TER. Phorm. 493 (*492 responsa sunt*: hariolare *et* fabulae) faeneratum istuc beneficium pulchre tibi dices. :: -i (*494* somnia). TVRPIL. com. 11 testamentum ergo celabis? :: -i. *β cum respectu facetiarum* (NON. p. 63, 15 -i, a graeco sermone dicta [vel dicta *var. l.*] ridicula et contemnenda [*afferuntur* CIC., TVRPIL. *l. c.*]): PLAVT. Stich. 221 -os ridiculos vendo, age licemini (455 me meum optenturum regem ridiculis -is [*A*; meis *cett.*]). 383 non vendo -os. 393 venales -i sunt illi, quos negabam vendere. CIC. or. frg. A VI 5 te certe scio omnes -os, qui ludis dicti sunt, animadvertisse. *γ cum respectu fabulae* (*v. etiam* MART. *p. 1612, 82*): SEN. dial. 12 (11), 8, 3 fabellas ... et Aesopeos -os, intemptatum Romanis ingeniis opus (*cf.* QVINT. inst. 5, 11, 20 *αἶνον* Graeci vocant et *Αἰσωπείους ... λόγους* et *Λιβυκούς*, nostrorum quidam ... apologationem).

2 *i. q. ratio* (*cf.* RVFIN. Clement. 8, 34, 8 si ... ratio est, i. e. -os, per quam facta constant universa): **a** *vario usu*: VARRO ling. 10, 43 in hac formula numerorum (*sc. sic dispositorum: 1. 2. 4; 10. 20. 40; 100. 200. 400*) duo inerunt quos dixi -oe, qui diversas faciant analogias *eqs.* (*37* ratio pro portione; ea graece vocatur *ἀνὰ λόγον*; *ibid. et 39 λόγον*). VITR. 1, 1, 16 qui graece -os opticos appellatur (*loco ceterum corrupto et varie temptato*). TERT. apol. 21, 10 apud vestros quoque sapientes -on, id est sermonem atque rationem, constat artificem videri universitatis. 21, 17 se esse verbum dei, id est -on. adv. Prax. 5 p. 233, 12 hanc *rationem* Graeci -on dicunt, quo vocabulo etiam sermonem appellamus. IREN. 2, 28, 4 (2, 42, 2 H.) *provenit* de enthymesi ... -os. quem autem -on? aliud est enim secundum Graecos -os, quod est principale quod cogitat, aliud organum per quod emittitur -os. *et saepe apud eundem* (*exempla congessit Reynders in indice p. 184*). CENS. 10, 9 cum ... chorda duplo maiore pondere ... tenderetur et esset displasiōn -us. MAR. VICTORIN. in Phil. 2, 9 sqq. p. 1209^{D} Christus, id est *λόγος* qui cum deo est *eqs.* (*et saepius apud eundem litteris graecis*). AVSON. 336, 68 p. 203 P. triplex quoque forma medendi, cui -os aut methodos cuique experientia nomen (MARCELL. med. carm. 6 -os aut m. simplexque empirica. *cf.* CASS. FEL. 67 p. 166, 8 secundum rationem, quod Graeci cata -on appellant). **b** *cum respectu rationum privatarum* (*ἰδίου λόγου*) *sc. patrimonii imperatorum in Aegypto siti*: CIL III 6756 *et* 6757 (= Dessau 1413 *et* 1414, *v. s.* idiologus).

v. Onom.

loic- *v.* logic-. **loid-** *v.* lud-. **lōlārius** *v.* lorarius.

loliāceus, -a, -um. *a* lolium. *i. q. lolio confectus*: VARRO rust. 3, 9, 20 *gallinas* farciunt turundis hordeaceis, partim admixtis [e] farina -a (lolleacia, lol(l)earia *var. ll.; cf. p. 1614, 4*) aut semine lini.

loliārius, -a, -um. *a* lolium. [*vix* *loliarium '*cribrum*': *port.* joeira '*vannus*'. *cf. M.-L. 5111. Corominas II 1070. Machado II 1265. St.*] *i. q. ad lolium pertinens*: COLVM. 8, 5, 16 cribro viciario vel etiam -o ... pulli superponantur.

lolīgo *v.* lolligo.

***lolium,** -ī *n.* [*orig. inc. Sch.*] *scrib. in codd.* lolli- *saepe.* luli- GLOSS. III 542, 26. 543, 42. ioli- GLOSS. III 631, 19 (*cf. Romanica infra*). *de genetivo*: CONSENT. gramm. V 359, 20 -ii *sicut alia talia vocabula,* quamquam a plerisque iam per unam i ecferatur iste genitivus (*quae forma in codd. non exstare videtur*). *neutr. testatur* DVB. NOM. gramm. V 581, 30. *masc.* -us: ORIBAS. syn. 2, 15 Aa p. 101, 16 Mø. (*iuxta* amaracus, asfaltus, anetus, balsamus). GLOSS. III 613, 60. *addas* -u(m), qui DIOSC. *p. 1614, 19.* lo- *in arsi ponere videtur* COMM. instr. 2, 14, 3. 7. *plur. occurrit* Ov. fast. 1, 691 ENNOD. carm. 1, 8, 46 dict. 12, 6 p. 462, 27 opusc. 2, 15 p. 292, 14. NOT. Tir. 68, 9. [lolium: *tusc.* loglio, *it. sept.* lœy, loy; *sard. centr.* lódzu, *mer.* lullu; *burg., comit.* leu *etc.; var. francoprov.; cat.* llull; *arag.* luello. iolium (*cf.* GLOSS. III 631, 19 *supra necnon port. sub* loliarius): *tusc.* gioglio, *var. it. centr. et mer., pedem.; raet. or.* uei; *prov. vet.* jolh, *var. prov. or.; cat.* jull; *hisp.* joyo; *port.* joio. *cf. M.-L. 5112. Wartburg V 400 sq. Battisti-Alessio III 2263. 1812. Corominas II 1070. Machado II 1265. St.*]

nomen herbae, αἶρα, ζιζάνιον (GLOSS.; *cf. p. 1614, 16.* PS. DIOSC. Vind. 2, 100 p. 175, 21 *αἶρα· οἱ δὲ θύαρος, Ῥωμαῖοι λόλλιουμ. corruptum* era: lupus GLOSS. III 545, 38): **1** *proprie* (*saepe iuxta* avena; *dub. an proverbialiter* PLAVT.): PLAVT. Mil. 321 mirumst -o victitare te, tam vili tritico. :: quid iam? :: quia luscitiosu's (*cf. p. 1614, 3*). ENN. frg. var. 31 ubi videt avenam, -um crescere inter triticum, seligit. CIC. Att. 2, 2, 3 de -o sanus non es; de vino laudo (*cf. p. 1614, 11?*). VERG. ecl. 5, 37 infelix -um et steriles nascuntur avenae (georg. 1, 154 dominantur). HOR. sat. 2, 6, 89 *cum mus rusticus* ēsset ador -umque, dapis meliora relinquens. Ov. met. 5, 485 *Cerere irata* -um tribulique fatigant triticeas messes. fast. 1, 691 careant -is oculos vitiantibus agri. CELS. 2, 33, 5 ex qualibet farina cataplasma, sive ex tritici ... sive -i (*al. vol. VI 1, 283, 60 sq.; cf.* loliaceus). 5, 22, 2^{C} compositio, quae habet ... -i *quantum.* 5, 23, 3^{A} casiae, silis, -i (polii *Constantinus*). 8, 9, 1^{E} cataplasma ... vel ex -o vel ex hordeo. COLVM. 8, 4, 1 potest etiam -um decoctum obici (*avibus ut* 8, 8, 6). CALP. ecl. 4, 116 nec praefocata malignum messis habet -um. PLIN. nat. 18, 153 nascitur et herba ... mortifera; nam -um ... inter frugum morbos potius quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. 22, 160 *medicinae ex -o.* VLP. dig. 9, 2, 27, 14 (*ex Celso*) si -um aut avenam in segetem alienam inieceris. ARNOB. nat. 2, 59 p. 135, 4 M. quid *in mundo faciunt* avenae, quid -um? ZENO 2, 44, 1 (1, 41, 1 L.) qui *deus* zizania, -um, lappas, tribulos in laeta frumenta mutavit. HIER. in Matth. 13, 37 sqq. p. 94^{A} zizania, quod nos appellamus -um, quamdiu herba est et nondum culmus venit ad spicam. PRVD. ham. 216 tunc (*post primum peccatum*) -um lappasque leves ... ferre malignus ager ... ausus triticeam vacuis segetem violavit avenis. DIOSC. 2, 83 p. 211, 27 de -u(m) (*in indice* p. 185, 40 de -o): -u(m), qui in tridicu invenitur (*gr. 2, 100 αἶρα*). PETR. CHRYS. serm. 55 p. 353^{D} (*ad Luc. 11, 11* quis ... patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi?) potuit dicere 'numquid zizania, numquid -um, quod ex vicinitate et similitudine mentitur panem, sed generat angustias?' EVSTATH. Basil. hex. 5, 5, 4 -um (*gr. αἶρα*) ... et cetera adulterina genera, quae zizania solet nuncupare scriptura. ORIBAS. *v. p. 1613, 66.* **2** *in parabolis et allegoriis christianis significantur mala, peccata sim.*: ITALA Matth. 13, 27 (Victorin. Poetov. in apoc. 8, 1) bonum semen seminasti ..., unde ergo ibi -um? (*gr. ζιζάνια, Italae codd. et Vulg.* zizania). 13, 30 (*ibid.*) colligere -um (*gr. et ceterae versiones item*). *inde apud ecclesiasticos*: CYPR. Demetr. 23 p. 367, 25 nec vos delectet ... vana dominatio, quando et in agro inter ... segetes -um et avena dominetur (*sec.* VERG. *p. 1413, 83*). Ps. ORIG. tract. 10, 23 B. -um, quod in eodem agro inimicus seminavit. IVVENC. 2, 798 -um ... inspergit amarum. *al.* CARM. adv. Marc. 2, 6 sanctorum dictis sua miscuit impia verba inque bonum semen -um miserabile sevit. AMBR. off. 2, 5, 21 nonne totius manipulis vitae beatae, si quid forte accidit ... amaritudinis, tamquam sterilis avena absconditur aut tamquam -i amaritudo frumenti suavitate obducitur? HIER. epist. 15, 1, 2 ibi (*Romae*) ... terra ... dominici seminis puritatem centeno fructu refert, hic (*Antiochiae*) ... frumenta in -um avenasque degenerant. COMM. instr. 2, 14 (tit.) de -i semine (*ibid.* 1. 3. 4. 7). VINCENT. LER. 23, 12 absit ..., ut in isto spiritali paradiso de cinnamomi et balsami surculis -um ... atque aconita proveniant. ALC. AVIT. hom. 20 p. 133, 21 insertum tritico -um dogmatis Arriani. ENNOD. opusc. 2, 15 p. 292, 14 *haeretici* mareenti solo -a commendantes, recepturi ... paleas *ad ignem gehennae augendum. al.*

deriv.: loliaceus, loliarius.

lolleācius *v.* loliaceus.

lollīgo, -inis *f.* [*eadem stirps ceterum ignota voci q. e.* 2. lollium *videtur subesse; ad suffixum admodum rarum cf.* calīgo, fulīgo *sim. et Leumann, Gramm. 1977, 369. Sch.*] *de orig.*: VARRO ling. 5, 79 -o *dicitur,* quod subvolat, littera commutata, primo volligo. *scrib. in codd.* loli- *hic illic.* lulli- SVET. frg. 152 p. 234, 2 (*unde* ISID. orig. 12, 6, 47 nat. 38, 1). solligina GLOSS. II 454, 42. *dat. plur.* -bus *non occurrit, vitari videtur* PLIN. nat. 11, 258 (*l. 76*). -go *producitur* Ov. hal. 132. *formam deflexam in primam decl.* solligina *v. supra.* NOT. Tir. 113, 5. *inde a* VARRONE, CIC., lolliguncula *iam apud* PLAVTVM.

nomen animalium marinorum: **1** *nomen animalis marini sepiae similis, i. q. τευθίς* (*item* EXC. Bob. gramm. I 543, 14 GLOSS.; *a* sepia *distinguitur saepe*): **a** *dicitur volare posse* (*inde genus piscium a mollibus animalibus diversum intellexit De Saint-Denis, Vocab. animaux marins, 56 sqq.; obloquitur post alios Leitner, Zoolog. Terminologie bei Plin. 156*): VARRO *supra.* CIC. div. 2, 145 gubernatores cum exsultantes -es viderint ..., tempestatem significari putant (*item in praesagiis tempestatis*: PLIN. nat. 18, 361 -o volitans [32, 14]. SVET. frg. 152 p. 234, 2 venti mutatio est, cum -es hirundinesve volant). PLIN. nat. 9, 84 -o etiam volitat extra aquam se efferens ... sagittae modo (1, 9, 45). 32, 15 Trebius Niger ... in oceano ad locum Mauretaniae ... -es evolare ex aqua tradit tanta multitudine, ut navigia demergant. 32, 149 -o volitans. **b** *cetera exempla*: HOR. sat. 1, 4, 100 (*afferuntur verba hominis subdoli; cf. 85* niger) hic nigrae sucus -is. Ov. hal. 132 nigrum niveo portans in corpore virus. CELS. 2, 28 minime intus vitiantur ... -o, locusta, polypus. PLIN. nat. 9, 52 nec saepia est *in Ponto,* cum -o reperiatur. 9, 83 mollia *genera piscium* sunt -o, saepia, polypus ...; his caput inter pedes et ventrem, pediculi octoni omnibus; saepiae et -i pedes duo ex his longissimi et asperi *eqs.* (*cf.* 11, 258 octonos et marinis esse diximus, polypis, saepiis, -i, cancris). 9, 93 saepias ... et -es eiusdem magnitudinis (*sc. pondo* DCC *ut barbae*) expulsas in litus ... idem *Trebius* auctor est; in nostro mari -es quinum cubitorum capiuntur. 9, 158 *coeunt* -es linguis, componentes inter se bracchia et in contrarium nantes; ore et pariunt. 9, 164 -es in alto conserta ova edunt. 11, 215 aquatilium mollibus nulla *ossa sunt,* sed corpus circulis carnis vinctum ut saepiae atque -i. APVL. apol. 35, 3 dicitis me *ad magiam* ... quaesisse de litore ... -um lingulas. MARCELL. med. 20, 26 p. 152, 28. 27, 28. APIC. 2, 37 (2, 1, 1 M.) isicia fiunt marina de ... -e, de sepia *eqs.* (2, 38 [2,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1, 2] i. de -e: sublatis crinibus in fulmento tundes . . ., pulpa . . . fricatur). 9, 417 (9, 3, 1) in -e: in -e in patina: *eqs.; ibid.* (9, 3, 2): in -e farsili: *eqs.* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 12 (*inter natantia*) -o. PRISC. *v. s.* lolliguncula.

? **2** -o: fructus seu aves (seuacus *trad.*), quae per sex menses pisces, per sex fiunt aves, per sex alii pisces GLOSS. V 554, 14 (*obscurum; quodammodo respici videntur -es volantes, v. s. 1 a*).

deriv.: lolliguncula. *cf.* 2. lollium.

lollīguncula, -ae *f.* *a* lolligo *deminutive* (*item* PRISC.). *i. q. lolligo modica* (*nisi ioci gratia dictum est*): PLAVT. Cas. 493 emito sepiolas, lepadas (lepidas *trad.*), -as (*sic teste* Prisc. gramm. II 108, 19 loligo -a [loli-, -cunc-, loginculas *var. ll.*]. lolligiungas *codd. Plauti defic. A*).

1. lollium *v.* lolium.

2. lollium, -ī *n.* [*quae ratio intercedat inter hanc vocem et* lolligo, *non diiudico. Sch.*] *i. q. lolligo*: VINDIC. med. 7 *animalia sine sanguine* pulpas, sepias, -a, ostrea.

σμηγματοπώλης **lōmentārius** GLOSS. II 434, 43. *a* lomentum.

σμήχω **lōmento** GLOSS. II 434, 46. *a* lomentum. *huc traxit Goetz* GLOSS. III 142, 62 zimizo: lamento.

lōmentum, -ī *n.* *a* lavere. *cf.* lavamentum. *scrib. in codd.* lumsaepe. *masc.* -us GLOSS. III 591, 72. NOT. Tir. 51, 42. *legitur inde a* CAEL. Cic. fam., SCRIB. LARG., PLIN. nat.

1 *i. q. σμῆγμα, pulvis ad lavandum aptus, maxime ex farina fabacea confectus* (*cf.* PLIN. nat. 18, 117 -um appellatur farina ⟨ex⟩ ea *faba; sim. passim sub β. conficitur ex aliis rebus l. 26. 36. 39. 54.* GLOSS. *σμῆγμα.* fomentum. ablutio. nitrum. *ἐρεγμοῦ λέπος.* levamen de herba scum(in)aria. savo. *ad rem v. Hug, RE XIII 1395 sq.*): **a** *in rebus fere medicinalibus*: *α ad cutem mundandam vel sanandam*: CAEL. Cic. fam. 8, 14, 4 scis Appium censorem . . . acerrime agere? persuasum est ei censuram -um aut nitrum esse; errare mihi videtur, nam sordes eluere vult, venas sibi omnes et viscera aperit (*tropice ut*: SVLP. SEV. epist. app. 2, 13 p. 243, 20 *virgo Christiana* caelestis abluatur nitro doctrinae et -is [lamentis, lumentis *var. ll.*] spiritalibus emundetur. APON. 6 p. 117 quicumque . . . membra sua ab omni foeditate luxuriae continentiae -o diluerit. *addas fortasse* APON. p. 902, 53, *sc.* -o *pro* lamento *coniciens*). PLIN. nat. 22, 84 *sium* prodest . . . inlitum -oque (momentoque *codd.*) cutem emendat et ramices lenit. 30, 127 *cocleae* arefactae . . . tusaeque in farinam miscentur -o aequis partibus candoremque et levorem corpori adferunt. 33, 85 cinis *auri* . . . lichenas in facie — -o eo (eum *var. l.*) convenit ablui —, fistulas etiam sanat. CIL IV 2597 loment(um) C. N. P. S. (*dubitanter huc rettulimus ut*: 5737 -um Gaviae Severae. 5738 -um flos Vticense ex lacte asinino [*ordine verborum incerto*]. 10282 lomen(tum) verax Numiciae Primige(niae)). ITALA Dan. 13, 17 (cod. 176) adferte mihi oleum et -um (*gr. σμήγματα, Vulg.* smigmata). GARG. MART. med. 15 semen *peponis* in pulverem versum -oque permixtum nitidiorem feminis cutem praestat ([*Plin. nat. 20, 12 peponis* farina . . . in smegmata adicitur]. PLIN. med. 1, 18, 6 -um [linim- *var. l.*] . . . imponitur ex aqua [*deest Plin. nat. 28, 186*]). PLIN. med. 2, 26, 5 -i assidua fricatione tolluntur *clavi et calli* (*Plin. nat. 22, 127* sapa). HIER. epist. 130, 18, 2 fuge lasciviam puellarum, quae . . . cutem poliunt, utuntur -is (pigmentis *var. l.*). AVG. quaest. hept. 1, 26 p. 16, 4 nisi -is et unguentis diu prius accurato corpore nulla *femina* intrabat ad regem. Ps. APVL. herb. 21 l. 6 radicem *hieribulbi* cum -o lupinaceo conmixtum (MISC. Tir. p. 58, 22). PLAC. med. 14, 9 rec. *β* asinae lac cum fabae -o mixtum . . . cutem candidiorem facit, si eo pro -o utatur. *conduntur rugae illinendo* (*vergit ad 2*): MART. 3, 42, 1 -o rugas uteri quod condere temptas, Polla, tibi ventrem, non mihi labra linis. 14, 60 tit. -um: gratum munus erit scisso nec inutile ventri *eqs.* *β ad varia mala*: SCRIB. LARG. 159 *ad podagram cataplasma*: -i hemina *eqs.* ([*inde* MARCELL. med. 36, 43 *cataplasma* -i more compositum]. PLIN. nat. 36, 133 fit cataplasma ex eo *Assio lapide* podagricis mixto fabae -o. MARCELL. med. 36, 40 -um fabae molutae cum suis valgulis factum [*Scrib. Larg. 158* faba molita]). PLIN. nat. 20, 127 *nasturtium* strumis cum -o inlitum . . . medetur ([*inde* MARCELL. med. 15, 78 cum -o contritum]. Ps. APVL. herb. 20 l. 13 cum -o tritum). 22, 84 (*v. l. 36 sq.*) *ad* ramices (24, 15 *pilulae cupressi* cum axungia et -o prosunt). 22, 141 *faba* -o . . . ex aceto decocto tumores maturat (ANON. med. ed. Piechotta 173 farinam fabae, h. e. -um). PELAGON. 72 *ad tussim* fabae fresae, id est -um, unc. VI ([*appositionem spuriam esse suspicatur Ihm; Hippiatr. gr. I p. 45, 22 φάβατος ἀληλεσμένου tantum*]. VEG. mulom. 2, 127 in subtilissimo -o [linimento *var. l.*], hoc est farina fabacea. PLIN. VAL. 1, 58). VEG. mulom. 1, 56, 19 -i (linimenti *var. l.*) fabae selibram. 2, 57, 1 interdum -um pro farina (*sc. frumentacea*) mittis. 3, 8, 4 -i fabae, id est farinae *quantum*. MARCELL. med. 34, 103 urticam . . . -i more adpone varicibus. 35, 14 ad paralysin et nervorum dolores. ALEX. TRALL. 2, 229 *ad alvum solvendam* -i de fabis *quantum* (*gr. II p. 373 P. φαβατίνου ἀλεύρου. ibid.* fabae farinam, *gr. τὸ ἄλευρον*).

b *vario usu*: PLIN. nat. 10, 167 servari ea *ova* in -o . . . utilissimum. PALLAD. 11, 14, 9 in album colorem vina fusca mutari, si ex faba -um factum vino quis adiciat (*cf.* APIC. 6 = 1, 6 M. vinum ex atro candidum facies: -um ex faba factum . . . in lagonam mittis *eqs.*).

2 *i. q. pulvis lavando, terendo ex terra vel aere sim. confectus et pigmento adhibitus* (*Mart. 3, 74, 4* Veneto . . . luto *confert André, Et. sur les termes de couleur, 1949, 292. v. et supra l. 57 sq.*): PLIN. nat. 33, 89 cum tinxere *chrysocollam* pictores, orobitin vocant eiusque duo genera faciunt: elutam, quae servatur in -um, et liquidam. 33, 162 (*161* caeruleum harena est) ex caeruleo fit quod vocatur -um; perficitur id lavando terendoque; hoc est caeruleo candidius *eqs.* 33, 163 est et vilissimum genus -i, quod tritum vocant, quinis assibus aestimatum.

deriv.: lomentarius, lomento.

loncha, -ae *f.*, *λόγχη.* *i. q. lancea*: PAP. Corp. 250, 20 (*s. II in.*) ut mittas mihi . . . -as duas quam optimas.

lonchītis, -tidis (-tis), *acc.* -tem, *et* lonchīta, -ae *f.*, *λογχῖτις. scrib. in codd. etiam* lonci-, longi-. *nomen herbarum*: **1** *i. q. lanceola, venerea* (*cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 144 λογχῖτις· ... Ῥωμαῖοι βενέριχ⟨αμ⟩, οἱ δὲ λαγχίολα*): PLIN. nat. 25, 137 (*cf.* 1, 25, 88) -is non, ut plerique existimaverunt, eadem est quae xiphion aut phasganion, quamquam cuspidi similis semine (26, 119 hydropicos sanat . . . semen -dis. DIOSC. 3, 156 p. 440, 27 semen eius lancie similis est . . ., unde et -is appellatum est); habet enim folia . . . rubentia . . ., capitula personis comicis similia . . ., radicibus praelongis (26, 76. 77); nascitur in sitientibus *locis*. CHIRON 933 -tem *quantum*. VEG. mulom. 3, 16, 2 -tis *quantum*. MARCELL. med. 6, 27 -tae *quantum*. DIOSC. 3, 156 p. 440, 22 de -tis: -is folia . . . habens *eqs.* **2** *i. q. longina* (*cf. Ps. Diosc. Vind. 3, 145 λογχῖτις ἑτέρα τραχεῖα· ... Ῥωμαῖοι λογγίνα, οἱ δὲ καλαβρίνα*): DIOSC. 3, 156 p. 441, 3 est et secundum genus -tis, aspera folia habens sicut scolopendris; . . . bibita cum aceto splenem siccat (*sim.* Ps. APVL. herb. 56 l. 19). **3** *i. q. splenion*: Ps. APVL. herb. 56 l. 12 a Graecis dicitur splenion, . . . alii -is. l. 16 (*per confusionem cum 1 e Diosc. additum*) -is folia rubra ⟨habet⟩ *eqs.*

lonchōton *n.*, *λογχωτόν. nomen chalcanthi*: PLIN. nat. 34, 124 *chalcanthi genus quoddam* stalagmian vocant, neque est purius aliud; sed ex eo, candidum colorem sentiente viola, -on appellant. DIOSC. 5, 123 p. 219, 13 (*de chalcantho*) bonu est . . . et limpidus, qualis est istacton et loncoton dixerunt (*gr. 5, 98, 3 τὸ σταλακτόν, ὑπ' ἄλλων ... λογχωτὸν καλούμενον*).

loncītis *v.* lonchitis. *B.*

***longaevitās,** -ātis *f.* *a* longaevus. *scribitur* -gevi- *in pap. Parisinis* ALC. AVIT. epist. 18 p. 51, 3 hom. 18 p. 128 f. 11r, 14 *et* f. 11v, 19, *ceterum hic illic in codd. rec. ut* VVLG. Sirach 30, 23. -etas Ps. VEN. FORT. vita Med. 10, 27. *legitur inde ab* ITALA, AMBR. (*sc. non nisi in scriptis christianis excepto* MACR. *l. 54*). [*falsa var. l. pro* longinquitatem AMBR. hex. 6, 4, 23; *pro* longae vitae HIER. epist. 36, 6, 2.]

i. q. status longaevus (*hucine* GLOSS. *p. 1623, 60? iuncturae fere abundantes*: -s vitae *sim. sub β*, diuturna *l. 76* [*cf. p. 1617, 10 et* CASSIOD. var. 9, 24, 5 tanta. in psalm. 89, 4 magna]): **1** *pertinet ad tempus finitum* (*sc. vitae humanae praeter l. 54. 64. 67. 74; sive de diuturnitate sive de ipsa senectute; opponitur* perennitas *l. 61*): **a** *accedit gen.*: *α animantium: hominum*: ITALA sap. 4, 16 (Lucif. Athan. 1, 32) condemnat iustus mortuus vivos impios et iuventus celerius consummata -em iniusti (*gr. πολυετὲς γῆρας. inde restituitur* VVLG. [longaevitam, longa(m) vita(m) *trad.*]). AMBR. Iac. 2, 8, 36 exacto tempore septem decem . . . annorum, quod secundum illam patriarchae -em exiguae portionis tempus est. RVFIN. hist. 3, 32, 4 -s eius *Symeonis* (*gr. τῷ μήκει τοῦ χρόνου τῆς αὐτοῦ ζωῆς*). AVG. civ. 15, 14 p. 87, 9 D. antiquorum (*i. patriarcharum*). CASSIOD. in psalm. 38, 5 si potuisset ad illam (*i. Christi*) sanctam incarnationem . . . eius *prophetae* -s pervenire. *al.* *corvorum et cornicum*: MACR. Sat. 7, 5, 11 non minus edacitatis habent quam de -e eorum opinio fabulatur. *β rerum*: AMBR. Abr. 1, 3, 19 non -em istius vitae ut meticulosus mortis *exposcit Abraham* (epist. 15, 2 ne illi -em v. huius deprecaremur, cui vitae aeternae iam praemia deferebantur. in psalm. 118 serm. 3, 31 qui v. huius -e lassatur, cui prolixitas habitationis huius fastidio sit. HEGES. 3, 2 p. 183, 25 CASSIAN. conl. 2, 13, 2. inst. 12, 12 v. praesentis [*opp.* futurae gloriae perennitatem]. MAX. TAVR. serm. 90, 1. *al.*). bon. mort. 2, 3 -em peregrinationis huius ingemescebant. in psalm. 118 serm. 2, 18, 3 liquet . . . ex his, quod non senectutis -s eligatur, sed custodia verborum dei (SIDON. epist. 4, 25, 5 non s. modo suae, verum etiam dignitatis -i). FVLG. RVSP. epist. 7, 3 aetatis nequiter peractae -s (CASSIOD. var. 9, 24, 5 grandaevis proceribus . . . quos tanta -s a. instruxerat. THEOD. MOPS. in Philem. 9 p. 276, 9). 7, 9 an forsitan temporum cuiquam potest praeiudicare -s.

b *sine gen.*: ITALA Sirach 30, 23 (Aug. spec. 23 p. 145, 7 = VVLG.) iocunditas cordis haec est vita hominis . . ., et exultatio viri est -s (*gr. μακροημέρευσις*). AMBR. Cain et Ab. 2, 9, 37 isti Cain -s indulta vindicta est, eo quod vixit in metu et prolixum spatium multo cucurrit et infructuoso labore. hex. 4, 4, 14 p. 120, 15 eadem hora generari -i debitum et prima pueritiae aetate moriturum. 5, 20, 64 *vultures* in multam aetatem -e procedere (*sec. Basil. p. 1619, 32*). Iob 2, 4, 15 vanitatem mundi huius . . . pertulit -e diuturna. in psalm. 118 serm. 2, 17, 2 ut redargueret *Daniel* senes, ipse non senior -e, sed gratia. RVFIN. hist. 2, 10, 7 viximus haud contemnendi et -em, quae beata putatur, explevimus (*gr. Ios. antiq. 19, 347 ἐπὶ τῆς μακαριζομένης μακρότητος*). Orig. in gen. 4, 4 p. 54, 21 videtur nomen hoc (*sc. presbyteri*) sanctis non -is ratione, sed maturitatis adscribi. AVG. civ. 2, 23 p. 85, 23 D. dignitate, -e . . . perfrui. 15, 20 p. 100, 30 proportione -is illius (*sc. patriarcharum. cf. p. 101, 17* proportione tam longae vitae). in euang. Ioh. 32, 9 *deus* non . . . promisit -em aut decrepitam senectutem. CASSIAN. inst. 11, 8

[Stirnimann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

huic -s . . . non officit (*antea*: processu temporis). PROSP. resp. ad Gall. 1, 3 -s non est nisi ex deo (*antea*: in vitae suae longitudine). 2, 3 non ideo deus tempus aetatis cuiquam prolongavit, ut . . . a fide recta in sua -e deficeret (*ibid. iterum*). FAVST. REI. epist. 8 p. 211, 1 deus . . . beneficia sua felici ac placita sibi -e multiplicet (*eadem formula claudendae epistulae utitur* 9 p. 215, 13 [*cf.* 11 p. 218, 10]. ALC. AVIT. epist. 7 p. 36, 7 felicissimam). 12 p. 219, 16 perfecta (*in clausula epistulae ut supra*). ALC. AVIT. epist. 18 p. 50, 3 -is accessu. *al.*

2 *pertinet ad tempus infinitum* (*sc. de aeternitate, immortalitate sim.* [*notio confirmatur vel augetur attributis* immortalis ALC. AVIT., vitae aeternae PS. ORIG.]; *contextu lacunis depravato dubium an huc pertineant* ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 11. 32): AMBR. epist. 16, 5 quae est . . . aetas senectutis, nisi vita immaculata (*sap. 4, 9*) . . ., cuius sine fine est diuturnitas, sine debilitate -s. PS. AMBR. trin. 12 pater omnem antiquitatem temporum antecedit, aeternitate consumit, -e superat. AVG. in psalm. 120, 10 l. 18 (*ad prov. 3, 16* longitudo dierum in dextera eius) longitudo illa dierum aeternitas est; hoc enim proprio modo dicit scriptura longum, quod aeternum est; nam quidquid finem habet, breve est; . . . -s est in dextera eius; at vero . . . sufficientia vitae huius . . . sinistra est (*v. etiam p. 1619, 62*). CASSIAN. inst. 8, 4, 2 canities capitis quid aliud quam -em deitatis et antiquitatem significat, qua sine ullo principio est. ALC. AVIT. epist. 6 p. 35, 5 quem . . . custodita renovatio immortali facit -e perfectum. ENNOD. epist. 1, 5, 3 p. 10, 11 consilia, quorum -s et senectutem refutat et terminum. PS. ORIG. hom. in Matth. 2, 6 p. 255, 23 in regno dei .,. ., ubi -s vitae aeternae.

? **longaevito** *v. l. 30.*

longaevo, -āre. *a* longaevus. *i. q. longaevum reddere* (*in clausulis epistularum aliorumve scriptorum; cf. l. 5*): ALC. AVIT. epist. 63 praesentiam vestram succedentium annorum numerositate divinitas propitiata -et (-itet *editio Sirmondi*). PS. VEN. FORT. vita Med. 15, 37 *ut deus* regis nostri filicitatem crebris successibus dilatatam . . . pro sua pietate -et.

ᴮlongaevus, -a, -um. [*a* longus *et* aevum; *cf.* grandaevus. *subesse videtur gr. μακραίων. Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 10, 156 -us: quasi longi aevi et longi temporis. *scribitur* -gevus: CIL III 13842 CE 1388, 5 (*a. 577*) INSCR. Gall. Wuilleumier p. 124 n. 310 *et in codd. rec.*, -gebus *e. g.* SACR. Leon. 1110, -geus GLOSS. IV 415, 11. *de formis: nom. sing.* -os *cod. P* VERG. Aen. 8, 498 *et* 12, 420. -om *cod. P nec non Pap. Corp. 4, 110* VERG. Aen. 2, 525. -es *forma tert. decl. falso trad. p. 1619, 29. compar. et superl. desunt* (-i *pro superl. gr. μακροβιωτάτους* EVSTATH. Basil. hex. 8, 6, 7); *cf.* tam -us AVG. civ. 15, 10 p. 76, 12 D. 15, 12 tit. p. 79, 11. sic -us ALC. AVIT. carm. 5, 455. NOT. Tir. 75, 19 -gevum. *legitur in poesi* (*sc. dactylica praeter* STAT. silv. 2, 7, 42) *inde a* VERG., PROP., OV., *in prosa oratione inde a* GAIO, TERT. [*variat cum* longus CYPR. GALL. gen. 959, *cum* longinquus CYPR. GALL. *p. 1618, 76. dub. an recte trad.* PROP. 2, 13, 47 *p. 1618, 11. editum est olim falso λογγαίβουμ pro λίγγουα βόβουμ Ps. Diosc. Vind. 4, 127.*]

fere i. q. longus (*hac quidem ratione inter vocabula intercedente, quod* -us *notione longitudinis non nisi in usu temporali frequentatur [inde a* PLAVTO, *usum localem v. sub I B 2], cum in usu locali notio distantiae longe praevaleat* [*inde a* CIC.]. longus *iuxta ponitur* SEN. amic. p. 17. GLOSS. II 309, 44 *ἐπιμήκης* -us, prolixus): **I** *adi.* (*accedit* ab [*testatur* DIOM. gramm. I 315, 33]: LIV. 21, 21, 5. 36, 5, 7 PLIN. nat. 14, 69 IVST. 11, 5, 9 MAR. VICTORIN. rhet. 1, 37 Ps. ORIG. in Iob 1 p. 397^{C}. *al.; dat.* [*nisi pro abl. separ. mavis accipere formas ambiguas*]: PAVL. NOL. carm. 16, 88 sectoribus. 27, 126 primis. epist. 50, 16 homini. AVG. epist. 36, 27 illi. PROSP. sent. 91 deo. CE 1355, 5 thalamis. *additur* inter se: PORPH. Hor. carm. 3, 24, 38; *abl. respectus*: LIV. 9, 24, 2 PAVL. NOL. epist. 24, 18 AVG. in psalm. 37, 17 PROSP. sent. 91; inde: AVG. perf. iust. 13, 31): **A** *pertinet ad tempus* (*v. etiam sub B 2a*): **1** *magis respicitur diuturnitas*: **a** *temporis ipsius eiusve partium*: PLAVT. Mil. 731 vitam ei -am darent *dei* (*opp.* adimerent animam cito. CE 1401, 3). ENN. ann. 413 -a dies (*gen.*) . . . aetas (CIC. Tusc. 3, 69 *hominum* si a. potuisset esse -ior [*antea*: exiguam vitam]). CIC. Arat. 63 non -um spatium labere diurnum *mense decembri* (*vix vi locali accipiendum sec. Arat. 289 οὔτε . . . πολλὴν πειρήνειας, cf. vers. 64 et 74 apud Cic.*). 232 *stellae errantes* faciunt magnos -i temporis annos (Flacc. 5 frg. Mediol. [*opp.* breve tempus]. nat. deor. 2, 85 -um et immensum paene. 2, 161. div. 2, 28 [*antea*: diuturna]. NEP. Them. 4, 4). LVCR. 2, 69 -o fluere omnia cernimus aevo. VERG. Aen. 3, 415 tantum aevi -a valet mutare vetustas (SERV. auct.: 'aevi -a' pro 'longi'). VAL. FL. 2, 286 *ratem* -a dies . . . solibus . . . urebat (*cf. p. 1618, 76*). GELL. praef. 4 -is per hiemem noctibus. CLAVD. carm. min. 27, 27 ubi mille vias -a retorserit aestas, tot ruerint hiemes *eqs.* (*de vita Phoenicis, cf. Lact. Phoen. 60* tempora longa). VEN. FORT. carm. 7, 1, 49 haec tibi -os laus . . . surgat in annos. **b** *morbi, doloris sim.*: LVCIL. 1073 scito . . . bene -um mortalibus morbum in vino esse (LIV. 1, 31, 5 -o m. est implicitus [41, 21, 5]. 5, 5, 12 -um et forsitan insanabilem. PLIN. nat. 26, 107. *al.*). CIC. fin. 2, 94 magnum dolorem brevem, -um levem esse (*sec. Epicuri sent. 4. ibid. iterum*). PLIN. nat. 29, 79 febres ([*cf. Ser. Samm. 893* longis, *Diosc. 2, 49, 2 χρονίοις*]. GALEN. epist. febr. ed. Hagen progr. Bern. 1875 p. 22, 9). COD. Iust. 1, 26, 3 (*a. 389*) valetudinem. RVST. HELP. hist. testam. 59 tormina morbi. GREG. TVR. Franc. 10, 19 p. 510, 8 aegrotatione. ORIBAS. syn. 1, 12, 2 Aa p. 50, 23 Mø. passionum in capite -as consistentium (*syntaxi turbata; La* diuturnis, *gr. χρόνια*). 3, 83 Aa paralises (*gr. κεχρονισμένας*). 7, 35, 6 Aa tumores (*La* diuturnis, *gr. κεχρονικός*). **c** *variarum rerum*: PLAVT. Mil. 1020 brevin an -o sermoni? :: tribus verbis. VARRO ling. 9, 11 e -a mala consuetudine (CAES. Gall. 1, 47, 4). CIC. fin. 3, 46 -iora *bona* brevioribus anteponent. Cato 84 non -um inter nos digressum et discessum fore. div. 1, 109 observatione (*antea*: diuturna). CATVLL. 64, 345 Troica . . . obsidens -o moenia bello (SIL. 13, 359. *aliter infra l. 58*). CAES. Gall. 5, 29, 7 -a obsidione fames . . . timenda (LIV. 2, 14, 3). civ. 3, 80, 3 -am oppugnationem sustinere (LIV. 5, 6, 8 taedium -ae o. *cf.* 6, 8, 10 *ne* oppugnantes in opere -o sese tererent). PROP. 1, 6, 27 -o periere in amore. LIV. 7, 16, 3 pace. SEN. Ag. 767 ossa . . . corrupta -o situ. COD. Theod. 2, 27, 1, 2^{b} taciturnitas. CASSIOD. in psalm. 89, 4 nihil -um agitur nec morosum. COD. Iust. 11, 48, 20 pr. ex longo . . . tempore vel -a et inveterata redituum susceptione. 11, 48, 22, 3 libertate. CE 1613, 4 servitus. *al.*

2 *magis respicitur distantia*: **a** *de rebus*: *α pertinentibus ad tempus praeteritum, vergit in notionem q. e. vetus*: CATO orig. 71 non -a memoria est, cum in arbore ensem *Orestis* viderint *eqs.* PLIN. nat. 13, 83 ita sint -a monimenta *chartae.* GELL. 11, 18, 17 cuius rei (*sc. adsuetudinis furandi apud Lacedaemonios*) non adeo ut Aegyptiis fides -a est. *β futuris vel ad futurum spectantibus* (*cf.* VEN. FORT. *sub 1a*): CIC. part. 112 periculi . . . in -um tempus differendi (Att. 3, 13, 1 t. non -i spe [*nisi ad 1a*]. 10, 1, 2). LIV. 9, 24, 2 *cum* aut tempore -a aut praeceps periculo victoria esset. STAT. Theb. 12, 339 peracta spes -a viae (silv. 2, 1, 52 venturae s. non -a iuventae. TAC. ann. 13, 37, 5 si omissa s. -a et sera praesentem potioremque sequeretur). **b** *de animantibus*: CE 1355, 5 nec thalamis -a soror trieteride quinta.

B *pertinet ad locum vel quemlibet statum*: **1** *praevalente notione distantiae*: **a** *proprie, respicitur status remotus loci* (GLOSS. II 382, 51 *ὁ μακρὰν ὤν* -us): *α ubi aliquid (aliquis) est*: Ⓘ *de rebus*: CIC. Tull. 8 in agris -is (leg. agr. 3, 14 desertos atque -os. HOR. epist. 1, 8, 6. TAC. ann. 16, 15, 1 apud finem Ligurum. *al.*). *ibid.* pascuis (COLVM. 6, 27, 8). Verr. II 3, 207 locus . . . nullus est neque tam -us neque tam reconditus, quo *eqs.* (Manil. 46 ex l. tam -is tamque diversis. CAES. Gall. 4, 27, 6. FIRM. math. 5, 5, 2 semota et -a. *al.*). VARRO rust. 1, 16, 3 in -o praedio (*opp.* sub urbe. *cf.* VAL. MAX. 6, 5 ext. 4 e -o rure [itinere *Paris*] . . . domum repetens [COLVM. 1, 1, 20 -a, ne dicam transmarina. TAC. ann. 15, 45, 3]. COLVM. 1, 7, 6 fundis). 2, 9, 16 per calles silvestres -os (*nisi ad 2a*). CAES. Gall. 7, 17, 3 pecore ex -ioribus vicis adacto. civ. 1, 29, 2 ex -ioribus regionibus Galliae (SEN. benef. 4, 11, 2 in diversas -asque. dial. 5, 33, 2. COLVM. 3, 13, 1 et remotis. 7, 3, 13 *opp.* suburbanae [*sim.* 8, 8, 1]. *al.*). OV. trist. 3, 1, 26 quamvis . . . -o referam lassus ab orbe pedem (PLIN. nat. 6, 54). LIV. 2, 34, 3 finitimorum odia -is coegerant indigere auxiliis (36, 5, 7 *opp.* praesentis *regis.* APVL. met. 2, 18, 3). 4, 18, 2 ne -am militiam non paterentur Falisci, postero die se pugnaturum edicit (*vix ad A1c, cf. antea*: procul ab domo *et* 21, 21, 5 -a ab domo [IVST. 11, 5, 9]. TAC. ann. 11, 10, 2 IVST. 11, 1, 3. *al.*). 22, 33, 6 nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne -ae (-a *var. l.*) quidem, effugiebat. 28, 5, 7 bellum (VAL. MAX. 7, 3, 3. PLIN. nat. 7, 187 -is b. obrutos *mortuos* erui cognovere [*nisi ad A1c*]. IVST. 41, 1, 8 [*infra*: vicinalibus b.]). 28, 44, 11 tam -ae provinciae (32, 28, 3 TAC. hist. 1, 76, 2 ann. 12, 43, 2. 16, 5, 1 [lonquas *M*, longas *L*]. *al.*). 37, 54, 23. SEN. apocol. 7, 2 vers. 11 regna. Herc. f. 1335 latebram . . . -am abditam. Phaedr. 848 aethera. dial. 1, 3, 6 litoris (COLVM. 1 praef. 8). nat. 1, 15, 5 incendii. LVCAN. 2, 731 quaeritur . . . sedes -a ruinae (CLAVD. DON. Aen. 1, 340). 3, 164 Cypro. CALP. ecl. 5, 43 -as procul a praesepibus herbas. PLIN. nat. 9, 133 fornacis. 14, 69 *vina* -iora Italiae ab Ausonio mari. SIL. 1, 584 Rutulis -a per aequora vectis (CLAVD. rapt. Pros. 3, 363. *nisi ad 2b*). 13, 92 avia. MART. 3, 1, 1 -is . . . ab oris (AVSON. 212, 19 p. 69 P.). TAC. ann. 1, 9, 5 mari Oceano aut amnibus -is saeptum imperium (*vix ad 2b*). 4, 27, 1 per -os saltus. 14, 12, 4 exilio (BOETH. cons. 1, 5, 2 W.). 14, 57, 2 motus (*opp.* urbanis insidiis). *al.* Ⓘⓘ *de animantibus, civitatibus sim.*: CIC. Catil. 2, 29 non procul . . . ab externo hoste atque -o, sed hic praesentes . . . urbis tecta defendunt *dei.* Deiot. 10 homo -us et alienigena (*opp.* nos in media re publica nati). fam. 15, 9, 1 nos . . . -i et . . . missi in ultimas gentis. CAES. Gall. 7, 77, 16 in -is nationibus (*opp.* finitimam Galliam). civ. 1, 52, 4 calones ad -iores civitates dimittebat (1, 60, 5. APVL. flor. 18, 8 -am et transmarinam. PANEG. 2, 47, 6). PROP. 2, 9, 29 -os . . . ad Indos. 3, 7, 8 nova -is piscibus esca natat *Paetus* (*sim.* OV. Ib. 148, *ubi syn.* peregrinae. *cf.* CLAVD. 20, 334 *sub β*). LIV. 5, 32, 7 -a eoque ignotior gens (CVRT. 4, 9, 2 VVLG. Ioel 3, 8 [*gr. μακράν*]). 23, 20, 6 sociis. 33, 44, 9 Graeciam . . . pro rege . . . -o vicinum tyrannum dominum habituram. PLIN. nat. 2, 179 eadem *sidera* quibusque proximis sublimiora creduntur, . . . demersa -is. 5, 109. SIL. 5, 272 extremae -us cultor hare-

[Kemper]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nae *Atlas*. CLAVD. 18, 270 socrus -am visura nurum. PAVL. NOL. carm. 16, 88 *Felix* non -us erat sectoribus. *al.* *praedicative*: VAL. FL. 4, 698 nec prius ... respexit ... aut sociis temptata quies, nigrantia quam iam litora -ique exirent flumina Rhebae (*cum* Rhebae *coniungunt plerique*). PAVL. NOL. carm. 27, 126 (*in imag.*) qui *officiis mediocribus functi* ... intra perpetuae stabulant praesepia vitae -i primis, non longo fine secundis.

β unde aliquid venit (*huc vergit p. 1626, 53*): SEN. dial. 2, 19, 3 contumelias et verba probrosa ... et cetera dehonestamenta velut clamorem hostium ferat et -a tela (*aliter* LVCAN. *sub γ*). LVCAN. 3, 66 Hesperiam -is messibus ... complerunt (*cf.* CYPR. GALL. gen. 1309 qui *filii Iacob* -a ... frumenta pararent). 3, 568 -a cadunt iaculato volnera ferro. PLIN. nat. 37, 63 -o amplificantur visu *smaragdi* (*nisi ad γ, sed cf.* 37, 70 ex -o speciosiores). STAT. silv. 1, 4, 12 *urbes* tua -is implorant iura querelis. PS. QVINT. decl. 2, 18 excitant nos exigui ... motus, vox incerta -a. TAC. ann. 6, 39, 2 haec Tiberius non ... per -os nuntios accipiebat, sed *eqs.* PLIN. epist. 2, 17, 14 -a aspergine maris. AVSON. 288, 7 p. 146 P. -a omnigenae vectans *Mosella* commercia terrae. CLAVD. 20, 334 ingluviem ... non freta -is Maeotia piscibus explent. carm. min. 18, 9 absentis -a valent praecepta magistri. HESYCH. in lev. 14, 43 p. 964^{D} non ex -o auditu, sed inspectione sua cognoscit. COD. Theod. 2, 27, 1, 2 conventio -a *creditoris absentis*. MEROB. carm. 1, 10 -os ... toros *sc. Byzantio petitos*.

γ quo aliquid tendit (*quae hic desideras v. infra sub 2a*): LIV. 3, 33, 5 ut pro legatione tam -a praemio esset honos *legatis qui Athenas ierant*. VAL. MAX. 7, 6, 1 aerarium -is impensis non sufficere. LVCAN. 3, 479 -a ad tela parati tormenti (*cf.* SIL. 9, 612 *bellum gerere* -is audent iaculis et harundinis ictu [*opp.* propiora ... bella]). SVET. Aug. 92, 1 ingrediente ... -am profectionem. GELL. 1, 11, 9 hostem ... in conspectu -o procul distantem (*cf.* 14, 1, 5 -a oculorum acies ... per intervalla media caligantium. *v. etiam* PLIN. nat. *sub β*). APVL. flor. 17, 10 voce hominis ... bucina significatu -ior.

b *transfertur ad varias relationes*: *α usu vario*: SEN. epist. 94, 53 mittit ... nos *optatio aliorum* ad -a bona et incerta et errantia, cum possimus felicitatem domo promere (COD. Theod. 14, 4, 7 aliena adque -a et ab hoc munere distracta). CVRT. 10, 10, 19 interfectis omnibus, quicumque Alexandrum etiam -a cognatione contigerant (*item de cognatione*: AVG. quaest. hept. 5, 46 p. 406, 10 consanguineus tam -o gradu. CASSIOD. var. 8, 1, 4 pacem non -us, sed proximus peto. *v. etiam p. 1628, 46*). QVINT. inst. 8, 6, 17 *tralationes* a -a similitudine ductae. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 37 p. 245, 9 argumentum nunc vicinum esse quaestioni, nunc a quaestione -um. ALC. AVIT. c. Eutych. 1 p. 19, 3 nec ratio soliditatis istius a sapientum soliditate -a est. BOETH. anal. post. 1, 2 p. 714^{B} sunt ... -issima *a sensibus* ... universalia maxime (*gr. 72a 4 πορρωτάτω*). *β usu christiano* (*saepe respicitur distantia, quae est inter deum et hominem*): PS. ORIG. in Iob 1 p. 397^{C} omnia ... haec ... a deo -a et deo odibilia. PAVL. NOL. epist. 24, 18 labiis diligentes et corde -i (AVG. in psalm. 37, 17 l. 26). 50, 16 mentis ascensu, qua deus homini fit -us aut proximus. AVG. conf. 13, 2, 2 *spiritalia vel corporalia* euntia in immoderationem et in -am dissimilitudinem tuam (PROSP. in psalm. 100, 7). perf. iust. 13, 31 tanto inde *sc. a peccato* fit -ior quanto plenitudini iustitiae ... propinquior. in psalm. 138, 6 factus sum -us a te, discessi a te. PROSP. sent. 91 deo ... non locis, sed actionibus aut -i aut proximi sumus. CASSIOD. var. 3, 7, 1 a terrena ... cupiditate -i (*opp.* supernae gratiae ... proximi).

2 *respicitur longitudo*: **a** *itineris, viae sim.* (CHAR. gramm. p. 390, 7 B. -um itineris est. *actione eundi fere coniungitur vis temporalis cum vi locali. nonnulla vergunt ad 1aγ*): CIC. nat. deor. 1, 24 quod pars earum *terrarum* adpulsu solis exarserit, pars obriguerit nive ... -o solis abscessu. LIV. 6, 42, 8 fuga se -a ... ab hoste tutati sunt. 30, 29, 10 tumulum ... tutum commodumque alioqui, nisi quod -ae aquationis erat (*nisi ad 1a*). SEN. amic. p. 17 si ... longior haec *peregrinatio* est et -ior *eqs.* (epist. 63, 8 in aliquam p. -am exituri. TAC. ann. 3, 24, 4 quod ... e p. -a revertisset. 6, 14, 2 FIRM. math. 4, 10, 5. *al.*, *in imagine* ITALA psalm. 119, 5 [Aug. in psalm. 119, 7 *al.*] peregrinatio mea -a facta est [*gr. ἐμακρύνθη*, Aug. in psalm. 119, 6 incolatus meus -us factus est, *al. et Vulg.* incolatus m. prolongatus est *sim.*; *vi locali accepit* AVG., *temporali* HIL. *ad l.*]). COLVM. 9, 8, 3 -is itineribus advehere *apes* (TAC. ann. 13, 41, 1. 14, 24, 1 -a i. sola ducis patientia mitigabantur. 15, 8, 2 -is i. percursando quae obtineri nequibant. VLP. dig. 28, 5, 4, 1 si ... peregrinetur -o i. *al.*). PLIN. nat. 19, 142 navigatione quoque -a virides adservari *halmyridia*. SCAEV. dig. 33, 1, 13, 1 -is brevibusque excursionibus. ITALA num. 9, 13 (Aug. loc. hept. 4, 20) quicumque ... in viam -am non est ([*gr. μακράν*, *Lugd.* via longa, *Vulg.* in itinere *tantum*]. REGVLA mag. 28, 37 missis in -a v. 61, 22). IVST. 18, 1, 3 expeditionis. *respicitur actio scribendi vel legendi*: AVSON. 418, 34 p. 286 P. non ego, -os ut texat pagina versus, postulo multiplicique oneret sermone tabellas (*antea*: brevitate). **b** *variarum rerum* (*exempla certiora; fortasse huc spectant p. 1626, 48. 67, vix p. 1626, 69*): PLIN. nat. 9, 59 linea -a ... ad branchias religata (*cf. Aelian. nat. anim. 1, 12 καλάμῳ μακρῷ*). 11, 103 -a maria ab iis *locustis* transiri continuata plurium dierum ... fame (RVT. NAM. 1, 330 -o dissociata m. [*opp.* gurgite ... modico]). SIL. 17, 13 -o venientia numina (*i. Cybelen*) ponto accepit *Scipio*. 17, 545 -o frustratum *Hannibalem* duxit in arva diversa spatio.

APVL. mund. 6 per angustas -asque fauces *maris Rubri* (*gr. 393b 5 ἐπιμήκη*). SOL. 50, 2 -ae solitudines. CLAVD. carm. min. 26, 24 grandes effosso marmore sulci saucia -o limite saxa secant.

II *fere pro subst.* (*vi fere locali, nisi aliud adnotavimus. cf.* nihil -um *p. 1626, 22. vi adi. plus minusve servata accedit* tam *l. 27. 80. p. 1629, 9. compar. infra l. 34 et 45*: **A** *plur.* (*accedit gen. l. 10. 26. 39. 41. 43*): **1** *neutr.*: **a** *sine praepos.*: CIC. Manil. 32 quid ego -a commemoro? (*seq.* longe a domo). leg. agr. 2, 78 videmus, ut -a (*i. agrum Campanum*) mittamus, agrum Praenestinum *eqs.* VERG. georg. 2, 197 petito -a Tarenti (*item cum gen.*: LIV. 28, 24, 1 *provinciae*. TAC. ann. 3, 34, 6 imperii). LIV. 37, 31, 1 possessione maris pulsus -a tueri diffidebat se posse *Antiochus*. SEN. Phaedr. 939 -a clausa abstrusa diversa invia emetiemur. dial. 11 (12), 7, 7 -a quaerentem *Aenean* (CLAVD. DON. Aen. 4, 340 p. 404, 4). LVCAN. 6, 162 -a petit (TAC. Agr. 37, 5 atque avia [*sim.* ann. 15, 11, 2]. IVVENC. 3, 717 AMM. 21, 7, 1. *al.*, *adde* VERG. *supra*). PLIN. nat. 11, 142 alii contuentur -a, alii nisi prope admota non cernunt. STAT. Theb. 7, 628 non vos -a ... consulimus. PLIN. epist. 8, 20, 1 ut proximorum incuriosi -a sectemur. ITALA prov. 31, 14 (Op. imperf. in Matth. 23 p. 755) navis mercatura -a (*gr. μακρόθεν*, *Vulg.* de longe. *cf. etiam l. 79*). SYMM. epist. 4, 55 -a non sinunt cadere *epistularum commercium*. 4, 62 laus ... -a penetravit. CLAVD. 24, 153 nexu pio ... -a revinxit *Roma*. EVSTATH. Basil. hex. 5, 9, 1 cur -a prosequimur? (*gr. τὰ πόρρω*). *al.* *vi temporali*: CLAVD. 18, 392 quantum ... possim, non -a docent.

b *cum praepos.*: *α* in: *cum acc.*: SALL. hist. frg. 1, 102 fugam in Oceani -a agitavisse (*item cum gen.*: SYMM. epist. 7, 38, 1 Campaniae. AVG. coll. c. Don. 3, 17, 32 p. 83, 4 in tam -a terrarum). SEN. dial. 9, 10, 5 non sunt ... cupiditates in -a (*A, Castiglioni*; -um *recc. et edd. vulgo*) mittendae, sed in vicinum illis egredi permittamus. PLIN. nat. 6, 135 reges non ex alio *flumine* bibunt et ob id in -a portant *aquam* (*de eadem re* 31, 35). TAC. ann. 6, 36, 4 in -a ... fugam maturavit. SYMM. epist. 4, 21, 3 profectiones. 9, 13. rel. 9, 5 portis omnibus in -a fusus erupit *populus*. AVG. in epist. Ioh. 8, 4 prius occupet proxima et sic se in -iora distendet *dilectio*. *al.* *vi temporali*: SEN. epist. 5, 8 cogitationes in -a praemittimus (*opp.* praesentia). *cum abl.*: AMM. 25, 8, 12 quid in -is agatur. *β* ad: SYMM. or. 2, 12 diffugient. AMM. 15, 8, 3 migrationem ad -a. 17, 13, 2 translati. 20, 8, 15 ad peregrina et -a ... mittere. 21, 4, 7 profecturus. PETR. CHRYS. serm. 2 p. 190^{A} *ne* ad mundi -a et nimis peregrina tendamus. EVSTATH. Basil. hex. 7, 4, 5 discedunt (8, 5, 3). *al.* *γ alia*: SYMM. epist. 7, 13 tandem ... Mediolanum per Ticeni -a perveni (AMM. 23, 6, 7 grassantium. 24, 1, 13 discursus. AVG. adv. Don. 2, 2 quemadmodum se ... per vicina ac -a diffuderit *divina lectio*). rel. 34, 12 ex Etruriae -is adesse. VVLG. Is. 41, 9 a -is eius *terrae* vocavi te (*Itala Hier. ad l.* a summitatibus). LEX Visig. 4, 2, 3 persone, que sunt a -ioribus constitute (*antea*: a latere constitute).

2 *masc.*: CIC. Mil. 76 in -os, in propinquos, in alienos, in suos inruebat. FRONTO p. 98, 21 v. d. H. (p. 38 N.) ignem imitaberis, si proximos ambures, -is lucebis. PAVL. NOL. epist. 2, 4 facti sumus ... de -is proximi (*sec. Eph. 2, 17 sqq.*).

B *sing.* (*non nisi neutr. pendens e praepos., sine praepos. p. 1629, 35*): **1** ex -o (GLOSS. II 291, 40 *ἐκ μακροῦ*): LIV. 34, 34, 6 hiems ... ad comportandum (*sc. commeatum*) ex -o difficilis. VELL. 2, 43, 2 arborum ... ex -o ordinem antemnarum praebuisse imaginem. SEN. dial. 1, 3, 10 symphoniarum ... ex -o lene resonantium. 2, 1, 2 speculantibus (4, 29, 2 tutoque). 7, 26, 3 quae *machinae* ex -o struuntur. 9, 4, 7 virtus utilitatem ... ex -o et latens fundit. nat. 1, 5, 10 *opp.* ex vicino. epist. 22, 2 ex -o nemo suadebit. COLVM. 6, 2, 13 boves arcessere. arb. 1, 3 petitur. PLIN. nat. 7, 174 e -o multa adnuntiare (*i. nuntios de rebus -is adferre*). 10, 61 venire (10, 118. VVLG. Tob. 13, 14 [*gr. μακρόθεν*]. *cf.* TAC. ann. 2, 24, 4 revenerat). 21, 35 odor suavior e -o. 24, 158 e -o concipiat ignes. 35, 97 *ut* e -o *atramentum Apellis* nimis floridis coloribus austeritatem occulte daret (*antea*: ad manum intuenti). *al.* FRONTIN. strat. 2, 1, 7 cum ... ex -o vidisset (2, 13, 11. *cf.* CHALC. comm. 69 siquidem e -o minores ... videantur *planetae* [80]). 2, 2, 5 *sagittis* ex -o usus est. TAC. ann. 1, 47, 2 *maiestati* maior e -o reverentia. 2, 82, 1 cuncta ..., ut ex -o, aucta in deterius adferebantur. 4, 23, 2 quae ex -o in maius audiebantur. TERT. adv. Marc. 5, 17 p. 636, 21 nationum ... ex -o vocandarum (*cf.* AVG. serm. 200, 3, 4 ex -o vocationem). VVLG. sap. 14, 17 (*gr. πόρρωθεν*). CASSIOD. Didym. in I Ioh. p. 50, 6 quomodo ... terreni ab spiritalibus sunt egressi, cum semper ... e -o consistant propter diversitatem substantiarum? *al.* *vi temporali*: GREG. M. in Ezech. 1, 1, 13 prophetae quidam e proximo tanguntur atque e -o minime tanguntur; alii vero e -o *eqs.* (1, 1, 14 quidam ... e -o tanguntur ... sicut Isaias longe post futura praenuntiat).

2 a -o: SEN. dial. 5, 15, 4 expectas, ut ... rex a -o potens advolet? PLIN. nat. 21, 36 rosa recens a -o olet, sicca propius (*antea*: e -o). ITALA psalm. 37, 12 (cod. 136 Cas.) proximi mei a -o stabunt ([*gr. μακρόθεν*, *Vulg.* de longe]. PS. PHILO antiq. 27, 6). prov. 31, 14 (Paul. Nol. epist. 44, 4) navis quae mercatur a -o (*cf. etiam l. 19*). MAX. TAVR. hom. 19 p. 264^{B} a tam -o ... accedunt *tres magi*. VEREC. in cant. 4, 16 ut a -o ... sequatur (*antea*: longius incedens).

3 in: **a** *cum acc.* (*vix huc* SEN. *supra l. 28*): GAIVS dig. 50, 16, 233, 2 in -um mittitur *telum*. ITALA Mich. 4, 3 (Aug. civ. 18, 30, *cf.* VVLG.) redarguet gentes potentes usque in -um (*gr. εἰς μακράν*). AVG. in psalm.

[Kemper]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

138, 5 l. 7 ierat . . . in -um filius minor (*postea*: maior non longe ierat). *vi temporali*: ITALA II reg. 7, 19 (Aug. civ. 17, 12, *cf.* VVLG.) locutus es pro domo servi tui in -um (*gr.* εἰς μακράν). **b** *cum abl.*: VLP. dig. 2, 13, 6, 9 rationes perdidisse . . . aut in -o habere, veluti trans mare (PALLAD. hist. mon. II 14 p. 369[A] [*gr. p. 61, 13 B.* ἀπὸ μήκους, *cf.* I 7 p. 278[D] ex -is . . . locis]). HIL. in psalm. 13, 3 in -o positum (GAVDENT. serm. 1, 8 G. Ps. AMBR. serm. 26, 3. *et saepius. cf.* ENNOD. epist. 6, 21, 1 constitutus). VVLG. Sirach 24, 44 enarrabo illam *doctrinam* usque in -o (-um *var. l., gr. 24, 32* εἰς μακράν). AVG. epist. 166, 1 in tam -o. in psalm. 99, 5 l. 48 nobis inventis. 138, 5 l. 11 peregrinatum. serm. 47, 16, 30 sermo . . . in propinquo clarius, in -o languidius . . . excipitur. 277, 14, 14 si ab eis *oculis* aliquid multum in -o removeris *eqs.* (*postea*: propinquius). *al.*

4 de -o (*saepe in script. sacris* [*gr. fere resp.* ἀπὸ μακρόθεν, πόρρωθεν], *sed in novo test. deest* VVLGATAE, *quae praebet* a longe, de longe *sim.; accedit* quasi *l. 20. 24, gen. l. 21. sine verbo* TERT. patient.): TERT. apol. 27, 6 quos de -o oppugnant, de proximo obsecrant (*eodem opp.*: spect. 2 p. 2, 26. 21 p. 22, 18. *al.*). carn. 2 l. 8 magi ne fatigentur de -o. idol. 12 p. 44, 1 afflatum eius *idololatriae* . . . etiam de -o devitemus. adv. Marc. 3, 5 p. 381, 21 his proluserim quasi de gradu primo adhuc et quasi de -o (*postea*: comminus dimicaturus). 4, 34 p. 537, 3 de altitudinis -o. 5, 17 p. 636, 19 nos . . . Christus de -o admovit creatori. mart. 1, 2 gladiatores . . . adhortantur de -o. patient. 3 p. 3, 8 haec . . . divinae patientiae species, quasi de -o . . .; quid illa autem, quae inter homines . . . adprehensa est? virg. vel. 11, 6 prospexerat (*cf.* ITALA Tob. 11, 5 [cod. 86 = VVLG.] respicere. Marc. 15, 40 [cod. k] spectantes). *al.* VLP. dig. 36, 1, 13, 3 petenda. ITALA psalm. 138, 3 (Aug. *ad l.*) intellexisti cogitationes meas de -o. Is. 13, 5 (Tycon. reg. 4 p. 50, 22) venire (49, 12 [Tert. adv. Marc. 4, 13]. *al.*). 33, 17 (Tert. adv. Iud. 13, 4) videbunt (Marc. 11, 13 [cod. k]. *al.*). Marc. 14, 54 (cod. k) sequebatur (ORIG. in Matth. ser. 106 p. 225, 22). Luc. 17, 12 (cod. e) steterunt (18, 13. *al.*). *al.* FIRMIL. Cypr. epist. 75, 25 unanimes . . . de -o adunatos. VVLG. deut. 28, 49 adducet (Ier. 5, 15. *al.*). Ier. 46, 27 salvum te faciam. AVG. civ. 14, 24 p. 51, 28 D. audire. *al.*

acc. neutr. -um *fere pro adv. i. q. diu*: PLAVT. Merc. 608 odiosast ōratio, cum rem agas, -um (-am *B; A non legitur*) loqui.

adv. **longinquē** *et* **longinquō.** -e *non nisi* ENN., FRONTO, -o *inde ab* ITALA, VLP. (*an iam* PLIN. nat. *p. 1625, 53?*); *compar.* -ius *inde a* GELL. (*cf.* GLOSS.[L] IV Ps. Plac. L 11 -ius: longius, ulterius).

fere i. q. longe (*cf.* NON. p. 515, 12 -e et longiter, pro longe [*affert* ENN.]): 1 *vi potius locali* (*proprie vel in imagine. accedit* ab ENN.): ENN. scaen. 80 annos multos -e ab domo bellum gerentes. ITALA Ios. 9, 22 (Lugd.) -o sumus nimis (*gr.* μακράν, *Vulg.* procul). VLP. dig. 3, 3, 44 si -o sit afuturus. 30, 39 pr. cum servus legatus in fuga esset vel -o absens exigatur *eqs.* AVG. serm. 21, 2 si excelsa a longe cognoscit, humilia -ius debet advertere *dominus*. EVSTATH. Basil. hex. 6, 7, 1 -ius progrediuntur errantes. SIGISM. Alc. Avit. epist. 94 p. 101, 8 in sacris apicibus -ius porrigendis (*nisi ad 2*). BOETH. categ. 1 p. 187[A] genus . . . -ius atque communius *assignat quam species*. RVF. podagr. 2 vena est incidenda non -o. 2 *vi potius temporali*: GELL. 1, 22, 12 'vita supersit' dixit *Vergilius* (*georg. 3, 10*) pro '-ius diutiusque adsit'. 3 *de genere scribendi*: FRONTO p. 132, 2 v. d. H. (p. 114 N.) historiam . . . scripsere Sallustius structe, Pictor incondite, Claudius lepide, Antias invenuste, Seisenna -e, verbis Cato multiiugis, Coelius singulis (*i. verbose, copiose; cf. post alios Lebek, Verba prisca 268, 5; aliter Peter p. CCCXLII 'antiquitus arcessitis verbis' coll. Cic. Brut. 259*; concinne *coni. Cornelissen. ceterum membrum oppositum videtur excidisse*).

homoeoteleuton: CIC. Mil. 76 *v. sub II A 2.*

deriv.: longinquitas, 1. longinquo.

compos.: perlonginquus; elonginquo. *Kemper.*

***longio,** -āre. *a* longus, *sec.* ampliare. *scrib. in codd. etiam* -gea-. *i. q. longiorem reddere*: DIOM. gramm. I 494, 13 versus heroicus a duodecim syllabis in septem decem -atur (496, 37 syllabis quindecim -atur. 505, 15 usque pentametrum. 505, 22. 32. *al. apud eundem; ibid. 506, 7 et saepius* ampliatur). *cf.* longo.

longipēs, -pedis *adi. a* longus *et* pes. *i. q. longis pedibus praeditus*: PLIN. nat. 11, 257 *aves* -es porrectis ad caudam cruribus volant; quibus breves *sunt pedes*, contractis ad medium (*Aristot. hist. anim. 504a 32* μακροσκελεῖς). 30, 30 buprestis animal . . ., simillimum scarabaeo -i.

? **longisco,** -ere. *a* longus, *si recte traditur. i. q. longum fieri*: ENN. ann. 450 neque corpora firma -unt quicquam. 451 cum soles (sola est *trad.*) eadem facient (sol aestate diem faciens *E. Baehrens, Arch. lat. Lex. 2, 1885, 473 sq.*) -ere longe. *tradit fragmenta* NON. p. 134, 18 sqq. *s. v.* -ere: longum fieri (*huc usque* GLOSS. V 643, 60) vel frangere (facere *Baehrens*, langidum fieri vel frangi *Hug*). -ere *a* longus *derivandum defendit Baehrens l. c.; formam secundariam verbi* languescere *intellegit Vahlen in ed. et Ges. Schr. 415 sq., sed apta non sunt exempla quae affert vocalis* o *pro* a *substitutae*; langisco *i.* languesco *coni. Hug.*

longisecus *adv. a* longus *et* secus. GLOSS. II 243, 31 ἄπωθεν eminus, -s, longe, longius. 414, 5 πόρρωθεν -s (longe secus *Scaliger*), eminus, procul.

longīta *v.* lonchitis (lonchita).

longitās, -ātis *f. a* longus; *cf.* longitia. *i. q. longitudo*: SCHOL. Hor. carm. 4, 13, 25 cui *cornici* Licen comparat pro -e vitae. CLAVD. DON. Aen. 9, 645 p. 271, 19 qui antiquitatis et exercitationis -e (*V*, longinquitate *edd. vet.*) collectae merito sanum dare consilium posset.

longiter *v.* longus.

longitia, -ae *f. a* longus; *cf.* longitas *nec non* latitia. *i. q. longitudo*: 1 *sing.*: CIL VI 26259 (*lapidem posuit libertus imperatoris Septimii*) habet . . . agellus . . . latitiae p. LXXV, -ae p. CXXXVII (*cf.* X 6413 -a monumenti). VEG. mulom. 3, 2, 2 ragulae -a uncias XII (longitudo *P; in eodem cap. ter* longitudo *sine varia lect.*). GROM. p. 316, 2 L. *casa habens* super se fines maiores, sub se autem fines latiores, in -a breviores. 321, 14 in campo limes excurrit extremis in -a alienum est (*contextu vix sano; cf. 321, 3* fines in longum habet). 333, 9 finis in -a extenditur. 2 *plur.*: GROM. p. 363, 15 L. H si in termino inveneris, grandes -as limitum ostendit (*cf. l. 11*).

longitrōsus *adv.* [*explicationi, quam affert* PAVL. FEST. (*v. infra*), *fidem habeas, quamvis* long-i-trosus *cum* dextr-osus *non plane congruat. Sch.*] *i. q. in longum, in longitudinem* (*ni fallimur*): PAVL. FEST. p. 120 -s sic dicitur sicut dextrosus, sinistrosus (longitrorsus *var. l.; lemma positum est extra ordinem*). *B.*

***longitūdo,** -inis *f. a* longus. -gi- *corripi testantur* PRISC. gramm. II 123, 1. GRAMM. suppl. 69, 1, *ubi adicitur* u paenultima producta (111, 10). NOT. Tir. 95, 47. *legitur inde a* PLAVTO, *plur. inde a* CIC.; *in poesi habent* PLAVT., TER., PHAEDR.

I *usu communi i. q.* μῆκος, μακρότης (GLOSS.; *inepte distinguit* CHAR. gramm. p. 126, 28 B. -o mensurae est, longinquitas regionis vel temporis): A *vi temporali* (*opp.* brevitas. *ambigua velut p. 1631, 5 sqq. ad B rettulimus*): 1 *generatim*: PLAVT. Amph. 281 eam *noctem* . . . haec vicit -e (*cf.* CIC. Verr. II 5, 26 diei brevitas conviviis, noctis -o stupris . . . continebatur. CLAVD. DON. Aen. 1, 745 p. 143, 18 quibus ex causis in brevitatem aut -em commutentur dies et noctes). TER. Haut. 963 *ubi te vidi* suavia in praesentia quae essent prima habere neque consulere in -em. CIC. inv. 1, 29 saepe res parum est intellecta -e magis quam obscuritate narrationis. part. 19 obscurum *fit* . . . aut -e aut contractione orationis (59). leg. 3, 30 tempus . . . largitur -o diei (VITR. 9, 3, 3 *sol* minuit . . . -es dierum. SEN. nat. 5, 11, 2 spatium diei ac -o. *cf.* -o dierum, *i. vitae*: ITALA deut. 30, 20 [Monac. = VVLG.; *Lugd.* longiturnitas, *gr.* μακρότης]. psalm. 20, 5 [Veron. *al.* = VVLG.; *gr. ut supra*]. *et saepius in vetere testamento, e. g. l. 46. cf.* ORIG. in Matth. ser. 111 p. 232, 15 horam et diem metiri non secundum brevitatem, quae est apud homines horarum atque dierum, sed secundum -em, quae est apud dominum sempiternum). phil. frg. II 4 quae . . . potest esse indignitas voluptatis ad molestiam nisi in magnitudine aut -e alterius utrius posita? (*Plato Protag. 356[a]* ὑπερβολὴ ἀλλήλων καὶ ἔλλειψις). APVL. apol. 28, 1 pro accusationis -e largiter aquae superest. ITALA prov. 3, 16 (Vind.) longitud⟨o vi⟩tae in dextera eius *sapientiae* ([*gr.* μῆκος . . . βίου, VVLG. -o dierum]. RVFIN. Orig. in gen. 2, 5 p. 34, 20. 2, 6 p. 37, 15 AVG. in psalm. 6, 13 l. 7 ALC. AVIT. hom. 7 p. 117, 35 ISID. in gen. 7, 5). IREN. 2, 34, 2 (2, 56, 1 H.) *a deo facta* perseverant . . . et extenduntur in -em saeculorum. VEG. mil. 2, 23 -o aetatis aut annorum numerus (HIER. in Is. 24, 21/23 l. 83. AVG. civ. 22, 1 p. 552, 25 D. propter aetatis per multa saecula -em). HIER. epist. 60, 14, 3 si . . . Mathusalae nobis tempora donarentur, tamen nihil esset praeterita -o, quae esse desisset. PELAG. in Rom. 2, 4 p. 19, 24 -em temporis . . . intuens (AVG. civ. 4, 10 p. 158, 22 D. Saturnus . . . t. -o est. 21, 11 p. 513, 11 CAEL. AVR. chron. 2, 4, 77. *al.*). EPIST. pontif. 375 Conc.[S] I 2 p. 20, 20 ne morbus iste (*haeresis*) -is occasione grassetur (*gr.* μακρότητος). CAEL. AVR. chron. 5, 1, 3 -e passionis (*cf.* PALLAD. hist. mon. I 25 p. 311[A] aegritudinis [*II 15 p. 371[B]* tam longa infirmitas. *gr. p. 119, 20 B.* μακροσσία]). *al.*

2 *speciatim*: **a** *in grammatica respicitur pronuntiatio singularum syllabarum, vocum*: RHET. Her. 4, 20, 28 (*de figura q. e.* ἰσόκωλον) ut -o aut plenitudo harum *syllabarum* multitudinem alterius *membri* adsequatur et exaequet (VEL. gramm. VII 80, 14 MAR. VICTORIN. gramm. VI 39, 10 MART. CAP. 3, 264. 274). CIC. orat. 173 omnium -um et brevitatum in sonis sicut acutarum graviumque vocum iudicium ipsa natura in auribus nostris conlocavit. SCAVR. gramm. VII 18, 14 Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice -is et brevitatis nota posset ostendi. SERV. Aen. 1, 451 quotiens vocalis vocalem sequitur, detrahit -em praecedenti. gramm. IV 442, 32 cum ipsarum (*praepositionum* con *et* in) natura brevis sit, tamen, si sequantur supra dictae litterae (s *et* f), plerumque in -em transit. MALL. THEOD. gramm. VI 588, 7 ut in his *pedibus* brevitatis et -is varietas nulla sit. EXPLAN. in Don. gramm. IV 533, 10 de verbi -e dicendum est: . . . -o verborum duabus in rebus est, tempore et syllabis (EVTYCH. gramm. V 488, 2). EVTYCH. gramm. V 478, 20 *quaedam* composita -em praepositionis servaverunt. Ps. PRISC. gramm. III 519, 10 habet . . . littera altitudinem in pronuntiatione, latitudinem in spiritu, -em in tempore, hoc est et alte et late et longe auditur.

b *in musica respicitur mensura sonorum* (-o *notione generali posita comprehendit et longos et breves sonos. cf. p. 1639, 35*): GELL. 16, 18, 4 κανονική . . . -es et altitudines vocis emetitur; longior mensura vocis ῥυθμὸς dicitur, altior μέλος.

B *vi locali*: 1 *usu sollemni* (*opp.* latitudo, altitudo): **a** *varia exempla* (*omnia attulimus usque ad* LIV.): CATO agr. 15 *prae-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

beat dominus calcis in p(edes) singulos *parietis* ⟨in⟩ -em ... modium unum. 18, 3 summa torculario ... latitudine p(edes) LXVI, -e p(edes) LII (*abl. qual. ut*: VARRO rust. 1, 10, 2 VITR. 10, 10, 6. 10, 12, 1. 10, 13, 7. 10, 16, 11 COLVM. 12, 48, 1 PLIN. nat. 3, 56. ITALA II par. 3, 8 [Complut.]. VVLG. Ezech. 40, 25.). CIC. Flacc. 34 quas *litteras* ... propter -em ... praetereundas puto. Phil. 9, 2 *Ser. Sulpicium* non -o itineris ... retardavit (LIV. 31, 42, 1. *cf.* LIV. 37, 33, 3 viae [VVLG. Ios. 9, 13]). orat. 206 utrum una species et -o sit earum *particularum et incisionum circuitus* anne plures (221). nat. deor. 1, 54 in hac ... immensitate latitudinum, -um, altitudinum infinita vis ... volitat atomorum. Tim. 24 hanc ... omnem coniunctionem duplicem in -em diffidit *deus* (*gr. 36^b διπλῆν κατὰ μῆκος, Chalc.* in lc ngum secuit). CAES. Gall. 1, 2, 5 qui *fines* in -em milia passum CCXL, in latitudinem CLXXX patebant (6, 29, 4. 7, 69, 3 [-e *var. l. ut* 7, 70, 1]. 7, 79, 2 VARRO rust. 3, 5, 10 LIV. 38, 59, 6 VITR. 4, 3, 6 PLIN. nat. 3, 3. 132. 4, 52. *al.*; *cf.* in -e p.: CAES. Gall. *var. l. v. supra.* DIMENS. provinc. 1. *al.* DIVISIO orb. 5. *al.* MART. CAP. 6, 696. -e: PLIN. nat. 3, 43. 4, 118 DIVISIO orb. 19; -o, -es pate(n)t: PLIN. nat. 4, 46 QVINT. inst. 11, 3, 118. *addas infra l. 53*). 5, 13, 5 huius est -o lateris *Britanniae* ... septingentorum milium (*sic cum gen. mensurae saepe; cf. adi.* pedalis: COLVM. 4, 7, 3 PLIN. nat. 17, 157; digitalis: PLIN. nat. 9, 128. 27, 139; cubitalis: *idem* 20, 60. 26, 62). 5, 13, 6 hoc *latus* milia passuum octingenta in -em esse (PLIN. nat. 19, 30). 5, 33, 3 propter -em agminis. 6, 29, 3 partem ultimam pontis ... in -em pedum ducentorum rescindit. 7, 23, 1 trabes derectae ... in -em (BELL. Afr. 13, 1 aciem derigunt mirabili -e [-em *T*^{1}, ⟨in⟩ -em *Forchhammer*] non peditum, sed equitum confertam [c. *del. Novák*]. 59, 2). 7, 46, 3 a medio fere colle in -em ... murum ... praeduxerant. civ. 1, 45, 5 locus ... vergebat in -em passus *tot.* 2, 9, 5 storias ... in -em parietum turris latas IV pedes fecerunt. 3, 112, 2 (*de Pharo*) in -em passuum DCCCC in mare iactis molibus. BELL. Afr. 17, 1 aciem in -em quam maximam (-e ... maxime *var. l.*) porrigi (LIV. 25, 21, 6 COLVM. 7, 3, 8. 11, 3, 6 PLIN. nat. 11, 256 DIVISIO orb. 3 ARNOB. nat. 7, 46 p. 405, 23 M. *cf.* BELL. Afr. 78, 4 equites exporrigere ... in -em). BELL. Alex. 29, 4 quae *arbores* -e utramque ripam contingerent. LEX Iul. munic. (CIL I^2 593) 39 quamtum ... viae in -e et in latitudine erit. VARRO ling. 5, 34 finis *actūs* (*i. modi agri*) minimus constitutus in latitudinem ... in -em pedes *tot.* rust. 1, 8, 2 *iugatio* in -em et latitudinem iugata. 2, 4, 20 hordeum fusum in -e. 3, 9, 6 caveae ... in -em ... decem pedum, latitudine dimidio minores, ... altitudine *eqs.* frg. Gell. 1, 20, 8 linea est ... -o quaedam *eqs.* (*v. et p. 1435, 52sqq.*). R. GEST. div. Aug. 23 cavato solo in -em mille et octingentos pedes, in latitudinem *eqs.* LIV. 1, 2, 5 per totam Italiae -em ab Alpibus ad fretum Siculum (27, 43, 1. 28, 9, 12). 28, 33, 14 duo equitatus per -em campi ... pugnabant. 31, 39, 11 rumpiae ingentis et ipsae -is (*cf.* 32, 17, 13 hastas i. -is [33, 8, 13 quarum -o impedimento erat. 36, 18, 7. 44, 41, 7]). VITR. 3, 4, 3 unum intercolumnium in -e plus quam oporteat procurrere videtur. 4, 3, 2 sive in mētoparum -bus sive intercolumniorum contractionibus. *al.* CELS. 8, 7, 1 ut lignum in -em (-e *var. l.*) finditur *os* (PLIN. nat. 25, 53). *al.* **b** *in astronomia*: CIC. nat. deor. 2, 53 *Venus* lātitudinem lustrans signiferi orbis et -em (*item de zodiaco*: HYG. astr. 3, 3 p. 82, 9 *arctophylax* inclinatus in -em. 3, 39 p. 97, 13 hydra trium signorum -em occupans. 4, 13 p. 113, 9. 10 MART. CAP. 8, 834). VARRO ling. 7, 16 *luna* in caelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitudinem et -em. PLIN. nat. 2, 72 ideo non possunt abesse amplius *a sole Venus et Mercurius*, quoniam curvatura apsidum ibi non habet -em maiorem. *ibid.*: spatia -is latitudinum evagatione pensant. FIRM. math. 4, 16, 4 inspice cursum, coniunctiones defluctionesque Lunae, -es altitudines *eqs.* CASSIOD. inst. 2, 7, 2 per quantum tempus ... stella circulum suum implere potest, sive per -em sive per latitudinem. **c** *de magnitudine, altitudine, statura hominum* (*stantium praeter l. 69; cf.* GREG. M. in Ezech. 2, 4, 9 hoc autem loco [Ezech. 40, 11; *at -o hic notionis sollemnis est, erravit interpres*] -o portae altitudo dicitur, sicut nos longae staturae dicimus quem altum videmus): VARRO rust. 1, 8, 5 vineae altitudinis modus -o hominis (PLIN. nat. 17, 184 h. -em iustam). PLIN. nat. 7, 22 multos *homines* ibi (*in India*) quina cubita constat -e excedere (7, 26. 31). 11, 216 homo ⟨crescit⟩ in -em *eqs.* GELL. 1, 1, 1 *Pythagoras laboravit* in reperienda modulandaque status -isque eius *Herculis* praestantia (*1, 1, 3* [*add. cod. Buslid.*] longinquitas corporis). 3, 10, 11 Oresti corpus *sub terra inventum* cubita -is habens septem (SOL. 1, 90; *sec. Herodot. 1, 68, 3 μήκει*). 13, 30, 3 Pacuvius ... 'faciem' dixit hominis pro corporis -e (*affertur trag. 254.* CAPITOL. Maximin. 3, 6 HIER. chron. a. Abr. 468 AVG. civ. 15, 26 p. 115, 1 D. 22, 12 p. 588, 28). CAPITOL. Gord. 6, 1 erat ... -e Romana. LACT. opif. 12, 13 immoderatam -em. VVLG. deut. 2, 21 populus magnus ... et procerae -is. GLOSS. II 370, 53 *μῆκος τὸ τοῦ ἀνθρώπου* statura, haec -o.

2 *comprehensa latitudine i. q. amplitudo, vastitas regionum sim.* (*cf. p. 1009, 23sqq.; vix huc trahas supra l. 42*): AMM. 16, 12, 29 quoniam adloqui pariter omnes nec -o spatiorum extenta nec ... multitudinis permitteret crebritas. CLAVD. DON. Aen. 7, 515 p. 79, 1 per locorum nomina expressa est -o regionum, ad quas ... tubae pervenerat sonus. HIER. epist. 15, 1, 2 neque ... tanta vastitas liquentis elementi et interiacens -o terrarum *me prohibent, quin papam Romanum precibus adeam.*

C *sensu spirituali*: ITALA Eph. 3, 18 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) comprehendere ... quae sit latidudo et -o et altitudo et profundum (*in explicationibus eccl. saepius coniungitur cum dimensionibus crucis et intellegitur de longanimitate, perseverantia, v. e. g. p. 1621, 2. 1622, 16 sqq.*).

II *usu recentiore i. q. longa distantia, longinquitas*: **A** *vi temporali*: ARNOB. nat. 5, 8 p. 258, 11 M. *historiam Attidis*, ne illam vis temporis et vetustatis obsolefaceret -o, perpetuitatis honore mactatis. **B** *vi locali* (*huc vergit p. 1631, 80*): HIL. syn. 2 quarum *litterarum* lentitudinem ac raritatem de exsilii mei et -e et secreto intellego constitisse. CASSIAN. inst. 4, 30, 2 in quo *coenobio remotiore* se ... pro -e regionis credidit ignorandum *presbyter quidam.* GRILL. rhet. p. 45, 6 M. -e fieri, ut *sol* ita parvus esse videatur, quemadmodum si ingentissimam arborem longe adtendamus, videtur nobis esse parvus frutex. *Heus.*

longiturnitās, -ātis *f.* *a* longiturnus. *i. q. longitudo (sc. temporis), diuturnitas*: ITALA deut. 30, 20 (Lugd.) -s dierum tuorum (longitudo *Monac., Vulg.; gr. μακρότης*). Bar. 3, 14 (Legion., Rem.) ubi sit -s, victus (virtus *Rem.*) et vita (*gr. μακροβίωσις καὶ ζωή*, VVLG. -s vitae et victus [longitudo, longiturna *var. ll.*]). RVFIN. Basil. hom. 1, 6 p. 1732^A malum diuturna meditatione ac -e temporis confirmatum (*Migne gr. 29, 224^C κακοῦ μελέτη χρόνῳ βεβαιωθεῖσα*).

longiturnus, -a, -um. *a* longus *sec.* diuturnus. *i. q. longinquus, diuturnus*: **1** *de tempore ipso*: ITALA deut. 5, 33 (Lugd.) ut ... -i temporis sitis ([*gr. μακροημερεύσητε, Vulg.* protelentur dies]. 17, 20 [Lucif. Athan. 1, 7; *gr. μακροχρονίσῃ, Lugd.* longo tempore sit, *Vulg.* longo t. regnet]). VVLG. Bar. 4, 35 ignis ... superveniet ei ab aeterno in -is diebus (*gr. εἰς ἡμέρας μακράς, Itala Legion.* in dies longinquos, *aliter Rem.* et dies longus). **2** *de hominibus, sc. diu viventibus* (*nonnisi praedicative* -um esse; *huc rettulerimus* GLOSS. -i: longaevi, id est longi temporis): ITALA deut. 6, 2 (Lugd.) -i dierum sitis (*gr. μακροημερεύσητε, Vulg.* prolongentur dies tui). 11, 21 (Lugd.) -i sitis (*gr. ut supra; Vulg.* multiplicentur dies tui). 30, 18 (Lugd.) non -i eritis super terram (*gr. πολυήμεροι, Monac.* multorum dierum, *Vulg.* parvo tempore moreris). 32, 27 (Lugd.) ut non -i sint (*gr. μακροχρονίσωσιν, omisit Vulg.*).

deriv.: longiturnitas.

longivīvāx, -ācis *adi.* *a* longus *et* vivax. *i. q. diu vivens, longaevus*: SCHOL. Iuv. 14, 251, 2 'cervina senectus' -x.

longiusculus, -a, -um. *a* longius *deminutive. cf.* longulus. *i. q. paulo longior* (*in comparatione plena* PLIN., CLAVD. MAM.): CIC. Arch. 25 quod epigramma ... fecisset ... alternis versibus -is. PLIN. nat. 10, 107 passeri minimum vitae ...; mares negantur anno diutius durare ..., feminis -um spatium (*Aristot. hist. anim. 613 a 32 μακροβιωτέρας εἶναι*). FRONTO p. 90, 25 v. d. H. (p. 97 N.) me ... -am ad te epistulam scripsisse. LAMPR. Diad. 3, 2 puer fuit ... speciosissimus, statura -a. AVG. conf. 11, 27, 36 voluerit aliquis edere -am vocem et constituerit ..., quam longa futura sit *eqs.*

adv. **longiusculē.** DON. gramm. IV 386, 32 deminuuntur adverbia ... a comparativo ut ... longius -e (*item* DIOM. gramm. I 405, 27 POMP. gramm. V 250, 31). *i. q. paulo longius* (*vim comparativam firmat accedente* quam CLAVD. MAM.): AVG. in epist. Ioh. 8, 11 haec dixi ... -e; tamen, quia vehementius commendanda fuit ... caritas *eqs.* SIDON. epist. 8, 11, 14 (*in fine epistulae*) -e me progredi amor impulit. CLAVD. MAM. anim. 1, 1 p. 24, 2 -e quam volui praefatus sum.

longo, -ātus sum, -āre. *a* longus. **1** *i. q. removere*: PS. TIT. epist. l. 228 proprietas ... sanctimonii ... virum a foemina -are mandavit (*citatur thren. 3, 27sq.*). ARNOB. in psalm. 87 p. 452^C (*Vulg. 87, 19* elongasti a me amicum) a quo -tus est omnis amicus. **2** *i. q. longum facere*: VEN. FORT. carm. 7, 12, 70 tempora -antur, sed breviatur amor (*an mediopassive? cf. ibid. 67* quantum se tenderet aetas). GLOSS. II 370, 56 *μηκύνω* -o. *cf.* longio.

sive **longōdēs** *appellatur cometes*, quia in longitudinem producitur, sive xiphias quia gladii mucronis effigiem producit HYG. fab. 192, 6. *gr. *λογχώδης i. 'hastae similis' voci q. e.* longus *adaptatum esse suspicatur Rose ad l.; conferre possis* longina.

longorius *v.* longurius.

longulus, -a, -um. *a* longus *deminutive* (PRISC. gramm. III 80, 1 longus -us: longe longule). *cf.* longiusculus. *i. q. aliquantum longus*: **1** *localiter*: CIC. Att. 16, 13, 2 -um sane iter (*sc. eo quem Atticus proposuerat modo*). TER. MAVR. 2729 forsan -a visa sit haec divisio tertia versus hendecasyllabi. **2** *temporaliter* (*vi deminutiva detersa*): TER. MAVR. 2189 (*de iambo*) *ut* brevem ... crebra consequendo -a *syllaba* citum subinde volvat artius sonum (*cf. 2198* dum parva longam ... urget).

adv. **longulē.** *inter deminutiva adverbiorum affert* PRISC. gramm. III 51, 21. 80, 1 (*v. supra*). *i. q. aliquantum longe* (*localiter; iuxta* longe *l. 76*): PLAVT. Men. 64 ab urbe haud -e (Rud. 266 ilico hinc imus, h. -e ex hoc loco, verum longe hinc abest, unde advectae huc sumus). TER. Haut. 239 iam aderunt. :: quando istuc erit? :: non cogitas hinc -e esse? (*A*, longius abesse *PCFE*, longius esse domum eius *D*). APVL. met. 9, 15, 6 cuncta -e etiam dissita facillime sentiebam (flor. 2, 6 neque -e d. neque proxume adsita possumus cernere).

longurio, -ōnis *m.* [*iuxta* longurius *sicut* Cato *iuxta* catus *sim.? Sch.*] *i. q. homo eximie longus* (*sc. longurii similis*): VARRO Men. 562 ego nihil ... video; ita hic obscurat, qui ante me est, nescio qui -o (*affert* NON. p. 131, 27 -o: id est longus [GLOSS. V 643, 38]).

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

longurius, -ī *m.* [*a* longus, *sed formationis parum perspicuae. Sch.*] *scrib. in codd.* -gor- VARRO rust. 2, 7, 10. -ri, -ris *pro* -rii, -riis *in parte codd.* *i. q. pertica longior*: VARRO rust. 1, 14, 2 *genus saepis quoddam* fit . . . palis . . . perforatis et per ea foramina traiectis -is fere binis aut ternis. 2, 7, 10 in stabulis . . . inter singulas *equas* a praesepibus intericere -os, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint. CAES. Gall. 3, 14, 5 falces . . . insertae adfixaeque -is. 4, 17, 8 (*de ponte in Rheno faciendo*) haec derecta materia iniecta contexebantur ac -is cratibusque consternebantur. 7, 84, 1 a (*deest α*) castris (crates *Ursinus*, cratis *Lipsius*) -os . . . reliquaque, quae eruptionis causa paraverat, profert *Vercingetorix.* civ. 2, 11, 2 *cupae* -is furcisque ab opere removentur. 3, 46, 5 quibus *Pompeianis fugatis* ad recipiendum crates derectae -ique obiecti . . . impedimento fuerunt. *B.*

***longus,** -a, -um. [*cf. got.* laggs *etc. Sch.*] *scribitur* lun- CIL I² 1353a (1353b lon-). XI 6671a (*a. 317/323*). CE 2189, 4. lonc- CE 656, 5. 684 (CIL X 1370, *ex schedis*), 4. logg- CIL VI 29401 (*sed* n *supra priore* g *posita*). longuu- *hic illic in codd., in titulis nusquam. abbreviatur* long CIL I² 677. 680. 1492 LEX par. fac. Put. (CIL I² 698) 1, 14. *al.* lon *vel* lun CIL I² 1353a.b III 9315. log CIL I² 2294. lo CIL III 10003 (*nisi est* lo(cus)). l (*si indicantur longitudo et latitudo monumentorum*) CIL I² 1246. 1420 VI 25359. *al.* *compar.* -ior *inde a* PLAVTO (*abl.* -iori COLVM. arb. 27, 2. GELL. 3, 16, 16 [-iore *var. l. ut* VVLG. num. 9, 22]). *superl.* -issimus *inde a* PLAVTO. NOT. Tir. 20, 32ᵇ -um tempus. 20, 32ᶜ per -um tempus. 23, 6 -us. 23, 6ᵃ -um. *legitur inde a* LEGE XII tab., PLAVTO, ENN., TER., CATONE. [*val.* lung; *dalm.* luang; *it.* lungo; *sard. centr. et mer.* lóngu; *raet. occ., or.* luŋg; *francog.* long; *prov. vet.* lonc, *var. francoprov., prov.; vasc.* loung; *cat.* llong; *hisp. vet.* luengo; *port.* longo. *adv.* longē: *it.* lungi, *var. sept.; var. raet. occ.; francog.* loin; *prov. vet.* lonh *etc., var. francoprov., prov., vasc.; cat.* lluny; *hisp. vet.* aluen, lueñe, *var. astur.; port.* longe. *compar.* longior: *prov. vet.* lonhor. *cf. M.-L. 5119, 5116. Wartburg V 406sqq., 401sqq., 406. Battisti-Alessio III 2286. Wagner II 36. Corominas III 144. Machado II 1356sq. St.*] [*confunditur in codd. cum* longinquus (*v. ibi*), largus STAT. Theb. 2, 296 QVINT. inst. 5, 14, 17. *al. (cf. p. 973, 23). falso vel dub. trad.*: PROP. 4, 1, 88 maris et terrae -a sepulcra (pericla *codd. dett.*; regna superba *Housman, alii alia*) canam. SEN. nat. 3, 18, 1 (langor *pro* -a *edd.*). epist. 16, 2 (*restit.* iam nil opus *pro* tam -is). PETRON. 22, 1 (*restit.* larga). PLIN. nat. 2, 134 (*restit.* aulon, cum *pro* aut -um). CAEL. AVR. gyn. 2, 71 l. 905 *si fetus parvum caput habet*, non . . . valebit -a ('*fort.* longe' *ed.*) distendere (*Soran. p. 80, 16* orificium matricis extendere non potest. *graeca non respondent*). *contextu mutilo*: ENN. ann. 357 (*loco variis modis temptato*). 492 multa foro ponit et agea -a repletur (agoeae -a replentur *Valmaggi, item Timpanaro, Stud. It. 21, 1946, 65; alii alia.*]

3 *significat tempus remotum vel spatium temporis eo (inde) extentum; respicitur*: **a** *quo (usque quo) aliquid tendat*: *α respicere, prospicere*: PLAVT. Men. 1111 quid -issime meministi? CIC. Cluent. 34 illum Magium ... non -e animo prospexisse (fam. 2, 8, 1 in posterum). Arch. 1 quoad -issime potest mens mea respicere spatium praeteriti temporis (Tusc. 5, 6 quod tam -e retro r. non possunt). Phil. 7, 19 in posterum quam -issime providere (rep. 2, 12 leg. 2, 39. APVL. met. 2, 5, 2 tibi ... -e provisum cupio. *cf.* HOMER. 920 provida Iuno). *β producere, procedere sim.*: LVCIL. 907 si retinere hunc (*amorem sim.?*) voles, si -ius te producturum et diutius (CIC. Brut. 60 vitam. 251 sermonem. LENT. Cic. fam. 12, 14, 5 SEN. epist. 83, 17. 116, 4. *cf.* CAES. Gall. 7, 11, 4 -ius eam rem ductum iri [civ. 1, 64, 2 bellum. 3, 42, 3 BELL. Hisp. 8, 1. NEP. Them. 7, 1 tempus. OV. met. 11, 703 vitam]). CIC. Brut. 129 -ius aetate provectus (TAC. hist. 3, 46, 1 bellum). 320 -ius ... procedens (Cato 70. VARRO rust. 2, 1, 13 neque -ius post decimum annum procedit. SEN. epist. 66, 42 etiam si mors ... -ius vitam passa est procedere). LIV. 28, 43, 5 tamquam non -ius, quam quantum vitae humanae spatium est, cupiditas gloriae extendatur (SEN. nat. 5, 10, 2 dies. AMM. 21, 16, 9 mortem). SEN. dial. 2, 12, 2 pueris -iusque progressis. 10, 8, 5 non illa *aetas* se regis imperio ... -ius proferet. STAT. silv. 1 praef. nullum ... ex illis *carminibus* biduo -ius tractum (TAC. ann. 14, 48, 4 vitam [GAIVS inst. 2, 244]. *cf.* PLIN. epist. 3, 9, 19 si -ius esset extracta cognitio). *al.*

b *ubi aliquid fiat* (*fere i. q. multo post vel multo ante*): PLAVT. Trin. 721 caculam militarem me futurum haud -ius (AMBROSIAST. in Rom. 8, 26 quae -e futura dicta sunt, mox fieri volumus. AVG. c. Faust. 14, 6 p. 407, 21 c. Pelag. 4, 8, 23 p. 546, 9. *al.*). LEX repetund. (CIL I² 583) 63 ⟨diem ... edito, quo ...⟩ adessint, dum nei -ius C dies edat. PROP. 2, 28, 58 -ius aut propius mors sua quemque manet. SEN. dial. 10, 15, 4 simplicius -e posita miramur. MELA 3, 57 ibi sol -e (*i. multo post*) occasurus exsurgit. TERT. uxor. 1, 5 l. 30 illa tunc caecitas -e a finibus saeculi habebatur. SERV. Aen. 1, 371 deest 'dixit'; quotiens -e respondet, parenthesis est; quotiens nusquam, ellipsis dicitur. CLAVD. 20, 494 -e ventura. AVG. serm. coll. Morin p. 712, 10 quando ... fecit eos piscatores hominum, in prima sua praedicatione, -e a passione. CONSVLT. Zacch. 2, 7 p. 61, 24 adhuc -e a saeculi fine degentes. *al.*

c *unde aliquid incipiat* (*fere i. q. iam dudum* [-e iamdiu GELL.], *cum negatione fere i. q. nuper*): PLAVT. Stich. 529 quam dudum in portum venis? :: hau -issume. GELL. 3, 1, 4 -e iamdiu (-e diu *R*) in eo ipse quaerendo fui. CLAVD. 5, 277 promissis -e ... sacris. AVG. conf. 9, 7, 15 non -e coeperat. c. Cresc. 3, 61, 67 de rebus -e praeteritis (c. Faust. 33, 6 p. 792, 16). c. Parm. 3, 6, 29 p. 141, 20 non -e mortuus. CAES. AREL. serm. 216, 3 quae *lex* -e Christum per signa et indicia monstrabat.

B *cum adverbiis sim.*: **1** -e ante, antea *sim.*: CIC. Tusc. 3, 29 quae *mala* venientia -e ante videris (*adv. ut*: GERM. 75 ITIN. Alex. 47. AMM. 19, 9, 4 prospiciens. 31, 6, 1 VEG. mil. 3, 22 p. 114, 17. SVLP. SEV. dial. 1, 23, 5 praegressus. epist. 3, 6 praesciit. Mart. 20, 8 praedixit. *al.*; *praepos.*: AMM. 22, 16, 20 -e a. alios. AVG. civ. 2, 22 p. 83, 22 D. 3, 30 p. 142, 19. 18, 39 p. 315, 24. *al.*). SEN. contr. 2, 7, 3 -e ante (alte *codd.*) inpudicitiam ⟨neget⟩ suam ore quam verbo (*seorsum scriptum ut* VELL. 2, 84, 1 a. q. dimicaretur. MIN. FEL. 23[24], 6. *uno verbo*: HIL. ad Const. 1, 8, 3 PACIAN. epist. 3, 5 p. 55 AVG. civ. 2, 21 p. 82, 28 D. 2, 22 p. 84, 21. *al.*). HIL. c. Const. 2 -e antea praevidens (SVLP. SEV. Mart. 21, 5. *cf.* HIL. in Matth. 12, 22 -e a. ... data lex est). **2** -e post, postea *sim.*: GELL. 17, 21, 35 neque ita (haut *Q*) -e post ... vita functi sunt (*adv. ut*: 17, 21, 47 non nimium -e ⟨post⟩. CAPITOL. Gord. 14, 6. EPIST. Alex. l. 87 H. nec -e ... ⟨post⟩. AVG. civ. 16, 1 p. 121, 9 D. *al.*; *praepos.*: VOPISC. Prob. 12, 6 non -e p. adulescentiam. PACIAN. epist. 1, 1 p. 3. PS. RVFIN. in Os. 8, 1/3 p. 1000[C] p. multos -e annos. AVG. civ. 2, 21 p. 82, 21 D. *al.*). PACIAN. epist. 3, 5 p. 55 -e posterius. AMM. 14, 7, 17 haud -e postea (17, 4, 5 AVG. civ. 3, 12 p. 110, 1 D. 16, 3 p. 126, 14. 17, 12 p. 232, 4. *al.*). PS. BOETH. fid. cath. 118 -e postmodum. **3** *alia*: CYPR. epist. 11, 4 hoc prius -e ostensum est quam *eqs.* (AVG. civ. 22, 8 p. 577, 33 D.). PS. ORIG. tract. 8 p. 89, 6 otium sabbati ..., quod -e olim fuerat iussum, postea ... fuisse solutum.

appendix *syntactica et stilistica*: **1** *pendent structurae*: **a** *indicantes mensuram* (*temporis non nisi* PLAVT. Cist. 582) *per*: *α acc.*: PLAVT. Bacch. 423 digitum -e. Cist. 582 ⟨non⟩ hoc -e destiti (dedisti *trad.*) instare (*'tantillum' Ussing. dubium, acc. an abl., ut* Most. 393 Trin. 483). LVCIL. 114 -e tria milia passum. COEL. hist. 15 duodeciens C milia passuum -e. CIC. Quinct. 79 quam -e est hinc in saltum ...? septingenta milia passuum. CAES. Gall. 5, 47, 5. 7, 16, 1. *al.* *β abl.* (*v. etiam* PLAVT. *supra*): BELL. Afr. 30, 1 non -e a suis castris, passibus CCC. 77, 4 II milibus passuum. SORAN. p. 28, 21 CASSIOD. hist. 8, 1, 73.

b *indicantes quo distantia pertineat*: *α quaeritur unde*: Ⓘ *praepos.*: ab: *passim inde a* PLAVTO. ex: CIC. Caecin. 20 ex quo loco fundus ... non -e abest (CAES. Gall. 5, 21, 2). ITALA deut. 13, 7 (Lugd.) quae *gentes* circa te sunt aut quae ex te -e sunt (*gr. τῶν μακρὰν ἀπὸ σοῦ, Vulg.* quae iuxta vel procul sunt). de: ITIN. Burdig. p. 591 est ... non -e de statuas lapis (PEREGR. Aeth. 7, 2 *erant loca* alia ... -ius de via, alia in proximo. 10, 9). PEREGR. Aeth. 19, 4 *monachos* -ius de civitate ... habentes monasteria. POTAM. tract. 1 (Journ. Theol. Stud. 19, 1918, 298 sqq.) l. 75 *Lazari* foetor iam -ius de sepulcro populos feriebat (*nisi temporaliter intellegendum*). Ⓘⓘ *casus*: *abl.*: ENN. ann. 481 *v. p. 1646, 6 (nisi cum verbo iungendum). gen.* (*sec. gr. ἀπάνευθε vel πόρρω dictum esse coni. Geisau, Indogerm. Forsch. 36, 1916, 264; aliter sub c*): APVL. met. 5, 9, 3 *ut* degamus -e parentum. DOCTR. apost. 5, 3 quorum -e est mansuetudo et superbia proxima (*gr. ὧν μακρὰν πραΰτης*). VITA Amator. (BHL 356) 13 p. 55[A] non -e viarum.

β quaeritur cui (*adde p. 1647, 62 et var. l. p. 1651, 14*): LVCIL. 221

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

urceus ⟨h⟩aut -e Gemino, mixtarius Paulo (*deest copula ut*: VAL. FL. 1, 838 cui . . . -e metus atque ignota cupido. STAT. Theb. 5, 25 neque . . . tibi numina -e [*sc. sanguine, cf. sub d*]. *cf.* MANIL. 3, 228 propius nobis aliquod vel -ius astrum est [VITR. 6, 6, 2 ita . . . lavationi rusticae ministratio non erit -e. PETRON. 94, 11 non -e esse quaerentibus mortem. MART. 1, 86, 6. 5, 22, 2. ZENO 1, 2, 7 = 1, 36, 24 L. nec est dicto -e probatio. AVG. in psalm. 84, 11 l. 15 prope illis erat deus, qui gentibus -e erat]). TIB. 1, 5, 2 asper eram . . ., at mihi nunc -e gloria fortis abest (*i. gloriationem posui*). PROP. 1, 7, 17 -e castra tibi . . . iacere.

γ quaeritur ad quid: Ⓘ non (haud) -e *cum acc.* (*sec.* prope): APVL. met. 1, 19, 7 haud ita -e radices platani . . . fluvius . . . ibat (radicum *vel* praeteribat *proposuit Helm dubitanter*). SOL. 10, 18 non -e (-e a *pars codd.*) Flaviopolim (-polini *pars codd.*) coloniam. 40, 13 non -e Ephesum (-so *A; Plin. nat. 5, 116* ab Epheso . . . intus ipsa Colophon). Ⓘⓘ -e ad *cum gerund.* (*cf. sub 2*): IREN. 4, 34, 3 (4, 56, 2 H.) ipsi . . . ad patiendum similiter . . . -e erant.

c *gen. part.* gentium (*aliter 1650, 79*): CIC. Att. 6, 3, 1 res . . . est in manibus, tu autem abes -e g. (fam. 12, 22, 2). LIV. 25, 12, 9 (*ex vaticiniis Marcii*) venit.

d *abl. limit.* sanguine (*cf. l. 3*): STAT. Theb. 11, 432 nec tu mihi s. -e. CORIPP. Ioh. 4, 511 *Cusina* animo Romanus erat nec s. -e (*cf. 5, 451* Romanis consanguinitate propinquus).

2 -e (ab)esse *cum enuntiato sim.* (*structura tam impersonali quam personali; temporaliter non nisi* GREG. M.): a ut: CIC. ac. 2, 117 ne ille *sapiens* -e aberit, ut argumentis credat philosophorum? CALP. decl. 3 non -e ab eo est miles, ut promittat. COD. Iust. 9, 1, 17 (*a. 229*) iniquum et -e a beatitudine saeculi nostri esse credidimus, ut *eqs.* CAPITOL. Maximin. 30, 7 -e est, ut mihi iste succedat. ARNOB. nat. 2, 46 tantum est -e, istarum ⟨ut⟩ auctor rerum credatur *deus*, ut *eqs.* (*v. sub c*). HIL. in Matth. 12, 6 -e . . . a se esse, ut aliquid ab eo mutuatus sit. AVG. pecc. mer. 2, 13, 20 p. 92, 18 tantum . . . -e est, ut . . . credamus, . . . ut *eqs.* SALV. gub. 5, 36 tam -e . . . est, ut . . . tolerent, ut *eqs.* FAVST. REI. grat. 2, 10 p. 86, 14 -e est hoc ab omni ratione absque pietate, ut *eqs.* THEOD. MOPS. in I Thess. 2, 8 tantum -e sumus, ut pondus tribulationum graviter feramus, ita ut *eqs.* GREG. M. epist. 3, 4 qui *Christus* . . . non -e est, ut appareat. b quin: CIC. Att. 9, 9, 3 aberit non -e, q. hoc a me decerni velit. CAES. Gall. 3, 18, 4 neque -ius abesse, q. . . . exercitum educat. *?* c *coni. nudus*: ARNOB. *sub a* (*textum traditum def. Schmalz, Glotta 5, 1914, 204*). d *inf.*: RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 104, 22 tantum -e sum suave aliquid existimare venturum, ut *eqs.*

3 *deest adi. vel participium velut situs, ὤν* (*cf. p. 1646, 54; de formis finitis copulae omissis v. l. 1 sq. p. 1647, 70 sqq. 1649, 54 sqq.*): STAT. Ach. 1, 176 insequitur *Achillem* . . . Patroclus tantisque extenditur aemulus actis, par studiis aevique modis, sed robore -e (*cf.* VOPISC. Prob. 24, 4 Carum imperare, virum bonum quidem, sed -e a moribus Probi). MART. 3, 58, 51 rus hoc vocari debet an domus -e? ITALA psalm. 64, 6 (Sangerm. = VVLG.) exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terrae et in mari -e (*gr. καὶ ἐν θαλάσσῃ μακράν, Hier. psalt. sec. Hebr.* et maris longinqui). *audacius*: IVVENC. 1, 414 via trans pelagus -e (*i. 'regio, ad quam e Palaestina longo trans mare itinere pervenitur' Kievits, cf. Vulg. Matth. 4, 15* via maris, *gr. ὁδὸν θαλάσσης, i. versus mare*). CLAVD. 15, 436 non contra clipeis tectos gladiisque micantes ibitis; in solis -e fiducia telis (*sc. mittendis*).

4 *accedunt praepos. vel adv. ad directionem planius indicandam* (*temporaliter non nisi* ORIBAS.): a *praepos.* ab *vel* de (*maxime in vertendo gr. μακρόθεν vel ἀπὸ μακρόθεν*): α a -e (*priore aevo dici non posse affirmatur p. 1645, 40*): *inde ab* ITALA, *v. vol. I 40, 43 sqq.* β de -e (*in codd. saepius iunctim scriptum*): *inde ab* ITALA, *v. vol. V 1, 469, 39 sqq. et cf.* longinquus *p. 1629, 15.* de -ius: ORIBAS. eup. 4, 122 l. 4 ante de -ius manifestantur *passiones* (*gr. 4, 117, 1 προδηλοῦται . . . τὰ πολλὰ πόρρωθεν*). b usque -e: ITALA II par. 26, 15 (Complut.) auditus est apparatus eorum u. -e (*gr. ἕως πόρρω, Vulg.* procul).

5 -e (. . .) eque *sim.*: CIC. fin. 2, 68 -e -eque (*item* HOR. sat. 1, 6, 18 OV. met. 4, 325 -e cunctis -eque beatior. PLIN. epist. 5, 6, 32 [lateque *var. l. ut* GELL. 13, 29, 3 SCAEV. dig. 4, 4, 39, 1]. FLOR. epit. 3, 10, 4 FRONTO p. 137, 18 v. d. H. [p. 143 N.]. APVL. met. 11, 3, 5 ARNOB. nat. 7, 44 p. 402, 5 M. *cf.* PANEG. 11, 16, 3 -ius -iusque). GELL. 14, 1, 20 -e atque -e. HERM. Pal. sim. 9, 7, 2 -e -e (*edd.* -e, *cf.* vulg. -e, *gr. μακράν*).

6 *iungitur cum* late: *inde a* NAEV., *v. p. 1024, 41 sqq., ubi addas*: CIC. orat. 72 -e et late. leg. 1, 34 late -eque (nat. deor. 1, 54). fin. 2, 115 -e lateque (Tusc. 4, 2 nat. deor. 2, 40 div. 1, 79 CAES. Gall. 4, 35, 3 civ. 2, 15, 1. 3, 8, 4. 3, 47, 4 LIV. 8, 25, 4. *al.*). PS. AVG. serm. 132, 2 -issime ac latissime. *cf. Wölfflin, Ausgew. Schr. 265.*

adv. **longiter.** *testantur* CHAR. gramm. p. 265, 10 B. (*ex Romano*) *et* NON. p. 515, 12 (*qui explicat verbis*: pro longe) *afferentes* LVCR. 3, 676, *cuius codd. quidem praebent* -ius (*haud necessario* -r *restitutum est olim etiam* 3, 789. 5, 133). *i. q. procul, e longinquo*: PHILO quaest. in gen. 4, 197 certamina devitantes -r ulciscere machinantur *sagittarii.*

proverbia sim.: VARRO Men. tit. *v. p. 1644, 35.* rust. 1, 2, 2 *v. p. 1640, 84.* CIC. fam. 3, 9, 2 *v. p. 1638, 13.* OV. epist. 16 (17), 168 (*al., v. p. 1636, 32 sqq.*). DON. Ter. Eun. 640, 3 *v. p. 1636, 53.*

homoeoprophora (*v. etiam l. 64. 71*): PLAVT. Most. 911 -e . . . -issima (*cf.* IREN. 3, 4, 2 [3, 4, 1 H.] -o -ius). ENN. ann. 452 longiscĕre -e. SEN. amic. p. 28 -iŏr . . . longinquior.

deriv.: longinquus, longio, *?* longisco, longitas, longitia, longitrosus, longitudo, longiturnus, longiusculus, longo (-are), longulus, longurius (*cf.* longurio). *cf.* longina, longodes.

compos.: collongus (*?*), ob-, per-, prae-, pro-, sub-, trilongus; e-, prolongo; longaevus, longanimis, longibracchius, longifico, longilaterus longiloquium, longimanus, longipes, longisecus, longivivax. *cf.* a -e (alonge *?*), delonge.

cf. Onom. *v. Kamptz.*

lopas (lepas *l. 16*), *nom. pl.* -ades, *acc.* -adas (*sec. gr.*) *vel* -ades (*an* lopada, -ae *?*) *f.*, *λοπάς* (*λεπάς*). [*falso trad., lectione admodum dubia (cf. Förster, Wien. Stud. 14, 1892, 317), inter nom. propria* PROB. app. gramm. IV 194, 10 -s.] *genus conchae marinae* (*sic* NON. p. 551, 3, *qui affert* PLAVT. Paras. med. frg. 3): PLAVT. Cas. 493 emito sepiolas, -as *eqs.* (lepidas *codd. et Prisc. gramm. II 108, 21, quam formam pronuntiationi loquentium tribuit Leo in app. ed.*; lepadas *edd.*). Rud. 297 echinos, -as . . . captamus. Paras. med. frg. 3 addite -as (-es *var. l.*), echinos, ostreas. ORIBAS. syn. 4, 2, 4 Aa La p. 6 (*inter παχύχυμα*) -es, pectines *eqs.* (*codd. gr. λεπ- et λοπ-*).

lophos, *λόφος, in nomine plantae graeco, v. vol. I 1523, 58.*

lopimum, *pl.* -a *n.* (*inde* lopima, -ae *f.*), *λόπιμον* (*sc. βαλάνιον*). GLOSS. II 339, 31 *κάστανον* -um. III 192, 6 castina -a. 540, 42 lupisma id est castanea. *sim. saepius ibidem, v. Thes. gloss. s. v.* castanea. *huc referenda est etiam forma* lepomata *p. 1175, 13 coll.* GLOSS. III 567, 55 lipomata i. castanea.

lopīnātius *v.* lupinaceus. *B.*

***loquācitās,** -ātis *f.* *a* loquax. *scribitur* loca- *in codd. recc.* AMBR. in psalm. 36, 28, 4 *et* MACR. Sat. 7, 2, 14. NOT. Tir. 26, 21. *legitur inde a* CIC. *in prosa oratione praeter* PRVD., SIDON. [*falsa var. l. pro* verbositas HIER. epist. 52, 5, 4.]

i. q. qualitas (item actus vel effectus) loquacis: I *de proprietate multum vel volubiliter loquendi* (GLOSS. IV 255, 42 multa locutio): A *proprie*: 1 *-s hominum vel rerum ad homines pertinentium* (epistulae PLIN. epist. 5, 20, 8, vocis ARNOB. nat. 1, 43, *senectutis* MACR. Sat. 7, 2, 14): a *in neutram vel malam partem* (*augetur e. g. per* ventosa PETRON. 2, 7 AVG. in euang. Ioh. 81, 2, immodica PLIN. nat. 28, 118 ARNOB. nat. 4, 17, inanis QVINT. inst. 10, 3, 2. GELL. 1, 15 tit. [*iuxta* futtilis], nimia QVINT. inst. 10, 5, 22 PORPH. Hor. epist. 2, 1, 79, extraordinaria TERT. anim. 53, 5, effusa CLAVD. DON. Aen. 4, 175 p. 378, 3, vana AVG. in psalm. 118 serm. 20, 5 POMER. 3, 14, 1): *α sing.* (*hic illic metonymice de ipso sermone loquaci*): Ⓘ *generatim* (*exempla selecta inde a* PLIN. epist.): CIC. Vatin. 2 ut ferocitatem istam tuam comprimerem et audaciam frangerem et -em paucis meis interrogationibus inretitam retardarem. de orat. 1, 105 qui *adulescentes* non Graeci alicuius cotidianam -em sine usu neque ex scholis cantilenam requirunt, sed . . . eius (*sc. hominis sapientissimi*) sententiam sciscitantur. 1, 214 hanc -em nostram vultu ipso aspectuque conterreat. 2, 361 (*antea*: cum . . . tam multa dixerim) hanc insolitam mihi -em. Att. 7, 13, 4 -i ignosces. fam. 6, 4, 4 facit . . . non -s mea, sed benivolentia longiores epistulas. LIV. 44, 22, 15 iis *sermonibus urbis* -em suam contineat. 44, 35, 3 quo quaeque accuratius celantur (*trad.* curantur), eo facilius -e . . . ministrorum emanant. POMP. TROG. frg. Plin. nat. 11, 276 oricularum magnitudo -is et stultitiae nota est (*Aristot. hist. anim. 492 b 2 μωρολογίας καὶ ἀδολεσχίας. cf.* PHYSIOGN. 48 p. 66, 11 pronitas *labiorum* stultitiam, -em tribuit [*gr. I 373, 6 ἀνοίας καὶ ματαιολογίας*]). CELS. 2, 7, 24 expeditior alicuius . . . sermo subitaque -s orta est et . . . solito audacior. PLIN. epist. 5, 20, 8 ne gratiam novitatis . . ., quae oratiunculam . . . commendat, epistulae -e praecerpam. 6, 5, 7 tanta -s amicorum, ut homines . . . id ipsum invicem scierint. GELL. 1, 15 tit. quam inportunum vitium plenumque odii sit futtilis inanisque -s. TERT. patient. 5 -s in aedificatione nulla turpis, si quando turpis. uxor. 1, 8 l. 25 per -em ingerunt verba pudoris inimica *viduae.* EPIST. pontif. 111 Cypr. epist. 49, 2 p. 611, 11 circumventi sumus perfidia et -e captiosa. ARNOB. nat. 1, 43 temerariae vocis -e garrientes. AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 19 (*quae praecedunt, v. sub β*) narratores . . . superflui sicut hirundines disputationis suavitatem nativae -is continuatione corrumpunt. SEVERIN. doctr. p. 127 -em odio habe; bona est enim taciturnitas, mala est verbositas (*synon. ut*: PRVD. perist. 10, 552). MART. CAP. 8, 812 (*loq. Harmonia*) ne profana -e vulgarer, Aegyptiorum clausa adytis occulebar. BENED. reg. 49, 7 ut . . . subtrahat corpori suo de cibo, de potu, de somno, de -e, de scurrilitate *monachus diebus quadragesimae* (*an ad II? sed cf.* GLOSS. V 413, 65 *ad l.* verbositate). *al.* Ⓘⓘ *speciatim vituperatur in arte dicendi vel scribendi* (*opponitur vel distinguitur* facundia TERT., eloquentia PETRON., eloquium AVG. anim., oratio *p. 1653, 18*): CIC. de orat. 3, 185 genus hoc numerorum, dummodo ne continui sint, in orationis laude ponetur; nam si rudis et impolita putanda est illa sine intervallis -s perennis et profluens *eqs.* leg. 1, 7 *Macri* -s habet aliquid argutiarum, nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis (*oppon.* in orationibus autem). QVINT. inst. 5, 10, 92 mittamus plura, ne in eam ipsam, quam vito, -em incidam. 8, 2, 17 est . . . in quibusdam turba inanium verborum, qui, dum communem loquendi morem reformidant, . . . circumeunt omnia copiosa -e. 10, 3, 2 sine hac . . . conscientia ipsa illa ex tempore dicendi facultas

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

inanem modo -em dabit et verba in labris nascentia. 10, 5, 22 *bonus praeceptor* nimiam -em recidet, ut omnia, quae sunt in controversia, non . . . quae in rerum natura, dicantur. TERT. adv. Hermog. 1, 2 qui *haereticus* -em facundiam existimet (SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 50, 4 *haeresin* -is assertione confirmat. AVG. in psalm. 118 serm. 20, 5 habet eas, *sc. ἀδολεσχίας*, et haereticorum vana atque errabunda -s. Ps. AVG. haer. 3, 4 p. 1106 sileat . . . haereticorum -s nullam habens verecundiam. CAES. AREL. serm. 100 A, 3 ranarum modo in paludibus inmunditiae importunitate et -e strepit [*sec.* AVG. *sub B*]. *sim. al.*). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 79 *Atta* in fabula . . . ita florum genera ⟨e⟩numerat, ut . . . reprehendendus sit ob nimiam -em. AVG. anim. 1, 3, 3 (*de stilo operis Vincentii Victoris*) quod cruditas -is eructat (*antea*: in ipso eloquio . . . multa emendanda). *al.* *eloquentia eiusve certum genus obtrectatorie pro -e habetur* (*suum opus prae modestia -em dicit* PALLAD.): PETRON. 2, 7 nuper ventosa istaec et enormis -s (*sc. Asianum genus orationis*) Athenas ex Asia commigravit (*postea*: corrupta eloquentiae regula). QVINT. inst. 12, 2, 20 naturā permixta est omnibus istis (*sc. philosophiae partibus*) oratio, quae quidem oratio est vere; nam ignara quidem huiusce doctrinae -s erret necesse est. APVL. apol. 3, 6 multa . . . conficta . . . mercennaria -e effutierunt. AVG. civ. 18, 24 p. 288, 30 D. *Romuli temporibus* nondum efferbuerat ac pullulaverat philosophorum subtilis et acuta -s (*cf.* gen. ad litt. 1, 21 p. 31, 11 *ut non* falsae philosophiae -e seducamur). conf. 9, 2, 2 placuit mihi . . . subtrahere ministerium linguae meae nundinis (*i. scholae*) -is. PALLAD. hist. mon. I prooem. p. 247/8 nostram -em . . . amplectere (*gr. p. 11, 24 B. φλναρίας*). ISID. diff. 2, 148 inter sapientiam et eloquentiam ita distinguunt: . . . eloquentia sine sapientia valere non potest; melior enim est indiscreta (*immo* indiserta, *v. vol. VII 1, 1204, 68*) prudentia quam stulta -s.

β plur.: *de -e plurium*: PLIN. nat. 28, 118 utinam . . . eo ramo (*palmae cum cauda chamaeleonis coniuncto*) contactus esset Democritus, quoniam ita -es inmodicas promisit inhiberi. *metonymice de ipsis sermonibus loquacibus*: AMBR. in psalm. 118 serm. 11, 19 quasi fabulae cuiusdam naenias narratas sibi dicit *ἀδολεσχίας*, hoc est superfluas -es (*quae sequuntur, v. p. 1652, 65*). AVG. conf. 5, 9, 17 ad vanas fabulas et aniles -es.

b *in bonam partem fere i. q. eloquentia*: SIDON. carm. 14, 7 Calliope, nitente palma da *mihi* (*sc. poetae*) sacri laticis (*sc. Hippocrenes*) -em (*cf. Prop. 3, 3, 51 sq.* Calliope lymphis . . . a fonte petitis ora Philitaeā nostra rigavit aquā; *vix translate de aqua loquaci, v. p. 1655, 14 sqq*).

2 *-s avium*: PLIN. nat. 10, 118 minor nobilitas . . ., sed expressior -s *quam psittacis* certo generi picarum est (*postea*: adamant verba quae loquantur *eqs.; inde pro garrulitate accepimus; alii de facultate loquendi cogitant*).

B *translate respiciuntur bestiarum crebri clamores* (*v. etiam p. 1652, 67*): AVG. serm. 8, 5 l. 117 L. (*ad exod. 8, 2 sqq. de ranarum plaga*) habes congruenter significatam vanitatem, si attendas ranarum -em (*inde* CAES. AREL. serm. 100, 3 *et l. 8*).

II *de mera actione usuve loquendi* (*an huc p. 1652, 72?*): FVLG. myth. 1 praef. p. 14, 20 tunc Calliope provinciam -is ingressa 'his te' inquit 'Fulgenti *eqs.*'. Virg. cont. p. 87, 21 solet . . . etiam in epistolis hoc ipsud communis observare -s.

loquāciter *v.* loquax.

loquāculus, -a, -um. *a* loquax *deminutive.* *i. q. loquax*: LVCR. 4, 1165 *mulier* flagrans, odiosa, -a Lampadium fit.

***loquāx,** -ācis *adi.* *a* loqui (*unde derivat* VARRO *l. 63*). *scribitur* loca- *saepius in codd. recc.* *acc. plur.* -is CLAVD. DON. Aen. 11, 380 p. 473, 13. *compar.* -ior *inde a* CIC. (plus . . . -x CLAVD. 5, 488), *superl.* -issimus *inde a* CIC. (*cf.* multum -x PLAVT. Aul. 124, valde -x EXC. barb. p. 238, 17 Fr., optime -x CE 795, 5 [*s. VII*]. *v. etiam l. 69*). lō- MART. CAP. 9, 998 (linguax, nugax *coni. viri docti*). NOT. Tir. 26, 20. *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC.

fere i. q. loquens: **I** *vi aucta cum notione garrulitatis, volubiliter loquendi* (*gr. resp. λάλος. cf.* VARRO ling. 6, 57 hinc [*a loquendo*] dictus -x, qui nimium loqueretur, hinc eloquens, qui copiose loquitur [*item distinguuntur* ISID. diff. 1, 179 sinceritas facundiae eloquentum est, effusa et incondita temeritas -ium. orig. 10, 155 -x non est eloquens]. SYNON. Cic. p. 432, 15 -x. verbosus. garrulus. solutus. odiosus *eqs.* GLOSS. *λάλος. τροχαλός.* verbosus. GLOSS. II 318, 49 *εὐόμιλος* bene -x, effabilis [III 142, 18 *εὔφημος* b. -x. *nisi potius pro una voce accipiendum, cf.* maleloquax]): **A** *proprie, sc. cum respectu sermonis humani* (*accedit* de PROP. 3, 25, 2, adversum HIER. epist. 54, 5, 4, *gen. p. 1654, 73. 77*): **1** *enuntiati*: **a** *de hominibus ipsis, populis, terris* (*pro subst. inde a* HOR. sat. 1, 9, 33. 2, 5, 95 LIV. 3, 19, 5 SIL. 2, 183; *cf.* CIC. Flacc. 11 -issimus *quisque.* Ov. ars 2, 608 ne quis . . . -x. Ps. QVINT. decl. 18, 12 illos -es): *α in neutram vel malam partem* (*accedit* nimium CIC. Cluent. 176, nimis CIC. Cato 31, iusto plus CLAVD. 5, 488): PLAVT. Aul. 124 (*loq. mulier*) multum -es merito omnes habemur (*'vertit* PLAVT. *sine dubio gr. πολύλαλος, πολυ- pro acc. sing. neutr. sumens' Leumann in plagulis; πολύλογος proposuit idem Gramm. 1977, 385*). VARRO Men. 336 nec -es . . . convivas nec mutos legere oportet, quia eloquentia in foro . . ., silentium vero in cubiculo esse debet. CIC. Cluent. 176 *servum* nimium -em fuisse. Mur. 30 'spernitur orator' (*Enn. ann. 269*) non solum odiosus in dicendo ac -x, verum etiam 'bonus'. Flacc. 11 non optimus quisque nec gravissimus, sed impudentissimus -issimusque *testis* deligitur (*sc. Graecus ut*: 42 homo ineptus et -x. 48 cum se homo volubilis quadam praecipiti celeritate dicendi . . . iactaret, repente . . . -issimus obmutuit. de orat. 1, 102 Graeculo otioso et -i. PHAEDR. app. 28, 2 Graeci -es. *v. etiam infra l. 11. 40. 49*). or. frg. A XIV 16 -em Siciliam (SCHOL. Cic. Bob. p. 87, 31 *ad l.* -em videtur S. dicere, quod plerosque de pecuniis repetundis accusaverant. *cf.* SEN. dial. 11 [12], 19, 6 Aegyptus, -x et in contumelias praefectorum ingeniosa provincia [*cf.* STAT. *infra*]). parad. 40 *adulescentibus* paulo -ioribus (GELL. 1, 2, 3 adulescens . . . -ior inpendio [loquencior *V, cf. Amm. 29, 1, 25* inpendio eloquentior]). Cato 31 ne . . . nimis videretur aut insolens aut -x. Att. 8, 4, 1 *Dionysium libertum* hominem omnium -issimum et minime aptum ad docendum. frg. inc. I 20 M. hunc -em esse habitum, numquam disertum (*opp. ut*: MAR. MERC. Conc.^{S} I 5 p. 11, 19 [*ad Iulianum haereticum*] quas *angustias* tibi -x magis quam d. ipse fecisti. *cf.* SALL. hist. frg. 4, 43 -x magis quam facundus [*sec. Eupol. frg. 95 K. λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν*]). HOR. sat. 1, 1, 13 cetera . . . — adeo sunt multa — -em delassare valent Fabium. 1, 9, 33 -es . . . vitet. 2, 5, 95 aurem substringe -i *viro diviti.* TIB. 1, 2, 39 (*34* celari vult sua furta Venus) fuerit quicumque -x *eqs.* (*item in re amatoria*: Ov. ars 2, 608). PROP. 3, 25, 2 risus eram . . . et de me poterat quilibet esse -x. LIV. 3, 19, 5 -es, seditiosos . . . regia licentia vivere. PAVL. FEST. p. 59 citeria appellabatur effigies quaedam arguta et -x ridiculi gratia, quae in pompa vehi solita sit (*affertur Cato or. frg. 40, 6 = 116 M.* cum spectatoribus sermocinaturum). SEN. contr. 10, 1, 1 populi -is suspiciones (Ps. QVINT. decl. 19, 12 ille semper -x p. ac malignus). LVCAN. 1, 313 Marcellus. VAL. FL. 4, 479 fata -x mentemque Iovis . . . prodideram *Phineus.* SIL. 2, 183 *Eurydamanta* (*immo Eurymachum, v. Hom. B 182 sqq.*). STAT. silv. 5, 5, 66 non ego mercatus Pharia de puppe -es delicias doctumque sui convicia Nili infantem . . . dilexi. MART. 12, 57, 12 naufragus. GELL. 1, 2 tit. volgus -ium nebulonum. *al.*

β in bonam partem fere i. q. eloquens (GLOSS. *εὔλαλος*): CIC. Brut. 225 homo -x sane et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu. HIER. praef. Vulg. Tob. p. 156, 1 utriusque linguae (*et Chaldaicae et Hebraicae*) peritissimum -em reperiens. EXC. barb. p. 238, 12 Fr. dum conputatorem illum *Faunum* cernerent et valde -em sapientes Aegyptiorum.

b *de variis rebus, quae ad homines pertinent* (*fere in neutram vel malam partem*): CIC. de orat. 2, 76 quid . . . aut arrogantius aut -ius fieri potuit quam Hannibali . . . Graecum hominem . . . praecepta de re militari dare? (*vix recte pro adv. accipitur vol. II 655, 30*). 2, 160 quae *ars* (*sc. διαλεκτική*) in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium -x. 3, 142 (*antea*: inscientiam illius, cui res non suppetat, verba non desint) malim . . . indisertam prudentiam quam stultitiam -em (*cf.* CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 123, 11 *Plato in Phaedro* [*fortasse respicitur 259^{e} sqq.*] potius arbitrans inperitum silentium -i inperitia). Cato 55 senectus est natura -ior (*cf.* MACR. Sat. 5, 14, 14 senex, id est . . . -x aetas). SALL. (?) rep. 2, 9, 3 M. Catonis ingenium versutum, -x, callidum haud contemno; parantur haec disciplina Graecorum (Ps. QVINT. decl. 4, 12 -issima humanorum pectorum ingenia). Ov. met. 9, 137 fama -x . . ., quae veris addere falsa gaudet (*al. v. vol. VI 1, 224, 56 sq.; cf.* CLAVD. 22, 408 f. -bus alis [ales *Heinsius interpungens post* linguis] pervolat oceanum, linguis et mille citatos festinare iubet proceres). Ib. 569 guttur (*item pars corporis*: SEN. Thy. 92 lingua [PRVD. c. Symm. 2 praef. 45. *v. etiam l. 64*]. AVSON. 341, 7 p. 159 P. os. *cf.* CLAVD. *supra*). SEN. contr. 2, 1, 7 abdicatio -x est. 10, 2, 5 -x est virtus nec ostendit se tantum, sed ingerit. VAL. MAX. 3, 4 ext. 1 -bus magis quam certis argumentis explicare. APVL. met. 1, 26, 7 rancidi senis -x et famelicum convivium. CYPR. epist. 51, 2 schismatici . . . verbis -bus decipi. SYMM. epist. 1, 37 (31), 1 laetitia -x res est atque ostentatrix sui. *al.*

c *de avibus humano sermone praeditis*: Ov. am. 2, 6, 37 illa (ille *pars recc.*) -x humanae vocis imago, psittacus. MART. 14, 76, 1 pica -x (ANTH. 762, 33). *in fabulis*: Ov. met. 2, 535 corve -x (*cf.* 2, 540 lingua *corvi*). APVL. met. 5, 28, 8 nec -x illa conticuit avis *gavia*, sed 'nescio' inquit '. . .'.

2 *scripti* (*de hominibus vel de ipsis scriptis*): CIC. Att. 4, 14, 2 numquam . . . mihi tua epistula aut intempestiva aut -x visa est (SVLP. SEV. epist. 2, 18. *cf.* SIDON. epist. 9, 11, 9 ecce habes litteras . . . garrulas . . .; quamquam sunt omnes . . . -issimae). fam. 11, 24, 1 antea subirascebar brevitati tuarum litterarum, nunc mihi -x esse videor; te igitur imitabor: quam multa quam paucis. GELL. 5, 14, 3 *Apion in libris* fortassean vitio studioque ostentationis sit -ior. TERT. nat. 1, 11, 3 (= apol. 16, 3) Tacitus, sane ille mendaciorum -issimus. ITIN. Alex. 1 nec de -ium numero vilibus usus auctoribus, sed quos fidei amicissimos vetus censura pronuntiat. RVT. NAM. 2, 61 diverticulo fuimus fortasse -es; carmine propositum iam repetamus iter. CASSIOD. var. 11, 38, 5 praeteritorum -x, oblivionis inimica *charta.* -x est *cum inf.* (*cf.* CIC. de orat. 2, 76 *sub 1 b*): AVELL. p. 578, 20 -x est singillatim universa retexere.

B *translate respiciuntur*: **1** *bestiarum crebri clamores* (GLOSS. -is *εὔλαλος ἐπὶ ὀρνέου*): **a** *de avibus (aliter l. 61. p. 1655, 52) vel ranis*: VERG. georg. 3, 431 ranis ([SERV.: clamosis . . . ideo, quia ex hominibus factae sunt, ut dicit Ovidius *met. 6, 369 sqq.*]. HIER. epist. 38, 5, 2 -ium ranarum convicia [*in imagine de hominibus maledicis*]. *cf.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

explic. allegoricam Isid. in exod. 14, 3 rana est ... -issima vanitas). Ov. fast. 2, 89 cornix (Prvd. apoth. 298 -x et stridula c.). trist. 3, 12, 8 -x gutture vernat avis (Plin. nat. 11, 268 avium -iores, quae minores. Evstath. Basil. hex. 8, 3, 9 sunt ... quaedam -es et garrulae, aliae taciturnae, nonnullae canorae atque clamosae *eqs.*). Pervig. Ven. 85 -es ore rauco stagna cygni perstrepunt (*sec.* Verg. *l. 10*). Physiogn. 129 p. 141, 17 noctua ... animal est -x, ignavum, mutabile. Isid. orig. 12, 7, 45 graculus a garrulitate nuncupatus; ... est enim -issimum genus et vocibus inportunum. **b** *de locis, quae ab avibus -bus perstrepuntur*: Verg. Aen. 11, 458 dant sonitum rauci per stagna -ia cycni (Serv.: hypallage; in quibus habitant cycni -es). 12, 475 hirundo pabula ... legens nidisque -bus escas (Drac. laud. dei 1, 257. *cf. Conington-Nettleship ad Verg. georg. 4, 17 et v.* Ivv. *sub 3*).

2 *aquarum fluentium strepitus*: Hor. carm. 3, 13, 15 unde (*e saxis*) -es lymphae (*var. l.* nymphae) desiliunt tuae *fontis* (Porph.: -es ... lymphas dixit, quod, dum de saxo cadunt, perstrepant). Prvd. cath. 5, 89 saxa -bus exundant scatebris (*Vulg. num. 20, 11* aquae largissimae). Sidon. carm. 23, 208 *Musae* te de genetrice vagientem tinxerunt ... vado Hippocrenes; tunc hac mersus aqua -is undae pro fluctu mage litteras bibisti (*fortasse luditur cum notione sub A 1 b illustrata, cf. p. 1653, 37*).

3 *infantium vagitus*: Ivv. 5, 142 *concubina* pariat licet et pueros tres in gremium patris fundat semel, ipse *amicus* -i gaudebit nido (*in imagine nidi avium*).

II *v. debilitata respicitur mera facultas vel actio*: **A** *sonandi*: Hor. carm. 3, 11, 5 tu ..., testudo, resonare septem callida nervis, nec -x olim neque grata, nunc ... divitum mensis ... amica. Mart. Cap. 9, 916 *Syrinx* (*Ov. met. 1, 690 sqq.*) versa in calamos sonat -es. Drac. Romul. 7, 32 vocis textura sonet nervique -es.

B *tacite significandi*: **1** *per gestus, nutus, partes corporis*: Tib. 1, 2, 21 *Venus docet* nutus conferre -es blandaque ... abdere verba notis. 2, 6, 43 oculos *puellae amatae* (Anth. 714, 2 o blandos oculos ... et quadam propria nota -es). Ov. am. 1, 4, 17 me specta nutusque meos vultumque -em, excipe furtivas ... notas. Petron. frg. 19 (*in carmine*) manu puer *pantomimus* -i (Cassiod. var. 4, 51, 8 orchestarum -issimae manus, linguosi digiti, silentium clamosum. *cf.* Clavd. 17, 313 qui nutu manibusque -x *est*). Ambr. Iac. 2, 11, 48 *verbis* -iora sunt vulnera *martyris*. **2** *quolibet modo*: Ps. Evseb. Gallic. hom. 10, 5 l. 70 *duces fortes* annalibus quamlibet titulis inscribantur, quamlibet aevo, memoriae, aereis tabulis ac monumentis -bus consecrentur posteritatis ... etiam oculis ingerendi. Drac. Romul. 8, 480 *augur*, cui pinna -x dat nosse futura. Cassiod. in psalm. 139, 7 rerum ipsarum -issimus clamor.

C *verba faciendi* (*de sermone cogitato* Drac. *sub 2*): **1** *de arboribus, bestiis, rebus inanimis*: **a** *vaticinantibus*: Sen. Herc. O. 1623 Chaonis (*i. Dodonaea*) ... -x ... quercus. Lvcan. 5, 83 telluris hiatus divinam spirare fidem ventosque -es exhalare solum *Delphicum* (Mar. Victor aleth. 3, 204 v. terra, spirante -es. *cf.* Mart. Cap. 1, 11 *Delphorum* sacrati specus -ia antra). Ivl. Val. 3, 24 virecta ... et arbusta -ia ad humanum modum (*Hist. Alex. M. I p. 112, 2 Kr.* ἀνθρωπιστὶ λαλοῦντα). Clavd. 26, 19 *Minervam* caeso Tmarii Iovis augure luco arbore praesaga tabulas *navis Argonis* animasse -es. **b** *aliis*: Tert. pall. 5, 6 avibus ... canoris et -bus (*sec. Plin. nat. 10, 141* cantu aliquo aut humano sermone vocales). Avg. civ. 4, 19 p. 168, 22 D. (*l. 14 sqq.* simulacrum eius *Fortunae* ... etiam locutum esse) fuit ... Fortuna -x et muta Felicitas. Drac. laud. dei 2, 787 (*sec. exod. 3, 2 sqq.*) deus se prodidit igne -i. **2** *de hominibus* (*pro subst.* Arnob.): Ps. Avg. alterc. p. 1133 *Christus* -es praestitit mutos (*opp. ut*: Ven. Fort. vita Germ. 47, 133 *puella* m. -x ... effecta est. *v. etiam* Avg. *sub 1 b*). Arnob. in psalm. 18 p. 349^{B} (*sec. act. 2, 5 sq.*) universarum gentium -es. Drac. laud. dei 2, 602 (*ad deum*) exaudis, quod lingua tacet sub corde -i (*cf. 2, 615* largitur peccata reis sine voce rogatus). **3** *de ipsis verbis*: Ven. Fort. Mart. 3, 435 audivere loqui, sed quid, nescire fatentur; senserunt strepitum neque verba -ia norunt (*cf. Sulp. Sev. dial. 2, 13, 3* vix intellectum sermocinantium sonum).

per oxymoron: Avg. conf. 1, 4, 4 -es muti (*sc. de deo tacentes ut* 7, 2, 3).

in lusu verborum cum Tacitus: *p. 1654, 73.*

adv. **loquāciter.** *compar.* -ius *inde ab* Iren., *superl.* -issime Avg. gen. ad litt. 2, 15 p. 56, 3. Char. gramm. p. 239, 22 B. loquax -r. [*e coni. dub.*: Porph. Hor. sat. 1, 7, 28—30 salse -rque (salsi loco *trad., v. etiam* iocaliter).] *i. q. verbose, pluribus verbis quam satis est* (*in malam partem; per modestiam vel verecundiam usurpat vocem de sermone suo is ipse qui loquitur*: Hor. epist. 1, 16, 4 Pavl. Nol. epist. 39, 8 Avg. spir. et litt. 35, 63. *fere iuxta verbum; iuxta adi.* Cic.): Cic. Mur. 26 huic tam -r litigioso (*antea*: verbose). Hor. epist. 1, 16, 4 ne perconteris ..., scribetur tibi forma -r et situs agri (Schol.: '-r', quod Graeci λαλιστί dicunt, non poetice, sed quasi prosa oratione et communi sermone ac simplicibus verbis). Iren. 1, 14, 7 (1, 8, 8 H.) Marci Sige, quae multa quidem -ius exsequitur (*gr.* πολλὰ ... φλυαροῦσα), nihil autem verum loquens. Non. p. 245, 30 argutari dicitur -ius (*trad.* loquacium) proloqui. Pavl. Nol. epist. 39, 8 vereor, ne, dum -ius vos fatigo, ipse vobis molestius quam locusta (*Ioel 1, 4*) ... insederim. Avg. civ. 7, 5 p. 281, 1 D. mysteria ... -ius et elatius praedicares. epist. 177, 3 -r contendentibus. gen. ad litt. 2, 15 p. 56, 3 -issime inquirunt. in Iob p. 533, 22 quam *sententiam* vult intellegi -r dictam et inaniter. spir. et litt. 35, 63 hoc egi ... -ius forte, quam sat est; sed contra inimicos gratiae dei etiam parum mihi dixisse videor *eqs.*

deriv.: loquacitas, loquaculus.

compos.: caeli-, semiloquax. *cf.* docti-, falsi-, magni-, male-, multi- (*cf.* multum -x *p. 1653, 77*), vaniloquax.

***loquēla** (loquella), -ae *f.* *a* loqui (*item* Varro ling. 6, 57 *v. p. 1657, 53*). *scribitur in titulis et codd. saepius* -ella: Inscr. Afr. Gsell I 2131, 1 (*cognomen ut* 2207, 2; *legitur etiam in acrostichide versuum sequentium*). CE 1405, 7 (*e codice*) *et passim in libris veteribus, e. g.* Verg. Aen. 5, 842 *MPR.* Itala psalm. 18, 4 (cod. 421 *al.*). prov. 7, 21 (Didasc. apost. 5, 29). Matth. 26, 73 (cod. a ff^{2}) *et al., rarius autem* -ela: Inscr. Afr. Gsell I 2660, 8 (*cognomen*). Itala Ioh. (cod. a) 4, 42 (*legi iam non potest*). 8, 43 (*ibid.*). *grammaticorum doctrinae*: Caper gramm. VII 96, 6 querela, -a per unum l (*item*: Mar. Victorin. gramm. VI 17, 11 -a et querela *eqs.* ... uno l scribenda sunt, *quamquam ratio repugnat sono.* Serv. auct. Aen. 4, 360 querellis l litteram metri causa addidit *poeta*; nam querela dicitur, quia querulus facit; hoc modo et -a). Gramm. suppl. 175, 9 secundum quod Papirianus et Cassiodorus (*gramm. VII 159, 4 sqq.*) dicunt ..., non debet ullo modo dici ... loquela ..., sed loquella (*item* 175, 13. 183, 27). *inepte varietatem scripturae ad differentiam notionis refert* Virg. gramm. epit. 4 p. 21, 15 sq. (*sec. Stangl, Virgiliana 34*) male quidam loquellas (-elas *var. l.*) in elocutione intellegi volunt, cum loquellae (-elae *var. l.*) diminutive sunt quasi simplicia clefia (*i. voces? v. vol. III 1331, 43 sqq.*); loquelae per e et unam l scribendae ad perfectam pertinent elocutionem. *codd. recc. variant passim inter* -ll- (*non raro* -ill-) *et* -l-. *cf.* loquelaris. Not. Tir. 26, 21^{a} -a. 26, 22 -ae. *legitur in poesi fere singulis locis apud* Plavt. (*nisi falso trad.*), Catvll., Lvcr. (*ter*), Verg., Ov., Caprvm, Ter. Mavr., *postea saepius (in hexametris et hendecasyllabis semper ita ut versum claudat); in prosa oratione inde a* Varrone (*semel*), Min. Fel., Tert. [*fortasse venet.* okela, lokela '*uva in gutture*', *si non plane attribuendum est sermoni docto. cf. M.-L. 5122. St.*]

i. q. loquendi actus vel effectus (*facultas sub I D.* Gloss. λαλιά. ὁμιλία. φράσις. *gr. resp.* λαλιά, *nisi alia adnotantur. pro synon. fere habentur* verba Min. Fel. 2, 1 *et saepius*, sermo Itala psalm. 18, 4 [Veron. *al.* = Vvlg.; *sed cf* Cassiod. *ad l.* sermones pertinent ad communes narrationes, -ae ad publicas suasiones] *et saepius*, disputatio Rvfin. Orig. in Ios. 20, 5 p. 424, 18 Orig. in psalm. 38 hom. 1, 8, eloquium Arator act. 2, 732): **I** *pertinet ad homines*: **A** *de loquendi mera actione sive de ipso sermone* (*hic illic de sermone litteris concepto*): **1** *notione communi* (*in prosa fere sing.* [multa *infra l. 74; plur. de sermonibus pluribus vel plurium*: Itala psalm. 18, 4 [cod. 421 *al.* = Vvlg.]. Hil. trin. 12, 56 Diom. gramm. I 420, 12 Avg. conf. 11, 11, 13. in psalm. 88 serm. 1, 3 l. 62 omnibus. *al.; in poesi plur., fere poeticus, saepe inde a* Lvcr. 1, 39 [*minus probabiliter intellegas plur. notionis infra sub B illustratae*]. *-a uno verbo constans: p. 1657, 6*): **a** *generatim* (*exempla selecta inde a* Tert.; *in versibus orationem rectam praecedentibus* [*plur. praeter* Prvd.]: Verg. Aen. 5, 842 Ivvenc. 1, 12. 2, 305. 4, 676 Prvd. perist. 6, 92 Cypr. Gall. gen. 614 Sidon. carm. 2, 437 Arator act. 2, 261. *in figura etymologica p. 1657, 1*): Plavt. Cist. 741 commodo -a[m] tua tibi nunc prode[n]s (commodule quaedam *coni. Leo*). Catvll. 55, 20 verbosa gaudet Venus -a (*cf.* CE 1405, 7 garrula ... -a *filiolae*). Lvcr. 1, 39 suavis ex ore -as funde (Verg. Aen. 5, 842 fundit ... has ore -as: '...'). 5, 71 quo ... modo genus humanum variante -a coeperit inter se vesci per nomina rerum (*vix ad C trahendum; cf. 5, 1057 sq.* si genus humanum ... pro vario sensu varia res voce notaret). 5, 230 nutricis blanda atque infracta -a (Sidon. carm. 2, 437 blandis ... orsa -is ... dixit). Min. Fel. 2, 1 liberis ... adhuc dimidiata verba temptantibus, -am ipso offensantis linguae fragmine dulciorem. Tert. adv. Marc. 5, 5 p. 586, 8 '*mundum*' *pro* '*hominem*' *dicimus* ex forma simplici -ae humanae, qua plerumque id, quod continet, ponimus pro eo, quod continetur (Anth. 762, 31 psittacus humanas depromit voce -as. Max. Tavr. serm. 97, 1 M. Ps. Ignat. Phil. 8, 2 [*gr.* ἀνθρώπινα ῥήματα]. *cf.* Diom. gramm. I 420, 12 *vox* articulata est rationalis hominum -is explanata [*v. etiam Prob. inst. gramm. IV 47, 5* articulata est, qua homines locuntur]). test. anim. 5 p. 141, 19 in usum -ae disseminare. Itala psalm. 141, 3 (cod. 136 Cas.) effundam in conspectu eius -am meam ([*gr.* δέησιν, *Vulg.* deprecationem]. Sirach 35, 17 [Aug. spec. 23 = Vvlg.] si effundat -am gemitus [*gen. pro adi. ut p. 1657, 2; gr.* λαλιάν *tantum, cf. Ps. Aug. spec. 25* orationem]. Sedvl. carm. pasch. 4, 63 muta diu tacitas effudit lingua -as [*op. pasch. 4, 6* resolutae vinculis linguae plena reddidit loquaci libertate commercia]). prov. 7, 21 (Didasc. apost. 5, 29) seduxit ... illum per multam -am ([*gr.* ὁμιλίᾳ, *Vulg.* sermonibus]. Vvlg. Sirach 13, 14 ex multa ... -a temptabit te). Ivvenc. 1, 12 *angelus visus est* soli *Zachariae* (*Luc. 1, 13*) iussas perferre -as ...: '...'. Zeno 2, 28 (1, 10 A L.) in tali re non -a est exhibenda, sed cura. Favstin. trin. 1, 12 p. 47^{B} (*antea*: pater ... loquitur non aliud, quam quod loquitur filius) eadem patris et filii -a est, sicut eadem est operatio. Priscill. tract. 11, 145 *deo* etsi confiteri in -a[m] muta non possent. Avson. 417, 86 p. 280 P. adflaret ... tuas aures nostrae aura -ae. 418, 68 p. 288 nostras echo resecuta -as. Vvlg. Sirach 27, 15 -a multum iurans ([*var. l.* iurantis]. *-a ipsa loquens inducitur ut*: Cypr. Gall. deut. 156 mentis nuntia quos *sonos* ait -a). Is. 28, 11 in -a

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

...labii et lingua altera loquetur (*v. et p. 1658, 38*). Hab. 2, 6 super eum parabolam sument et -am aenigmatum eius (*i. de eo*) et dicetur: '...' (*accedit gen. obi. ut*: Praedest. 1, 90 p. 620^{D} veritatis. Orig. in Matth. 13, 12 p. 211, 21 *avari* nullam habent in ore suo -am nisi pecuniae [*gr. τὰ περὶ τοῦ ἀργυρίου*]). Pavl. Nol. carm. 21, 319 domini nomen prima -a *infantis* fuit. Ps. Avg. serm. 162, 1 post agnitionem, conversationem, -am. Cypr. Gall. exod. 201 tenuem ... -am dicere (*cf. Itala exod. 4, 10* [*Lugd.*] gracili ... voce et tardiore lingua sum). Op. imperf. in Matth. 9 p. 680 si ... steteris in valle et doctor tuus super montem loquatur, non multum tibi proficit -a ipsius. Oribas. syn. 5, 48, 5 La p. 85 acuta(m) habent -a(m) (*gr. ὀξύτερον φθέγξασθαι*). Coripp. Ioh. 8, 547 morientis lingua -am rumpere non potuit. Theod. Mops. in II Thess. 2, 9 p. 57, 3 spiritu cooperante abutimur ad articulatam -am. *al. respic. modi scribendi, sc. notis secretis*: Avson. 416, 29 p. 284 P. innumeras possum celandi ostendere formas et clandestinas veterum reserare -as.

b *speciatim respicitur ars loquendi vel scribendi* (*canendi apud poetas; comparatur cum cantu avium* Pavl. Nol.): Ter. Mavr. 1088 desinit esse caput versus, est prosa -a. Don. Ter. Ad. 638 verbum ... tragico coturno magis quam -ae comicae accommodatum. Pavl. Nol. carm. 23, 40 (*quae praecedunt v. sub II*) illius mihi *poetae* ... alitis instar donetur ... pacta quotannis carmina mutatis uno licet ore -is promere. Sidon. carm. 9, 218 quod Mantua (*sc. Vergilius*) contumax Homero adiecit Latiaribus -is. Phoc. carm. de Verg. 54 labra *Vergilii* ... dulces fusura -as. Ennod. carm. 1, 4, 25 adsit ... fons -ae mente, voce, pectine: ars, natura, Musa, Phoebus. 1, 7, 57 *Musa*, pergis ad Faustum, trutinam -ae (*61* aurium libram tenet in Camenis). opusc. 2, 2 p. 288, 9 (*l. 7* picta verba) -am, quae periculo artis est colorata, contemnit. 6, 3 vers. 8 p. 402, 18 Pieriae modum -ae ... sequimur. epist. 1, 8, 1 p. 17, 14 (*l. 12* politi sermonis splendor) abundantem -ae venam. 2, 1, 1 p. 38, 6 facere de gemitibus decora sermonum et ... planctum per -ae schemata dissipare. Arator act. 2, 1086 non ego *poeta* linguam ... committo vadis ..., ne forte canenti obruat exiguam violentior unda -am. ad Parth. 29 (*19* sermone diserto) exiit in populos solidae pinguedo -ae. Theod. Mops. in I Tim. 1, 4 p. 70, 13 Paulo ... nullum -ae studium adhibente ...; nam nec disciplinam dicendi studuerat *eqs.* Virg. gramm. epit. 4 p. 21, 16 *v. p. 1656, 25*.

2 *vi aucta*: **a** *de rumore, fama* (fama *pro synon.* Ivvenc.): Itala Is. 11, 3 (Iren. 3, 9, 3 = 3, 10 H.) deus non secundum gloriam iudicabit neque secundum -am arguet (*Vulg.* secundum auditum aurium). Ivvenc. 3, 261 quaerit, quem se populorum fama putaret; respondent multas plebis tunc esse -as. Hier. interpr. Iob 17, 6 posuisti ... me in -am nationibus et in risum illis deveni (*cf. 30, 9* me habent fabulam; *gr. utroque loco θρύλημα, Vulg.* proverbium). **b** *de actione mutua, significatur colloquium*: Avg. trin. 9, 6, 11 (*antea*: accedo, alloquor, sermonem confero) si mihi inter nostras -as fateatur *eqs.* Romvl. fab. 58, 11 rec. vet. -a Veneris et gallinae (*rec. gall.* dictum). Parthen. epist. vers. 6 fruimur mutuis tacito sic ore -is. Prisc. gramm. III 269, 15 de qua *tertia persona* inter primam et secundam -a ... fieri potest. Ven. Fort. carm. 7, 8, 53 conserui quotiens vestro sermone -as *eqs.*

B *de loquendi minima parte, significatur singula vox* (*non nisi apud grammaticos, v. etiam* loquelaris; *ceterorum auctorum exempla, quae huc vergere videri possint, v. sub A 1*): Varro ling. 6, 57 hinc (*a loquendo*) quidam -am dixerunt verbum, quod in loquendo efferimus (*cf.* Isid. orig. 1, 13 -is, id est verbis). Prob. inst. gramm. IV 54, 6 'di' praepositio, quae -is deservit, accipitur (*cf.* Don. gramm. IV 389, 25 [*al.*] serviunt ... -is *praepositiones loquelares* [*de quibus v. sub* loquelaris]). Dosith. gramm. VII 398, 6 sunt ... quaedam homonyma, quae una appellatione plura significant; ... quaedam sunt ⟨synonyma⟩, quae pluribus -is idem significant (*eadem fere, nisi quod utroque loco ponitur* -a: Char. gramm. p. 198, 10 sqq. B. Diom. gramm. I 322, 33 sqq. *cf. Consent. gramm. V 341, 19* homonyma sunt, quae uno nomine plures res significant *eqs.*). Char. gramm. p. 252, 4 B. (*ex Romano*) differentia ... -arum. p. 367, 3 ex ultima parte -ae. Comment. Lucan. 9, 661 *oratio* ex quattuor partibus constat: littera, syllaba, -a, oratione. Mart. Cap. 3, 290 analogia est ... observatio similium inter se -arum. *al.*

C *de sermone vel sono vocis certae nationis proprio; significatur lingua, dialectos* (*de more loquendi certae aetatis* Caper; *de lingua omnibus hominibus communi v. sub D. cf.* Gloss. III 30, 34 *τῆς λαλιᾶς Ῥωμαϊκῆς* -ae Latinae. lingua *vel* sermo *saepe sunt pro synonymis*; sermo *distinguitur*: Char. gramm. p. 389, 18 B. sermo omnium gentium est, -a cuiusque gentis propria dialectos. lingua *distingui videtur* Rvfin. Orig. in num.; *in figura etym.* Rvfin. symb.): Ov. trist. 5, 2, 68 nescia ... est vocis ... barbara lingua Latinae Graecaque ... Getico victa -a sono est. Caper gramm. VII 103, 10 (*versus*) vulgus adhuc retinet de prisca verba -a. Tert. adv. Marc. 4, 11 p. 452, 21 si hominem alterius gentis probare voluisses, utique de proprietate -ae probares. test. anim. 6 p. 142, 27 sq. propria cuique genti -a, sed -ae materia communis. Itala psalm. 18, 4 (Veron. *al.* = Vvlg.) non sunt -ae neque sermones quorum non audientur voces eorum (*coniungentes cum act. 2, 6 pro 'lingua' acceperunt veteres, cf. e. g. Aug. ad l.*). Matth. 26, 73 (cod. l *al.* = Vvlg.) -a tua manifestum te (*Petrum*) facit (cod. a *al.*: similis est. *de eadem re* Ivvenc. 4, 579 e ... sono vocis sese cognoscere ..., cuncta Galilaeam streperent quod verba -am. *cf.* Evgipp. epist. ad Pasch. 10 -a ipsius manifestabat hominem ... Latinum). Iren. 3, 8, 1 qua *Iudaica* -*a* et Samaritae utuntur. *ibid.* secundum Iudaicam -am. 3, 21, 2 (3, 24, 1 H.) perfectiores scripturarum intellectores et utriusque -ae (*gr. διαλέκτων. antea*: in Graecum sermonem interpretatas ... scripturas *sacras*). Anth. 484, 7 *Circium ventum* Thrascian Graeci propria dixere -a (Visio Pauli 30 rec. P p. 27, 34 J. dicitur ... Hebraica -a). Don. gramm. IV 392, 6 in nostra -a ..., in peregrina (*eadem* Char. gramm. p. 350, 6 B. [*ex Cominiano*]. Avdax gramm. VII 361, 20. *cf. Diom. gramm. I 451, 31* in Latina dictione ..., peregrina dictio). Rvfin. Orig. in num. 11, 4 p. 84, 10 quod ... angeli diversas in hominibus linguas inoperati sint ac -as. l. 13 linguarum ac -ae ... auctores. symb. 2 p. 337^{A} ut -is diversis variisque loquerentur *apostoli* (*de eadem re*: Avg. in psalm. 88 serm. 1, 3 l. 62 in omnibus -is vox *apostolorum* audita est. Ps. Leo M. humil. 23 -is omnium nationum ... effari. Max. Tavr. serm. 56, 3 M.). Avg. civ. 16, 10 p. 141, 3 D. erat eis labium unum, id est -a una. Comm. apol. 167 quod deus ut vidit fieri sub una -a, ... fecit, loquerentur lingua diversa. Ps. Prosp. vocat. gent. 2, 14 p. 699^{B} divina iustitia unam illorum populorum -am ... septuaginta et duarum linguarum varietate confundit. Lib. geneal. chron. I p. 168, 161^{b} in sola Heber domo propria -a remansit, unde et lingua Hebraea dicta est ...; nam sicut in domo Heber lingua propria remansit *eqs.* (Isid. alleg. 18). Serm. Migne suppl. 3, 1414 una lingua, id est una -a, in cunctis nationibus erat. *ibid.* p. 1415 (*sec. gen. 11, 7*) ut non intellegeret unusquisque ... -am proximi sui. *al.*

D *de loquendi facultate*: **1** *in univ.*: Tert. nat. 1, 8, 2 *nutricem* elinguaverat, ut *infantes* ... exules vocis humanae non auditu formarent -am, sed ⟨de⟩ suo promentes *eqs.* Ivvenc. 1, 48 amissam ... levant promissa *filii* -am *Zachariae* (*de eodem*: Max. Tavr. serm. 6, 1 M. -a usum recipit). Gavdent. serm. 9, 28 G. in unoquoque hominum sex quaedam inesse numerantur: visus oculorum, auditus aurium, odoratus narium, -a oris *eqs.* Prvd. perist. 10, 945 *deus* potest positas ... leges ... retexere, linguam -a ne ministram postulet. 10, 953 mutis -am ... reddere (Evgipp. Sev. capit. 45 muti -a ... reddita. *cf.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 189, 1 mutis -am praebens. Act. Phileae 2, 3 Kn.-Kr. mutis -am restituit [*alia versio 4, 3 M.* mutos loqui donavit, *gr. l. 94 sq. M. ἀλάλους λαλεῖν sc. ἐποίησεν*]). Pavl. Nol. carm. 6, 211 (*207 sq.* incerta ... cessant murmura *infantis*) ubi ... certam signarant verba -am. Avg. quaest Simpl. 2, 1, 2 quantum distat inter -am humanam, cum loquuntur homines, et cum eadem -a propter ... prodigium asina locuta est. Prisc. gramm. III 269, 11 res carentes -a. Greg. Tvr. Mart. 2, 26 sine -ae officio. Ps. Orig. hom. in Matth. 3, 4 p. 261, 16 *mari et ventis* neque -a neque ... sermo est. **2** *emphatice de recte loquendi facultate, eloquentia*: Gloss. III 31, 13 principi *Hadriano* fuit et -a (*gr. λαλιότης*); propterea *opera eius* necessario sunt legenda et memoriae tradenda, si tamen volumus Latine loqui (Latina eloquia *trad.*) ... sine vitio.

II *transfertur ad voces avium*: Vers. metr. Fortun. gramm. VI 290, 17 sonat oscinum -a. Pavl. Nol. carm. 23, 32 *avis* solet ... linguam ... per unam fundere non unas mutato carmine voces, unicolor plumis ales, sed picta -is (*cf. p. 1657, 20*).

deriv.: loquelaris. *cf. Onom.*

***loquēlāris** (loquellāris), -e. *a* loquela (*cf.* Gramm. suppl. 175, 16 regulariter 'loquellares', non 'loquelares' dicuntur ... a loquella). *codd. (sc. recc.) variant inter* -ll- *et* -l-. *legitur, adverbio dubiae fidei non respecto, inde a* Pavl. Fest., Serv. *nonnisi apud grammaticos; priores velut Don. gramm. IV 366, 7 Char. gramm. p. 309, 22 B. (ex Romano), Diom. gramm. I 409, 24 sqq. vocem in eadem re non usurpant.*

i. q. ad loquelas, sc. singulas voces, pertinens: praepositio -is (Serv. gramm. IV 420, 4 -es p. ideo dicuntur, quia semper cohaerent, ut 'conduco, recipio'; cohaerere autem eas res illa significat, quod non patiuntur in significatione interpositionem: nemo enim dicit 'con tibi duco'. *cf.* Vlt. Syll. gramm. IV 253, 20 ut per compositionem loquellis inhaereant. Gramm. suppl. 158, 27 adhaerent. *distinguuntur* casuales *sive* accusativae, ablativae, communes): Pavl. Fest. p. 4 'am' p. -is ..., unde ... 'ambactus'. Vlt. Syll. gramm. IV 253, 2 *p.* -es, quae ornandi sensus aut augendi vel minuendi gratia ceteris partibus praeponuntur. l. 5 -es sunt 'an, con, re, se, di, dis'. Cledon. gramm. V 26, 7 sq. (*ad Don. gramm. IV 366, 7* quae p. sunt, quae dictionibus serviunt?) istae p. -es dicuntur: ideo ab adiectionibus sequentibus non separantur, quia -es sunt ...: loquellis tantum serviunt. 75, 31 quae ... verbis, participiis et nominibus iunctae fuerint, -es dicuntur. 78, 3 'ad' p. acutum habet; mutat accentum iuncta et -is. *al.* mos -is: Virg. gramm. epit. 7 p. 61, 1 figura simplex simplicius etiam habetur; acceptis autem conpossitionibus -i more sensum inmotat pariter et pandit (*exempla afferuntur*: clamo, conclamo, acclamo *eqs.*).

⌈*adv.* **loquēlāriter** *quin falso in codd. plerosque* Cic. rep. 6, 24 *pro* populariter (*ita recte codd. Macrobii plurimi*) *irrepserit, dubium non est, cum Cicero ne subst. quidem* loquela *usus sit.*⌉

loquentia, -ae *f.* [*a* loqui; *cf.* eloquentia. *Sch.*] [*falsa var. l.* -am *pro* loquentium Evseb. Emes. serm. 18, 8.] **1** *i. q. loquacitas*: Plin. epist. 5, 20, 5 (*4* respondit ... plurimis verbis, paucissimis rebus; est plerisque Graecorum, ut illi, pro copia volubilitas *eqs.*) itaque Iulius Candidus non invenuste solet dicere aliud esse eloquentiam, aliud -am; nam eloquentia vix uni aut alteri ..., haec vero, quam Candidus -am appellat, multis atque etiam impudentissimo cuique maxime contingit.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

GELL. 1, 15, 18 Valerium Probum ... comperi Sallustianum illud (*Catil. 5, 4*) 'satis eloquentiae, sapientiae parum', brevi antequam vita decederet, sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmavisse: 'satis -ae (*trad.* eloquentiae) ...', quod -a novatori verborum Sallustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia minime conveniret. **2** *i. q. locutio*: DON. Ter. Eun. 285, 3 'ne tu istas faxo calcibus' mira -a (*var. l.* eloquentia), in qua utraque *ὑπερβολή* expressissima est (*cf. 285, 2* nova locutio).

? **loquēsco,** -ere. *a* loqui. *i. q. loqui*: HIL. Macc. 311 mortale genus, cui lingua -it (*var. l.* liquescit, *quod exhibet etiam altera recensio, sc. Victorin. Macc. 307*) dissona per gentes. *falso trad.* COMM. instr. 2, 39, 19 *v. p. 1482, 26*.

loquitor, -ātus sum, -ārī. *a* loqui. *i. q. usque quaque loqui* (*paronomasiae gratia adhibet* APVL.): PLAVT. Bacch. 803 -tusne es gnato meo male per sermonem, quia mihi id aurum reddidit (*cf. 735* Chrysalus mihi usque quaque loquitur nec recte, ... quia *eqs.*). APVL. flor. 15, 24 (*23 Pythagoras* nihil prius discipulos suos docuit quam tacere *eqs.*) hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, -ari dediscere.

[**loquium,** -ī *n.* GLOSS. IV 418, 10 oraculum: divinatio, -um (⟨e⟩loquium *Thes. gloss.*) divinum.]

***loquor,** locūtus sum, loquī. [*de etymologia nihil constat. Sch.*] *a* locus *derivat* VARRO ling. 6, 56 *p. 1660, 8*. *de scriptura: ?* lu- *v. l. 28*. *ceterum formae stirpis praes. scribuntur per* -qu- *passim* (-quon- CE 1035, 5 [*saec. I, 'optumae notae carmen' ed.*] *et in codd. recc.*; -qun- *codd. MR* VERG. Aen. 1, 731 *al.*), *per* -c- *in inscriptionibus his*: CE 461, 5 -cuntur. TAB. devot. (Inscr. Iugoslav. Hoffiller-Saria) 557 I 12 cauntra locui ne mali(nt), *ibid.* II 6 ne contra nos lucuia(nt) (*si recte legitur*; -i p(ossint) *temptavit Vetter, Glotta 36, 1957, 306, lamina quidem non inspecta*), *ceterum hic illic in codd., maxime forma* -cuntur *e. g.* PLAVT. Bacch. 801 (*P deficiente A*). VERG. ecl. 5, 28 (*R γ*; -cuuntur *P*, -quuntur *α*). COLVM. 1, 4, 3 (*SA*; -quuntur *recc.*). *part. perf.* -tus *scribitur passim per* -c- (*quam formam testantur* MAR. VICTORIN. gramm. VI 13, 18, *qui adicit*: quamvis quidam praecipiant ad originem debere referri ... et ideo per q potius quam per c haec [*sc. vocabula* -tus, secutus] scribenda. PRISC. gramm. II 36, 9. 506, 1); *occurrunt* -qutus: TAB. devot. Audollent 93 (*saec. I? ibid.* serus *pro* servus). 229. *in codd. rec. raro*; -quutus: HIL. ad Const. 2, 8, 1 *cod. B (saec. VI) et saepe in codd. rec., e. g.* PLAVT. Cist. 607 *cod. J*; -quitus *l. 43*. *de formis: inf.* -ier EPITAPH. Naev. Gell. 1, 24, 2. *part. praes. gen. plur.* -entum (-entium *passim*): SIL. 6, 565 (*metro postulante ut*: ANTH. 487[a], 15). CAPITOL. Aur. 22, 6 ENNOD. opusc. 1, 78 p. 282, 18. *supinum* -tum VARRO ling. 6, 57. *part. perf.* loquitus (*nisi lapsus est scribae*): ITALA psalm. 49, 1 (Cypr. testim. 2, 28 *cod. W*; -quutus *L*, -cutus *cett.*). *fut.* loquebitur (-quetur *var. l.; antea*: patebunt): CASSIOD. var. 11, 8, 6. *imperf.* loquĕbamur ENNOD. carm. 1, 8, 35. *? quartae coniug. l. 28*. NOT. Tir. 26, 11 -itur.

de genere verbi: vim medialem affirmant VARRO ling. 8, 59 SERV. Aen. 1, 194 CHAR. gramm. p. 479, 21 B. CONSENT. gramm. V 367, 15. 368, 5. *al.* ***vis passiva exstat: in gerundivo*** (*testantur* PRISC. gramm. II 138, 3 VIRG. gramm. suppl. 200, 13. *usum redarguit* GRAMM. suppl. 156, 19 '-endus' ... nemo dicit): *passim inde ab* HOR. carm. 4, 4, 68, *tam personaliter quam impersonaliter. in aliis formis* (*vix sic accipiendum* CAEL. Cic. fam. 8, 8, 2 -i est coeptum [*v. vol. III 1427, 62 sqq.*]): PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 164, 23 B. (*ex Romano*) quorum nominum genetivi pluralis ante um syllabam i litteram merebuntur, accusativus per eis -etur, montium monteis (*sed usum pass. excerptori potius quam ipsi Plinio tribuis coll. l. 75; an active possis intellegere ipsum casum -entem coll.* CHAR. gramm. p. 165, 6 B. [*ex Plinio, ut videtur*] quae *nomina* ... genetivos ⟨plurales⟩ per ium -entur*? ceterum cf. Char. gramm. p. 154, 13 B.* [*ex Plinio*] per i debet dici *ablativus*). ITALA cant. 8, 8 (*? v. p. 1670, 32*). Matth. 26, 13 (cod. d) ubicumque praedicabitur euangelium hoc ..., -etur et quod fecit haec *mulier* (*vix subi.* euangelium *subaudias, sed consuetudinem, qua* -i *verbo λαλεῖν et* dicere *verbis λέγειν vel εἰπεῖν respondebant, etiam in forma passiva λαληθήσεται servare voluit interpres; Vulg.* dicetur). Luc. 1, 65 (cod. d) -bantur omnia verba haec (*antea ibid.* -batur *sensu activo, gr. διελαλεῖτο, Vulg.* divulgabantur). act. 13, 42 (cod. e, *contextu vix sano*) ⟨rogabant⟩ in sequenti sabbato -i sibi verba ista (*subi. an obi.? gr. λαληθῆναι*, VVLG. ut ... -rentur sibi verba haec, *cod. d* narrari). 17, 19 (cod. e) quae est nova haec, quae a te -itur, doctrina (*gr. λαλουμένη, Vulg.* dicitur). PRISCILL. tract. 6, 92 quod dicitur ⌊aut -itur⌋ ('*delenda esse censeo*' *ed.*, legitur *coni. Paret*). FVLG. aet. mund. p. 175, 20 labiis -batur apostolis, quidquid dictabat spiritus. CHAR. gramm. p. 398, 3 B. causa est, de qua agitur, patrocinium, quod adcommodatur, oratio, quae -itur ('*fortasse* quae -imur' *Keil*). HIER. tract. in psalm. I p. 94, 5 audiat propheta, quod -itur a domino (*sed ibid. saepe sensu activo*). CONC.[S] II 2, 1 p. 59, 29 istis ... inter se -tis a ... episcopo (*II 3, 1 p. 138, 27* haec ... interloquente ... episcopo; *gr. II 1, 1 p. 154, 37 λαληθέντων*). VEN. FORT. Mart. 2, 93 quod valet ore -i, potuit sub principe ferri. Ps. MATTH. euang. 30, 3 nos numquam audivimus talia verba in tali infantia -i (*sic B*; dicta *A*). *formae activae* (*incertae praeter* GLOSS.; *redarguunt usum*: VARRO ling. 8, 59 dicimus -or ..., ⟨non -o⟩. CONSENT. gramm. V 367, 30 non ... Latinum est -o. GRAMM. suppl. 154, 5 -or ..., ⟨quod⟩ non -o facit): *?* PETRON. 46, 1 (*in sermone liberti*) tu, qui potes -ere, non -i⟨s⟩ (*quam emendationem Burmanni redargūit Nelson, Petron. en zijn 'vulgair' latijn 86 et 90 laudans eam, quam coni. Scheffer* qui potes -i, non -ere, *ubi mavult* -eris). *?* TAB. devot. (*v. p. 1659, 28*). MART. BRAC. corr. 7 coeperunt ... -ere (*sic cod. optimus, v. Salonius, Unters. zu den Vitae patr. 256*; -i *rell. et ed.*). GLOSS. V 443, 23 blaterare: corrupte et perpera⟨m⟩ -ere.

legitur inde a NAEV., PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem.* [*confunditur cum compositis* (*restituitur* -i *pro* el- PLAVT. Amph. 377 Mil. 1353, el- *pro* -i PLAVT. Persa 642 LVCIL. 957, *ut* all- PLAVT. Men. 808, coll- CIC. Cato 59), *cum* iocari CIC. de orat. 1, 27 (*falsa var. l.* PLIN. epist. 2, 18, 2), queri CIC. Verr. II 5, 40. OV. epist. 14, 91 (*at falsa var. l. videtur esse loco gemello* met. 1, 637). met. 14, 280 MART. 3, 80, 1; *restituitur* -ta *pro* secuta PLAVT. Mil. 1220. *traditur loco corrupto*: PETRON. 135, 8 vers. 16 -entibus annis.]

i. q. ***λαλεῖν*** (*quod respondet, nisi alia adnotantur*): *definitiones sim.*: VARRO ling. 6, 56 -i ab loco dictum, quod, qui primo dicitur iam fari[t], vocabula et reliqua verba dicit, antequam suo quisque loco ea dicere potest; hunc Chrysippus (*frg. 143*) negat -i, sed ut -i: quare ... in corvis, cornicibus, pueris primitus incipientibus fari verba non esse verba, quod non loqu[eb]antur; igitur is -itur, qui suo loco quodque verbum sciens ponit. frg. Aug. dialect. 5 (frg. 265 l. 77 F.; *dub. an ipsa verba genuina sint*) -i est articulata voce signum dare. AVG. mag. 1, 2 nihil est aliud -i quam verba promere. GLOSS. *λαλῶ. φθέγγομαι. differentias v. in appendice sub C1.*

I *proprie*: **A** *sine obi.*: **1** *generatim*: **a** *notione communi* (*comprehenditur etiam sermo scriptus vel cogitatus*): *α -untur homines, dei*: Ⓘ *exempla varia selecta*: NAEV. com. 15 si quidem vis -i (-i vis *trad.*), non perdocere, ⟨hau⟩ (*inseruit Bücheler*) multa longe promicanda oratiost. PLAVT. Amph. 569 ut -or, res ita est. Asin. 517 ecqua pars orationis ... dabitur mihi? :: et meam partem -endi et tuam trado tibi. Aul. 811 vocem hic -entis modo mi audire visus sum. Persa 240 omnes muti ut -rentur prius. Truc. 829 ⟨qui *mutus* non⟩ quit -i (LVCR. 4, 1164 *puella* balba -i non quit). ENN. scaen. 200 opulenti cum -untur pariter atque ignobiles, eadem dicta eademque oratio aequa non aeque valet. CATO orig. 93 ventus cercius, cum -are, buccam implet, ... plaustrum oneratum percellit. or. frg. 40, 1 (111 M.) numquam tacet, quem morbus tenet -endi. GRACCH. or. frg. (44 M.) Gell. 11, 10, 6 (*Demades ad tragoedum*) mirum tibi videtur, si tu -endo talentum quaesisti? ego, ut tacerem, decem talenta ... accepi. VARRO frg. Non. p. 213, 20 omnes ..., qui -untur, habere debeant quosdam melos. CIC. inv. 1, 5 videntur homines ... hac re maxime bestiis praestare, quod -i possunt (Planc. 99 nec -i prae maerore potuit. Mil. 105 neque ... prae lacrimis iam -i possum. rep. 6, 15 ut primum fletu represso -i posse coepi [OV. met. 14, 280]. *et saepe*). orat. 227 non quin idem sint numeri non modo oratorum et poetarum, verum omnino -entium, denique etiam sonantium omnium, quae metiri auribus possumus. Tusc. 1, 37 *mortuorum* imagines -i volunt, quod fieri nec sine lingua nec sine palato nec sine faucium, laterum, pulmonum vi et figura potest. off. 3, 121 et praesens tecum ... et dum aberis, absens -ar (*sc. per litteras ut*: Att. 1, 16, 8 de me apud te. 7, 15, 1 tecum absens. 8, 14, 2. *al.* HIER. epist. 65, 1, 1 [*sed distinguitur ibid.* 61, 1, 1 eadem absenti significo, quae in praesenti quoque -tus sum]. *per varia scripta*: TERT. idol. 23 p. 57, 7 *Zacharias* nomen filii sine ore pronuntiat, -itur in stilo. OPTAT. 3, 3 p. 124, 1 *mortuus* tacitus de tabulis -itur. *ceterum v. passim sub 2b et c*). CAES. Gall. 1, 46, 2 (*1* conloquio) -endi finem fecit. HOR. carm. 1, 11, 7 dum -imur, fugerit invida aetas (*illustratur fugacitas temporis ut*: OV. am. 1, 11, 15 dum -or, hora fugit. ORIENT. comm. 2, 196 hoc quoque quo -imur tempore praemorimur. *cf. de actionibus repentinis vel celeribus*: OV. Pont. 4, 3, 58 *laeta*, dum -eris, fieri tristia posse puta [PETRON. 99, 3 d. -eris, levis pruina dilabitur. ANTH. 646, 38 defluxit ... coma punica floris, d. -or]). ars 192 nec quarta -i persona laboret *in scaena*. OV. Pont. 2, 10, 48 te ... intueor, quo solo pectore possum, et tecum ... -or (*sc. mente*). *et passim.* -ens -or *per hebraismum* (*subest usus inf. absoluti q. d. vim verbi augentis*): ITALA exod. 4, 14 (Lugd.) -ens -etur ipse tibi (*gr. λαλῶν λαλήσει, Vulg.* eloquens sit). VVLG. I reg. 2, 30 -ens -tus sum, ut domus tua ... ministraret. II reg. 7, 7 numquid -ens -tus sum ad unam de tribubus Israel, cui praecepi *eqs.*? Mich. 2, 6 ne -amini -entes: '...'. Ⓘ *indicatur sermonis argumentum, respectus (raro verba) per praep.* (*adv. l. 72*): de: PLAVT. Men. 478 -itur de me et de parti mea. Mil. 1002 de te -itur. Truc. 871 de istis rebus tum amplius tecum -ar. *et passim. cf.* AVG. civ. 14, 13 p. 33, 20 D. civitas, unde -imur. super *cum abl.*: PLAVT. Most. 727 percepi s. his rebus nostris te -i. HIER. epist. 36, 9, 2 hucusque s. hoc -tum esse sufficiat. VVLG. lev. 23, 44 -tus ... est Moses s. sollemnitatibus domini. num. 21, 16. *al.* in *cum abl.*: GAIVS inst. 2, 94 -imur ... in utri[u]sque personis (*v. David-Nelson in comm. ad l.*). ITALA deut. 11, 19 (Lugd.) docebitis filios vestros -i in eis *verbis* (*Vulg.* ut illa meditentur). psalm. 118, 46 (Sangerm. *al.* = VVLG.) -bar in testimoniis tuis (cod. 304 *al.*: de). HIL. trin. 8, 14 p. 247[A] non est humano ... sensu in dei rebus -endum. HIER. psalt. sec. Hebr. 105, 2 -imini in universis mirabilibus *domini* (*Vulg.* narrate omnia mirabilia). *al.* secundum: HIER. epist. 23, 4 s. corpus -or.

β -untur alia: Ⓘ *partes animantium, regiones, varia abstracta pr concretis* (*cf. p. 1662, 65. 1666, 57. 60 et sim. alia*): PLAVT.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Asin. 291 quae *lingua* -ens lacerat diem (ENN. ann. 561 Ov. epist. 4, 7 met. 6, 556. *al.*). CIC. div. in Caec. 19 Sicilia tota, si una voce -retur, hoc diceret (*cf. ibid.* provincia. Catil. 1, 18 *patria* quodam modo tacita -itur. 1, 27 si mecum patria . . ., si cuncta Italia, si omnis res publica -atur. Planc. 92 res . . . publica, si -i posset. *sim. al.*). parad. 39 hereditatis spes . . . -itur ad voluntatem *testatoris*. fin. 2, 48 ut . . . consuetudo -itur. Tusc. 2, 45 -etur . . . *honestorum virorum* voce virtus ipsa tecum. *et al.* CAECIN. Cic. fam. 6, 7, 4 quem putas animum *meum* esse, ubi secum -itur: '. . .'? PVBLIL. S 49 sat est disertus, pro quo -itur veritas. Ov. met. 5, 194 adaperta . . . velle ora -i credas (9, 392 ITALA gen. 45, 12 [Lugd. = VVLG.]. *al.*). SEN. Med. 140 melius, dolor furiose, -ere. Phaedr. 607 animusne cupiens aliquid effari nequit? :: curae leves -untur, ingentes stupent. TERT. carn. 5 l. 57 ut carnem gestarit *Christus* . . . sine dentibus edentem, sine lingua -entem. VVLG. Iob 32, 7 quod aetas prolixior -retur. DRAC. laud. dei 1, 567 penes quem *deum* sensu praecordia muta -untur. REGVLA mag. 11, 48 nescit sic humilitas -i. *al.* *per oxymoron -itur* silentium (*aliter p. 1668, 9*): Ps. PHILO antiq. 60, 2 tenebrae et s. erat, antequam fieret saeculum, et -tum est s. et apparuerunt tenebrae.

Ⅱ *sermo, vox sim. nec non scripta* (*v. etiam sub 2 et sub B p. 1664, 83*): CIC. inv. 1, 100 si leges -i possent (off. 2, 42 quae l. cum omnibus semper una atque eadem voce -rentur. SEN. contr. 1, 5, 7 de eis -itur, qui singulas rapuerunt. *et saepius*). dom. 86 ut annales populi Romani et monumenta vetustatis -untur (Brut. 181 de quibus *oratoribus* nulla m. -untur). fam. 3, 11, 1 *tuae litterae* planius -bantur . . . quam vulgi sermo (PRISCILL. tract. 3, 69 divinus [SALV. gub. 2, 2]. 10, 138 propheticus. VVLG. II reg. 23, 2 eius *domini*. AVG. in psalm. 128, 6 dei). Ov. epist. 20(21), 246 non timuit tecum . . . mea charta -i. VELL. 2, 93, 2 ut fama -itur (AMM. 21, 15, 5 *v. infra.* 28, 1, 30). LVCAN. 10, 283 non fabula mendax ausa -i de fonte *Nili* . . . est (SERV. auct. Aen. 1, 619). QVINT. inst. 6, 1, 32 qui mutam illam effigiem magis quam orationem pro se putet -turam? TAC. dial. 12, 2 oracula. ITALA apoc. 1, 12 (Primas., *cf.* VVLG.) ut viderem vocem, quae mecum -batur (10, 8 *ibid.* PANEG. 5, 10, 4 diu vagitus inconditi *infantis* -turam differunt v. *al.*). 10, 3 (Primas.) -ta sunt VII tonitrua (vocibus suis *add.* cod. g, voces suas VVLG.). CYPR. epist. 34, 1 -itur divina scriptura: '. . .' (unit. eccl. 7 divina. HIER. epist. 51, 1, 1 [*Epiphan.*] sancta). AMM. 14, 11, 12 ut proverbium -itur (28, 4, 26). 16, 6, 3 ut -batur . . . rumor (21, 15, 5 fama rumorque. 26, 4, 4. 30, 5, 7). *al.*

Ⅲ *animalia, arbores, inanima* (*huc vergit* Ov. met. 5, 297 hominem . . . putat . . . -tum; ales erat *eqs.*): Ⓐ *per prodigium, miraculum* (*cf. etiam p. 1662, 14*): VERG. georg. 1, 478 pecudes . . . -tae, infandum! (FILASTR. 88, 7 *apostoli* fecerunt . . . prodigia, ut et p. et canes et bestiae -rentur). LIV. 3, 10, 6 bovem -tam (24, 10, 10. 27, 11, 4. 28, 11, 4. 35, 21, 4 'Roma, cave tibi'. 41, 13, 1. 41, 21, 13. 43, 13, 3. PLIN. nat. 8, 183 est frequens in prodigiis priscorum b. -tum. *al.; cf.* CLAVD. 20, 44 armenta). LVCAN. 6, 618 tellus nobis aetherque chaosque aequoraque et campi Rhodopaeaque saxa -entur. PETRON. frg. 28, 8 concepit . . . terra sonos calamique -entes incinuere (*Salmasius*, invenere *trad.*) Midam, qualem narraverat index. PLIN. nat. 8, 153 canem -tum in prodigiis (*v. etiam* FILASTR. *supra*). 10, 50 (*cf.* 1, 10, 25) invenitur in annalibus in agro Ariminensi . . . -tum gallinaceum, semel, quod ego sciam. 17, 243 in quibus *commentariis* arbores -tae quoque reperiuntur (EPIST. Alex. l. 306. 333 H. *cf.* CLAVD. 7, 117 Chaoniae, *i. Dodonaeae*, . . . quercus). SIL. 15, 311 Phoebo . . . -entia saxa *Delphica* (*cf.* CLAVD. 28, 32 *Delphis* si Phoebus adest . . ., tunc silvae, tunc antra -i). MART. 11, 102, 8 (*iocose de facie mulieris*) portentum est, quotiens coepit imago -i (*cf.* AVG. civ. 4, 19 p. 168, 15 D. simulacrum eius *Fortunae*). VVLG. num. 22, 28 aperuit . . . dominus os asinae et -ta est: '. . .' (*inde* II Petr. 2, 16 subiugale mutum in hominis voce -ens). COMM. apol. 628 leonem populo fecit -i deus. Ⓑ *exercitatione adhibita* (*sc. de avibus tantum [quas -i posse negat* VARRO ling. 6, 56 *p. 1660, 19]; de earum cantu v. sub II B1; cf. p. 1662, 11. 23. 1665, 62*): Ov. am. 2, 6, 62 ora fuere mihi *psittaco* plus ave docta -i. PLIN. nat. 10, 117 cum -i discit *psittacus*. CLAVD. 20, 330 *avis* -endi gnara . . . viridis.

b *accedunt colores secundarii* (*v. in appendice colores interrogandi, imperandi, minandi, pollicendi sc. sublucentes accedente oratione obliqua*): *α querendi, maledicendi* (*neglexímus exempla, ubi adverbio [ut e. g.* PLAVT. Asin. 478 male; *v. p. 1671, 26. 1672, 27] vel praep. adversativa [ut e. g.* PLAVT. Poen. 251 in nostra . . . vitia; *v. p. 1671, 1. 13] hic color illustratur; ceterum dubitare possis etiam de infra allatis locis, quibus accedunt synon.*): CIC. Verr. II 5, 160 -i . . . et queri coepit se civem Romanum in vincla coniectum *eqs.* Cael. 11 qua in aetate nisi qui se ipse sua gravitate et castimonia . . . defenderet, . . . infamiam veram effugere non poterat; sed qui prima illa initia aetatis integra . . . praestitisset, de eius fama ac pudicitia . . . nemo -batur. Att. 2, 7, 4 iam etiam ex ipsis quinque viris -i quosdam. 2, 18, 1 unus -itur et palam adversatur. 2, 20, 3 (*antea*: improbent, querantur, doleant) aperte . . . -antur et iam clare gemant. 2, 21, 2 cum diu occulte suspirassent, postea iam gemere, ad extremum vero -i omnes et clamare coeperunt. 12, 18ª, 2 Terentiam de obsignatoribus mei testamenti -i. CATVLL. 83, 6 (*1 mi* mala plurima dicit. *4* gannit et obloquitur) uritur et -itur (*defendit e. g. Fehrle, Phil. Woch. 53, 1933, 445*; coquitur *em. multi edd.*). SEN. dial. 4, 28, 4 dicetur aliquis male de te -tus: cogita, an prior feceris, cogita, de quam multis -aris. epist. 47, 4 ut isti *servi* de domino -antur, quibus coram domino -i non licet. MART. 3, 80, 1 de nullo -eris (*var. l.* quereris), nulli maledicis. VVLG. Sirach 22, 1 omnes -entur super aspernationem *pigri* (*gr. ἐχσυριεῖ*). thren. 1, 5 dominus -tus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius.

β facultatis -endi (*cf. p. 1660, 33. 42; exempla certiora*): Ⓘ *part. praes. plus minusve pro adi. fere i. q. sermone praeditus sim.* (*pro subst.* PRVD.): CIC. leg. 3, 2 vere . . . dici potest magistratum legem esse -entem, legem autem mutum magistratum. Tusc. 5, 69 cuiusque generis vel inanimi vel animantis vel muti vel -entis. PLIN. nat. 1, 10, 60 corvum -entem (*10, 121* sermoni adsuefactus). GELL. 5, 9, 5 *athleta quidam*, cum antea non -ens fuisset, ob similem dicitur causam -i coepisse. IVST. 13, 7, 2 dedecus adulescentis filii nondum -entis. HYG. astr. 2, 37 materiam -entem *Argus navis* (*respicitur Aeschyl. frg. 20 N. αὐδῆεν* [*Hartung, αὔδασον trad.*] *ξύλον*). PRVD. c. Symm. 2, 817 quantum quadrupes abiuncta est bipedi vel muta -enti. AVG. quant. anim. 18, 31 rusticum quendam -entem de -ente uxore filios . . . mutos surdosque genuisse. SACR. Leon. 234 *Zacharias* et -ens factus est et propheta (*antea*: recepit sermonem). *in nomine proprio* Aius -ens: *v. vol. I 1462, 19 sq.* Ⓘ *formae ceterae*: CELS. 5, 26, 9 *pulmone icti*, si in ipsum vulnus inclinati sunt, -untur, si in aliam partem, obmutescunt. 7, 12, 4 (*antea*: ne -i quidem possunt) ubi consanuerunt, -untur. PLIN. nat. 1, 10, 58–60 de avibus, quae -untur (*10, 117* humanas voces reddunt). PAVL. dig. 50, 2, 7, 1 surdus et mutus si in totum non audiant aut non -antur. COD. Iust. 6, 9, 3 (*a. 286*) infantis . . . antequam -retur diem functi.

γ concumbendi, sc. per euphemismum (*sec. vers. gr. ὁμιλεῖν, quae vox aetate vergente in notionem -endi se coartavit*): VVLG. Dan. 13, 54 dic, sub qua arbore videris eos *Susannam et adulescentem* -entes sibi. 13, 57 illae timentes -bantur vobis, sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram (*Itala* [*Lucif. Athan. 2, 10*] concumbebant vobiscum. *aliam versionem* 'adquiescebant vobis' *interpr.* AVG. quaest. hept. 2, 78 p. 145, 16 Graecus autem habet *ὡμιλοῦσαν ὑμῖν*, quod posset Latine verbum e verbo dici '-bantur vobis', quo significaretur concubitus). 13, 58 eos -entes sibi.

2 *specialia quaedam*: **a** *respicitur lingua populorum* (*cf. locum huc vergentem p. 1664, 50*): EPITAPH. Naev. Gell. 1, 24, 2 *Naevio mortuo* obliti sunt Romae -ier lingua Latina (PLAVT. Asin. 793 Attica. NEP. Milt. 3, 2 Graeca. *al.*). PLAVT. Poen. 983 Punice pergam -i (APVL. apol. 98, 8 -itur numquam nisi P. et si quid adhuc . . . graecissat). 1029 Latine iam -ar (CIC. Caecin. 56. fin. 2, 15 vel Graece -i vel L. 2, 77. *al.*). ENN. ann. 503 Hispane non Romane. PLIN. nat. 7, 7 tot gentium sermones, tot linguae, tanta -endi varietas, ut externus alieno paene non sit hominis vice. QVINT. inst. 1, 5, 29 plura illis *Graecis* -endi genera, quas *διαλέκτους* vocant. ARNOB. nat. 1, 46 p. 40, 23 M. ab diversis populis et dissona oratione -entibus. VIR. ill. 76, 1 *ut* quinquaginta gentium ore -retur *Mithridates*. VVLG. II Esdr. 13, 24 vidi Iudaeos ducentes uxores Azotias . . .; et filii eorum ex media parte -bantur Azotice et nesciebant -i Iudaice et -bantur iuxta linguam populi et populi. AVG. civ. 16, 11 p. 142, 25 D. humana lingua vel locutio . . ., qua . . . genus humanum -batur. COMM. apol. 170 quos . . . disparsit *deus* . . ., ut fierent gentes vario sermone -entes. *al.*

b *respicitur sermo arte quadam compositus*: *α illustratur genus dicendi, stilus* (*exempla selecta; addas p. 1663, 45; ceterum cf. p. 1665, 17*): RHET. Her. 2, 22, 34 quibus *poetis* hoc modo -i concessum est (*affert Enn. scaen. 246 sqq. expositionem longe repetitam vituperans*). 4, 56, 69 ut oratorie plane -aris, ne . . . inornata inventio vulgari sermone efferatur. CIC. Pis. 73 ('cedant arma togae') poetarum more -tus (conl- *var. l.*) hoc intellegi volui *eqs.* de orat. 1, 48 sin oratoris nihil vis esse nisi composite ornate copiose -i (1, 49 *de Democrito*. 1, 81 o. et graviter . . . de humanis rebus. 1, 144. *al.*). 2, 37 si qui aliarum artium bene -ti sunt (3, 43 *distinguitur* suaviter. *al.*). 2, 61 poetas . . . quasi alia quadam lingua -tos non conor attingere. Brut. 78 iam . . . erat unctior quaedam splendidiorque consuetudo -endi. part. 79 nihil est . . . aliud eloquentia nisi copiose -ens sapientia. fin. 4, 22 philosophia, quae communi more in foro -itur, in libellis suo (*cf.* 5, 89 aliter homines, aliter philosophos -i putas oportere? SEN. epist. 13, 4 non -or tecum Stoica lingua, sed hac submissiore). 5, 9 ut poetice -ar (PETRON. 90, 3 [*ad Eumolpum*] saepius p. quam humane -tus es). VARRO ling. 10, 70 omnes qui soluta oratione -untur (*distinguuntur* poetae). frg. (321 F.) Quint. inst. 10, 1, 99 Musas Aelii Stilonis sententia Plautino . . . sermone -turas fuisse, si Latine -i vellent. CVLEX 8 (*1* lusimus) posterius graviore sono tibi musa -etur nostra. HOR. ars 324 Grais dedit ore rotundo Musa -i. Ov. fast. 5, 668 quo *Mercurio* didicit culte lingua docente -i. MANIL. 4, 433 quis . . . tot partes iterare queat . . . per⟨que⟩ paris causas faciem mutare -endi? PETRON. 94, 5 Eumolpe, . . . malo vel carminibus -aris. MART. 8, 18, 8 cum posset tragico fortius ore -i *Vergilius quam Varius*. TAC. dial. 9, 2 cui bono est, si *in tragoedia* . . . Iason diserte -itur? VERVS Fronto p. 124, 15 v. d. H. (p. 130 N.) a quo *Frontone* ego . . . -endi polite disciplinam didicisse me praedico. HIER. epist. 58, 10 1 Tertullianus creber est in sententiis, sed difficilis in -endo. *al.*

β vario usu dicuntur -i: Ⓘ *scriptores quilibet eorumve opera vel litterae* (*pauca selecta., de usu transitivo v. p. 1664, 79 sqq.*): RHET. Her. 1, 3, 4 ut de orationis partibus -remur (*item -itur auctor de*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

proposito suo: 2, 1, 2 de sex partibus orationis primum scribere incepimus: in primo libro -ti sumus de exordio . . .; deinde . . . de confirmatione . . . dicendum fuit. *et passim*). CIC. leg. 1, 2 dum Latinae -entur litterae, quercus *in Mario Ciceronis descripta nota erit*. EPIST. Sapph. 42 mea cum legeres, etiam formosa videbar: unam iurabas usque decere -i (*alios poetas -entes habes sub a*). COLVM. 7, 10, 8 ut Bucolicum -itur poema (*affertur Verg. ecl. 7, 54*). AVIEN. ora 50 qui decus magnum -endi est, Atticus Thucydides. CLAVD. 16, 2 audebisne . . ., nostra Thalia, -i? *al.* *part. praes.* -ens *pro subst. fere i. q. scriptor*: ENNOD. opusc. 1, 78 p. 282, 18 cui *Alexandro* famae opulentiam peperit dos -entium, ut per adiutricem facundiam videatur crescere rebus mendica laudatio.

Ⓑ *oratores, rhetores (per metonymiam varia abstracta; exempla notabiliora)*: RHET. Her. 3, 6, 11 (*10* nunc ad demonstrativum genus causae transeamus) principium sumitur aut ab nostra aut ab eius, de quo -emur, aut ab eorum, qui audient, persona. CIC. Sest. 108 cedo nunc eiusdem . . . contionem; quis . . . non indignissimum facinus putavit illum non dicam -i, sed vivere ac spirare? de orat. 3, 23 sive de caeli natura -itur *eloquentia* sive de terrae . ., sive ex inferiore loco sive ex aequo sive ex superiore . . ., rivis est diducta oratio, non fontibus. Brut. 51 *eloquentia* ita peregrinata tota Asia est, ut . . . salubritatem Atticae dictionis . . . perderet ac -i paene dedisceret. 216 ex eo *Curione orationem habente* in utramque partem toto corpore vacillante quaesivit *C. Iulius*, quis -retur e luntre (*de eodem* QVINT. inst. 11, 3, 129 in l.). 269 omnis . . . commemoras, qui ausi aliquando sunt stantes -i. HOR. epist. 1, 6, 19 spectant oculi te mille -entem. Ov. met. 13, 12 nec mihi *Aiaci* dicere promptum nec facere est isti *Vlixi*, quantumque ego Marte . . . valeo, tantum valet iste -endo. 13, 138 *mea facundia* nunc pro domino, pro vobis saepe -ta est. MART. 1, 97, 1 cum clamant omnes, -eris tunc . . . tantum et te patronum causidicumque putas. 3, 66, 4 hoc tibi, Roma, caput *Ciceronis*, cum -reris, erat. QVINT. inst. 2, 16, 19 ex communi intellectu verbisque, quibus utuntur omnes, tantum adsequi laudis et gloriae, ut non -i et orare, sed, quod Pericli contigit, fulgurare ac tonare videaris? 6, 2, 36 *in schola* ⟨ut⟩ litigatores -imur frequentius quam ut advocati. MACR. Sat. 1, 24, 4 *Cicero* non minus professus est philosophandi studium quam -endi. *part. praes.* -ens *pro adi. fere i. q. eloquens*: CASSIOD. compl. in act. 18, 21 sqq. p. 1396^{D} Apollo . . ., vir -ens (*Vulg. act. 18, 24* eloquens). Ⓒ *dialectici*: CIC. orat. 113 sq. quamquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio nec idem -i esse quod dicere ac tamen utrumque in disserendo est: disputandi ratio et -endi dialecticorum sit, oratorum autem dicendi et ornandi; Zeno (*frg. 75*) . . ., cum . . . pugnum . . . fecerat, dialecticam aiebat eiusmodi esse; cum autem . . . manum dilataverat, palmae illius similem eloquentiam esse dicebat; (114) atque . . . Aristoteles (*rhet. 1354a 1*) . . . dicit *rhetoricam* . . . respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec ratio dicendi latior sit, illa -endi contractior; volo igitur huic summo *oratori* omnem quae ad dicendum trahi possit -endi rationem esse notam (*sim. de eadem re*: fin. 2, 17). FRONTO p. 140, 3 v. d. H. (p. 146 N.) discere te . . . ceratinas et soritas . . ., verba contorta et fidicularia, neglegere vero cultum orationis . . ., hoc indicat -i te quam eloqui malle, murmurare potius et friguttire quam clangere.

c *respicitur grammatica vel usus verborum singulorum consuetudini congruens (cf. p. 1666, 18)*: *α vario usu*: VARRO Men. 320 'medioxime', ut quondam patres nostri -bantur. ling. 9, 17 consuetudo -endi est in motu: . . . verba perperam dicta[m] apud antiquos . . . nunc dicuntur recte. 9, 35 *hic illic in declinatione* [o]rationem verborum praetermittendam esse ostendit -endi ratio. CIC. Phil. 3, 22 quid est porro 'facere contumeliam'? quis sic -itur? de orat. 3, 150 in hoc verborum genere propriorum dilectus est habendus quidam atque is aurium quodam iudicio ponderandus est; in quo consuetudo etiam bene -endi valet plurimum. Brut. 140 verba ipsa non illa quidem elegantissimo sermone; itaque diligenter -endi laude caruit *Antonius*, neque tamen est admodum inquinate -tus. 260 *Sisenna* recte -i putabat esse inusitate -i (*259* quominus inusitatis verbis uteretur). orat. 155 *Ennius* non dicit 'liberum', ut plerique -imur, . . . sed, ut isti *per analogiam* volunt, . . . 'liberorum' (*cf.* 156 nec . . . dixerim tam luculenter 'armum' *pro 'armorum'* . . . quam 'centuriam', ut censoriae tabulae -untur, 'fabrum' . . . audeo dicere. 157 sic -i 'nosse' . . . vetant, 'novisse' iubent. Att. 7, 3, 10 reprehendendus sum, quod homo Romanus 'Piraeea' scripserim, non 'Piraeum' — sic enim omnes nostri -ti sunt. *sim. al.*). HOR. ars 72 multa renascentur . . . cadentque . . . vocabula, si volet usus, quem penes arbitrium est et ius et norma -endi. NVMITOR. carm. frg. 2, 2 'cuium pecus' anne Latinum? non, verum Aegonis nostri sic rure -untur (*post* nostri *interpunxit Diehl; alii aliter*). PAVL. FEST. p. 19 *praep.* '*ad*' *non cum acc. iuncta* vetusta . . . -endi consuetudine. QVINT. inst. 1, 1, 11 sit adsiduus -endi non imperitus, qui, si qua erunt . . . praesente alumno dicta vitiose, corrigat protinus. 1, 4, 2 cum . . . in duas partis dividatur *grammatica*, recte -endi scientiam et poetarum enarrationem (*cf.* 1, 5, 1 emendate -endi regulam, quae grammatices prior pars est, examinet). 1, 8, 14 *grammaticus* deprendat quae barbara, quae inpropria, quae contra legem -endi sint posita. IVV. 6, 453 quae *mulier* repetit . . . Palaemonis artem servata semper lege et ratione -endi. GELL. 13, 6, 4 qui . . . pure atque integre -ti sunt, *voce q. e.* barbarismus *usi non sunt*. LACT. inst. 3, 25, 10 ut rectam -endi rationem scias. *al.* *sermo emendatus distinguitur ab eloquentia sim.*: CIC. de orat. 3, 38 neque . . . conamur docere eum dicere, qui -i nesciat (Brut. 212 Scipio . . . mihi sane bene et -i videtur et d.). QVINT. inst. 2, 3, 6 nisi forte . . . orator -i nesciet, aut leviores morbos curare non poterit praestantissimus medicus. 12, 10, 16 *quod Asiani* nondum satis periti -endi facundiam concupierint ideoque ea, quae proprie signari poterant, circuitu coeperint enuntiare. HIER. chron. a. Abr. praef. p. 4, 14 Homerum ad verbum exprimat in Latinum . . .: videbit . . . poetam eloquentissimum vix -entem. *β* Latine -i: CIC. Caecin. 60 armatos, si L. -i volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos, qui scutis telisque parati . . . sunt. de orat. 1, 144 praecipitur primum, ut pure et L. -amur, deinde ut plane et dilucide *egs.* 3, 29 quae *oratio Catuli* est pura sic, ut L. -i paene solus videatur. 3, 40 ut L. -amur, non solum id videndum est, ut et verba efferamus ea, quae nemo iure reprehendat et ea sic et casibus et temporibus . . . conservemus, ut ne quid perturbatum . . . sit, sed etiam lingua et spiritus et vocis sonus est ipse moderandus. Brut. 108 L. Furius Philus perbene L. -i putabatur (*cf.* 228 *Sisenna* bene L. -ens). *al.* SEN. epist. 39, 1 olim, cum L. -remur, 'summarium' vocabatur, *quod nunc 'breviarium'*. QVINT. inst. 8, 1, 2 de ratione L. atque emendate -endi (SVLP. VICT. rhet. 15 p. 320, 36 L., hoc est e.). *ibid.* multos . . . invenias, quos curiose potius -i dixeris quam L. (*antea*: ut sint quam minime peregrina et externa). AVR. Fronto p. 94, 19 v. d. H. (p. 101 N.) de elegantia *litterarum tuarum* quid dicam nisi te L. -i, nos ceteros neque Graece neque L.? PANEG. 12, 1, 2 L. et diserte -i illis *Romanis* ingeneratum est, no[men]bis *Gallis* elaboratum.

d *respicitur pronuntiatio, sonus verborum (cf. p. 1665, 31)*: CIC. de orat. 1, 260 *Demosthenes*, cum . . . balbus esset, . . . perfecit meditando, ut nemo planius esse -tus putaretur. 3, 40 *v. l. 12*. 3, 43 eruditissimos homines Asiaticos quivis Atheniensis indoctus non verbis, sed sono vocis, nec tam bene quam suaviter -endo facile superabit. 3, 45 sic -tum eius *Laeliae* patrem iudico, sic maiores; non aspere, ut ille *L. Cotta* . . ., non vaste, non rustice, non hiulce, sed presse et aequabiliter et leviter. Brut. 58 *Ennius (ann. 303) Cethego* suaviloquentiam tribuit, quae nunc quidem non tam est in plerisque; latrant enim iam quidam oratores, non -untur (*cf.* MANIL. 5, 224 latrat . . . -endo *homo effrenatus*). 259 suavitas vocis et lenis appellatio litterarum bene -endi famam confecerat. orat. 160 ego ipse, cum scirem ita maiores -tos ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, -bar sic ut 'pulcros' . . . dicerem; aliquando . . ., convicio aurium cum extorta mihi veritas esset, usum -endi populo concessi, scientiam mihi reservavi (*item respicitur adspiratio*: CATVLL. 84, 3 mirifice sperabat *Arrius* se esse -tum, cum . . . dixerat 'hinsidias'. GELL. 13, 6, 2 quod nunc . . . 'barbare' quem -i dicimus, id vitium sermonis non 'barbarum' esse, sed 'rusticum' et cum eo vitio -entes 'rustice' -i dictitabant [*affertur Nigid. frg.* rusticus fit sermo . . . si adspires perperam]. *al.*). 161 sic . . . -bamur: . . . 'omnibu princeps', non 'omnibus princeps'. off. 1, 133 ut clara sit *vox*, ut suavis; . . . alterum exercitatio augebit, alterum imitatio presse -entium et leniter. *al.* Ov. met. 11, 636 *Morpheus* exprimit . . . sonum . . . -endi (*sc. imitando*). PHAEDR. app. 8 (10), 2 *miles* fracte -endo . . . famam cinaedi traxerat (*20* voce molli). MELA 1, 44 Trogodytae . . . stridunt magis quam -untur (*cf. Plin. nat. 5, 45* illis . . . stridor . . ., non vox; adeo sermonis commercio carent). MART. 10, 65, 11 os blaesum tibi debilisque lingua est, nobis filia fortius -etur. QVINT. inst. 2, 10, 13 *actores comici* neque ita prorsus ut nos vulgo -imur pronuntiant . . . neque procul tamen a natura recedunt. *al.*

B *cum obi. (structuras obi. vice fungentes v. in appendice sub A1)*: **1** *usu communi fere i. q. dicendo exprimere vel tractare aliquid (aliquem), sc. accusativo vel verba vel argumentum sermonis indicante.* *argumentum saepius indicatur per praep. (v. p. 1660, 68 et cf.* QVINT. inst. 1, 4, 18 alterum est, quod -imur, alterum de quo -imur); *variant auctores e. g. p. 1666, 40. 67. 1673, 77 sq. (cf. variationem versionum* CONC.^{S} II 3, 1 p. 137, 2 quos supplicatio -itur [II 2, 1 p. 58, 20 de quibus preces -untur, *gr. II 1, 1 p. 153, 10 περὶ ὧν*] *nec non* PRISC. gramm. II 183, 3 -endus: dignus de quo -antur homines). *ad acc. neutr. pron. vel adi. (rarius subst.) verba sermonis indicantem accedunt aliae structurae: praep. (maxime* de) *passim inde a* PLAVT. Stich. 10 multa volo tecum -i de re viri. TER. Andr. 265 de illa aliquid . . . -i (*iuxta acc. subst.* SOL. *p. 1666, 2*); *adv. e. g.* PLAVT. Capt. 960 recte et vera -ere. Trin. 380 *p. 1665, 49*. HOR. sat. 1, 4, 18 raro et perpauca. carm. *v. p. 1665, 18*. LIV. 23, 24, 3 pauca ac modice; *acc. praedic.* (*aliter sub 2*) PLAVT. Amph. 843 si haec vera -itur *Alcumena*. Capt. 3 hoc . . . me verum -i. *exemplis selectis indicare liceat colores secundarios difficilius distinguendos, sc. significandi vel in animo habendi p. 1665, 5. 1666, 38. 71 sqq. 80. 1667, 2 (cf. p. 1667, 75 nec non gr. λέγειν), proferendi vel afferendi, nominandi (iuxta pos.* nominare Ov. trist. 3, 3, 17 TERT. adv. Hermog. 31, 4) *p. 1665, 75. 1666, 37. 41. 62. 81, extollendi, laudandi (iuxta pos.* laudare SEN. Oed. 683) *p. 1665, 58. 1666, 54. 56. 57. 60, praedicandi vel profitendi, testandi (conferas nonnulla sub II A 1 b) p. 1665, 54 sqq. 72. 73. 1666, 69. 77. subiecta non distinximus; -untur scriptores vel poetae e. g.* CIC. carm. frg. 2, 4 VERG. Aen. 6, 266 HOR. carm. S, 25, 18 PERS. 1, 33 TER. MAVR. 349 AVIEN. orb. terr. 257 PELAGON. praef. AVG. c. Cresc. 4, 8, 10 p. 511, 9 (*de ipso actu scribendi* Ov. *sub II A 1 b*), *Musae* HOR. epist. 2, 1, 27; *ipsa opera scripta, inscriptiones sim. e. g.* PLAVT. Bacch. 801 ENN. frg. var. 2 CIRIS 41 MART. 11, 15, 8 PELAGON. *p. 1666, 83*. PRVD. perist. 11, 7,

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

a *obi. est pron. neutr.*: PLAVT. Amph. 38 huc animum ..., quae -ar, advortite (Asin. 39. *et saepe*). 579 satin hoc plane ... videor tibi -tus esse? (Truc. 575. *saepissime*). Bacch. 720 quid tu -ere (801 q. hae -untur litterae? Capt. 535. *et passim*). *talia saepissime.* *vergit in notionem significandi* (*exempla notabiliora*): PLAVT. Most. 723 quam mox — ? :: quid est? ... :: scis iam, quid -ar (Pseud. 1178 etiamne facere solitus es — scin q. -ar? CIC. fin. 2, 15 si ... non intellegam, q. Epicurus -atur. HIER. epist. 58, 6, 4 intellegis, q. -ar).

b *obi. est adi. (partic., gerund.) neutr. fere pro subst. adhibitum* (*exempla selecta. nonnulla variant cum adv. vel abl., cf. appendicem sub A 3*): PLAVT. Amph. 591 apud erum qui vera -itur (751 Capt. 960 TER. Phorm. 278. *al.; sing.* PLAVT. Most. 13 nec veri simile -ere nec verum. Persa 645 CIC. fin. 2, 23. *al.*). Merc. 308 si falsum -or (*v. vol. VI 1, 198, 14sq.*). Poen. 325 ut mulsa -itur. TER. Ad. 187 iniqua (ITALA Mich. 6, 12 [Hier. *ad l.*]. VVLG. psalm. 62, 12. *al.*). CIC. carm. frg. 2, 4 quiddam come -ens atque omnia dulcia dicens (*item respicitur genus dicendi, stilus*: orat. 32 mutila ... et hiantia. 170 infracta et amputata. fam. 6, 3, 3 ornatiora. HOR. carm. 3, 25, 18 nil parvum aut humili modo, nil mortale -ar [*antea*: dicam insigne *eqs.*]. PERS. 1, 33 rancidulum quiddam. SIL. 6, 321 Phoebo miranda. STAT. silv. 5, 3, 214 non vulgare. *al.; fortasse etiam l. 24. 27. 29*). har. resp. 32 vetera fortasse -imur. SALL. Iug. 11, 1 ficta (OV. met. 1, 771. *cf.* PAVL. FEST. p. 337 simulata). VERG. Aen. 6, 266 sit mihi fas audita -i. 6, 662 Phoebo digna (PERS. 1, 42 cedro d. SIL. 6, 470. *al.; cf.* TAC. hist. 4, 2, 3 nihil ... indignum [CLAVD. 21, 294]). HOR. sat. 1, 4, 18 animi raro et perpauca -entis. 1, 8, 40 alterna. carm. 1, 22, 24 dulce (epist. 1, 7, 27 CALP. ecl. 7, 20 NEMES. ecl. 2, 83). 4, 2, 45 si quid -ar audiendum (*infra*: canam). epist. 1, 7, 72 dicenda, tacenda (CARM. inc. Diom. gramm. I 451, 12 Iuppiter ..., ore tuo d. -ar). TIB. 2, 6, 11 magna (*v. vol. VIII 136, 14sqq.*). PROP. 1, 10, 22 superba (VVLG. Sirach 13, 26). 3, 13, 61 (*59* proloquar) certa -or *vates*, sed nulla fides (*de pronuntiatione*: OV. met. 5, 296 *picarum* linguae ... tam c. -entes). OV. am. 3, 6, 17 prodigiosa. met. 4, 224 secreta (9, 559 tecum. CASSIOD. var. 1, 10, 5 secretiora huius disciplinae cum scientibus -i). 7, 549 mira (*v. vol. VIII 1076, 55sq.*). trist. 3, 3, 19 aliena (*i. insana, v. vol. I 1580, 36sqq.*). Pont. 3, 4, 113 eventura (*cf.* STAT. Theb. 3, 520 ventura [4, 628]). SEN. contr. 10, 4, 3 incredibilia. SEN. Phaedr. 1176 nil turpe. epist. 26, 5 fortia. LVCAN. 5, 539 indocilis privata -i *Caesar*. 7, 382 maesta. PETRON. 134, 12 vers. 8 leviora. STAT. Theb. 3, 430 facta, infecta. ITALA I reg. 2, 3 (Cypr. testim. 3, 4) elata (VVLG. sublimia). Iudith 7, 13 (Reg.) pacifica (VVLG. pacifice). Iob 27, 4 (cod. 161) iniusta (VVLG. iniquitatem). AMM. 29, 3, 7 aliqua pro eo -ti sunt bona (VVLG. I reg. 19, 4 de David. *al.*). VVLG. IV reg. 25, 28 benigna. Iob 27, 12 vana (Ezech. 13, 8 CLAVD. 3, 160). 42, 7 rectum (42, 8 prov. 16, 13. 23, 16). *al.*

c *obi. est subst. vel pron. masc. et fem.*: *α respiciuntur potius verba sermonis eorumve forma, qualitas sim. (exempla selecta inde a* SEN. *praeter p. 1666, 16sqq.; cum subst. argumentum indicantibus l. 59. 61, pauca transeunt ad β); pro obi. ponuntur*: Ⓘ *ipsa verba, dicta vel elocutiones, opera verbis composita*: PLAVT. Trin. 380 multa ... possum docta dicta et quamvis facunde -i (ENN. ann. 250. AMM. 28, 4, 32 multa facete d. DRAC. Orest. 341 Romul. 8, 378). TER. Haut. 264 quae *verba* hic sumus -ti (CATO or. inc. frg. 19 seditiosa. CATVLL. 66, 29 SALL. Catil. 50, 5 Iug. 102, 4 VERG. Aen. 8, 404. *et saepe; nota* verbum domini, dei *sim.*: ITALA act. 13, 46 [cod. g *al.* = VVLG.] vobis oportebat ... -i v. dei [*Hier. in Is. 41, 8—16 al.* praedicari]. Phil. 1, 14 [*ibid.*] sine timore verbum domini -i [*inde* CYPR. epist. 73, 14]. *al.*). CIC. div. 1, 68 tragoedias -i videor et fabulas; at *eqs.* CIRIS 41 nomen nostra tuum senibus -retur pagina saeclis (OV. met. 1, 648 si modo verba sequantur, oret opem n.que suum casusque -atur *Io*. PRVD. perist. 11, 7 litterulis signata sepulcra -untur martyris aut n. aut epigramma. SVLP. SEV. Mart. 11, 4 n. meritumque -retur; n. edicit, de crimine confitetur. *de enuntiatione*: STAT. silv. 2, 4, 29 *psittacus* n. ... -tus Caesareum. AVSON. 138, 2 p. 313 P. proprium cum vitio). HOR. epist. 2, 1, 27 tabulas *duodecim* ..., foedera regum ..., pontificum libros, annosa volumina vatum ... Musas ... -tas. SEN. Med. 551 suprema ... liceat abeuntem -i mandata (PELAG. in Tit. 1, 10 ['vaniloqui'] humanas potius traditiones quam divina m. -untur. CORIPP. Ioh. 4, 334). TER. MAVR. 349 in hoc opus, de syllabis quod recepi nunc -endum. ITALA gen. 44, 18 (Lugd.) -atur puer tuus coram te sermonem (VVLG. verbum. Matth. 19, 1 [cod. a *al.*] cum -tus esset s. istos. *cf. p. 1666,21*). Iob 40, 22 (cod. 161) preces et obsecrationes. psalm. 144, 21 (Sangerm. *al.* = VVLG.) laudationem (Veron. *al.* laudem). Matth. 13, 33 (cod. b *al.* = VVLG.) parabolam. I Thess. 2, 2 (cod. d *al.* = VVLG.) -i ad vos euangelium dei (SACR. Gelas. 307 M. Christi e. -turus *Lucas* sic coepit *eqs.*). HIL. ad Const. 2, 9, 2 omnes scripturas sine scripturae sensu -untur *haeretici* (*de compositione* AVG. c. Cresc. 4, 8, 10 p. 511, 9 s. sancto spiritu acti -ti sunt homines dei). HIER. epist. 84, 8, 2 tractatus, quos in ecclesia -tus est. quaest. hebr. in gen. p. 3, 11 quas *homilias* ad vulgus -itur. VVLG. exod. 20, 16 falsum testimonium (prov. 25, 18 Dan. 13, 49). iud. 5, 12 Debbora ... -ere canticum (*cf.* CLAVD. carm. min. 3, 4 carmina [ARATOR ad Vigil. 20]). AVG. conf. 10, 34, 51 de qua *voluptate* -or confessiones. *al.* Ⓘⓘ *subst. varia qualitatem verborum indicantia* (*quae ad formam spectant v. supra*): PLAVT. Amph. 696 deliramenta (Capt. 598 Men. 919. CASSIOD. Ios. c. Ap. 1, 252 anilia). Aul. 152 cerebrum excutiunt tua dicta ...; lapides -eris. Bacch. 569 nugas. Epid. 285 rem hercle -ere (*i. veram ut*: Persa 93 meram. SOL. 16, 1 de Hyperboreis rem -emur [*opp.* fabulae, rumor]. *aliter infra l. 29*). Poen. 325 ut mulsa -itur. :: nil nisi laterculos, sesumam papaveremque, triticum et frictas nuces. OV. am. 3, 6, 17 mendacia (*al., v. vol. VIII 697, 64sq.*). PETRON. 44, 8 nec schemas -batur, sed derectum (dilectum *traditur*). STAT. silv. 2, 1, 74 compositosque sales meditataque verba. ITALA II par. 18, 15 (Complut.) veritatem ([VVLG. quod verum est]. psalm. 14, 3 [Veron. *al.* = VVLG.]. *al.*). psalm. 11, 3 (cod. 136 Cas.) vanitatem ([VVLG. vana]. 143, 8 [Veron. *al.* = VVLG.]. *al.*). 27, 3 (Veron. *al.* = VVLG.) pacem (84, 9 [*ibid.*]. *al.*). 36, 30 (*ibid.*) iudicium (*v. p. 615, 37sqq.*). Is. 32, 6 (Hier. *ad l.*) errorem (VVLG. fraudulenter). 33, 15 (Tert. adv. Marc. 4, 34 *al.*) viam rectam (VVLG. veritates). 59, 3 (Cypr. testim. 2, 4) facinus (VVLG. mendacium. *cf. l. 34*). II Macc. 12, 14 (rec. B) scelera (VVLG. quae fas non est. *cf. l. 43*). HIER. in Tit. 1, 7 p. 567^{B} dicat quisque quod volet: ego -or conscientiam meam. *sim. saepius.* Ⓘⓘⓘ *exemplum -endi vel ipsa lingua* ('*accusativum -i*' *v. p. 1659, 57sqq.*): SEN. epist. 114, 13 ex alieno saeculo petunt verba, duodecim tabulas -untur. AVG. in psalm. 118 serm. 18, 3 l. 33 quomodo credit praedicanti fidem, qui ... linguam ipsam, quam -itur, non intellegit? (GREG. TVR. Mart. 1, 2 p. 587, 11 l. gentium incognitarum). 128, 9 l. 2 ut sermonem -amur vulgi (*aliter p. 1665, 69*).

2 *inf. -i accedentibus pron. poss.* (*demonstr.* CIC.) *pro subst. usurpatus* (*nullo attributo apposito huc vergere videntur etiam* CATO orig. 34 Gallia duas res ... persequitur, rem militarem et argute -i. HOR. epist. 1, 7, 27 reddes forte latus ..., reddes dulce -i. PANEG. 12, 1, 2 Latine et diserte -i illis ingeneratum est, nobis elaboratum. *et alia sim.*): CIC. Brut. 140 ipsum Latine -i est ... in magna laude ponendum. CYPR. ad Donat. 1 p. 3, 10 ne -i nostrum arbiter profanus impediat (PASS. Montan. 6, 3). MACR. exc. gramm. V 631, 8 ceteris *gentibus* aut anhelitu aut sibilo explicantibus -i suum. ENNOD. epist. 7, 9, 1 p. 178, 17 nec aliud est -i vestrum nisi declamationum insignia custodire. CASSIOD. var. 6, 9, 3 pensabit -i tuum dominantis examen.

3 *gen. gerundii* -endi *pendens e subst.* (*exempla selecta*): CIC. de orat. 3, 39 elegantia (Brut. 153). 3, 42 consuetudo (Brut. 78. *al.*, *v. vol. IV 558, 77 sqq.*). Brut. 235 tarditatem (SEN. benef. 2, 3, 1). orat. 113 ratio (114 ac. 2, 143 VARRO ling. 9, 35. *al.*). 160 usum (VARRO ling. 10, 74 VAL. MAX. 5, 4 ext. 6 QVINT. decl. 333 p. 311, 25. *al.*). HOR. ars 72 arbitrium ... et ius et norma (SEN. clem. 1, 8, 1). OV. met. 11, 636 sonum. 12, 159 materia. MANIL. 4, 433 faciem. PLIN. nat. 7, 7 varietas. QVINT. inst. 1, 5, 29 genera (9, 3, 3). 1, 6, 3 consuetudo ... certissima -endi magistra. 1, 6, 16 formam. *ibid.* lex (1, 8, 14. IVV. 6, 453 lege et ratione). 1, 7, 1 regula. 8, 2, 17 communem ... morem. *al.*

4 *ad gerundium accedit acc. subiecti*: IREN. 2, 13, 3 (2, 15, 3 H.) quae obveniunt hominibus ad -endum eos (*gr. videtur fuisse πρὸς τὸ λαλεῖν αὐτούς, v. Lundstrõm, Übersetzungstechn. Untersuch. 1955, 229*).

5 *neutr. plur. gerund.* -enda *pro subst. i. q. verba* (*sc. proferenda*): ITALA Hebr. 3, 5 (cod. d *al.*) Moyses ... fidelis ... tamquam servus in testimonio -endorum (*gr. τῶν λαληθησομένων, Vulg.* eorum, quae dicenda erant. *inde* PRISCILL. tract. 7, 116 coheredes Christi operantes in testimonio -endorum).

adv. part. perf. **locūtō** *affert* VIRG. gramm. epist. 4 p. 159, 16 *iuxta* docte osculate suspicate, *sed addit*: audivi tamen aput Affrorum scolas frequenter dici, quod ex deponentium verborum participiis ... adverbia nasci non soleant. *notionem non indicat; intellexitne vim q. e. facunde sim.?*

deriv.: locutio, Locutius, locutor, locutuleius, locutus (-ūs), loquax, loquela, loquentia, *?* loquesco, loquitor. *cf.* locutorium.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

compos.: al-, ante-, circum-, con-, de-, e-, inter-, ob-, prae-, pro-, re-, sub-, tra(ns)loquor; bene-, blandi-, brevi-, lati-, mendaci-, suaviloquens (*cf. subst.* blandi-, brevi-, magni-, multiloquentia *al.*). *adi. in* -loquus (-locus): aequi-, astri-, blandi-, dulci-, falsiloquus *al.* (*cf. subst.* alieni-, blandi-, brevi-, falsiloquium *al.*). *ceterum*: breviloquis; *?* boniloquius, *?* magniloquius. *Plepelits.*

lora (lō- *?*), -ae *f.* [*sunt qui temptent coniungere cum radice verbi q. e.* lavo. *Sch.*] *de origine v. l. 26.* *scribitur in codd.* lorea: CATO agr. 25 GELL. 10, 23, 2. luria: ORIBAS. syn. 4, 20, 4 La p. 23 ISID. orig. 20, 3, 11 GLOSS.^{L} I Ansil. LV 361. laura (*?*) VARRO frg. Non. p. 551, 16 *PE*^{1} *ut vid.* lo- *productam habuisse videtur* VARRO rust. *l. c., at* CHAR. gramm. p. 126, 30 B. -a correpta prima syllaba et feminino genere dicenda est, cum vinum aqua corruptum significat; producta autem neutraliter e corio vincula. *plur. non legitur.* [*a* lorea: *fortasse it.* loia '*squalor*'. *cf. M.-L. 5125. Battisti-Alessio III 2264. St.*]

i. q. genus potionis factum ex uvis expressis aqua maceratis, τρύξ, δευτερίας (NON. p. 551, 14 -a: confectae potionis genus, grandaevis aptum [*affertur* VARRO *l. 29*]. ISID. orig. 20, 3, 11 -a *inter potiones.* GLOSS.^{L} I Ansil. LV 361 -a: genus potionis): CATO agr. 7, 2 eae *uvae* in olla in vinaceis conduntur; eadem (*sc. ratione*) in sapa, in musto, in -a (*var. l.* densa) recte conduntur (*inde* PLIN. nat. 14, 46). 25 *vinaceos* lavito paulatim; erit -a familiae quod bibat. 57 vinum familiae: ubi vindemia facta erit, -am bibant menses tres. VARRO rust. 1, 54, 3 expressi acinorum folliculi in dolia coiciuntur, eoque aqua additur; ea vocatur -a, quod lota acina, ac pro vino operariis datur hieme. frg. Non. p. 551, 10 -am dicebant in vindemia, cum expressissent acinis mustum et folliculos in dolium coniecissent. 551, 16 antiquae mulieres maiores natu bibebant -am aut sapam aut defretum aut passum, quam murrinam quidem Plautus (*Pseud. 741*) appellare solet (*inde fort.* GELL. 10, 23, 2). 551, 26 vino addito -am, passum vocare coeperunt *eqs.* (*v. sub* muriola). COLVM. 6, 3, 4 eluta et siccata vinacia, quae ⌊de -a⌋ (*var. l.* dolore) eximuntur. 12, 40 -a optima sic fieri oportet: *seq. descriptio confectionis, cuius in fine adicit*: hanc ipsam -am M. Columella ex aqua vetere faciebat *eqs.* PLIN. nat. 14, 86 non possunt iure dici vina, quae Graeci deuteria appellant, Cato et nos -am, maceratis aqua vinaceis, sed tamen inter vina operaria numerantur; tria eorum genera: *eqs.* ORIBAS. syn. 4, 20, 4 La p. 23 infusa[m] vinacia, vinum, quod vocat⟨ur⟩ -a (*om. Aa; gr. τρύγα*).

lōrāmentum, -ī *n.* *a* lorum. *transit in gr. λωράμεντον* (*Edict. imp. Diocl. bis*). [*sard. centr.* loramenta; *suffixo mutato* (*loramen) *francog. vet. et med.* lorain; *astur.* lloriame. *cf. M.-L. 5124. 5123. Wagner II 38. Wartburg V 423 sq. St.*]

1 *usu originario i. q. lorum vel res e loris facta* (GLOSS. II 332, 11 *ἱμάντωμα* -um. GLOSS.^{L} I Ansil. LO 174 -a: plura lora): LEX met. Vipasc. (CIL II 5181) 32 sutrini *conductio*: calciamentorum quid -orumve, quae sutores tractare so⟨lent⟩. IVST. 11, 7, 16 capita -orum intra nodos abscondita. *ibid.*: gladio -a caedit *Alexander* (*cf. p. 1681, 41*). EDICT. imp. Diocl. 8, 8 L. curium (*i.* corium) bubulum ... confectum ... ad -a et cetera (*gr. λωράμεντα*). 10, 1 de -is (*gr. λωραμέντων. in hoc capite enumerantur* averta, scordiscum, paramma, capistrum, frenum). SERV. auct. Aen. 3, 108 (*Pomp. Trog. frg. 28 S.*) *mures* -a armorum adroserunt. **2** *sec. gr. ἱμάντωσις de compagine tignorum sim.*: ITALA Sirach 22, 19 (GLOSS.^{L} I Ansil. LO 175 *ubi textui citato praecedit*: in parietibus tabulae vel reliqua ligna, quae mittuntur, -a dicuntur) -um ligneum circumdatum fundamentum (*pro* -to) aedificii non dissolvetur (*gr. 22, 16 ἱμάντωσις,* VVLG. -um l. colligatum fundamento ae. n. d., sic et cor confirmatum in cogitatione consilii. *huc pertinent* GLOSS.^{L} II Philox. LO 20 -um: *ἱμάντωσις ⟨εἰς⟩ οἰκοδομήν.* IV Plac. L 26 -is [*var. l.* lomentis]: laquearibus [*item* GLOSS. V 81, 20 GLOSS.^{L} I Ansil. LO 176]).

lorandrum ISID. orig, 17, 7, 54 *v.* rhododendron.

lōrārius, -a, -um. *a* lorum. *scribitur* lolar- *in aliquot codd.* (*cf. Schopf, Die konson. Fernwirkungen 1919, 149*): INDEX person. Plaut. Capt. 110. 195 Merc. 272 Mil. 1394 Ter. Andr. 842 GELL. 10, 3, 19 GLOSS. III 25; 24 GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. L 8. *notatur* lorar(ius) CIL VI 9528. lor(ariorum *?*) CIL XIII 1052 *v. infra:*

1 *masc. pro subst.*: **a** *i. qui lora facit sim.* (GLOSS. *ἡνιοράφος. χαλινουργός. σκυτεύς*): CIL IV 7989 Celer -us Maio delibat: Maio principi coloniae feliciter (*inter edicta munerum edendorum; 'qui beluas loris incitat?' ed., qui si recte iudicaret, exemplum ad b pertineret*). VI 9528 C. Livius C. l. Felix -us. XIII 1052 (*in gradu amphitheatri*) hic loc(us) lor(ariorum) (*'potius quam* lor(icariorum), *scilicet gradus in amphitheatro his artificibus adsignati' ed. coll. CIL XII 714; sed littera* r *incerta est*). 1198 Laliano -o. **b** *i. qui loris verberat, vincit sim.* (*cf.* GLOSS. tortor. *de titulo Pomp. sub a non liquet*): INDEX person. Plaut. Bacch. 799 Capt. 110. 195. 659. Curc. 487 (*falso add. B*). Men. 990 Merc. 272 Mil. 1394. Most. 1041 (*cf. 1038* servorum ... operam et lora). Pseud. 133 Rud. 706. 839 Ter. Andr. 842. GELL. 10, 3, 19 hi *Bruttiani* sequebantur magistratus, tamquam in scaenicis fabulis qui dicebantur '-i', et quos erant iussi vinciebant aut verberabant. *fusius de hac re egi in Szenentitel und Szeneneinteilung bei Plautus, Diss. Tübingen 1970, 141. 150 sqq.*

2 *adi. i. q. ad -os pertinens*: CIL VI 9796 fratres pigme⟨ntarii⟩ vici -ri.

lōrātus, -a, -um. *a* lorum. *i. q. loro instructus*: MORET. 121 sub iuga ... cogit -a iuvencos (*respicitur usus p. 1681, 36 illustratus*).

lordico, -āre. *ex gr. λορδός* (*cf.* lurdus) *sec.* claudico *sim.* *i. q. dorsum incurvare*: REGVLA mag. 1, 48 caeditur, pungitur, ustulatur; -at miser asellus et non vadet. 1, 67 *gyrovagi* cellulas false exeunt -ando de fincta infirmitate.

lordos *v.* lurdus.

lōrea *v.* lora. **lōreola** *v.* laureola.

arietes **lorettare** *dicunt* GLOSS. I p. 92 (*e Libro glossarum*; lorectare *Osbern.*). *vox onomatopoetica, si recte trad.* (*cf. Suet. frg. p. 249, 2* blatterare, *Anth. 733, 17* blatterat, *762, 56* bratterat *et sim. al.*).

lōrētum *v.* lauretum.

lōreus, -a, -um. *a* lorum. [*langob.* löura '*lacinia corii*'. *cf. M.-L. 5125 b. St.*] **1** *i. q. loro similis* (*audacia ioci dictum*): PLAVT. Mil. 157 (*erus ad servos*) ego vostra faciam latera -a ('*e vestro corio scindam lora virgis' Turnebus alii. cf. Asin. 363* nos futuros ulmeos. *Capt. 951* statua verberea. '*loris concisa*' *Ussing*). *dubitanter huc rettulimus* GLOSS.^{L} V Aa L 507 (Abba LO 11) -as: mortas (*corruptum; an* tortas *?*) manus, vel solutas (*editor ad l.*: '*-as manus*': *aut tortas [i. e. loro torto ligatas] aut solutas [i. e. tam laxas quam est lorum]'; deinde confert* GLOSS. V 656, 7 *v. p. 1680, 13 et pergit 'nostra glossa potest ex Festo [cf. Plaut. Mil. 157] provenire'*). GLOSS. V 506, 40 -as mortuas manus vel ligatas (*ex glossa supra citata temere refictam putat ed.*). **2** *ex loris confectus*: CATO agr. 3, 5 funes -os (12. 63. 135, 5. PLIN. nat. 18, 317 funibus vittisque -is). *ibid.*: medipontos ... -os. ITALA Matth. 3, 4 (cod. k) Iohannes habuit ... zonam -am (*gr. δερματίνην, Vulg.* pelliceam *ut loco gemino Marc. 1, 6. cf. p. 1682, 6*). SERV. Aen. 7, 732 ('caetra') scutum -um (ISID. orig. 18, 12, 5 cetra: s. -um sine ligno). PRVD. perist. 11, 55 flagra. CASSIOD. in psalm. 123, 8 ('laqueus contritus est') contritum ... nec -um aliquid nec stupeum dicimus, nisi quod alicuius metalli duritiam habere monstratur. **3** *loris effectus*: CASSIOD. in psalm. 37, 18 'flagella' ... hic non verberationis (-nes *Garet, ut frigidam sane antithesin fugeret*) -as dicit, sed dolorum asperrimas passiones.

cf. Onom.

***lōrīca,** -ae *f.* [*si displicet veriloquium Varronis, vocem originis peregrinae suspiceris. Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 116 -a, quod e loris de corio crudo pectoralia faciebant (SERV. Aen. 11, 679 SCHOL. Ter. p. 151, 30. ISID. orig. 18, 13, 1 quod loris careat, solis enim circulis ferreis contexta est). *scribitur* lur- *in codd. vet.*: VERG. Aen. 7, 640 *F.* ITALA Eph. 6, 14 *vel* I Thess. 5, 8 (Priscill. tract. 10, 125). HIER. epist. 14, 2, 2 *cod. ε. al.; in codd. medii aevi saepe. cf.* loricarius, lorico. -iga: ITALA Eph. 6, 14 (Cypr. testim. 3, 117 *M*). VVLG. Is. 59, 17 *U. cum* I *longa* CIL V 6428. *notatur* lor INSCR. Ital. X 1, 107. NOT. Tir. 77, 48. *de prosodia: primas duas syllabas corripuisse videtur* PARTHEN. *p. 1677, 51.* *legitur inde a* PLAVTO, CIC.; *abiit in gr. λωρῖκα* (*cf. λωρίκιον*); *formas λωρῖκος et λώρικς ex papyris affert S. Daris, Lessico Latino nel Greco d'Egitto.* [*cat. vet.* loriga, lloriga; *hisp.* loriga; *port. vet.* loriga. *cf. M.-L. 5126. Wartburg V 423. Corominas III 133. Machado*^{2} *II 1436. St.*]

i. q. θώραξ (HIER. in Os. 1, 3 p. 824^{D} GLOSS.): **I** *de tegimento corporis militari* (SERV. Aen. 7, 633 bene 'thoracas', nam apud maiores -ae pectora tantum tegebant. GLOSS. munimentum militare. *ad rem cf. Grosse, RE XIII 1444 sqq.*): **A** *hominum* (*Solis l. 78*): **1** *proprie*: **a** *exempla varia* (*selecta inde a* VERG.): PLAVT. Bacch. 71 *in lupanari* pro -a malacum capiam pallium. Cas. 695 -am induam (*v. vol. VII 1, 1262, 52 sqq. 1267, 75 sqq. 1268, 48 sq.*). Cist. 284 -am adducito (*iocose pro* adfer *ut* 285. 292). CIC. Verr. II 4, 97 in hoc fano -as agleasque aeneas caelatas opere Corinthio *Scipio posuerat.* Mur. 52 descendi in campum cum ... illa ... -a, non quae me tegeret *eqs.* (HOMER. 293. *al.*). Flacc. 41 ambulat cum -a. CAES. Quint. inst. 6, 3, 91 (*facete dictum*) cum tu galeam et -am haberes. NEP. Iph. 1, 4 genus -arum ⟨mutavit⟩ et pro sertis atque aeneis linteas dedit (SVET. Galba 19, 1). VERG. Aen. 3, 467 -am consertam hamis auroque trilicem (5, 260. 7, 640 a. tr.). 8, 621 -am ex aere rigentem (SIL. 3, 270). 9, 707 (704) quam *phalaricam* ... nec duplici squama -a fidelis ... sustinuit. 10, 485 (484) -ae ... moras ... perforat. 12, 88 circumdat -am umeris. 12, 98 (*Turnus ad hastam suam*) da ... -am *Aeneae* ... manu valida lacerare revulsam. 12, 376 lancea ... rumpit ... infixa bilicem -am (OV. met. 12, 117. *al.*). 12, 925 hasta ... oras ... recludit -ae. PROP. 4, 3, 23 teneros urit -a lacertos. LIV. 1, 43, 2 arma his imperata galea, clipeum, ocreae, -a ..., haec, ut tegumenta corporis essent (*cf.* 5, 38, 8 multos ... graves -is aliisque tegminibus. *sim. al.*). 44, 34, 8 -as tergere. SEN. contr. exc. 4, 7, 1 non -am clipeumve sumpsit, sed tenuem ... vestem (CVRT. 4, 6, 14. *al.*). CVRT. 4, 3, 26 -am corpusque fervens harena penetraverat. LVCAN. 7, 498 qua torta graves -a catenas opponit. 9, 797 nec -a tenet distenti corporis auctum *post morsum serpentis.* PLIN. nat. 7, 200 *invenit* -am Midias Messenius. 11, 78 -a gerenda (*cf.* SIL. 9, 449 -am ... gestat). VAL. FL. 4, 94 Sol ... bisseno sidere textam -am induitur; ligat hanc ... balteus (SIL. 2, 402). SIL. 1, 381 qua corpus -am inter galeamque patescit. STAT. Theb. 9, 553 it ... abies clipeum per et aerea terga -ae. 10, 257 vates ... -am galeamque subit. MART. 7, 1, 3 dum vacat, haec, Caesar, poterit -a vocari; pectore cum sacro sederit, aegis erit (*cf.* SERV. Aen. 8, 435 aegis ... si in pectore hominis *est* ..., -a dicitur). IVV. 10, 134 truncis adfixa tropaeis -a. TAC. hist. 1, 79, 4 Romanus miles facilis

[B ader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a (*opp. 3* catafractarum pondere). AMM. 16, 12, 46 -ae gladiis findebantur. 31, 13, 3 perfringebantur. *al.* **b** *ponitur pro exemplo ornamenti bellici vel pro bello ipso*: HOR. carm. 1, 29, 15 libros Panaeti Socraticam et domum mutare -is Hiberis . . . tendis (PORPH. *κατὰ ἐξοχήν* dixit, quia optimae sunt Hispanae -ae). SEN. contr. 10, 2, 2 vidi patrem iam senem -am induentem: multum est pugnare cum exemplo. CALP. decl. 50 procede . . . ad bellum; muta stilum gladio, -a togam (TERT. pall. 5, 5 plus togae laesere rem publicam quam -ae. CLAVD. 8, 16 nec te . . . pudeat, Gradive, . . . Latia . . . micantem -am mutare toga. 22, 367 -ae . . . locum decuit toga). TERT. mart. 3, 2 ne corpora atque animi expavescant . . . de tunica ad -am, de silentio ad clamorem, de quiete ad tumultum (*inde fortasse* HIER. epist. 14, 2, 2 corpus adsuetum t. -ae onus non suffert). CLAVD. 26, 82 *hostis* iuraverat . . . non nisi calcatis -am ponere rostris.

2 *in imag. et comparationibus*: **a** *cum gen. explic.*: *α* caeli (*cf. Enn. scaen. 216* caeli clipeo. *Lucr. 6, 1134* caeli . . . amictum): LVCR. 6, 954 qua circum caeli (coli, corii *var. ll.*) -a coercet. *β virtutum variarumque rerum incorp.* (Christi *l. 32*): TERT. patient. 14 p. 22, 8 retusis omnibus iaculis temptationum -a clipeoque patientiae. ITALA Eph. 6, 14 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.; *subest* Is. 59, 17 *l. 40*) induentes -am iustitiae ([PELAG. *ad l.*: sicut -a multis circulis vel armillis intexitur, ita iustitia diversis virtutum conectitur speciebus]. *inde apud ecclesiasticos*: MOYS. Cypr. epist. 31, 5 p. 561, 13 porrigat nobis *deus* . . . -am i., quae numquam solet rumpi. PRISCILL. tract. 10, 125 BACHIAR. repar. laps. 8). I Thess. 5, 8 (cod. d *al.*, *cf.* VVLG.) induentes . . . -am fidei (Ps. AVG. serm. ed. Mai 64, 1) et caritatis (RVFIN. Orig. princ. 4, 3, 12 p. 342, 13 -a c. deo plenum muniat pectus. ORIG. in I reg. 16 obtectus -a c.). GAVDENT. serm. 13, 19 G. arma diaboli, quibus resistendum est . . . -a continentiae. AMBR. in Luc. 4, 17 sume scutum fidei, -am abstinentiae. BACHIAR. repar. laps. 8 pugnabat cum taciturnitatis -a contra detractationis iacula. EPIST. pontif. 373 Conc.^{S} I 2 p. 22, 8 familiarem pectori tuo -am Christi . . . indutus (*cf. Gal. 3, 27* Christum induistis). GREG. TVR. vit. patr. 14, 2 tantam . . . adversus sustenendarum iniuriarum tela sumpserat bonitatem, ut putares eum -a dulcedinis esse vallatum. EVGIPP. Sev. 25, 3 quae *castella* -a . . . ieiunii . . . armaverat. LAVRENT. eleem. p. 112^{C} inducat -am spei.

b *vario usu*: OV. met. 3, 63 *Python serpens* -ae . . . modo squamis defensus et atrae duritia pellis. TAC. dial. 5, 6 non . . . -a et gladius in acie firmius munimentum quam reo . . . eloquentia. ITALA Is. 59, 17 (Hier. *ad l.*; *sim.* VVLG.) indutus est iustitiam quasi -am, et posuit galeam salutis in capite. HIER. tract. p. 375, 32 servit in monasterio Christo, *velut imperatori*; . . . habet scutum ieiunium, . . . habet -am, vestimentum Iesum in baptismate. VVLG. Sirach 43, 22 gelavit crystallus ab aqua, . . . et sicut -a induet se aquis. AVG. serm. 58, 11, 13 fides et tunica est et -a . . ., -a contra adversitatem. CASSIAN. conl. 10, 10, 4 hic versiculus (*psalm. 69, 2*) omnibus infestatione daemonum laborantibus inexpugnabilis murus est et inpenetrabilis -a ac munitissimus clypeus. PETR. CHRYS. serm. 124 p. 541^{B} dives . . . indutus divitiarum stabat armis; et contra pauper *Lazarus* iacebat ipsa vestitus in carne, nisi forte -a erat illi unum totius corporis vulnus. PARTHEN. epist. vers. 13 te clipeo -aque et galea (galea et -a *Baehrens, sc. mensura sollemni*) caelitus armet omnipotens.

B *equorum* (*elefantorum* ITALA): VAL. FL. 6, 233 riget his *Sarmatis* molli -a catena; id quoque tegmen equis. ITALA I Macc. 6, 43 (rec. B) unum de elefantis munitum -is regis (rec. L [*sim.* VVLG.] unum de besteis loricatum -is regiis; *gr. τεθωρακισμένον θώραξιν βασιλικοῖς*). IVST. 41, 2, 10 munimentum ipsis *Parthis* equisque -ae plumatae sunt, quae utrumque toto corpore tegunt. PANEG. 4, 22, 4 equorum pectoribus demissa -a et crurum tenus pendens . . . a noxa vulneris vindicabat *clibanarios*.

II *transfertur ad*: **A** *varia operum firmamenta, munitiones sim.* (*sc. plus minusve technice; de toto loco saepto p. 1678, 17*): 1 *vallorum militarium* (*latronum l. 80. cf.* GLOSS. vallum sine fossa): CAES. Gall. 5, 40, 6 quaecumque ad . . . oppugnationem *sustinendam* opus sunt, . . . comparantur; . . . turres contabulantur, pinnae -aeque ex cratibus attexuntur. 7, 72, 4 huic *aggeri et vallo* -am pinnasque adiecit . . . cervis eminentibus ad commissuras pluteorum atque aggeris. 7, 86, 5 falcibus vallum ac -am rescindunt. CVRT. 9, 4, 30 (*de oppido oppugnato*) angusta muri corona erat; non pinnae . . . fastigium eius distinxerant, sed perpetua -a obducta transitum saepserat. TAC. hist. 4, 37, 3 -am vallumque per fines suos Treveri struxere. ann. 4, 49, 1 *Sabinus* fossam -amque contexens quattuor milia passuum ambitu amplexus est. FLOR. epit. 1, 34, 13 fossa atque -a quattuorque castris circumdatos *Numantinos*. 1, 45, 25 civitatem . . . castellis ingentique -a circumdatam. HYG. mun. castr. 50 sufficit *vallum* latum pedes octo, altum pedes sex; et -a parva fit. EPIST. Alex. l. 254 H. iussi . . . pluteis (*var. l.* clipeis) et -a vallum praecingi. AMM. 24, 5, 2 extentum spatium et rotundum -ae ambitu circumclausum. 31, 3, 7 muros altius erigebat; hac -a . . . consummata *eqs.* 31, 15, 4 qui prope ipsas stetere -as *urbis oppugnatae*. *circa latibulum latronum*: APVL. met. 6, 30, 6 domus eorum extremam -am perveneramus (*cf. 4, 6, 5* caulae firmae solidis cratibus, ovili stabulationi commodae, . . . vice structi parietis attenduntur).

2 *de tectoriis parietum sim.*: CIL I^{2} 1714 *aedilis quidam* piscinam purgandam et -a⟨m⟩ imponendam coeravit (*ad 3 refert Keil, Hermes 43, 1908, 540, 2*). VITR. 2, 8, 18 cum . . . in tecto tegulae fuerint fractae . . . qua possint . . . aquae perpluere, non patietur -a testacea (*sc. summis parietibus latericiis coronae modo imposita*) laedi laterem, sed proiectura coronarum reiciet extra perpendiculum stillas. 7, 1, 4 (*in fine descriptionis pavimenti*) super fricaturam . . . incernatur marmor, et supra -ae ex calce et harena inducantur (*Cet. Fav. 19* marmor . . . harena . . . poliatur. *Pallad. 1, 9, 4* impensae crassitudinem). 7, 9, 4 obstans cerae punicae -a non patitur . . . solis radios . . . eripere ex his politionibus (*i. parietibus minio inductis*) colorem. SYMM. or. 2, 20 cui *tecto arcis* per ordines in prona declives levis plumbi -a supertexitur (subtexitur *cod.*).

3 *de maceriis*: **a** *sepulcrorum* (*exempla congessit, graecum θωράκειον distinxit Keil, Hermes 43, 1908, 540, 2*): INSCR. Ital. X 1, 107 (*s. I*) loc(us) et -a P. Cannutii Optati . . . in f(ronte) p(edes) *tot*, in agr(o) p(edes) *tot*. CIL III 2072 intra -am, quae spectat in meridie ad viam munitam. 2694 titulum posuit et lori⟨c(am)⟩ inpendio suo fecit. 14602 filiae -am fecit . . .; et sibi et suis fecit ('-a *videtur esse sepulcrum -a cinctum' edd., quibus consentit Keil l. c.*). V 7349 posuit titulum et -am. **b** *variorum locorum* (*dub. an huc pertineat l. 1*): COLVM. 11, 3, 54 *locum* circumdari fossula, quae repleatur lapidibus et calce . . ., ut sit quasi quaedam -a, ne possint eam perrumpere . . . frutices. AMM. 24, 5, 2 extentum spatium . . . -ae ambitu circumclausum destinatas regiis voluptatibus continens feras. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 6, 6 p. 784 templum . . . aramque cingebat ex pulcherrimo saxo -a gratissima, usque ad cubitum surgens, quae populum a sacerdotibus segregabat (*gr. 5, 226 γείσιον*). CIL V 6428 *aedilis quidam* podium cum -a et aditus . . . fecit.

4 *de antepagmentis*: PLIN. nat. 30, 89 *stelio habitat* in -is (locis *var. l.*) ostiorum fenestrarumque.

B *testam coclearum*: PLIN. nat. 30, 127 sunt et minutae -aeque (longaeque *var. l.*) candidae (*gen. qual.*) cocleae.

C *pectus* (*cf. gr. θώραξ*): TERT. anim. 15, 5 nec in tota -a pectoris *cubare principale animae*, ut *ait* Epicurus ([*frg. 312 U. ἐν ὅλῳ τῷ θώρακι. Lucr. 3, 140* media regione in p.]. POTAM. tract. 2 p. 1416^{B} intra -am sacri p.). ITALA apoc. 9, 9 (Tycon. *ad l.* = VVLG.) locustae habebant -as (*Primas. ad l.* pectora) sicut -as ferreas.

deriv.: loricarius, lorico (loricatus), loricula. *compos.*: loricifer.

lōrīcārius, -a, -um. *a* lorica. *scribitur* luric- GLOSS. III 307, 68. luca- VEG. mil. 2, 11 (*in parte codd.*). GLOSS. III 366, 78. *nom. plur.* ri CIL XIII 2828. **1** *adi. i. q. ad loricas pertinens*: VEG. mil. 2, 11 fabricas scutarias, -as, arcuarias, in quibus sagittae, missibilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur (NOT. dign. occ. 9, 26 Mantuana -a *fabrica*. 9, 33 Augustodunensis). CIL XIII 2828 opifices -ri. **2** *subst. i. q. opifex loricarum* (GLOSS. *θωρακοποιός*): CIL II 3359 Cornel(ius) Aprilis -us. *fortasse huc pertinet* PAP. Oxyrh. IV 812 (*a. 5 a. Chr.*) ⟨*λω*⟩*ρικαρι(ο)ς*, *sc. si recte supplevit Daris, Aegyptus 42, 1962, 136 coll. ibid. λωρῖκαν*.

lōrīcātio, -ōnis *f. a* loricare. *i. q. lorica, tectorium*: VITR. 7, 1, 5 (*de pavimento*) cum coaxatum fuerit, super altera coaxatio transversa sternatur clavisque fixa duplicem praebeat contignationi -em. PAVL. dig. 50, 16, 79, 2 'voluptariae' *impensae* sunt, quae speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, ut sunt . . . incrustationes, -es, picturae. CET. FAV. 22 prima . . . inductione trullizata *pariete*, cum arescere coeperit, iterum ac tertio -es (ludicationes *codd.*) dirigantur; cum tribus coriis opus fuerit deformatum, *eqs.* (*Vitr. 7, 5, 3* tectoriorum . . . species; *ibid.* soliditas tectorii. *Pallad. 1, 15* tectura).

lōrīcātus *v.* lorico.

θωρακοφόρος **lōrīcifer** (lorificer *trad.*) GLOSS. II 330, 18. *a* lorica *et* ferre.

lōrīco, -āvī, -ātum, -āre. *a* lorica (PRISC. gramm. II 442, 1). *scribitur in codd. parte* luric- VEG. mil. 2, 13 AVG. perf. iust. 11, 27 DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII^{a} 11 PS. VICT. VIT. pass. 4. lorig- AVG. perf. iust. 11, 27. *legitur inde a* BELL. Afr., Hisp., VARRONE; *in poesi p. 1779, 44. abiit in gr. λωρικᾶτος*.

i. q. lorica instruere (*refl.* PLIN., *mediopass.* AVG., *sine obi.* CET. FAV.): **1** *respicitur tectorium in architectura*: VARRO rust. 1, 57, 1 parietes et solum opere tectorio marmorato -andi. TERT. anim. 38, 5 desiderabit . . . inquilinus (*i. anima*) . . . profutura domui (*i. corpori*) . . ., non ut ipse substruendus nec ut ipse -andus (gloriandus *trad.*) . . ., sed tantummodo continendus, quia non aliter contineri possit quam domo fultā. CET. FAV. 19 (*de pavimento praeparando*) tabulas . . . ad tignationem configes et paleam . . . super . . . sternes et -bis de saxo (*Vitr. 7, 1, 3* statuminetur). *dub. an huc referri possit usus p. 1779, 30 sqq. illustratus coll. p. 1779, 34.* **2** *vario usu*: PLIN. nat. 8, 88 *ichneumon* mergit se limo saepius siccatque sole; . . . ubi pluribus eodem modo se coriis -vit, in dimicationem pergit (*Aristot. hist. an. 612 a 18 καταπλάττουσιν. Strabo 17, 1, 39 θωρακισθέντες*). AVG. perf. iust. 11, 27 induimur . . . iustitia . . . et ea quodam modo -amur (*sec. Is. 59, 17 p. 1677, 40*). GLOSS. II 330, 16 *θωρακίζω* -o.

p. p. p. **lōrīcātus**, -a, -um (*ponitur masc. pro subst. p. 1779, 5. 13. 19, fem. p. 1779, 28. 36 sqq.*; PRISC. gramm. II 442, 1 *distinguit* -us *nomen et participium collata differentia quae sit inter ὁ ὁπλίτης et ὁπλισθείς*): 1 *-i sunt animantes eorumve statuae* (*sc. loricam militarem gerentes*): **a** *proprie*: *α bestiae*: BELL. Afr. 72, 4 *ut miles cognosceret*, orna-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tus . . . ac -us cum esset elephans, quae pars corporis eius sine tegmine nuda relinqueretur (ITALA I Macc. 6, 43 [rec. L, *sim.* VVLG.] *v. p. 1677, 56*). GLOSS. V 564, 17 cataphractos graece: equos -os. *β homines*: BELL. Hisp. 4, 1 ex . . . itinere -os viros fortis cum equitatu . . . praemisit. 4, 2 -i . . . ex equis descenderunt. 20, 2 -us unus ex legione vernacula . . . transfugit. 20, 4 centuriones. LIV. 35, 48, 3 equitum innumerabilem vim . . ., partim -os, quos cataphractos vocant, partim sagittis . . . utentes (37, 40, 5. ORAT. imp. Hadr. ad exerc. [CIL VIII 18042] frg. B[a] 9 ut -i iaculationem perageretis. VEG. mil. 2, 6. 2, 15 scutatos pedites et -tos e. [2, 25]. 3, 16 -ti . . . et contati [3, 18]). SEN. epist. 104, 33 *Cato minor* inopiam umoris -us tulit. QVINT. inst. 8, 5, 15 qui cum -us in foro ambularet. SVET. Cal. 45, 2. ITALA I Macc. 4, 7 (rec. L, *sim.* VVLG.) viderunt castram gentium validam et -os et equitatum (*rec. B* exercitum . . . armatum, *gr.* τεθωρακισμένην). VEG. mil. 2, 14 -tus et armis circumdatus omnibus *decurio equitum*. 4, 44 praecipua . . . esse debet tegminum cura, ut catafracti vel -i, galeati etiam et ocreis muniti sint milites. HEGES. 5, 5, 1 -o pectore et proeliari accincti munimine (*l. 44*). VVLG. Ier. 51, 3 non tendat qui tendit arcum suum, et non ascendat -us. MARCELL. chron. II p. 103, 532 Pompeius . . . sub veste -us. *pro exemplo ponitur, quo significetur homo bello occupatus*: AVSON. 419, 52 p. 366, 333 P. in Illyrico arma quatiuntur: tu mea causa . . . -us de toga mea tractas, in procinctu et cum maxime dimicaturus palmatae vestis meae ornamenta disponis. *γ effigies, statuae*: LIV. 23, 19, 18 statua . . . -ta, amicta toga, velato capite (S. C. Plin. epist. 8, 6, 13 [*a. 52*] senatus . . . consulta . . . in aere inciderentur idque aes figeretur ad st. -am divi Iulii. CIL VI 1599, 18 [*a. 177/180*] st. armatam . . . et aliam civili amictu . . ., tertiam -am). PLIN. nat. 34, 18 Caesar . . . dictator -am sibi dicari in foro suo passus est (*antea*: togatae effigies . . ., placuere et nudae . . .; Romana ac militaris *res est* thoraces addere). *inde, ni fallimur, in nomine officii ad aerarium publicum pertinentis, quod iuxta effigiem Caesaris supra memoratam fuisse vid.* (*ad rem v. Hirschfeld, Die kaiserl. Verwaltungsbeamten 4; at Mommsen, CIL VI p. 1156, quem sequuntur Dressel, CIL XV p. 894 et Piganiol, Rev. Et. Lat. 26, 1948, 430 sq., -am esse aedificium lorica i. munimento quodam instructum coniecit, id quod usu p. 1678, 66 sqq. illustrato vix confirmari potest*): CIL VI 8688 actori Caesaris ad Castor(is) et ad -a(m). 8690 (XV 7144) proc(urator) a -a (8691. 8692 [= XV 7143. 7145]). *cf.* INSCR. Rev. Arch. IV 21, 1913 p. 481 n. 143 a 9 *ἀπὸ τῶν λόγων* ⟨*λωρικάτ*⟩*ης Ἀσίας, Παννονίας, Δαλματίας* (*suppl. ex inscr. gemina ibid.* V 20, 1924 p. 396 n. 81, 6).

b *in variis imaginibus* (*accedit abl. instr.* TERT.): TERT. ieiun. 12 p. 290, 24 *Christianus* nihil habens carnis, sic ut nec habeant tormenta materiam, cum sola et arida sit cute -us. AVSON. Mos. 101 *salmo piscis* -o squamosus pectore. PETIL. Aug. c. Petil. 2, 47, 109 vicit Goliam D⟨avid⟩ oleo chrismatis -us (Ps. CHRYSOST. hom. I 916[A] proicit arma et induit fiduciam, egreditur nudus et -us fide [*Migne gr. 55, 569 τεθωρκισμένος τὴν εὐλάβειαν*]).

2 *-ae sunt res*: DONATIO Tiburt. a. 471 p. CXLVII[a] 11 olosiricum -um palleum cassioticum (*cf.* 25 vela lorica⟨ta⟩ milinoporphina [*pro* -ira] uncinata duo. *notione utroque loco obscura; an vocabula* diloris monoloris *conferri possint, non liquet*). Ps. VICT. VIT. pass. 4 genus frumenti . . . nequaquam industria molari contritum, sed manente furfuris cortice -um.

deriv.: loricatio. *cf.* lorictitis, lorix. *compos.*: dilorico.

lorictitis in dep(osito) (denarios) *tot*, in viatico (denarios) *tot eqs.* PAP. Corp. 122, 6 *et saepius ibidem in rationibus militum auxiliariorum, a. 192/196. originis, mensurae notionisque incertae; eodem loco eiusdem formulae 95 et 141* loricem. *significari vid. genus aedificii vel arcae, ita ut fortasse cum* loricatus *l. 30 sqq. cohaereat* (*cf. Diz. epigr. s. v.*).

lōrīcula, -ae *f. a* lorica *deminutive. scrib.* lur- *in parte codd.* HIRT., VEG. *i. q. parva munitio, parvum saepimentum* (*sermonis castrensis esse vocabulum testantur* VEG., HIER.; *extra rem militarem in* ITALA): HIRT. Gall. 8, 9, 3 haec *castra* imperat vallo . . . muniri, -am pro hac ratione (pro proportione *Madvig, alii alia*) eius altitudinis inaedificari (muniri coronis inaedificari *β*), fossam . . . deprimi . . ., turres excitari . . ., pontibus traiectis . . . coniungi, quorum frontes viminea -a munirentur (luricula, lurica *var. ll.*). ITALA deut. 22, 8 (Hier. adv. Pelag. 1, 36) quando aedificaveris domum . . ., facies -am tecto tuo in circuitu, ne sanguinis reus sis, cum aliquis ceciderit ex ea (*Monac.* balteum, *Vulg.* murum, *Aug. loc. hept. 5, 53* coronam solario tuo, *gr.* στεφάνην). VEG. mil. 4, 28 obsidentes ultra ictum teli fossam faciunt eamque non solum vallo et sudibus, sed etiam turriculis instruunt, ut erumpentibus e civitate possint obsistere, quod opus -am vocant; ⌊saepe, cum obsidio describitur, invenitur in historiis -a urbem esse circumdatam⌋ (*del. Lang*). HIER. in Is. 26, 1 pro eo, quod nos vertimus 'antemurale', Symmachus 'firmamentum' interpretatus est, ut ipsi muri munitionibus cincti sint et vallo fossaque et aliis muris, quos in aedificatione castrorum solent -as dicere.

? Euphemus **lōrifer** INSCR. Väänänen Graff. del Palatino I 51 (*sic legit dubitanter Solin, L'interpretazione delle iscrizioni parietali 1970, 39; alii alia, v. vol. IX 2, 703, 23*). *a* lorum *et* ferre, *notionis q. e.* lorarius.

lorigo (GLOSS.) *v.* lurco. **lōrinus** *v.* laurinus.

lōripēs, -pedis *adi. a* lorum *et* pes. *? nom. sing.* loripedis GLOSS. V 656, 8. NOT. Tir. 99, 25 -s. *i. q. habens pedes lorum similes, laxos (vix tortos vel curvos, v. Iuv. interpretes veteres infra), solutos* (*cf. p. 1676, 20. conviciose dictum praeter* PLIN.): **1** *proprie*: PLAVT. Poen. 510 nequiquam hos procos mi elegi -is, tardissimos. PETRON. 45, 11 occidit *munerum editor* de lucerna equites . . .; alter burdubasta, alter -s, tertiarius mortuus pro mortuo, qui habebat nervia praecisa. PLIN. nat. 5, 46 (*gentes fabulosae Africanae*) Himantopodes -es quidam, quibus serpendo ingredi natura sit (*Mela 3, 103* inflexi lentis cruribus. *Sol. 31, 6* fluxis nisibus crurum serpunt potius quam incedunt. *Mart. Cap. 6, 674* debilitate pedum *eqs.*). 7, 25 Megasthenes (*F Gr Hist 715 F 29*) *gentem dicit esse in India* . . . anguium modo -em, vocari Sciratas. IVV. 2, 23 -em rectus derideat, Aethiopem albus (*proverbialiter*. SCHOL. solutum pedibus aut curvis. *huc vel ad locum sequentem spectant* GLOSS. V 506, 43 tortis pedibus [523, 26. 572, 3. 656, 8]. 656, 7 loreis pedibus hominem, quem et ⟨him⟩antipodem dicimus). 10, 308 nullus ephebum deformem . . . castravit . . . tyrannus, nec praetextatum rapuit Nero -em nec strumosum atque utero pariter gibboque tumentem. GLOSS. II 332, 9 *ἱμαντόπους* -s. **2** *translate*: ENNOD. carm. 2, 146, 5 vitant -em . . . pangere versum vel quos in somnis respiciunt studia (*cf. 1 sq.* artis grammaticae librum de carmine fracto qui poscit, solidos certat habere pedes).

loritem Alex(andrinam) PAP. Sitz. Ber. Ak. Heidelberg 1914, 2. Abh. p. 23, 11 (*saec. II; index ornamentorum argenteorum*). *litterae* rit *valde incertae sunt, notio mensuraque obscura.*

? **lorix,** -cis *v.* lorictitis. *originis, mensurae notionisque obscurae; dub. an cum* loricatus *p. 1679, 30 sqq. cohaereat.*

***lōrum,** -ī *n. et* lōrus, -ī *m.* [*cf. armen.* lar '*funis, restis*' *sim. nec non gr. εὔληρα, αὔληρα* (*Hesych. ἄβληρα· ἡνία*), *quae stirpem a litteris* ul- *incipientem indicant. Sch.*] DON. Ter. Ad. 181, 1 -a apud veteres laura dicebantur a lauro (laura *codd.*) triumphorum, sub qua necesse erat captivos vinciri ducique per pompam; ideo, ut condicionis reminiscantur, -is caeduntur mancipia. *genus neutrum* (*et prosodiam* lō-) *testatur* CHAR. gramm. p. 126, 30 B. (*v. p. 1675, 13*); *masc.* lorus: PETRON. 57, 8 *in sermone liberti*. APVL. met. 3, 13, 4. 3, 14, 2 SCHOL. Iuv. 6, 480, 1 GLOSS. II 286, 7. 332, 10 (*utroque loco in interpretatione vocis ἱμάς iuxta* -um). *cf. graec. l. 36.* NOT. Tir. 99, 24. *legitur inde a* PLAVTO, CATONE, TER.; *gen.* -orum *non occurrit. vox abiit in gr. λῶρος, cf. λωρίον.* [*sard. centr. et mer.* loru; *astur.* tsoru; *port.* loro. *cf. M.-L. 5127. Wagner II 38. Wartburg V 423 sq. Machado[2] II 1436. St.*]

i. q. ἱμάς (GLOSS.; *quae vox ubi respondet non adnotatur*. GLOSS. II 586, 43 -um funis): **1** *proprie significatur pars corii oblonga*: **a** *vincula* (CHAR. gramm. p. 126, 30 B. -a . . . e corio vincula, ut et Lucilius [*v. infra*]): PLAVT. Capt. 658 (*ad lorarios*) ite istinc, ecferte -a. :: num lignatum mittimur? (*cf. p. 1681, 55*). :: inicite huic manicas. Epid. 612 non omnes *dei* ex cruciatu poterunt eximere Epidicum; Periphanem emere -a vidi. 684 habes -a; . . . colliga *manus*. Most. 1038 servorumque operam et -a mihi cedo (*1065* manicas). Truc. 783 vis subigit verum fateri, ita -a laedunt bracchia (*784* vinclis exsolvemini). LVCIL. 326 ipsa suo e (si se *trad.*) corio omnia -a (*subesse proverbium quale est ἐκ τοῦ βοὸς ἡ μάστιξ coni. Marx*). HOR. carm. 3, 5, 35 qui *captivus* -a restrictis lacertis sensit. LIV. 9, 10, 7 cum apparitor . . . laxe vinciret: 'quin tu' inquit 'adduces -um, ut iusta fiat deditio?' PETRON. 102, 8 vos in duas iam pelles coniciam vinctosque -is inter vestimenta habebo (*12* vincla). PLIN. nat. 11, 185. ITALA act. 22, 25 (cod. g = VVLG.) cum adstrinxissent eum -is ([cod. e extendissent *sec. gr. προέτειναν*]. SCHOL. Ter. p. 151, 29).

b *habenae, frena, capistra sim., quibus animantes (sc. animalia; homo* VELL. *sub δ) reguntur, ducuntur, alligantur* (*cf.* GLOSS. habena. retinaculum. *ἡνία. iuxta sunt* habenae *l. 69. 84. p. 1681, 16*. SIL. 4, 211, frenum SIL. 4, 211 MART. CAP. 5, 515 *nec non p. 1682, 21*): *α equi* (*tigres Bacchi* OV. ars 1, 550): PLAVT. Men. 865 iam adstiti in currum, iam -a teneo (VERG. Aen. 1, 477 Troilus . . . fertur equis curruque haeret resupinus inani, -a tenens tamen. *al.*). Merc. 931 iam in currum escendi, iam -a in manus cepi meas. CIC. har. resp. 23 puer . . . si tensam non tenuit, si -um omisit. VERG. georg. 3, 107 proni dant -a (Aen. 1, 156 OV. am. 3, 2, 11. ars 2, 434 ut in curru modo det fluitantia rector -a, modo admissos arte retentet equos. *al.*). Aen. 5, 146 immissis aurigae undantia -a concussere iugis (OV. am. 2, 16, 50). 9, 318. 12, 469 *Iuturna* aurigam Turni media inter -a . . . excutit . . .; ipsa subit manibusque . . . flectit habenas (HOMER. 514 *auriga* ruens ictu m. i. -a rotasque volvitur [*Θ 121 ἡνίοχον . . . ἵππων ἡνί' ἔχοντα βάλε*]). 12, 532. 12, 624 currumque et equos et -a regebat (ELEG. in Maecen. 1, 126 STAT. Theb. 6, 450). OV. am. 1, 13, 10 (*3* quo properas, Aurora? mane!) supprime -a manu. 3, 2, 14 de . . . meis manibus -a remissa fluent (met. 2, 200). 3, 2, 72 tende . . . -a sinistra (STAT. Theb. 6, 284). met. 2, 127 (*ad Phaethontem*) parce . . . stimulis et fortius utere -is (*sc. currus Solis ut*: SEN. Med. 34 flagrantibus . . . -is . . . moderari iuga. 875 nullo morante -o. LVCAN. 2, 413 succendit Phaethon flagrantibus aethera -is. STAT. Theb. 3, 412. *al.*). 2, 145 corripe -a. 2, 315 *equi* colla iugo eripiunt abruptaque -a relinquunt (*p. 1681, 9*). 15, 524 excutior curru, -isque tenentibus artūs *eqs.* ([*510* habenas]. *in morte Hippolyti ut* fast. 3, 265 -is [*var. l.* furiis] direptus equorum. 6, 743 -is . . . morantibus artus. *cf. Eur. Hipp. 1236 ἡνίαισιν, Sen. Phaedr. 1086* laqueo tenaci). LIV. 21, 27, 9 equorum pars magna nantes -is a puppibus trahebantur (*in transitu fluvii ut* CVRT. 7, 9, 4). 35, 34, 10 -is ducere equos. SEN. Phaedr. 1006 habenis

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-a permissis quatit (Sil. 16, 414. 16, 439 pro stimulis dorso *equorum non iam ab auriga rectorum* quatiuntur inania -a). *al.* β *boves, muli, asini, rhinoceros* (Vvlg.): Cato agr. 63 -a retinacula *ad aratrum* longa pedes XXVI (135, 5 in plostrum p. *tot*, ad aratrum p. *tot*). 135, 5 praeductoria. Verg. catal. 10, 22 paterna -a *dis vovet mulio*. CE 44, 4 (*Pompeiis*) prende -a et excute (Apvl. met. 6, 27, 1. 6, 30, 3). Apvl. met. 4, 3, 9 me -o quam valido ad ansulam quandam destinatum (*v. vol. V 1, 755, 60*). 6, 27, 1 -um, quo fueram destinatus, abrumpo (*p. 1680, 79*). 6, 27, 3. 6. 7, 24, 5. Vlp. dig. 9, 2, 27, 34 si . . . mulum ille . . . alligaverit, de -o mulus eruperit. Vvlg. Iob 39, 10 *v. infra l. 45*. Svlp. Sev. Mart. 21, 4 iunctis . . . bubus dum dissoluta artius -a constringit, bovem . . . excusso capite *eqs.* Mirac. Theclae 2 boves . . ., qui . . . iugabantur ad vehicula, omnia -a et iuga excutientes . . . dispersi sunt.

γ *canes venatici*: Gratt. 213 -um cervice ferentem. 255 sive in -a (ora *trad.*) voces seu nudi ad pignera Martis (*i. sive -o liges sive mittas*). Sen. Phaedr. 33 teneant . . . -a Molossos (*32* habenas, *34* vincula). Thy. 498. Lvcan. 4, 444 tremulo . . . -o. Plin. nat. 8, 147. *al.* δ *homo*: Vell. 2, 19, 2 iniecto in collum -o in carcerem . . . perductus est *Marius* (*cf. Oros. hist. 5, 19, 7* turpi . . . spectaculo).

ε *instrumentum verberandi* (*cf. p. 1682, 3 et* Schol. Ter. p. 151, 29 -um dicitur genus verberis, id est corrigia. Schol. Iuv. 6, 480, 1 scutica: -us latus, corium non confectum): Plavt. Merc. 1002 -is caedite (*v. vol. III 58, 54 sqq.; cf.* Ivv. 6, 414 concidere). Poen. 26 ne et hic varientur virgis et -is domi (*cf.* Pseud. 145 ego vestra latera -is faciam ut valide varia sint). Persa 731 transcidi -is omnis. Ter. Ad. 182 usque ad necem operiere -is. :: -is liber? :: sic erit. Hor. epist. 1, 16, 47 -is . . . ureris. Ps. Hor. sat. 1, 10 l. 5 puer et -is et funibus udis exoratus. Sen. contr. 10, 4, 24. Petron. 11, 4 -um de pera solvit et me coepit . . . verberare (*cf.* Apvl. met. 3, 14, 2 -us iste, quem tibi verberandae destinasti). Mart. 10, 5, 14 sectus Aeaci -is. 10, 62, 8 cirrata -is horridis Scythae pellis, qua vapulavit Marsyas. Apvl. met. 3, 13, 4. Vlp. dig. 47, 10, 15, 39 (*ex Labeone*) si . . . servum . . . -is ruperit. Avg. civ. 22, 22 p. 604, 30 D. quid *sibi volunt* paedagogi, quid magistri, quid ferulae, quid -a, quid virgae, quid disciplina illa (*sc. Sirach 30, 12*)? *al. dub. an huc etiam* Lvcil. 326 (*v. sub 1 a*).

ζ *-um subiugium, quo aptatur iugum*: Cato agr. 10, 2 iuga cum -is ornata. 63 in aratrum subiugia -a pedes XVI (135, 5 in plostrum. *ibid.* in aratrum. Vitr. 10, 3, 8 cum iuga . . . s. -is per medium temperantur). Vitr. 10, 3, 8 -o traiecto fit una pars iugi longior (*ibid. saepius*). Pavl. Fest. p. 39 cohum: -um, quo temo buris cum iugo conligatur. Cvrt. 3, 1, 18 gladio . . . ruptis omnibus -is ([*15* nodis, *16* vinculum]. *Gordii ut* Avson. 326 p. 114, 13 P. fatalis iugi -a cum solvere non posset, abscidit. 417, 48 p. 278 [*Iust. 11, 7, 16* loramenta. *Arrian. anab. 2, 3 al.* δεσμός]). Itala Iob 39, 10 (cod. 161) alligabis in -is iugum suum, *sc. monocerotis*? (Vvlg. alligabis rinocerota ad arandum -o tuo?). Vvlg. Sirach 33, 27 iugum et -um curvant eollum durum *asini* (*an ad bβ?*).

η *cuilibet usui destinata* (*exempla selecta inde a* Vitr.; *in lusu verborum cum notione l. 20 sqq. illustrata l. 50*): Cato agr. 10, 5 lectos -is subtentos (*cf.* Qvint. inst. 6, 3, 25 praetor, cum sellam eius curulem consul . . . fregisset, alteram posuit -is intentam; dicebatur autem consul a patre flagris aliquando caesus. *aliter infra l. 84*). 97 amurca decocta axem unguito et -a (*inde* Plin. nat. 15, 34). 135, 4 *funis* toros III habeat, -a in toros singulos IX lata digitos II. orig. 33 qui aquatum ut lignatum videntur ire, securim atque -um ferunt, gelum crassum excidunt, eum -o conligatum auferunt (*cf. p. 1680, 43*). Varro Men. 276 navem . . . palustrem, quam nautici equisones . . . ducerent -o (*cf. Hor. sat. 1, 5, 18* retinacula). ling. 5, 116 *p. 1676, 37*. 8, 10 *copula* et *quaslibet res iungere possumus*; uno enim -o alligare possis vel hominem vel equum vel aliud quod, quidquid est, quod cum altero potest colligari. frg. Gell. 17, 3, 4 Liburni . . . plerasque naves -is suebant, Graeci magis cannabo et stuppa. Catvll. 22, 7 (*in descriptione libri pretiosi*) novi umbilici, -a rubra membranae (*de re non constat; cf. e. g. Birt, Buchrolle in d. Kunst 242; Blümner, Privataltertümer 646, 13*). Nep. Eum. 5, 5 substringebat caput *equi* -o altius. Verg. Aen. 2, 273 *Hector* per . . . pedes traiectus -a tumentes (*cf.* Cvrt. 4, 6, 29 per talos . . . spirantis -a traiecta sunt). Prop. 3, 14, 9 ligat ad caestum gaudentia bracchia -is. Ov. met. 10, 114 bulla super frontem *cervi* parvis . . . -is vincta movebatur. Liv. 23, 19, 13 *in urbe obsessa* ad id ventum inopiae est, ut -a detractasque scutis pelles, ubi fervida mollissent aqua, mandere conarentur (*de eadem re* Val. Max. 7, 6, 2 -a necessariis vinculorum usibus subducta. *cf.* Rvfin. hist. 3, 6, 19 ne -is quidem vel cingulis aut ipsis . . . calciamentis abstinuerunt [*Ios. bell. Iud. 6, 197* ζωστήρων . . . καὶ ὑποδημάτων. *sim. Ps. Rufin.* nec cingulis nec calciamentis]). Vitr. 10, 3, 7 mediae . . . partes phalangarum, quibus -a tetraphororum invehuntur (*de iisdem* 10, 3, 8). Pavl. Fest. p. 12 'ammenta' . . . solearum -a (*fort. huc pertinet* Sen. dial. 9, 11, 9 quae dignitas, cuius non praetextam et augurale et -a patricia sordes comitentur?). Scrib. Larg. 180 *cibis* reiectis per pinnam aut -um vomitorium. Plin. nat. 33, 10 ut eorum, qui equo meruissent *stipendia*, filii insigne id, *sc. bullam auream*, haberent, ceteri -um (*de eadem re*: Ivv. 5, 165 puero si contigit aurum vel nodus tantum et signum de paupere -o [Schol. nobilium pueri bullas aureas habebant, pauperum de -is]. Macr. Sat. 1, 6, 14 ut libertinorum . . . filii . . . -um in collo pro bullae decore gestarent. *cf. vol. II 2242, 8 sqq.*). Mart. 2, 57, 6 recens . . . sella linteisque -isque (*sc. quorum ope portabatur ut*: Coripp. Iust. 4, 229 tollitur . . . divalis s. . . . ministrorum manibus, . . . et -is fortibus aptant *umeros* . . . iuvenes. *aliter p. 1681, 50*). 6, 21, 9 *Venus* arcano percussit pectora -o (*de cingulo Veneris ut*: Min. Fel. 23 [24], 4 Iovem narrat *Homerus* . . . -o [thoro *cod.*, toro *edd. nonnulli*] Veneris inlectum *eqs.* [*Ξ 214* κεστὸν ἱμάντα]. *cf.* Tert. idol. 19 p. 53, 18 cingitur -o . . . Iohannes [*cf. p. 1676, 26*]. Vitae patr. 5, 8, 17 -um, quo cingebatur. *al.*). Ivv. 2, 125 arcano qui sacra ferens nutantia -o sudavit clupeis ancilibus. Gell. 17, 9, 9—13 (*describitur genus epistulae Laconicum, sc.* σκυτάλη) circa . . . surculum -um modicae tenuitatis . . . conplicabant *eqs. al.*

2 *in imagine, comparatione vel per similitudinem*: a *usus, sc. -i ad vinciendum vel regendum adhibiti, respicitur disciplina, regimen*: Prop. 3, 9, 57 (*confert se cum equo, Maecenatem cum auriga*) tu coeptae fautor cape -a iuventae *meae* dexteraque inmissis da mihi signa rotis. Ov. ars 1, 41 dum licet et -is passim potes ire solutis, elige, cui dicas 'tu mihi sola places'. rem. 397 hactenus invidiae respondimus; attrahe -a fortius et gyro curre, poeta, tuo. Avr. Fronto p. 45, 13 v. d. H. accusationes seu -a . . . viam ostendunt. Avg. conf. 1, 11, 18 rogo . . ., quo consilio dilatus sum, ne tunc baptizarer, utrum bono meo mihi quasi laxata sint -a peccandi an non laxata sint. Sidon. epist. 8, 6, 9 vel silentio -a laxare vel stringere frena garritui. Ennod. carm. 2, 123, 4 liber exstat, hoc quicumque colla -o (*i. studiis liberalibus sim.*) vinxerit. Greg. M. moral. 7, 14 onagri (*Iob 6, 5*) appellatione signati sunt . . . qui *laici* in campo fidei constituti nullius officii -is ligantur; . . . bovis significatio exprimit . . . quos ad praedicationis officium suscepti ordinis iugum premit (*infra*: o. -is tenentur). 10, 23 pullo onagri (*Iob 11, 12*) esse similis concupiscit, ut disciplinae hunc -a non teneant (*antea*: ut . . . sub disciplinae dispositione religetur, et quasi domesticum animal -is vinctum serviat). 10, 24 ut . . . quasi iumenta domestica praeceptorum -is mentis colla subiciant. *ibid.*: ut mens nostra . . . superni regiminis -o teneatur.

b *speciei, formae; sc. respicitur*: α *mentula languida*: Petron. 57, 8 tu lacticulosus . . ., vasus fictilis, immo -us in aqua, lentior, non melior (134, 9 -um in a., non inguina habet). Mart. 7, 58, 3 madido . . . simillima -o inguina nec lassa stare coacta manu. 10, 55, 5 *penis* post opus . . . -o . . . similis iacet remisso. β *flagellum vitis* (*cf. vol. VI 1, 836, 41 sqq.*): Plin. nat. 14, 11 vidi . . . villas et domos ambiri singularum *vitium* palmitibus ac sequacibus -is.

deriv.: loramentum, lorarius, loratus, loreus. *cf.* lorica.

compos.: di-, mono-, pente-, triloris; *?* lorifer, loripes.

cf. Onom. *Bader.*

losna *v.* luna.

[lota, -ae *f. vix recte agnovit editor* Pap. Florent. *supra p. 1047, 64.*]

loteum *v.* lotium.

lōtiālis, -e. *a* lotium. *scribitur* lotea-, lucia-. *i. q. ad lotium pertinens*: Soran. p. 19, 14 *umbilicus infantis constat* ex quinque rebus, duabus venis et duabus arteriis, per quas nutrimenta sanguinis infanti subministrantur; quintus est autem -is dictus (*trad.*, ductus *temptaverim coll. vol. V 1, 2174, 25—29*), qui infantis lotium in corium transmittit (*gr. p. 42, 24 Ilb.* τὸ δὲ πέμπτον ἀγγεῖον, ὅπερ οὐρητικὸν [*corr. sec. lat.*, ἀρτηρίαν *trad.*] οὕτως ὀνομάζομεν, πρὸς τῶν ἀνατομικῶν οὐραχὸς [οὕτως ἀρχὸς *trad.*] καλεῖται). *Bk.*

[**lotices** Oribas. eup. 4, 45 La p. 560 *corruptum pro* (h)elcticis, *cf. gr. 4, 44, 3* τοῖς ἑλκτικοῖς.]

lōtīcius, -a, -um. *a* lotus (lautus); *cf.* lauticius. 1 *i. quod aqua lautum, conspersum est*: Chiron 241 alica -a (*respondere videtur Veg. mulom. 1, 53, 4* anagallici). 967 furfure de frumento -o decoques ('lotio?' *Oder inepte. cf. 139* gramen lotum). 2 *i. quod dilutum est*: Hippocr. cib. 35 carenu(s) (*i.* caroenum; *gr. respondere vid. VI 556 L.* αἱ τρύγες στεμφιλίτιδες) virtutem habet ut acetu(m) -um, humectat, deducit et inflat sicut mustus.

lōtio *v.* lavatio, *ubi p. 1035, 52 addas*: [*comit.* louson '*pestilentia levis*'. *cf. Wartburg V 424. St.*]

lōtiolentus, -a, -um. *a* lotium; *cf.* vinolentus. *i. q. lotio conspersus, lotii plenus, putidus sim.* (*non nisi m. pro subst., convicio adhibitum*): Titin. com. 137 -e! :: flocci fiet (Non. p. 131, 30 *ad l.* -e dictum veluti lutulente, a lotio). :: culi cultor (cularcultor *trad.*; *coniecturas varias tractat Opelt, Schimpfwörter 1965, 97, 35*).

? **lōtiōsus,** -a, -um. *a* lotium, *si recte trad.* *i. q. lotii plenus*: Veg. mulom. 1, 56, 31 oportet . . . ferramento -orum (otiosorum *var. l.*, 'concisorio *vulg.*' *Lommatzsch*) animalium soleas ranulasque purgari.

×lōtium, -ii *n.* *a* lavare (lotus); *cf.* Isid. orig. 11, 1, 138 qui humor (*sc. urina*) vulgo -um dicitur, quod eo lota, id est munda, vestimenta efficiantur. *scribitur in codd. etiam* loteum *hic illic* (Chiron *passim; at* -ti- Veg. *locis geminis*), loci- (Gloss.), lut- (Apvl. met. 1, 14, 2 *F, corr. φ.* Chiron 125 Gloss.), luttiu (Oribas. syn. 9 add. p. 400), luzo (Gloss. V 506, 60). *gen.* -ti Catvll. (*si recte restituitur*); -tii (-tei) *saepius.* *legitur inde a* Catone, *in poesi apud* Catvllvm; *vocem vulgarem esse testatur* Isid.; urina *est vox propria et legitur passim apud artium scriptores, in poesi apud Catullum (v. p. 1683, 34), Mart., Iuv.* [*pedem.* lots; *var. francoprov.; immixta voce* lutum: *sard. mer.* luttsu. *cf. M.-L. 5129. Wagner II 47. Wartburg V 424. St.*]

i. q. urina (*item* Schol. Iuv. 6, 312. Isid. *l. c.* Gloss. [*variat cum hac voce* Svet. Vesp. 23, 3 *et passim in variis recc. argumenti eiusdem*]. *[B.]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Gloss. οὖρον. οὖρος. luzo: minctura [minia- *trad.*], urina): 1 *varia exempla*: Cato agr. 122 (*cf.* capp. 131) vinum concinnare, si -um difficilius transibit (*cf. ceteras iuncturas actionem mingendi significantes*: 127, 1 -um facere [Chiron 461 *bis*]. 156, 7 quibus aegre -um it quibusque substillum est). Petron. 57, 3 (*verba liberti de Ascylto*) larifuga nescio quis, . . . qui non valet -um suum (*vix* '*suillum*'). Svet. Vesp. 23, 3 reprehendenti filio Tito, quod etiam urinae vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares sciscitans, num odore offenderetur; et illo negante 'atquin' inquit 'e -o est'. Apvl. met. 1, 14, 2 (*1, 13, 8* urina) -o perlutus (-lit- *F*) *a strigis* (1, 18, 6 -o perfusus). Non. p. 131, 30 *v.* lotiolentus. Schol. Iuv. 6, 310 ('micturiunt . . . effigiemque deae longis siphonibus implent') iactationibus -ii (luteis *trad.*). 6, 312 ('coniugis urinam') -um . . . uxoris (*sed vocem* urina *usurpat ipse scholiasta 6, 309*). Soran. p. 19, 14 *v.* lotialis. Ps. Soran. quaest. med. 236 inferior pars vesicae propter transitum -i *non coniungitur*. Plac. med. 9, 22 rec. *a* tit. ne super canis -um mingat (*in contextu*: s. urinam c.). 2 *in agricultura*: Cato agr. 7, 3 -um suillum aut stercus ad radicem *arborum* addere oportet, uti pabulum malorum fiant (*cf. de eadem re* Colvm. arb. 23, 1 stercore suillo et humano et -o humano veteri radices rigato [*5, 10, 15* st. s. et h. urinaque vetere]). Colvm. arb. 8, 5 plagam *vitis* acri aceto pariter ac -o veteri permixta terra linito eodemque radices rigato (*Plin. nat. 17, 262* urina). Garg. Mart. pom. 3, 7 *in cultura amygdalorum* utile est, si effundatur stercus suillum humano -o resolutum et radicibus superfusum. Pallad. 12, 7, 14 radicibus *pruni* debet infundi vel bubulum -um solum vel humanum vetus *dilutum*.
3 *adhibetur pro medicamine* (*pro dentifricio apud* Catvll.): Cato agr. 156, 1 -um *hominis, qui brassicam comederit*, . . . ad omnes res salubre est. 157, 10 -um conservato eius, qui brassicam essitarit, id calfacito, eo hominem demittito . . .; pueros pusillos si laves eo -o, numquam debiles fient; et quibus oculi parum clari sunt, eo -o inunguito, plus videbunt; si caput aut cervices dolent, eo -o caldo lavito, desinent dolere. (11) si mulier eo -o locos fovebit. Catvll. 39, 21 (*18* quod quisque minxit) ut, quo iste vester (*sc. Egnati*) expolitior dens est, hoc te amplius bibisse praedicet -i (lotus *trad.; morem Celtiberorum testantur Catull. 37, 20* dens Hibera defricatus urina. *Diodor. antiq. 5, 33, 5 Strab. 3, 4, 16*). Pelagon. 15 creta . . . in aqua vel -o infusa. 155 lutum de via, id est ex -o cuiuslibet equi factum (*sim.* Veg. mulom. 1, 61, 1. 2, 79, 22). 353 -ii veteris faecis *quantum* (Chiron 944 Veg. mulom. 2, 135, 4 Plac. med. 17, 17 rec. *β*). *al. apud eundem*. Chiron 125 potionem dato -um humanum et arietinum ([Veg. mulom. 1, 31 tam hominum quam arietum]. 1, 17, 19 ex -o humano veteri vel arietino [Chiron 203 ex -o putido *tantum*]). 360 terrae intestinum, id est lumbricos, necato in -o *eqs. al.* Marcell. med. 4, 34 -o taurino (*Plin. med. 1, 3, 1* urina tauri). *al.*

deriv.: lotialis, lotiolentus, *?* lotiosus.

lōtomētra, -ae *f.*, *λωτομήτρα*. *i. q. nymphaea herba* (*cf. p. 1685, 11 sqq.; ad rem v. Steier, RE XIII 1521, 40 sqq., André, Lex. des termes de botan. s. v.*): Plin. nat. 22, 56 (*55* loton *et arborem et herbam*) est et -a (-as *R*), quae fit ex loto satā, ex cuius semine simili milio (simillimo *fere trad.*) . . . fiunt panes in Aegypto . . .; inter remedia eorum *ventris morborum* habe[n]tur (1, 22, 28 *medicinae ex* -a. *fructum significari contendit André, vix recte*). Ps. Apvl. herb. 68 l. 8 a Graecis dicitur nimfea, . . . alii -a (latiom-, iotom- *var. ll.; cf. codd. interpol.*: Latini matrem. *inde depravatum* Gloss. III 567, 39 latromata i. nimphea).

lōtor *v.* lavator.

***lōtos**, -ū *et* lōtus, -ī *f.* (*m.*), *ὁ λωτός*. *scrib.* lut- Symm. epist. 1, 47 (41), 1 *et in cod. La* Oribas. syn. 2, 1 p. 93, 10 Mø. *al.* *formae graecae: sing. nom.* -os: Varro (*e coni.*), Cvlex, Paneg. in Mess., Prop., Ov., Epist. Sapph., (Pavl.) Fest., Plin. nat., *al.* *gen.* -u: Oribas. eup. 4, 8, 3 La p. 534. *dat. vel abl.* -o *v. infra*. *acc.* -on (*sed* -o Diosc. 2, 85 p. 212, 20): Ov., Plin. nat., Sil., Hyg., Soran., Isid. *plur. nom.* -oe: Plin. nat. 17, 5. *latinae: sing. nom.* -us Veran. Macr. Sat. (*iuxta* cornus), Colvm., Plin. nat. 16, 212 (*iuxta* hebenus, *sed* 16, 186 *iuxta eandem vocem* -os), Pavl. Nol., Oribas., Gloss. *gen.* -i: Colvm. 10, 258 (-ae *trad.*). Dioso. 3, 18 p. 384, 2 Oribas. syn. 9, 42 add. Aa 3 p. 353. *dat. vel abl.* -o: Verg., Plin. nat., Diosc. *acc.* -um: Cic. *plur. acc.* -os: Verg. *genus fem.: ?* Varro (*e coni., v. p. 1684, 17*), Ov., Plin. nat., *al., sc. tam de arboribus quam de herbis* (*cf.* arbor -os Plin. nat. 13, 104. 14, 101 Oribas. eup. 2, 1 L 12 Aa. -on herbam Plin. nat. 1, 22, 27. 14, 101. 24, 6). *masc.*: Cic. *de arbore; ceterum de herbis*: Mart., Hyg. fab., Diosc. 4, 106 p. 54, 15. 4, 108 p. 55, 2 -o trifolio (lato trifolia *trad., gr. 4, 112 λωτῷ τῷ τριφύλλῳ*). 4, 109 p. 55, 8. Oribas. eup. 2, 1 L 11 La (*seq. pron. rel. neutr.*). 2,1 L 12 Aa. *inde a* Varrone (*e coni.*), Cic. (*var. l.*), Veran., Nep. *p. 1684, 7*, Verg. [*cat.* llot; *port.* lodo. *cf. M.-L. 5131a. Corominas III 53. Machado² II 1431. St.*] [*vix recte editum* Soran. p. 118, 10 priapisco (*i. bacillo sim., vulvae immittendo*), quem Graeci -on dicunt (Grecitas -on *cod. h*, Greci laton *b l*, Greci caleston *cod. in ed. Drabkiniana Cael. Aur. gyn. 2, 130 adhibitus*).]

significantur et arbores et herbae (*cf.* Plin. nat. 13, 107 *v. p. 1685, 13*. 14, 101 ex -o arbore, frutice, herba. 22, 55 *v. p. 1684, 82*. 24, 6 -on herbam . . ., alias et Syrticam arborem diximus. *ad rem v. Steier, RE XIII 1515 sqq., André, Lex. des termes de botan. s. v.*): 1 *respiciuntur arbores vel frutices*: **a** *re vera ab antiquis cognitae: viri docti imprimis intellegunt* '*celthim australem L.*' *et* '*ziziphum -um W.*', *quibus Steier l. c. 1528 sq. addit* '*diospyrum -um L.*'; *sed inter has arbores non omnia exempla scriptorum accurate distribui posse vix est quod moneamus. ipsum Plinium genera confudisse demonstrat Steier l. c. 1529, 3 sqq.; cf.* Plin. nat. 13, 104 Africa, qua vergit ad nos, insignem arborem -on gignit, quam vocat celthim, et ipsam Italiae familiarem, sed terra mutatam. praecipua est circa Syrtis atque Nasamonas; magnitudo quae piro, quamquam Nepos Cornelius brevem tradit (*frg. 20*. Gloss. V 554, 13 arbor piro similis); incisurae folio crebriores, alioqui ilicis viderentur; differentiae plures, eaeque maxime fructibus fiunt; (105) magnitudo huic fabae, color croci . . .; nascitur densus in ramis myrti modo, non ut in Italia cerasis, tam dulcis ibi cibo, ut nomen etiam genti terraeque dederit nimis hospitali advenarum oblivione patriae . . .; (106) melior sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur; vinum quoque exprimitur illi . . ., quod ultra denos dies negat durare idem Nepos bacasque . . . condi . . .; ligno colos niger, ad tibiarum cantus expetitur; e radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant.

α de arbore: Varro Men. 390 caeditur -os (lutos, lucos *trad.*) ⟨alta⟩ (*metri gratia suppl. Bücheler; alii alia*), alta fros decidit Palladis (*an ad b ?*). Cic. fam. 7, 20, 1 (*Trebatio*) nec Papirianam domum deseres, quamquam illa quidem habet -um (*M; genus masc. dubitationem movet, cf. p. 1683, 69*; lutum, lucum *ceteri*), a quo etiam advenae teneri solent; quem tamen si exciderís, multum prospexeris (*simul ad arbores sub b tractandas alludi recte contendit Préchac, Class. Quart. 7, 1913, 276 sqq.*). Veran. Macr. Sat. 3, 20, 2 felices arbores putantur esse . . . cornus, -us. Verg. georg. 2, 84 genus haud unum nec fortibus ulmis nec salici -oque neque Idaeis cyparissis (Serv.: -os nympha quaedam fuit . . .; in arborem versa est, quae vulgo faba Syriaca dicitur [Isid. orig. 17, 7, 9 *v.* 2. mella]). Ov. met. 9, 341 haud procul a stagno, Tyrios imitata colores (*sc. et floribus et fructibus*) in spem bacarum florebat aquatica -os ([*sc. aquae vicina; fortasse confunditur cum herba sub 2b tractanda. de eadem* 9, 365 Dryopen quaerentibus illis ostendi -on]. 10, 96 Epist. Sapph. 159). Colvm. 7, 9, 6 nemora sunt convenientissima *subus*, quae vestiuntur quercu . . . pomiferisque silvestribus, ut sunt . . . -us, pampinus *eqs.* Plin. nat. 12, 30 tradunt in Indica -o (*edd.*; toto, loco, luco *trad.*) id *caryophyllon* gigni. 13, 104 (*syn.* celthis, *v. l. 5*). 14, 101 *v. p. 6831, 80*. 15, 101 magna et bacis differentia; aliae namque sunt olivis, lauris et alio modo -o, cornis *eqs.* 16, 121 *caudices nulli sunt* -o transmarinae. 16, 123 alia *arbor* in cacumine ramosa *est*, ut pinus, faba Graeca (24, 6 *vis medicinalis describitur; cf.* 1, 24, 6 -o Italica), quam Romae a suavitate fructus, silvestris quidem, sed cerasorum paene natura, -on appellant. (124) praecipue domibus expetitur ramorum petulantia brevi caudice latissima exspatiantium umbra . . .; cortice pelles tingunt, radice lanas (*cf.* 17, 5 -oe patula ramorum opacitate lascivae). 16, 172 ludicrae *tibiae fiunt* . . . e -o. 16, 186 tota ossea *est* . . . -os. 16, 204 spississima (scissima *trad.*) *est* -os, quae Romae ita appellatur. 16, 212 cariem vetustatemque non sentiunt cupressus . . ., -us *eqs.* 16, 235 Romae *est* . . . -os in Lucinae area *vetustate praecipua* . . . antiquior, sed incerta eius aetas, quae capillata dicitur. 16, 236 altera -os in Volcanali . . . aequaeva urbi intellegitur, ut auctor est Masurius *eqs.* Marcell. med. 27, 112 -os, unde tibiae fiunt, in scobem secta vel rasa. Diosc. 1, 128 p. 65, 11 M. de agrifolia, id est -o: arbor est ingens, cuius semen simile est piperis *eqs.* (*gr. 1, 117 λωτὸς τὸ δένδρον tantum*). Oribas. syn. 2, 1 La p. 93, 10 Mø. -us, id est rus (*pro* ros), quod calegarii utuntur. *et saepius apud eundem*.

β de tibiis ex ligno harum arborum confectis (*cf. l. 15. 43. 49. 60*): Ov. rem. 753 citharae -osque lyraeque. fast. 4, 190 horrendo -os adunca sono (*181* Berecyntia tibia). Sil. 8, 504 Marsya . . . Mygdoniam Phoebi superatus pectine -on. 11, 430 ut strepit . . . Phrygiam ad Nilotica -on Memphis. Mart. 8, 50(51), 14 Palladius . . . -os . . . sonat.

b *fabulosae, sc. Lotophagorum Homeri propriae* (*cf.* Pavl. Fest. p. 119 -os arboris genus, ex cuius materia frequenter tibiae fiebant [*pertinet ad a*], cuius bacis quondam pasti Lotophagi sunt dicti. *arborem intellegunt* Cvlex, Plin., Sil., Symm., *quam viri docti* '*zizipho -o L.*' *aequant, quamquam eius fructus vix ἄνθινον εἶδαρ Hom. ι 84 appellari potest; hunc cibum respexisse videtur* Hyg., *fortasse* '*nymphaeam -um L.*', *quam v. sub 2b, intellegens*): *α de arbore*: Cvlex 124 impia -os, impia, quae socios Ithaci maerentis abegit. Paneg. in Mess. 55 *non* valuit -os . . . avertere cursus. Prop. 3, 12, 27 Circae fraudes, -osque herbaeque tenaces. Sil. 3, 311 Symm. epist. 1, 47(41), 1. *adde* Plin. nat. 13, 105 *supra l. 9*. *β de eius fructu vel flore* (*huc vergunt* Paneg. *l. 67 et* Prop. *l. 67*): Ov. trist. 4, 1, 31 nova Dulichio -os gustata palato. Pont. 4, 10, 18 nec degustanti -os amara fuit. *dubitanter adicimus* (*cf. l. 64*): Hyg. fab. 125, 2 -on ex foliis flore⟨m⟩ procreatum edebant.

2 *respiciuntur herbae*: **a** *melilotum, trifolium variaque eorum similia genera* (*singula accuratius discernere temptant Steier et André ll. cit.*; Gloss. III 567, 1 -us i. trifolium): Verg. georg. 3, 394 cui lactis amor, cytisum -osque frequentis ipse manu . . . ferat praesepibus (*vix recte* Serv. auct. -os arbor piro similis). Colvm. 10, 258 (*in serie florum*) iam Phrygiae -i (lotae *trad.*, caltae *Schneider coll. 97 et 307*) gemmantia lumina promunt. Plin. nat. 13, 107 est . . . eodem nomine (*sc. quo sunt arbores supra sub 1 illustratae*) et herba. 14, 101 *vinum fit* ex -o . . . herba (*cf. p. 1683, 80*). 21, 34 flores Homerus (*Ξ 348*) tris laudat -on, crocum, hyacinthum. 22, 55 -on qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore coargui possunt; is enim inter herbas subnascentes deorum voluptati -on primam nominavit (*Ξ 348 δ 603*); folia

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius cum melle oculorum cicatrices ... discutiunt (*eundem usum medicinalem memorat* Diosc. 4, 106 p. 54, 15 qui in pomeriis [pomariis *cod. Paris.*] nascitur, quem multi trifolium vocant). Diosc. 2, 85 p. 212, 20 feni graeci, quem multi buceron ... aut -o ... appellaverunt (*gr. 2, 102, 1*). 3, 18 p. 384, 2 folia ... -i, qui in fenu nascitur (*gr. λωτοῦ τοῦ ἐν χορτοκοπίοις*). 4, 107 p. 54, 18 de -os agrestis: -os a. nascitur multum in livia (*i.* Libya) ..., folia simili⟨a⟩ trifolii *habet* (*gr. 4, 111*). 4, 108 p. 55, 2 folia *cytisi* sunt feno greco similia aut -o (lato *trad.*) trifolio (*gr. 4, 112 p. 264, 7 λωτῷ τῷ τριφύλλῳ*). Oribas. eup. 2, 1 L 11 Aa -os domesticos, quem trifolium nominant (*gr. ἥμερος*).

b *quae in stagnis Aegypti nascuntur* (*sc. nymphaea -os L. sim.; hucine* Hyg. *p. 1684, 72?*): *α de herba*: Plin. nat. 13, 107 est ... eodem nomine (*sc. -i*) ... in Aegypto caulis in palustrium genere (*deinceps fusius describitur*). 24, 6 -os Aegyptia (Diosc. 4, 109 p. 55, 8). 22, 56 *v. sub* lotometra. Mart. 4, 13, 6 *coniuges se invicem amant*, nec plus -os aquas, litora myrtus amat. *β de eius fructu*: Plin. nat. 15, 115 quaedam *poma* vasculis constant ut ... -os ... in Aegypto et Euphrate.

c *cinnamomi species*: Diosc. 1, 12 p. 11, 13 M. est ... alterum genus cinnamomi, qui appellatur -os et moto (*sed gr. 1, 14, 3 τὸ καλούμενον ψευδοκινάμωμον*).

cf. lotometra, Lotophagi, melilotum (-us).

lōtum *v.* lutum. [Petr. Chrys. serm. 174 p. 654^{D} *falso ed. pro* potum.]

lōtūra *v.* lavatura, *ubi p. 1037, 63 addas*: [*fortasse var. dial. francog. or.; cf. Wartburg V 425. St.*]

1. lōtus *v.* lavo *p. 1053, 30.* **2. lōtus** *v.* lotos.

prinon i. **loxoalis** Gloss. III 572, 21. *depravatum videtur*; 'πριών *?*' *ed.*, *πρῖνον et* ilex *coni. Bücheler.*

loxos *adi.*, *λοξός*. *i. q. obliquus*: Hyg. astr. 1, 6 p. 24, 4 *zodiacus*, quod ... inclinatior aliis *circulis* videtur, -os a Graecis est dictus.

luālis, -e. *a* lues. *i. q. luem procreans vel lue adfectus*: Ivl. Val. carm. 2, 34 *Alexandria condita erunt per breve tempus* tractus (*an sanum?*) -es atque bella percita (*Hist. Alex. M. I p. 36, 15 Kr. λοιμός tantum*).

lubentia, lubet, lubid- *v.* lib-. *B.*

? **lūbricāmentum**, -i *n.* *a* lubricare. *i. q. res lubrica*: Vita Amator. (BHL 356) 16 p. 55^{E} *archidiaconus* coepit ... adversus dei pontificem *Amatorem* novae adinventionis -a (lucubramenta *Bulhart in schedulis dubitanter*) malitiae ... coniugii maculam atque adulterii notam casto infigere (*Amator, priusquam clericus factus est, uxori, quam duxerat, numquam copulatus erat*).

lūbricātio, -ōnis *f.* *a* lubricare. **1** *i. q. actio lubricandi, labendi*: Itala Dan. 11, 32 (cod. 176) derelinquentes testamentum superducent in -bus (*sim.* Wirc., *gr. ἐν ὀλισθήμασι, Vulg.* fraudulenter. *cum respectu fraudandi, decipiendi ut*: 11, 34 [*ibid.*] adicientur ad eos multi in -bus [*gr. et Vulg. item*]). Cassiod. in psalm. 120, 3 l. 68 ('non det in commotionem pedem tuum') hos ... pedes, unde et diabolus lapsus est, ... optat propheta, ne peccatorum -e vertantur et stante corpore ruinam sustinere videatur in corde. **2** *i. q. natura lubrica, liquida*: Evstath. Basil. hex. 3, 4, 8 arbitramur in aliqua firmissima natura meatum aquarum -emque consistere (*gr. τὸ ὀλισθηρὸν καὶ εὐδιάλυτον*).

lūbricē *v.* lubricus.

lūbricitās, -ātis *f.* *a* lubricus. *i. q. natura lubrica*: Zeno 1, 2, 8 (1, 36, 25 L.) ideo lineamento puerili depingitur *amor corporalis*, quia eius lasciva -s nec annis senilibus temperatur. 1, 6, 3 (1, 4, 8 L.) ubi sinistro consensu invidi ex -e serpentis est impatientiam mutuatus *et* ... pomum ... delibavit *Adam* (*1, 4, 7 L.* impatientia ... quid est nisi mens lubrica).

1. lūbrico, -āvī, -ātum, -āre (*depon.* -ārī *p. 1686, 5*). *a* lubricus. ['*labi*': *val.* luneca; *francog. vet.* loverjer *et var. dial. cf. M.-L. 5132. Wartburg V 427. St.*] [*falsa varia lectio* -ta *pro* lubrica Cvrt. 7, 8, 24 *p. 1689, 63.*]

1 *transitive i. q. aliquid lubricum facere*: **a** *cum obi. variis*: *α proprie*: Ivv. 11, 175 qui Lacedaemonium pytismate -at orbem. Arnob. nat. 1, 39 si quando conspexeram -tum lapidem et ex olivi unguine sordidatum. Prvd. perist. 12, 35 supercilio saxi liquor ortus ... pretiosa ruit per marmora -atque clivum. Rvf. podagr. 4 *oleum sit ad frictionem* quantum manus malaxentur ad tangendum, non autem -entur ad frecandum. *hucine* Apvl. *sub 2a?* *β translate*: Prvd. psych. 572 letum versatile et anceps (*i. Avaritia inducta forma Frugalitatis*) -at incertos dubia sub imagine visus. **b** *cum obi. rei effectae*: Cypr. Gall. gen. 21 sexta *die* pater gelidos in spira⟨s⟩ -at (-as *var. l.*) angues.

2 *intransitive i. q. lubricum esse, labi* (*cf.* Gloss. elabitur: -at. lapsantes: -antes, cadentes): **a** *proprie*: Apvl. met. 7, 18, 2 si ... limo caenoso ripae supercilio -ante ... prolapsus deruissem (supercilia *Oudendorp aliique haud inepte, ut ad 1 pertineat locus*). Vvlg. thren. 4, 18 -verunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum (*vix transitive; gr. aliter*). Ven. Fort. carm. 1, 21, 3 -at (-a *var. l.*) ... tenuato Egircius *flumen* haustu. **b** *in imagine et translate*: *α de rebus*: Ivlian. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 30 sed ut nobis iam ista non -ant, ita a Manichaeo ... repelluntur. Theod. Mops. epit. in psalm. 76, 7^{c} ad p. 511, 9—10 inter praeteritorum memoriam et praesentium statum vistigia sententiae meae -bant. *β de hominibus*: Conc.^{S} I 3 Rustic. p. 80, 24 populos ... ex ignorantia ... circa dei cognitionem de dŏgmate -antes (*vers. Tur.*: labentes; *gr. ὀλισθαίνουσι. de eadem re* Conc.^{S} II 3, 1 p. 228, 9 -antes [*gr. item; alia versio Conc.^{S} I 2 p. 63, 33* labentes. *I 5 p. 110, 3* labi]). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 114, 28 ut ... neque manus aliter his, qui -ati sunt, porrigatur. p. 129, 10 *melius est, ut* doctor sit veritatis ..., quam ... ab optima pietatis altitudine decidat -ando. Conc.^{S} IV 1 p. 138, 16 Cyrillus ... volens verba Nestorii refutare -vit (*gr. ὤλισθεν, II 3, 3 p. 40, 9* lapsus est).

deriv.: *?* lubricamentum, lubricatio. *compos.*: delubrico, illubricans.

? **2. lūbricō** (*adv.*) *v.* lubricus.

lūbricōsus, -a, -um. *a* lubricus, *cf. deriv. ab adi. ut* noxiosus *sim. i. q. lubricus*: **1** *proprie*: Vindic. epit. alt. 13 quae *uva in palato* est natura -a (lubrica *var. l.*). **2** *in imag., neutr. plur. pro subst.*: Itala psalm. 67, 7 (cod. 136 Cas.) habitaverunt in -is (*sec. Aquilam ἐσκήνωσαν λεωπετρίανδε, aliter LXX ἐν τάφοις, Itala Veron. al.* in sepulchris, *Hier. psalt. sec. Hebr.* in siccitatibus).

***lūbricus**, -a, -um. [*inter voces comparandas proxime accedere videntur got.* sliupan, *theod.* schliefen, schlüpfen. *Sch.*] *derivatur a* labi Isid. orig. 10, 158. 14, 8, 36. *scribitur* libr- Vlp. dig. 4, 4, 11, 5 (*P ante corr.*). Ps. Soran. epit. 64. *pro compar. et superl.*: nimis -us Plavt. Mil. 852, nimium Hor. carm. 1, 19, 8, magis Ambr. vid. 9, 53, maxime Cic. Verr. II 5, 137 Sen. epist. 94, 73, valde Greg. M. dial. 4, 55 (53). Not. Tir. 91, 34 -um. *legitur inde a* Plavto, Catone, Cic. [*fortasse hisp.* lóbrego '*fuscus, tristis*'; *port.* lôbrego '*fuscus, tristis*'. *cf. Corominas III 119 sqq. Machado² II 1429. St.*] [*falso traditur* -os *pro* burichos *in interpolatione aliquot codicum* Hier. in eccles. 10, 5/7 p. 1093^{A}, *cf. vol. II 2250, 69 sqq., imprimis 79 sq.; et variat in codd. cum* rubricus Colvm. 1 praef. 24 Clavd. carm. min. 38, 1; *cum* ludicer Pavl. Nol. carm. 31, 220 epist. 8, 3 vers. 12 Bachiar. fid. l. 46. *cf.* Gloss. IV 111, 7 -a (ludicra *Nettleship*): inania.]

i. q. labilis, ὀλισθηρός (Gloss., *ubi praeterea legitur* lapsinosus. elabescens. lenis [*pro* lēvis]. nitidus. fallax. *cf.* Serv. Aen. 2, 474 -um dicitur et quod labitur, dum tenetur, ut piscis, serpens [*huc usque item* Isid. orig. 12, 4, 2]; et locus, in quo labimur; *affert* Verg. Aen. 5, 335, *v. l. 68* [*sim.* Isid. orig. 14, 8, 36 Gloss.]. *accedit abl. causae saepe, respectus*: Mart. 9, 56, 11 Ambr. virginit. 13, 83. *acc. relat.*: Sil. 5, 18 Avson. Mos. 102. *cf. p. 1690, 21 sqq.*): **I** *proprie*: **A** *strictius, vigente respectu labendi, movendi*: **1** *de rebus corporeis* (*radio lucis p. 1687, 35*): **a** *ubi quis vel quid labi potest*: *α adi.; respicitur lēvitas*: ① *umoribus (vel glacie) effecta*: Plavt. Mil. 852 in cella *vinaria* erat paullum nimis loculi -i. Prop. 4, 4, 49 -a tota via est et perfida, quippe ... fallaci celat limite ... aquas (Liv. 21, 35, 12 v. praeceps, angusta, -a erat, ut neque sustinere se ab lapsu possent *eqs.* 21, 36, 7 v. -a [ut a -a glacie *trad.; alii recipiunt* glacie, *ceteris verbis deletis*] non recipiente vestigium. Apvl. met. 9, 9, 1 subluvie caenosa -am. *al.*). Ov. trist. 3, 10, 38 -a ... testa premebat aquas. Cvrt. 4, 9, 18 gradum firmare vix poterant *in vado*, cum ... saxa -a vestigium fallerent (Lvcan. 2, 104 Sil. 4, 741 Stat. Theb. 4, 820 [814]). 8, 14, 4 imber ... campos -os et inequitabiles fecerat. 8, 14, 19 humo (*cf. infra l. 79 et* Sil. 17, 468 tellus [Stat. Theb. 9, 200]). Sil. 3, 519 qua ... -a frustratur canenti semita clivo. 14, 433 per -a sanguine transtra. Stat. Theb. 10, 503 ripa. 10, 846 -a sanguine turris. 12, 283 per ... -a tabo gramina. Mart. 4, 18, 2 qua ... madet assiduo -us imbre lapis. 9, 38, 5 -a Corycio quamvis sint pulpita nimbo. Tac. ann. 1, 64, 2 locus uligine profunda ... ad gradum instabilis, procedentibus -us. Amm. 16, 12, 53 pars ⟨per⟩ lutosum (lubrosum *trad.*) et -um solum in ... cruore ⟨re⟩lapsi. Heges. 1, 30, 9 petra ... spem adeundi *antrum* excluderet -o undique situ. *al.* ② *quaelibet*: Liv. 44, 9, 9 testudini iniecta *tela* imbris in modum -o fastigio ... ad imum labebantur (*cf.* Mart. 7, 2, 4 quam *loricam* vel ad Aetolae securam cuspidis ictus texuit innumeri -us unguis apri). Cvrt. 8, 11, 23 per -a saxa ... praecipitati (Apvl. met. 6, 14, 2 saxum ... inaccessa salebritate -um). Colvm. 8, 3, 6 paulum formatis gradibus asperantur *asserculi*, ne sint advolantibus *gallinis* -i. Sil. 12, 444 -a ... aderant substramina plaustris. Plin. epist. 2, 1, 5 per leve et -um pavimentum. *al.*

β neutr. pro subst. (*c. gen.* Sil. 10, 461, Tac., Apvl., Heges.): ① *plur.*: Verg. Aen. 5, 335 per -a surgens ([Sil. 4, 581]. Cvrt. 8, 14, 7 per -a atque invia. Sil. 10, 461 per -a pingui stante cruore soli. Tac. hist. 3, 82, 3 per angusta et -a viarum. Heges. 2, 15, 7 per praerupta saxorum ac -a labentibus equis). Sil. 7, 611 super tepido lapsantem sanguine et ... -a nitentem nequicquam evadere. Apvl. met. 1, 2, 2 -a vallium. Avell. p. 551, 12 non est arduum in sicco secura fixisse vestigia ...; satis est ... inter -a non labare *eqs.* ② *sing.* (*cf.* Gloss. IV 415, 15 = V 603, 51 -um: lutum cum labina): Cels. 8, 3, 3 instillare paulum rosae vel lactis, quo magis -o (*vix adv., ut Marx in indice*) circumagatur *modiolus*; quod ipsum tamen, si copiosius est, aciem ferramenti hebetat. Sen. nat. 3, 15, 2 quiddam additum articulis, per quod citius flectantur ex -o. 3, 27, 6 *in diluvio* omne ... firmamentum in -o (-a *Gercke*) figitur et lutosa humo, nihil stabile est (Plin. nat. 36, 95 ne in -o atque instabili fundamenta ... locarentur. Gloss. IV 413, 47 in -o: in luto. *cf. p. 1688, 74 sqq.*). Tac. hist. 1, 79, 2 -o itinerum adempta equorum pernicitate. 2, 88, 3 ubi -o viae ... procidissent. ann. 1, 65, 5 -o paludum lapsantes *equi*. Vlp. dig. 9, 2, 7, 2 si ... neglegentius per -um transierit. *al.*

[Heus]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *quae facile labuntur, capi, teneri non possunt*: *α liquida* (*cf.* SEN. Thy. 870 *infra l. 54*): LVCR. 5, 950 umoris (umore *trad.*) fluenta -a proluvie larga lavere umida saxa. HOR. epod. 13, 14 Simois (*cf.* OV. fast. 4, 337 Almo. *divinitates in aqua degentes v. infra l. 61*). PERS. 5, 135 Coa *vina* (*vix vestimenta*). PLIN. nat. 22, 136 Hippocrates ... sorbitionis gratia laudavit *tisanam*, quoniam -a (-e *var. l.*) ex facili hauriretur. 33, 123 idem (*hydrargyrus*) guttis dividi facilis et -o umore confluere (CHALC. comm. 238 teres et levis oculi globus et humori -o velut innatans. MAR. VICTOR aleth. 1, 209 sanguis, qui -us umor). APVL. met. 4, 3, 10 alvus ... -o fluxu saucia. CHALC. transl. p. 43^{C} aquae -as ... procellas (*gr. ὕγροῖς ... ὀλισθήμασιν ὑδάτων*). MAR. VICTORIN. adv. Arium 4, 10 l. 49 *naturam* subsistendi non recipit vis -a inconstans nec formam recipit (*cf. infra l. 43*). AVIEN. orb. terr. 172 flexu -us errat gurges et ... inlabitur unda lacunas (*Dionys. periheg. 123 sqq. comparatur cum gurgite δράκων ... ἀγκύλος ἕρπων*). Ps. AVG. serm. ed. Mai 97, 11 per iter -um (*opp.* per siccam viam, *i. terram*). CYPR. GALL. exod. 1030 aestuat oceanus ventosis -us undis. deut. 3 qui *Iordanes* virides inter saltus dum -us errat (*4* fluctu labente. *de eodem*: Ios. 96 mobilis unda ... et ... -a). BOETH. cons. 2 carm. 5, 11 amnis. *neutr. pro subst.*: VAL. MAX. 3, 2, 10 illi milites, qui ... ⟨classem nantes -is pelagi quasi cam⟩porum firmitate pedites in litus retraxerunt (*suppl. in marg. cod. A*).

β solida: Ⓘ *umida*: TIB. 2, 3, 48 ficta ... Cumana -a terra rota *figuli* (*cf.* COLVM. 1 praef. 24 in aliis regionibus nigra terra ... est laudabilis, in his pinguis -a [rubrica d^{1}] melius respondet). CVRT. 4, 6, 25 -is armis suo pariter atque hostium sanguine (6, 1, 11 -a arma sudore vix sustinens. 8, 4, 5). STAT. Theb. 7, 765 -a tabo frena. 9, 474 (*468* eiecta ... fundo saxa rotat *fluvius*) -a saxa. MART. 10, 20(19), 7 Orphea (*statuam ad lacum positam*) ... udi vertice -um theatri. Ⓘ *se moventia*: SEN. Med. 747 -us per saxa retro Sisyphum volvat lapis (Thy. 7). CALP. ecl. 7, 51 (*de machina in amphitheatro*) ebur ... coit in rotulum, tereti qui -us axe impositos subita vertigine falleret ungues excuteretque feras. AVIEN. Arat. 1020 haut dea Pallas ... compingat parili sic -a plaustra *caeli* meatu. MAR. VICTOR aleth. 2, 267 subit atria fulgor *lucis repercussae* -us et totum perlustrans nusquam et ubique est (*cf. p. 1688, 60*). VEN. FORT. Mart. 3, 289 -a pinnigero venientia tela volatu. Ⓘ *flexilia, mollia* (*nonnulla fortasse spectant ad B 1*): PLIN. epist. 5, 6, 36 acanthus hinc inde -us et flexuosus (*cf. 5, 6, 16* mollis et paene dixerim liquidus). PRVD. ham. 136 laqueos per -a fila reflexos in nodum revocat (ORIENT. comm. 1, 555 lentato per -a f. metallo *in veste fabricanda*). MART. CAP. 1, 19 *Apollini* -o inplexoque crine redimito (*cf.* SIDON. epist. 2, 2, 18 -i scirporum cirri plicantur).

γ silva, sc. formā carens (*cf. supra l. 13*): CHALC. transl. p. 52^{C} cum ne imaginari quidem ullam huius -ae *naturae* speciem formamque valeamus (*gr. non respondet*).

2 *de animantibus eorumque corporis partibus; respiciuntur*: **a** *serpentes et pisces sim. nec non divinitates in aqua degentes* (*sc. quia facile labuntur, serpunt vel capi et teneri vix possunt*): *α ipsi* (*de sidere* CIC. *et l. 54*): CIC. Arat. 218 *Hydra sidus* Centaurum levi contingit -a cauda. LVCR. 4, 60 -a serpens exuit in spinis vestem (LACT. Phoen. 72 [*de diabolo ut* Ps. CYPR. ad Novat. 6 p. 57, 11]. EVSTATH. Basil. hex. 9, 5, 13 velut s. quidam sinuosus et -us, huc atque illuc flectitur *proboscis* [*gr. ὀφιώδης τις οὖσα καὶ ὑγροτέρα*]). VERG. Aen. 5, 84 anguis ([SERV. labilis]. GERM. 88 [*de sidere ut* SEN. Thy. 870 fluminis instar -us a. AVIEN. Arat. 248]. STAT. Theb. 4, 95. *al.*). 7, 353 coluber ... membris *Amatae* -us errat (AMBR. hex. 5, 14, 46. AVG. civ. 14, 11 p. 29, 26 D. colubrum ..., animal scilicet -um et tortuosis anfractibus mobile ... elegit *diabolus*). HOR. sat. 2, 4, 30 -a nascentes implent conchylia lunae (STAT. silv. 4, 6, 11. *cf.* PLIN. nat. 32, 60 *ostrea* spissa nec saliva sua -a. ANTH. 478, 6 concha). OV. am. 3, 6, 81 supposuisse manus ad pectora *Iliae* -us amnis *Anio* dicitur (*cf.* fast. 6, 238 -e Thybri). hal. 29 muraena ... teretis sibi conscia tergi ... per multos evadit -a flexus *e rete* (*cf.* PLIN. *sub β*). PLIN. nat. 9, 73 binae *pinnae* omnino longis et -is *piscibus* (*cf.* AVSON. Mos. 76 examina -a, pisces. 150 -a pisces agmina). STAT. silv. 1, 3, 62 Nais. MAR. VICTOR aleth. 1, 351 *animalia* subnixa fretis et pondere -a ferri instruxit genitor. CASSIOD. var. 3, 47, 4 animal -is lumbricis associum, *sc. salamandra* (-is *om. codd. aliquot, defendit Fridh, Contributions 1968, 40 sq.*). *masc. pro subst. est nomen animalis ceterum ignoti, dumtaxat serpentis*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 2 -us (*in serie insectorum sive reptantium*).

β partes eorum: VERG. Aen. 2, 474 coluber ... -a convolvit ... terga (MANIL. 5, 715 flexos per -a t. Dracones. PLIN. nat. 32, 12 murenam ... consciam teretis ac -i tergi [*ex* OV. *l. 62*]. AVSON. Mos. 112 tergora *mustelae piscis*). OV. met. 4, 599 -a ... colla draconis. AVSON. Mos. 184 -a ... membra *nympharum*.

b *cetera*: *α de partibus corporis*: Ⓘ *ubi quid labi potest*: Ⓐ *adi.*: CIC. nat. deor. 2, 142 -os oculos *natura* fecit et mobiles (PLIN. nat. 11, 147 *oculos instruxit natura* tunicis, quas subinde purificat lacrimationum salivis, -os propter incursantia et m. *nisi ad p. 1688,7 sqq.; aliter p. 1690, 18*). PRIAP. 51, 10 sorbum ... ventres -os moraturum (*cf.* AVSON. 10, 10 p. 312 P. alvi ... recessūs, -a deiectis qua via nota cibis. CAEL. AVR. acut. 2, 37, 216 cibus iniciendus, sed neque ... cuiusquam labilis qualitatis, quod facile -a faciat intestina. *v. etiam* LACT. *infra*). SEN. epist. 90, 22 *cibus saliva* miscetur, ut facilius per fauces -as transeat. Ps. SORAN. epit. 64 ut -a locum (*intellegas* loca, *sc. muliebria*) faciat. Ⓑ *neutr. sing. pro subst.*: CELS. 8, 4, 3 ubi specillum ad os venit, si nihil nisi leve et -um occurrit, integrum id videri potest. LACT. opif. 11, 17 oblevit *deus* ea *intestina* intrinsecus crassiore suco, ut purgamenta illa ventris ad exitus suos facilius per -um niterentur.

Ⓘⓘ *quae ipsae labuntur, capi tenerique non possunt* (*de re liquore polluta l. 17*): TIB. 2, 5, 14 exta (VAL. FL. 1, 232). MAECEN. carm. frg. 4, 2 debilem facito manu ..., -os (*i. ita ut -i fiant*) quate dentes: vita dum superest, bene est. PRIAP. 83 (Tib. 2), 32 ut tuum (*mentulae*) ... voret profunda fossa -um caput. CELS. 7, 18, 4 tactu ... inaequalis est *tumor in scroto* et mollis et -us (*cf.* 7, 18, 5 quod subest, -um est). PLIN. nat. 32, 6 -os partus atque procidentes contineri ad maturitatem adalligato *pisce echenaide* (*de eodem 9, 79* fluxus gravidarum ... sistens partusque continens). STAT. Theb. 6, 590 -a *oleo* ... pectora conlidunt *athletae* (*cf.* silv. 4, 2, 47 -a ponit membra Therapnaea resolutus gymnade Pollux [MAXIM. eleg. 1, 26]). 9, 73 -a tabo ora viri terget lacrimis.

β de ipsis animantibus: OV. fast. 5, 476 -a prensantes effugit umbra manus (*cf.* PRVD. c. Symm. 2, 414 *umbra sive anima quaedam quasi genius Romae* erravit ... -a ... et semper dubitans, quae forma placeret imperii). MART. 3, 58, 25 nec perdit oleum -us palaestrita (SIDON. epist. 2, 2, 6 -i tortuosique ... palaestritae. *cf.* AVSON. 419, 64 p. 369 P. quis palaestram tam -us expedivit *quam Gratianus*?). VEN. FORT. Mart. 3, 341 -a bestula (*sc. lepus*) fugit (*antea*: praeda volubilis exit).

3 *de ipso motu* (*addimus vestigia, pedes euntium*): **a** *flexili sim.*: *α adi.*: VARRO ling. 5, 71 ab aquae lapsu -o lympha. APVL. met. 1, 4, 5 (*de saltatore circum lanceam sinuato*) diceres dei medici baculo ... serpentem ... -is amplexibus inhaerere (*item respiciuntur serpentes*: flor. 6, 5 *dracones* -o volumine indepti revinciunt *elephantos*. LACT. opif. 7, 6 ut ... in -os tractus sinuosis flexibus laberentur *serpentes*. AVIEN. Arat. 897 agmina caelo -a convolvit *Hydra*. MAX. TAVR. c. Iud. 7 l. 32 -is gressibus provoluti). 2, 17, 4 *Photis* -is ... gestibus mobilem spinam quatiens. 8, 27, 5 *deae Syriae ministri* cervices -is intorquentes motibus (FAVST. REI. epist. 3 p. 176, 5 si extra animae sedem instabilis cogitatio -o mōtu agitata discurrit). *β neutr. sing. pro subst.*: MACR. Sat. 2, 1, 5 ut puella ... saltationis -o exerceret inlecebris philosophantes.

b *titubante, labante*: SEN. Oed. 1050 (*1047* pavitante gressu) -os ponens gradus (CVRT. 8, 11, 13 instabili et -o g.). SIL. 4, 163 altus equorum *cruor* -a ... sorbet vestigia turmae (AVSON. 391, 16 p. 257 P. per ulvas -a substratis v. libro lapillis. AMBR. Iob 3, 10, 27 p. 264, 20 ut ... -o ante fluctuabundus vestigio fida possim statione consistere. CASSIOD. in psalm. 139, 5). PRVD. c. Symm. 2 praef. 36 pedes ... mergere -os *coepit Petrus in lacu ambulans*.

B *respectu labendi plus minusve evanido de lēvitate fere mera*: 1 *varia exempla*: COLVM. 10, 373 -a iam lapathos *virescit* (*an quod alvum movet?*). PLIN. nat. 2, 7 nec, ut in volucrum notamus ovis, lēvitate continua -um corpus *esse mundum*. 11, 217 nervi ... in omnibus animalibus -is applicati ossibus. STAT. Theb. 6, 648 (*de disco*) aenae -a massae pondera. silv. 2, 6, 91 gremio ... -us ossa quod vallavit onyx. APVL. Socr. prol. 3 p. 108 structor orationis huius egomet non ... lapidem ... adferam ... coaequatum, sed cuique operi adcommodem vel inaequalitate aspera vel lēvitate -a (*sc. neutr. plur. pro subst.*). CLAVD. 10, 90 (*Veneris atrium describitur*) beryllo paries et -a surgunt limina. carm. min. 38, 1 dum crystalla puer contingere -a (rubrica, lurida *var. ll.*) gaudet. ORIENT. comm. 1, 546 marmoribus variis -a cella. *audacius de splendore poculi lēvigati* (*cf. p. 1687, 35*): SIDON. epist. 2, 2, 12 lucem -am poculorum quadam quasi pinguedine subiti algoris hebetatam. 2 *pertinet ad defectum pilorum, squamarum*: MART. 9, 56, 11 dum puer es, redeas, dum vultu -us (*cf.* APVL. met. 9, 22, 6 puer ... -o genarum splendore conspicuus). 9, 57, 3 nil est tritius Hedyli lacernis: non ... crus compede -um decenni. AVSON. Mos. 102 tu, *salmo*, loricato squamosus pectore, frontem -us.

II *in imag. et translate*: **A** *generatim* (*respicitur fere quod parum firmum stabile, tutum est [parum consideratum p. 1689, 13. 77 sqq.], unde etiam adhibetur ad mores pravos* [*quae ad res venereas spectant, ad B 2 relegavimus*]): 1 *res*: **a** *neutr. pro subst.* (*saepe in locutionibus praepos.; accedit gen. subst. inde a* STAT., TAC., PLIN. epist.): *α sing.* (*plerumque forma* in -o): CATO orig. 125 ne praedia in -um dirigerentur, cum tributus exigeretur (*si recte trad.*). CIC. orat. 98 minime ... in -o versabitur *orator magnus* et, si semel constiterit, numquam cadet (SEN. epist. 71, 28). Tusc. 4, 42 sunt in -o *vitia* incitataque semel proclivi labuntur (SEN. rem. fort. 16, 4 GREG. M. moral. 11, 52. *cf.* TAC. ann. 1, 72, 1 se ... in -o dictitans *Tiberius*). SEN. dial. 6, 9, 2 opes ... in -o positas (AMBR. hex. 3, 13, 56 *v. infra*. HIER. psalt. sec. Hebr. 73, 18). 7, 8, 5 nihil ... pravi, nihil -i superest, nihil in quo arietet aut labet *ratio*. epist. 75, 10 in -o stare (84, 12 non in praerupto tantum ... stabis, sed in -o. CVRT. 6, 4, 10 in praecipiti et -o). 92, 10 *sapientia voluptati serviens comparata cum Scylla* in -um desinit, et superioribus eius partibus venerandis ... animal ... marcidum adtexitur. 116, 6 de omnibus adfectibus dico ...: nos a -o recedamus, in sicco quoque parum fortiter stamus. TAC. ann. 6, 49, 2 donec minor fi-

[Heus]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lius -um iuventae exiret (*cf.* AMBR. obit. Valent. 10 a [in *var. l.*] -o iuventutis). 6, 51, 2 casus *Tiberii* prima ab infantia ancipites; . . . sed maxime in -o egit accepta . . . Iulia. 14, 56, 1 si qua in parte -um adulescentiae nostrae declinat (PANEG. 2, 7, 3 illo . . . a. -o . . . titubant. AMBR. hex. 3, 13, 56 positus vel in a. vel intemperantiae -o. in psalm. 118 serm. 12, 19, 3). PLIN. epist. 3, 3, 4 in hoc -o aetatis (VLP. dig. 4, 4, 11, 5. COD. Iust. 2, 22, 1 [*a. 238*] propter -um a. AMBR. obit. Valent. 13. *al.; cf.* APVL. met. 11, 15, 1 -o virentis aetatulae. COD. Greg. Visig. 3, 1 si . . . mentitus aetatem ex adspectu te maiorem annis probari effecisti, -um frustra praetendis). PAPIN. dig. 22, 1, 3, 3 quod -o tutelae fideicommissi remedium mater praetulerat. CALL. dig. 22, 5, 3, 5 quidam propter -um consilii sui . . . admittendi non sunt ad testimonii fidem. MOD. dig. 48, 4, 7, 3 nec -um linguae ad poenam facile trahendum est (PRVD. cath. 1, 62 nec tale quidquam postea l. locutus -o est [SCHOL.: mobilitate]. *cf.* AMBR. in psalm. 38, 2, 2 -um verbi [*postea*: incauti . . . sermonis fluctuantis errore]). CENS. 1, 2 sita in -o bona malave. CHALC. comm. 190 ipsi falluntur et ceteros in erroris ineluctabilis implicant -o. FAVSTIN. trin. 13 (1, 12) ut, cum se vident *haeretici* . . . adstringi, serpentino -o . . . eludant. PRISCILL. tract. 10, 130 fixo in -um gressu modum non constituimus incertis. AMBR. exc. Sat. 1, 30 cum ad saeculi -um vitae accedat ambiguum (*cf.* in psalm. 43, 80, 1 in -o saeculari). *al.*

β plur.: STAT. silv. 2, 1, 221 dubios casus et caecae -a vitae effugit. FRONTO p. 154, 3 v. d. H. (p. 161 N.) *in oratione* facilis ad -a lapsus est. IVVENC. 1, 722 qui . . . auditu tantum mea iussa tenebit diversisque . . . factis per -a perget. 3, 374 labat quia pectore vestro instabilis fidei nutans per -a gressus (*Matth. 17, 20* propter incredulitatem vestram). 4, 499 ne vos temptatio . . . praecipitet saevae per -a mortis. PRISCILL. tract. 4, 75 fixo in -is gressu *eqs.* PAVL. NOL. carm. 31, 220 vani -a (ludicra *var. l.*) diligitis (*psalm. 4, 3* vanitatem). epist. 8, 3 vers. 12 ut fugias durae -a (ludicra *var. lect.*) militiae. AVG. c. Faust. 12, 28 per -a temporum volvimur. AVFLL. p. 505, 8 spretis errantium -is. 551, 12 inter -a non labare. CASSIOD. var. 4, 51, 11 aetas subsequens miscens -a priscorum inventa (*i. spectacula theatri*) traxit ad vitia.

b *adi.*: CIC. Verr. II 5, 137 ut aetati *iuventutis* maxime -ae atque incertae exempla nequitiae parentis vita praeberet (TAC. ann. 13, 2, 1 CYPR. epist. 4, 2 mortal. 15 LACT. epit. 58, 7. *al.*). Flacc. 105 viam vitae . . . praecipitem et -am (Cael. 41 adulescentiae [*opp.* derectum iter]. AMBR. obit. Valent. 13 iuventutis. BACHIAR. repar. laps. 9 saeculi. *al.; addas* STAT. silv. 2, 1, 4 patet via -a plagae *in animo propter mortem amici*). Pis. 68 (*de doctrina Epicureorum*) -um genus orationis adulescenti non acriter intellegenti (*cf.* TAC. ann. 2, 87 angusta et -a oratio sub principe *Tiberio*). Planc. 5 in causa facili atque explicata perdifficilis . . . et -a defensionis ratio. Phil. 2, 59 difficilis est sane reprehensio et -a. 5, 50 cupiditatem dominandi praecipitem et -am. de orat. 2, 125 locus tam anceps, tam inauditus, tam -us (ac. 2, 92 soritas, -um sane et periculosum locum. off. 1, 65 VARRO ling. 10, 7 PLIN. epist. 1, 8, 6). rep. 1, 44 iter ad . . . malum praeceps ac -um (ITALA psalm. 34, 6 [cod. 136 Cas.] i. eorum tenebrosum et -um [*gr. ὀλίσθημα*, VVLG. fiat via eorum tenebrae et -um]. FIRM. err. 28, 13. HIER. epist. 7, 4, 1 adulescentiae). ac. 2, 68 consuetudo adsentiendi periculosa . . . et -a. 2, 108 obsistere opinionibus, adsensus -os sustinere. CORN. SEV. carm. frg. 13, 19 fata. GRATT. 115 -us errat mos et ab expertis festinant usibus omnes (ZENO 1, 3 [2, 1, 7 L.] pravos ac -os . . . mores). SEN. contr. 2, 6, 4 -um tempus *adulescentiae* (AMBR. obit. Valent. 46 in illo omnibus -o adulescentiae tempore. CONSVLT. Zacch. 1, 12. *cf.* MAR. VICTOR aleth. praef. 80 per -a t. vitae [PAVL. PELL. 107]). SEN. Thy. 392 stet quicumque volet potens aulae culmine -o. benef. 3, 5, 1 geometriam . . . et si qua alia propter subtilitatem -a sunt. 4, 34, 5 ancipitem rerum ac -am sortem. dial. 2, 5, 7 omnium . . . extrinsecus adfluentium -a et incerta possessio est. 12 (11), 9, 5 -a et incerta sunt, numquam bene tenentur *bona fallacia*. epist. 94, 73 varios casus *vitae* et in sublimi maxime -os. 99, 9 nihil *in vita* non -um et fallax et omni tempestate mobilius. CVRT. 7, 8, 24 fortunam . . . tene, -a (lubricata *var. l.*) est nec invita teneri potest (BOETH. cons. 1 carm. 5, 28. *cf.* APVL. met. 1, 6, 4 fortunarum -as ambages. MIN. FEL. 5, 13 -is casibus soluta legibus fortuna dominatur). PLIN. nat. 29, 1 initium. SIL. 7, 542 pro -a rostra et vanis fora laeta viris! (*cf.* TAC. dial. 13, 5 insanum . . . et -um forum). STAT. Ach. 1, 547 spes (BOETH. cons. 4 carm. 2, 8). QVINT. inst. 1, 5, 5 ne qua tam -a observatio fallat. TAC. hist. 1, 10, 1 adtritis opibus, -o statu. GELL. 14, 1, 33 -a atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa atque vera *eunt*. APVL. met. 10, 4, 5 mobilitate -a *mulier amorem in odium vertit*. TER. MAVR. 833 *litteras lmnr* Graecus udas (*sc. ὑγράς*) nominat; -a est natura in illis namque et alternus vigor, nunc enim vocalis usum, nunc ministrant consonae. MIN. FEL. 16, 1 errantem, vagam, -am . . . sententiam (RVFIN. Adamant. 1, 1 -a inconstantique s. [*gr. ἀστάτῳ γνώμῃ*]). ITALA prov. 26, 28 (Aug. spec. 7 = VVLG.) lingua fallax non amat veritatem, et os -um operatur ruinas (*cf.* AMBR. in psalm. 38, 3, 2 ne loqueretur *Eva* marito et -ae vocis ministerio serpentis in virum venena transfunderet). INSCR. Année Epigr. 1965 p. 57 n. 165, 1 -a, quassa, levis . . . vita data est homini. *al.* *respicitur mera fugacitas temporis*: OV. ars 3, 364 quot menses -us annus habet. SEN. epist. 1, 3 in huius rei, *i. temporis*, unius fugacis ac -ae possessionem natura nos misit.

2 *animantes eorumque partes* (*sc. instabiles vel fallaces vel qui difficulter capiuntur*): **a** *sine determinationibus*: *α adi.*: VARRO ling. 6, 47 lubere ab labendo dictum, quod -a mens ac prolabitur (ZENO 1, 6 [1, 4, 7 L.] impatientia . . . quid est nisi m. -a *eqs.* COD. Theod. 16, 7, 3 pr. PRIMAS. in apoc. p. 902^{B}). VERG. Aen. 11, 716 nequiquam patrias temptasti -us artes (SERV.: mobilis, fallax [*item fere* CLAVD. DON.]). VAL. FL. 2, 555 acri -us astu. PLIN. epist. 1, 20, 6 est in disputando incomprehensibilis et -us. TERT. adv. Hermog. 41, 1 revertor ad motum, ut ubique te -um ostendam. IREN. 3, 2, 3 (3, 2, 2 H.) more serpentium -os (*coni. Grabe*, -i *codd.*) . . . effugere conantes *haereticos* (*gr. ὀλισθηρῶν, σφαλερῶν*). 5, 8, 3 (5, 8, 2 H.) stabilitatem . . . radicis suae non infigunt *Iudaei* in patre et in filio . . .; propter hoc autem et -um est genus ipsorum. ARNOB. nat. 7, 9 p. 351, 11 M. animal (*sc. bos*) . . . nec multiformium morum varietatibus -um. ZENO 2, 21 (1, 35, 4 L.) ambiguos . . . Christianos designavit (*Ioh. 3, 19*) ac -os, qui inter pios impiosque sint medii. AMBR. exc. Sat. 2, 29 *sumus* corpore fragili, corde -o. HEGES. 1, 41, 3 p. 95, 4 -o ingenio affectuque incauto. HIER. in psalm. 11, 3 Symmachus ita transtulit: 'labia -a' (*gr. χείλη δόλια, Itala et Vulg.* labia dolosa). PRVD. cath. 2, 103 ne lingua mendax, ne manus oculive peccent -i, ne noxa corpus inquinet (*cf. p. 1687, 77*). *al.* *β masc. pro subst.*: PS. PRIMAS. in Gal. p. 592^{D} ut -os et errantes praecepti salutaris austeritate cohiberet *lex*.

b *cum determinatione*: *α limitativa*: HOR. carm. 1, 19, 8 urit me Glycerae nitor splendentis Pario marmore purius, urit . . . voltus nimium -us adspici (PORPH.: -os in amorem sui facit iuvenes. SCHOL.: ad libidinem proclivus). *β finali* (*sc. sublucente colore adi. q. e. pronus*): Ⓘ *per inf.*: SIL. 5, 18 flore capi iuvenem primaevo -a mentem nympha. Ⓘⓘ *per praepos.*: ad: TAC. hist. 2, 101, 2 -a ad mutandam fidem classe. AMBR. epist. 66, 2 *populus* ad culpam -us (RVFIN. Basil. hom. 2, 1 p. 1734^{D} [*gr. πρὸς ἁμαρτίαν ὀλισθηρότερον*]). Iob 1, 7, 21 ad vitium. AMBROSIAST. in Gal. 3, 25 ad peccandum. ISID. sent. 3, 32, 9 ad male consentiendum. in *cum acc.*: PORPH. *v. supra*.

B *speciatim*: **1** *fere technice apud rhetoricos et grammaticos de compositione vel iunctura levi, qua non offendaris* (*usum excusare videtur* DIOM. *adiecto* quasi): QVINT. inst. 9, 4, 129 *historia* -a est ac fluit (*antea*: orbem quendam contextumque desiderat. *cf. 9, 4, 18* currere debet ac ferri). DON. gramm. IV 396, 23 synaliphe est per interceptionem concurrentium vocalium -a quaedam lenisque collisio (POMP. gramm. V 119, 2. 298, 17). DIOM. gramm. I 469, 16 quotiens una pars orationis anapaestum et trochaeum receperit, mollem et quasi -am structuram dabit, ut 'archipirata' et 'parricidarum' (*ibid.*: verba . . . labi videntur. SIDON. epist. 9, 7, 3 structura *declamationum* . . . fortis et firma . . ., sed nec hinc minus -a et levis ac modis omnibus erotundata *eqs.*). POMP. gramm. V 113, 22 levius sonat, si dicas 'lex ima est', quam si dicas 'lex prima est'; hoc asperius et gravius sonat; omnino hoc servare debent, qui volunt -os versus et currentes facere.

2 *cum respectu impudicitiae, lasciviae, adulterii sim.*: **a** *res sc. ad homines pertinentes*: *α adi.*: ZENO 1, 4 (1, 1, 6 L.) hominum . . . -as mentes libidinum flagrantibus stimulis praecipitat *Antichristus* in furorem, non sexui parcens *eqs.* (AMBR. fug. saec. 4, 21 p. 181, 7 [*ad Matth. 5, 28* qui viderit mulierem ad concupiscendum eam]). PS. CYPR. spect. 5 p. 8, 6 quem si . . . perrogem, quo ad illud spectaculum itinere pervenerit, confitebitur . . . per -am libidinem (AMBR. Ioseph 5, 23 non solum -a, sed etiam procax, importuna, petulans est libido). AMBR. hex. 5, 7, 19 -o *tramite* devii amoris. vid. 2, 13 studio. 9, 53 laeta viduis -a magis esse quam seria. HIER. Didym. spir. 50 p. 144^{C} amore -o corruerunt et ad immunditiam sunt delapsi. CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 100, 32 studiis -ae familiaritatis inrepunt *monachi* captasque mulierculas . . . inliciunt. VEN. FORT. carm. 3, 23 a, 12 *episcopus quidam* lasciva repellens, nil cui subripuit carnis . . . amor; -a culpa perit *eqs.* INSCR. christ. Diehl 1901 a, 7 -a ne sensus rapiat turpetque boluptas. *al.* *β neutr. pro subst.*: *plur.*: AMBR. hex. 5, 7, 20 si . . . relinquentes sancta coniugia -a et nocitura salutaribus praeferamus. *sing.*: AMBR. vid. 13, 75 -o corporis non teneri (GREG. M. epist. 3, 7 p. 166, 13 *diaconus* pro -o c. *officio depulsus est*). AMBROSIAST. in I Tim. 4, 7, 3 si quis . . . -um . . . carnis patiatur. AVG. in psalm. 34 serm. 1, 9 l. 12 ('fiat via eorum tenebrae et -um') sunt ista duo mala magnae poenae hominum: tenebrae, ignorantia; -um, luxuria.

b *ipsi homines*: *α adi.*: ZENO 1, 4 (1, 1, 13 L.) -i mariti (AMBR. hex. 5, 7, 18 sit licet . . . -us, temulentus). AMBR. virginit. 13, 83 ea, quae Christum requirit, non debet esse vulgaris . . ., gressu -a *eqs.* AVG. in psalm. 32, 2 serm. 1, 7 amatores -i et damnabiles feminarum (serm. 161, 10, 10). CYPR. GALL. gen. 1202 (*loq. uxor Potiphar*) -us aevo fervet *Ioseph*. CASSIOD. var. 2, 11, 2 *adultera quaedam* factum suum ipsa condemnans, quippe ut . . . casto -a . . . donaret. hist. 7, 2, 32 homines . . . -os, iniquos et ebriosos (*Socrat. 3, 23 ἀνάγνους*). GREG. M. dial. 4, 54 p. 312, 14 M. Valerianus usque ad aetatem decrepitam levis ac -us extetit. 4, 55 p. 313, 9 vir valde -us (*cf. versionem gr. σφόδρα μεμολυσμένος*). *β masc. pro subst.*: GREG. M. dial. 4, 38 p. 291, 4 M. de luxorioso ac -o sententiam protulit dicens 'dulcido illius vermis' (*Iob 24, 20; cf. ad eundem locum moral. 16, 83* luxuriosi . . . cuiuslibet atque carnis voluptatibus dediti . . . caecitas). in euang. 32, 1 ut -is continentiam . . . praeciperet *deus*. moral. 7, 36 quid . . . onocentaurorum nomine (*Is. 34, 14*) nisi et -i figurantur et elati? (*ibid. infra*: appellatione asini luxuria designatur).

adv. **lūbricē** (*compar. et superl. non inveniuntur*). ***i. q. modo*** *[Heus]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lubrico: **1** *respicitur actio hominis*: HIER. c. Ioh. 6 quaestiunculae ... fraudulenter ac -e scriptae. adv. Iovin. 2, 24 perverse et -e praesentis saeculi conversationem in futurorum exempla proponis. Ps. IGNAT. Phil. 7, 3 non ... me latuisti tuo ambiguo consilio ..., quoniam curve et -e incedis. **2** *respicitur iunctura litterarum*: POMP. gramm. V 119, 16 c littera aliquando pro duabus consonantibus est et facit longam ...; in illo alio exemplo brevis est 'solus hic inflexit sensus' (*Verg. Aen. 4, 22*); [sed] sic -e (-a *var. l.*) et leniter currit *versus*. 298, 18 dicitur synaliphe duarum concurrentium vocalium lubrica lenisque conlisio (*huc usque item* DON. gramm. IV 396, 23), quotiens duae sunt vocales et excludunt se leniter et -e.

? adv. lūbricō CELS. 8, 3, 3 (*v. p. 1686, 76*).

in lusu verb. cum lumbricus CASSIOD. *p. 1687, 67*.

deriv.: lubricitas, l. lubrico, lubricosus.

compos.: praelubricus. *Heus.*

lubrium *v.* ludicrum. **lūca bōs** *v. Onom.*

lucānar *v.* l. lacunar.

1. lūcānus, -a, -um. *a* lux, *post* ante-, sublucanus; *cf.* PRISC. gramm. II 78, 17 lux lucis Lucanus, ex quo compositum fit antelucanus. ['*stella matutina*': *prov. vet.* lugan, lugart, *var. prov., vasc. cf. M.-L. 5133. Wartburg V 428. St.*] *i. q. ad lucem pertinens, diurnus* (GLOSS.^{L} I Ansil. LV 19 -um: matutinum): **1** *neutr. pro subst.* (*sc. tempora vel tempus*): ITALA Luc. 24, 22 (cod. e) cum fuissent *mulieres* ante -a ad monumentum (cod. c ante -um [*nisi pro adv.* antelucanum *accipiendum, v. vol. II 151, 20 sqq.*]. *cod. d* matutinae, *gr.* ὀρθριναί, *Vulg.* ante lucem. *ad versionem* cod. c *fortasse spectat* GLOSS. V 506, 51 [572, 14] -um: lucem, diem [*an ortum ex Gloss.* antelucanum: ante lucem *perperam separata?*]). **2** *adi.*: EPIST. Alex. l. 181 H. ante -um deinde tempus *eqs.*

2. lucanus *v.* lucavus.

1 *-a sola ponitur; conferuntur*: **a** *homines*: Plavt. Bacch. 446 it magister *capite percussus* quasi -a uncto expretus linteo (*dub. interpr.; v. vol. V 2, 1782, 4 sqq.*). Sen. epist. 54, 5 non stultissimum dicas, si quis existimet -ae peius esse, cum extincta est, quam antequam accenditur? nos quoque et extinguimur *morte* et accendimur *origine*. Itala Ioh. 5, 35 (aur. *al.* = Vvlg.) ille *Iohannes Baptista* erat -a ardens et lucens (*pergit Tert. adv. Iud. 9, 24* qui ... inluminabat mentes hominum praeconio suo. *de eodem saepe apud eccl., e. g.* Avg. in euang. Ioh. 4, 3 quia quasi in nocte apparuit *Christus* in corpore mortali, -am sibi accendit, unde videretur. *cf. p. 1700, 56*). Hil. in psalm. 118 nun 4 (*sec.* Matth. 6, 22 *p. 1700, 9*) vir apostolicus toti corpori suo, id est ecclesiae, -a est. Hier. c. Lucif. 6 sit ... Arianorum episcopus ... -a sine igniculo (*fort. respicitur usus infra sub 2b illustratus*). Vvlg. II reg. 21, 17 iuraverunt viri David *periclitati in pugna*, dicentes 'non egredieris nobiscum in bellum, ne exstinguas -am Israhel'. Rvfin. *p. 1700, 5*. Severin. doctr. p. 128 sicut -a ardens ita esto et angelus dei vocaberis. Pavl. Nol. epist. 3, 5 tu ... accensa super candelabrum -a ... conluces (*ex* Matth. 5, 15 [*p. 1698, 67*] *ut* Vita Caes. Arel. 1, 23 non potuit -a *sua* abscondi *eqs. al.*). Comm. instr. 2, 26, 9 vos estis Christi -ae (*ex* psalm. 131, 17 *sub C 2a*). **b** *deus Iudaeorum, Christianorum* (*cf. infra sub 2b*): Tert. adv. Marc. 4, 33 p. 531, 19 (*eadem fere* 5, 7 p. 592, 13) -am se pronuntiarat scrutantem renes et corda (*respicitur* prov. 20, 27, *ubi Itala Ps. Vigil. Thaps. trin. 1, 66 rec. II* lux [Vvlg. -a, *gr.* φῶς] domini spiritus hominum, qui scrutatur interiora cordis). Itala Iob 29, 3 (cod. 161, *sim.* Vvlg.) lucebat -a eius *dei* super meum caput. apoc. 21, 23 (Primas., *sim.* Vvlg.) civitas non eget sole ..., nam claritas domini inluminat eam, et -a eius agnus est (*huc spectat* Avg. in psalm. 118 serm. 23, 1 in quantum homo est, et ipse mediator '-a' in apocalypsi nuncupatur; sed singularis est ista susceptio). Hil. in Matth. 4, 13 -a Christi ... in ligni passione suspensa lumen aeternum est in ecclesia habitantibus praebitura ([*respicitur* Matth. 5, 15 *p. 1698, 67. cf. p. 1700, 84*]. Ambr. Iob 4, 4, 14. *cf.* Cassiod. in psalm. 142, 8 illius). Ambr. Iob 4, 4, 14 -a, quod inluminaverit animas universorum et in tenebris viam monstraverit. in psalm. 37, 41,2 *p. 936, 39*. Vvlg. II reg. 22, 29 tu -a mea, domine, ... inluminabis tenebras meas. **c** *verbum, lex, praedicatio sim. dei*: Itala psalm. 118, 105 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) -a pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis (*saepe apud eccl., e. g.* Petr. Chrys. serm. 64 p. 379[B] orate ..., uti ... -am nobis verbi sui Christus accendat. Op. imperf. in Matth. 10 p. 686 [*ad* Matth. 5, 15 *p. 1698, 67*] quae est illa -a? v. divinum, de quo dicitur '-a pedibus *eqs.*' Orig. in Matth. ser. 77 p. 185, 3 oleum ... opus misericordiae intellegitur, quo -a verbi enutrita clarescit). Hil. in psalm. 118 nun 3 praeceptorum. Athan. Lucif. epist. 5 p. 323, 2 quamquam ... praecursores antichristi ... omnia egerint, ut exstinguerent -am veritatis, tamen divinitas ... clariorem eius lucem ostendit. Vvlg. prov. 6, 23 mandatum -a est, et lex lux. Rvfin. Orig. in lev. 13, 2 -a legis his, qui in hoc mundo ... sunt, accensa memoratur (Pavl. Nol. epist. 50, 4 *deus Iudaeis* primum -am l. accendit. Chromat. in Matth. 5, 4, 3 l. ac fidei). Petr. Chrys. serm. 169 p. 643[C] -am matris ecclesiae ... sequamur et ... Christi perveniamus ad drachmam (*ex* Luc. 15, 8). Vict. 3, 40 -am sibi evangelici luminis accenderunt. *al.* **d** *mens, intellectus, virtus, anima sim.*: Ps. Philo antiq. 9, 8 ego deus incendam pro eo (*Moyse*) -am meam, quae habitet in eo (*var. l.* eis. *fortasse eodem spectat* 15, 6 [*loq. deus*] descendi *in monte Sinai* incendere -am populo meo). Serv. Aen. 6, 724 p. 101, 15 videmus *in animo* ... tale aliquid ut in -a, quae ... si qua re ... fuerit ... inclusa, non perdit splendorem proprium *eqs.* (*cf.* Evcher. form. 7 p. 45, 7 -a: ecclesia vel anima [*affert* Luc. 12, 35 *v. sub e*]). Vvlg. IV Esdr. 14, 25 accendam in corde tuo -am intellectus. Rvfin. Orig. in lev. 4, 6 p. 324, 4 ignis fidei et -a scientiae. 13, 2 p. 470, 14 caritatis. Orig. in num. 6, 2 p. 32, 13 (*num. 11, 25* de spiritu Moysis accipiens deus dederit septuaginta senioribus) quasi Moyses et spiritus, qui erat in Moyse, clarissimi cuiusdam luminis fuerit -a, ex qua septuaginta alias -as accenderit deus. Leo M. serm. 12, 1 *deus* accendens ... mentium nostrarum -as et igne nos suae caritatis inflammans. *al.* **e** *varia* (*proverbialiter usurpari videtur* Avg. in Iob *et* Vitae patr.): Itala Matth. 6, 22 (cod. a *al., sim.* Vvlg.) -a corporis tui est oculus tuus (*de oculo ut*: Petr. Chrys. serm. 1 p. 187[A] propinquorum quot oculi, tot -ae; dies est aspectus matris, sol patris rutilat in vultu; unde viventi inter tot virtutum luces criminum tenebrae propinquare non possunt. Sedvl. carm. pasch. 3, 151 [*Christus caecos sanat*] instaurata suis radiarunt ora -is [*antea*: caeca ... lumina]). Luc. 12, 35 (aur. *al.* = Vvlg.) sint lumbi vestri praecincti et -ae ardentes, *si dominum exspectatis* (*hinc* Avg. serm. 361, 22, 21. *et saepe apud eccl.*). Hier. epist. 64, 9, 2 (*interpretatio allegorica heptalychni*) septem -ae septem errantia astra demonstrant. Pavl. Nol. epist. 50, 18 (*ad Augustinum*) -am verbi tui (*cf.* psalm. 118, 105 *sub c*). Avg. in Iob p. 517, 2 *Iudaei* videntes signa (*i. miracula Christi*) tamen dubitabant ..., quando nec ad -am videre voluerunt. Evcher. form. 7 p. 45, 9 (*cf. p. 1699, 83*) -ae: opera bona ([*cit. Matth. 5, 16* luceat lumen vestrum]. Epist. pontif. 369 Migne 50, 431[A] [*ad* Luc. 12, 35 *v. supra*] in -is ardentibus boni fulgor operis *indicatur*. Petr. Chrys. serm. 22 p. 262[A] [*ad eundem locum*] beati, in quorum manibus bonorum operum lucent -ae. *ibid.* ut -a ante oculos, opus bonum in mentibus sic refulget). Vitae patr. 7, 1, 2 dixit unus senex ad alterum senem habentem caritatem et suscipientem tam monachos multos quam saeculares: '-a quidem multis lucet, rostrum tamen proprium incendit' (*eadem fere* Pallad. hist. mon. II 20, 9). Apring. in apoc. 2, 5 ('movebo candelabrum tuum de loco suo') movet ... candelabrum fidei nostrae, extinguit -am confessionis nostrae, quando avertit faciem suam a nobis (Greg. Tvr. dorm. 11 qui non permisisti -am c. meae tetris assertionum caliginibus obvelari). Greg. M. moral. 14, 10 (*ad* Iob 18, 6 *v. sub C2b*) -a lumen in testa est, lumen vero in testa est gaudium in carne; -a ergo ... extinguitur, quia ... in eius (*impii*) mente gaudium carnale dissipatur.

2 *in oppositionibus vel distinctionibus*: **a** *-ae opponitur sol, vera lux sim., sc. ad illustrandum, quantum distent quae comparantur* (*cf. p. 1698, 42 sqq.*): **α** *varia*: Cic. fin. 3, 45 ut ... obscuratur et offunditur luce solis lumen -ae ..., sic ... omnis ista rerum corporearum aestimatio splendore virtutis ... obscuretur (*cf.* 4, 29 in sole ... -am adhibere nihil interest). Tert. pudic. 7 p. 233, 22 quibus *moechiae et fornicationis vitiis* exquirendis non -ae spiculo [lumine], sed totius ⟨solis⟩ lancea opus est. Secvndin. epist. p. 901, 5 tuae ... prudentiae cum talia a me exponuntur, tale est, quale si Iordanis oceano aquam commodet, aut soli -a lucem. Evgipp. epist. ad Pasch. 3 (*de homine quodam*) non ... -ae illius igniculum te velut sole splendente perquiram. **β** *hominibus eorumque rebus opponitur Christus eiusque gratia*: Itala II Petr. 1, 19 (cod. h *al., sim.* Vvlg.) intendentes *prophetico sermoni* quemadmodum -ae lucenti in obscuro loco, donec dies lucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris (*inde* Avg. in psalm. 143, 11 adhuc in nocte sumus et ad prophetiae -am vigilamus; aliquid promissum est, quod adhuc exspectatur ...; dies praemium nostrum ... est [gen. ad litt. 4, 23 p. 123, 14]. *et saepe apud eccl.*). Hier. in Ezech. 44, 4/5 l. 1247 velut si solis radiis lampadem compares aut lampadis lumen lucernulae, quam ob rem et de Iohanne Baptista dicitur: (*affertur* Ioh. 5, 35 *p. 1699, 33*); postquam autem venit sol iustitiae, -ae lumen absconditum est (hom. Orig. in Ezech. 9, 3 p. 411, 18 Avg. in euang. Ioh. 35, 2 serm. 289, 4 serm. coll. Morin p. 514, 12 Max. Tavr. serm. 62, 3 M. *cf. p. 1701, 31*). Rvfin. Orig. in lev. 13, 2 p. 468, 25 -a ... erat apud eos *Iudaeos* sermo legis et sermo propheticus ...; ubi vero exortus est sol iustitiae ... salvator noster *eqs.* Avg. in euang. Ioh. 23, 3 omnes ... homines -ae, quia et accendi possunt et extingui ...; -ae ... prophetae, et omnis prophetia una magna -a; ... apostoli ... -ae etiam ipsi ...; solus ... ille non -a; non enim accenditur et extinguitur (*cf.* serm. 182, 5, 5 -a et accendi potest et extingui potest; lumen verum accendere potest, extingui non potest). 35, 8 quando ... Christus venerit, praesente tali die -ae non erunt necessariae ...; omnes scripturae tollentur de medio, quae nobis in huius saeculi nocte tamquam -ae accendebantur (serm. 49, 3 adhuc ... ad -am scripturae ambulamus). *al.* **b** *distinguitur lumen -ae ab ipsa -a i. instrumento illuminandi, sc. ut discernatur corpus hominis ab eius mente vel a divinitate*: Rvfin. Orig. in Ios. 17, 3 p. 405, 9 obscurabitur ... lux scientiae, quae in illis *sacerdotibus* est, te non subministrante oleum -ae (p. 405, 13 ut ... lux scientiae in sacerdotibus fulgeat et -a eorum sit semper accensa, tu imple officium tuum). Pavl. Nol. epist. 23, 18 si ... ardet *lumen* (*i. Christus*) in -a corporis nostri, tunc opera tenebrarum occident. Avg. in psalm. 138, 14 (*ex* Luc. 15, 8) -a de luto est, sed habet lucem, qua inveniatur drachma; -a ergo sapientiae, caro Christi, de luto facta est, sed verbo suo lucet, invenit perditos. serm. coll. Morin p. 28, 30 totum ... Christum (*i. corpus, animam, divinitatem*) ... interficere delectati sunt; quicumque enim persequitur aliquem ut eum occidat, sic eum vult extingui totum, sicut extinguitur totum lumen -ae in terram collisae, ut penitus non luceat. Chromat. in Matth. 5, 5, 3 *Christus* secundum assumpti corporis sacramentum ... -a ostenditur ...; (4) huius-

[Bader]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

modi . . . -a, id est incarnatio Christi . . . in cruce, velut in candelabro, constituta omnem ecclesiae domum illuminat (*cf.* Hil. *sub 1b*). Greg. M. in euang. 34, 6 (*ex* Luc. 15, 8) -a . . . lumen in testa est, lumen vero in testa est divinitas in carne.

C *usus ad metonymian vergentes*: 1 *circumscribuntur lucubrationes poetarum vel scriptorum, ita ut fere pro studiis vel operibus lucubrantium ponatur* (*de origine huius usus cf. e. g. locos p. 1698, 13. 19 allatos*): Cinna carm. frg. 11, 1 haec . . . Arateis multum invigilata -is carmina (*cf. p. 213, 62 sqq.*). Varro ling. 5, 9 non solum ad Aristophanis -am, sed etiam ad Cleanthis lucubravi. Ivv. 1, 51 haec . . . non . . . Venusina (*i. Horatii*) digna -a? (*inepte* Schol. quia satirici ad omnium vitia quasi -am admovent et vel adurunt vel ostendunt crimina). Avson. 147, 6 p. 194 P. vigilatas accipe noctes (*i. librum, quem tibi conscripsi*): obsequitur studio nostra -a tuo. Fvlg. myth. 1 praef. p. 3, 21 neque . . . illas Heroidarum arbitreris -as meis praesules libris, quibus . . . Psices curiositas declarata est (*antea*: fabulam, quam nuper . . . nocturna praesule -a commentus sum). Mart. Cap. 1, 2 quam *fabellam* Satura comminiscens hiemali pervigilio marcescentes mecum -as edocuit. 2, 124 (vers.) hoc (*sc. quod in caelum admitteris*) tibi (*Philologiae*) sollers peperit ingenium labosque, ista peritis tribuit cura vigil -is.

2 *in vetere testamento -a in habitaculo hominis ardens signum est salutis et exstincta interitionis*: a *respicitur propagatio generis*: Itala II par. 21, 7 (Complut., *sim.* Vvlg.) noluit dominus disperdere domum David propter testamentum . . ., et quemadmodum dixerat dare illi -am et filiis eius omnibus diebus (Vvlg. III reg. 15, 4 dedit ei *regi* . . . -am in Hierusalem, ut suscitaret filium eius post eum et staret [statueret *var. l.*] Hierusalem [*gr. κατάλειμμα, ἵνα στήσῃ τέκνα αὐτοῦ . . . καὶ στήσῃ τὴν Ἰερουσαλήμ*]. IV reg. 8, 19 promiserat ei *David*, ut daret illi -am et filiis eius cunctis diebus). psalm. 131, 17 (cod. 109 *al.* = Vvlg.; *loq. deus*) illic *in Sion* producam cornu David, paravi -am christo meo (*ecclesiastici locum ad Christum et Iohannem Baptistam referunt, cf. p. 1699, 33*). Vvlg. III reg. 11, 36 filio . . . eius *Salomonis* dabo tribum unam, ut remaneat -a David (*dat.*) . . . cunctis diebus coram me (*Itala Lucif. reg. apost. 4 p. 45, 7* positio, *gr. θέσις*). b *vario respectu*: Itala psalm. 17, 29 (Sangerm. *al.* = Vvlg.) tu inluminas -am meam, domine . . ., inlumina tenebras meas. Hier interpr. Iob 18, 6 (*sim.* Vvlg.) -a super eum *impium hominem* extinguetur (21, 17 [*sim.* Vvlg.]. Vvlg. prov. 13, 9. 20, 20. 24, 20). Vvlg. prov. 21, 4 (*textu hebr. vix sano*) exaltatio oculorum et dilatatio cordis: -a impiorum peccatum (*sc. est, i. male eveniunt; gr. λαμπτήρ*). Ier. 25, 10 perdam . . . ex eis vocem gaudii et vocem laetitiae, vocem sponsae et vocem sponsi, vocem molae et lumen -ae (*paenultimum verbum corruptum esse indicat ed. comm. pontif., sed textum confirmat* Hier. in Ier. *ad l., qui ceterum eum aliter interpretatur*: doctrina videlicet et scientia prophetarum).

II *nomen piscis lucentis* (*cf. Saint-Denis, Vocabulaire des animaux marins 59*): Plin. nat. 9, 82 subit in summa maria piscis ex argumento appellatus -a, linguaque ignea per os exserta tranquillis noctibus relucet (*cf. 1, 9, 43* de pisce, qui noctibus lucet). 32, 149 Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 13.

deriv.: lucernalis, lucernaris, lucernarius, lucernatus, lucernula. *cf.* lucerninas.

compos.: lucernifer.

lucernālis, -e. *a* lucerna. [*falsa var. l. pro* lucernaris Isid. orig. 17, 9, 73.] *i. q. ad lucernam pertinens*: Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 997^{B} *v. p. 1702, 15.* Evstath. Basil. hex. 3, 7, 4 *ignis* trahit ad se subiectas undas . . . facileque consumit eas, exemplo luminis -is, quod per . . . stuppam lambens oleum mox peredit (*gr. λυχναίου πυρός. cf. Sen. nat. 4, 2, 29* ut in lucernis oleum illo fluit, ubi exuritur, sic aqua illo incumbit, quo vis caloris . . . arcessit).

lucernāria *v.* lucernarius *sub 1aβ et 1b.*

lucernāris, -e. *a* lucerna. *i. q. ad lucernam pertinens*: 1 *usu christiano de hora decima vel undecima et de sacris, quae ea hora ad lucernas fiebant*: a *adi.*: Peregr. Aeth. 24, 4 *hora decima* dicuntur . . . psalmi -es. 27, 6 missa -is. Cassian. inst. 3, 3, 11 (*ex Matth. 20, 1—6*) mane . . ., quod tempus designat matutinam nostram sollemnitatem, dein tertia, inde sexta, post haec nona, ad extremum undecima, in qua -is hora signatur. b *neutr. sing. pro subst.* (*cf.* Peregr. Aeth. 24, 4 hora . . . decima, quod appellant hic licinicon, nam nos dicimus -e): α ad -e: Peregr. Aeth. 25, 4 item et ad -e similiter fit iuxta consuetudinem cotidianam (25, 11 *eadem fere.* 27, 4 item ad sextam et nonam et -e ita aguntur, sicut consuetudo est . . . agi. 44, 3 ad horam sextam aguntur *talia* . . ., similiter et ad nona, similiter et ad -e iuxta c. *cf.* 41 de pullo primo usque ad mane consuetudinaria aguntur, similiter et ad sexta et ad -e). 25, 5 tam qui *psalmi* nocte dicuntur, tam qui contra mature, tam etiam qui per diem vel sexta aut nona vel ad -e. β -e fit: Peregr. Aeth. 27, 3 -e hoc idem hora sua fit sicut semper. 29, 6 fit -e iuxta consuetudinem. 31, 4 quamlibet sero sit, tamen fit -e, fit . . . oratio. 43, 6 iam est hora plus decima; fit ibi -e, fit oratio.

2 *in nomine herbae*: Isid. orig. 17, 9, 73 flomos, quam Latini herbam -em (*var. l.* -alem) vocant, ab eo quod ad licinia (lychnia *edd.*) facit (*cf. p. 1698, 54*). Gloss. phlomus: herba -is *eqs.* *Bader.*

lucernārius, -a, -um. *a* lucerna. 1 *subst.*: a *de hora vel de officio lucernari* (*syn.* vesper *vel* vespera *passim. ad rem v. Cabrol-Leclercq, Dict. d'Arch. Chrét. et de Lit. IX 2614*): α *neutr.* (*v. et l. 36*): Peregr. Aeth. 27, 6 ut, cum intratur . . ., iam . . . hora (tota *trad.*) -i sit (27, 7 de h. -i [29, 1]. Ps. Avg. reg. II Rev. Bénéd. 42, 1930 p. 319, 20 faciant opus usque ad h. -i [*var. l.* -am]. Regvla Tarnat. 9 p. 981^{B} post horam . . . nonam . . . usque ad horam -i). 27, 7 missa . . . -i . . . fit ([*cf. 27, 6* m. lucernaris]. 39, 4 post m. -i). 32, 2 -r⟨i⟩um . . . agitur ibi (*in ecclesia quadam*), cum coeperit hora esse. 40, 1 qua *hora* -um fieri solet (40, 2 fit. Hier. tract. in psalm. I p. 229, 11 -um facimus [*eadem serie ut exemplum insequens*]). Hier. tract. in psalm. I 229, 13 hora tertia, sexta, nona, -o (-um *var. l., cui in uno cod. altera manu adiectum est* facimus), medio noctis, gallicinio, mane primo (*cf. in serie earundem horarum apud eundem: epist. 22, 37, 1* vesperam. *107, 9, 3* [*v. sub* lucernula]. *108, 20, 2* vespera). Conc. Tolet. a. 400 Mansi 3, 1000^{A} -um . . . nisi in ecclesia non legatur, aut, si legitur in villa, praesente episcopo . . . legatur (*cf. titulum p. 997^{B} ne* in domo sua sacerdotale officium vel lucernale impleat). Ps. Avg. reg. II Rev. Bénéd. 42, 1930 p. 318, 8 ad -um *psallere debetis* (Caes. Arel. reg. virg. 66 *ubi postea de eodem officio* ad vesperam [*inde* Avrelian. reg. virg. app. p. 403^{D} *utroque loco* ad -um. *eadem* reg. mon. app. p. 393^{C}]. Vita Caes. Arel. 1, 59. 2, 16). p. 319, 10 post -um . . . legantur lectiones (Regvla mag. 28, 8 *ieiunare* usque ad vesperam, hoc est p. -a [*var. l.* -am]. 28, 9. 53, 34). Regvla mag. 34, 12 (2 vesperam) -a incoentur (50, 71). Vita Caes. Arel. 2, 16 -o expleto. Vita Melaniae (BHL 5885) 47 tria responsoria . . ., deinde diei tertia orare . . ., et sexta . . ., nona . . .; -a vero consequenter, quia . . . Christus . . . circa solis occasum se manifestabat (*huc rettulimus propter gr. p. 67, 65 τὰ ἑσπερινά, sed* -a *fem. esse vix negandum*). *pressius de oratione, quae initio vespertini officii dicitur, dum lucernae accenduntur*: Isid. reg. monach. 6, 2 in vespertinis . . . officiis primo -um, deinde psalmi duo . . ., hymnus atque oratio dicenda est. β *fem.* (*sc. hora vel oratio, cf.* matutina *vol. VIII 507, 68 sqq.; forma abl. plur.* -is *ad neutr. referri potest*): Cassiod. in psalm. 118, 164 ('septies in die laudem dixi tibi') vices, quibus se monachorum pia devotio consolatur, id est matutinis, tertia, sexta, nona, -a, completoriis, nocturnis. Regvla mag. 36 tit. de psalmis -ae (36, 1. 41, 1). 36, 7 octo *impositiones* debent fieri in -a. 36, 10 temperius est incoanda (50, 62. 70). 41 tit. qualiter psalli debet in -a? 46, 5 et in matutinis et -is (46, 8. 73, 1). 50, 36 post nonam . . . quantum spatium in -a restiterit (*an acc. plur. neutr.? cf. 50, 61* spatium ⟨in⟩ nona⟨m⟩). *addas l. 23 et variam lect. l. 20.*

b *de figulo, qui conficit lucernas*: CIL XV 6263 (*in lucerna*) Diomedes -us. *fem., si recte huc trahitur*: Inscr. Année épigr. 1946 p. 60 n. 215 Lylibeo Augusta -a (*an intellegas officinam -am? de mulieribus v. Dressel, CIL XV p. 783 sq.*).

c -um: candelabrum Gloss.^{L} II Abav. lv 4 (*item* V 544, 18). *dubitanter huc referimus* Cassiod. hist. 9, 38, 29 circa vespera cum -is episcopi . . . scripturas interpretantur (*Socrat. 5, 22 μετὰ τῆς λυχναψίας* [*τὴν -αν coni. Suicerus*]; *ibid.* ad tempus vespertinum, *ubi vertitur ἐν ταῖς λυχναψίαις*).

d *ἐλλύχνιον* (*ἐηλ- trad.*): -um Gloss. III 322, 17 (*item* III 518, 57).

2 *adi. i. q. ad horam (officium) lucernarem pertinens*: Avg. serm. coll. Morin p. 49, 11 bene, quia tempus agimus -um, confundantur inimici Christi per lucernam, quam paravit Christo suo pater (*psalm. 131, 17*). Vran. epist. 4 p. 862^{A} -ae devotionis tempus (*citatur postea psalm. 131, 17; antea*: matutinum). *addas variam lect. l. 3.*

lucernātus, -a, -um. *a* lucerna. *i. q. lucerna vel lucernis ornatus*: Tert. uxor. 2, 6 l. 4 *uxor christiana mariti pagani* procedet de ianua laureata et -a (lug- *A*) ut de novo consistorio libidinum publicarum? (*cf. p. 1698, 46*).

lucernifer, -ī *m.* *a* lucerna *et* ferre. *i. qui lucernas fert*: Cassiod. Ios. c. Ap. 2, 120 -r ille (*gr. λυχνοφόρος. cf. 2, 113, ubi deest gr.*, Zabidon . . . fecisse quoddam machinamentum ligneum et circumposuisse sibi et in eo tres ordines infixisse lucernarum et ita ambulasse, ut . . . appareret quasi stellae per terram iter agentes *et Iudaei crederent Apollinem apparere*).

Test. porcelli p. 268 (346), 10 porcellus . . . ductus *ad carnificem* sub die xvi. kal. **lucernīnās** (*hoc iterum* p. 269 [347], 22), ubi abundant cymae. *et originis et notionis obscurae* ('*neque in iocis nugisque puerilibus veritas requirenda est' Haupt ad loc. opusc. II 179; sunt qui a* lucerna *derivent*).

lucernula, -ae *f.* *a* lucerna *deminutive.* *i. q. lucerna parva, modica*: Hier. epist. 107, 9, 3 *virgo discat* tertia, sexta, nona hora *orare* . . ., accensaque -a reddere sacrificium vespertinum. 117, 12, 2 extemporalis est dictio et tanta ad lumen -ae (lucernae *var. l.*) facilitate profusa, ut *eqs.* in Ezech. lib. 7 praef. l. 10 *noctu* haec ad -am . . . dictare conamur. 44, 4/5 l. 1247 *v. p. 1700, 55.* Arnob. ad Greg. 12 p. 402, 15 fruges tuas mensulis expendere pauperum, exuberantiam olei tui mendicorum -is erogare.

lūcēsco, lūxī, -ere. *a* lucere. *scrib.* -cisc- *in codd., etiam vetustioribus ut* Ter. (Haut. 410 *A* [*cf.* Schol. Ter. Bemb. notandum in hoc verbo pro e i poni, cum similia eius per e pronuntientur]) *et* Frontonis *et* Italae, *saepe.* *perf. exempla notionis incohativae certiora hic afferuntur, cetera sub* luceo, *cf. p. 1692, 67 sqq.* Not. Tir. 72, 44 -it. *inde a* Plavto, Ter., Cic., Catvllo *raro quidem* (*sc. rarius quam* illucesco *apud* Cic. [-o *bis, sc. in epist.*; ill. *14^{ies}*] *et* Liv. [-o *bis, sc. in prima decade*; ill. *16^{ies}*]), *at crebro inde a saec. II.*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

i. q. lucere, fulgere, splendere sim. incipere (*vis incohativa augetur adiecto* coepit PEREGR. Aeth. 24, 2 TRACT. de indur. cord. Phar. 45 l. 16; *cf.* lucere coepit *Cic. div. 1, 47 Claud. 3, 163,* incipit lucere *Hyg. astr. 4, 10 p. 107, 7.* GLOSS. II 275, 27 *διαφαίνω* luceo, perluceo, -o, interlucesco): **I** *desunt subi., usu q. d. impersonali* (GLOSS. II 124, 38 -it *διαφαύει* [275, 29]. 275, 22 *διανγάζει* perlucet, -it [III 426, 5]): **A** *proprie de luce solis orientis*: PLAVT. Amph. 533 prius quam -at. CIC. Att. 4, 17, 4 iam . . . -it. fam. 15, 4, 8 cum -ret. CATVLL. 14, 17 si -xerit, . . . curram. CAES. civ. 1, 23, 1 Caesar, ubi -xit, . . . iubet. LIV. 4, 28, 1 iam -bat. 8, 38, 5 (*3* orta luce) donec -ret. PEREGR. Aeth. 24, 2 (*1* usque in lucem) ubi coeperit -ere. VVLG. Tob. 8, 20 (eluc-, illuc- *var. ll., gr. πρὸ τοῦ ὄρθρου γενέσθαι*). VITA Caes. Arel. 2, 9 alia die, qua . . . -ere metuebant *eqs.* (*ibid.*: antequam ipsa lux diei claresceret). PASS. Theclae B 30 p. 82, 7 cum primum -ret (*var. ll.* illucesceret, luceret; *aliae recc.*: cum mane factum fuisset *A*, ut lux orta est *C*). **B** *translate*: SEN. epist. 110, 8 (*7* omnia nobis fecimus tenebras) sed -ere, si velimus, potest; uno autem modo potest, si quis hanc humanorum divinorumque notitiam scientia acceperit.

II *exstant subi., usu q. d. personali* (lux -it ITALA *sub A 1a*): **A** *proprie*: **1** *-unt res caelestes*: **a** *variae*: PLAVT. Amph. 543 -it hoc iam (*al., v. vol. VI 3, 2707, 62 sqq.*). VERG. ecl. 6, 37 novum stupeant terrae -ere solem. ITALA II Cor. 4, 6 (Tert. adv. Marc. 5, 11) deus, qui dixit (*gen. 1, 3*) ex tenebris lucem -ere, reluxit in cordibus nostris (*gr. λάμψαι, cod. r* clarescere, *Vulg.* splendescere). FIRM. math. 6, 25, 4 si . . . luna claudatur nec renatis luminibus . . . -at (MART. CAP. 8, 863 *opp.* obscuratur). CARM. de resurr. 126 sidera . . . renata -ent. **b** *nox, dies sim.* (*accedit* in *cum abl. vel acc. l. 32 sqq. 35 sqq.*): PROP. 4, 9, 41 uni Stygias homini (*Herculi*) -xisse tenebras. OV. fast. 5, 417 cum cras -ere Nonas dicimus. ITALA gen. 44, 3 (Lugd.) mane -xit ([inluxit *manu altera; gr. τὸ πρωὶ διέφανσε, Vulg.* orto m.]. IVL. VAL. 1, 4 p. 6, 12 m. iam -ente. *cf.* AVG. *infra l. 63*). Matth. 28, 1 (cod. a *al.* = VVLG.) vespere . . . sabbati, quae -it in prima sabbati (*gr. τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. cf.* CASSIAN. inst. 2, 18 a vespera sabbati, quae -it in [usque in, usque ad *var. ll.*] diem dominicum). TYCON. reg. 5 p. 57, 18 competit operibus dei, ut non dies obscuretur in noctem, sed nox -at in diem (LEO M. epist. 9, 1 eius noctis, quae in prima sabbati -it. PASCHASIN. Leo M. epist. 3, 3 illa nocte, quae -bat in diem dominicam. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 166 nocte, quae in sollennem -bat diem [*gr. τῇ φερούσῃ εἰς ἡμέραν, ἣ eqs.*]. ISID. nat. 1, 3 in diem). VITAE patr. 5, 12, 1 vespere sabbati -ente dominica (*gr. Cot. p. 363*[A] *ὀψὲ σαββάτων ἐπιφωσκούσης κυριακῆς*. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 10, 6 d. nondum -ente [illuc *-var. l.*]). REGVLA mag. 53, 47 sexta . . . feria -ente. 53, 63 in sequenti -ente sabbato. dies: ITALA II Macc. 10, 35 (recc. BM) cum quinta d. -ret (rec. P -ente . . . quinto die, *gr. ὑποφαινούσης . . . τῆς πέμπτης ἡμέρας, recc. LX et Vulg.* inlucesceret). 13, 17 (rec. M) dum iam -ret d. (rec. P -ente iam die; *gr. ut supra, rec. B* illucesceret, *recc. LX et Vulg.* die inlucescente). II Petr. 1, 19 (Aug. epist. 130, 5. *al.*) donec d. -at (*gr. διαυγάσῃ, Vulg.* inlucescat). DARES 42 postquam d. -xit (inluxit *var. l.*). CLAVD. DON. Aen. 4, 5 p. 356, 7 -ente die (*abl. absol. ut*: 12, 115 p. 566, 9 -ente die . . ., mox ut exoriri coeperat lux. AVG. cons. euang. 3, 7, 27 p. 302, 12 iam -ente die gestum *est*, quando Lucas [*22, 66*] dicit 'et ut factus est dies'. epist. 36, 28 PAVL. MED. vita Ambr. 48 CASS. FEL. 7 p. 14, 16. *al.*). 11, 180 p. 433, 29 ('Aurora . . . extulerat lucem') poeta -entis d. describit, de noctibus tacet. AVG. in psalm. 142, 15 donec d. -at.

2 *-unt capilli flavi*: FIRM. math. 4, 19, 32 quorum caput flavo capillorum crine -at.

B *translate*: **1** *quolibet respectu*: **a** *-unt res*: FRONTO p. 96, 9 v. d. H. (p. 103 N.) *v. p. 1693, 48.* TRACT. de indur. cord. Phar. 45 l. 16 a morte . . . Pharaonis coepit vita -ere humanae naturae. AVG. civ. 11, 7 p. 470, 7 D. scientia creaturae in comparatione scientiae creatoris quodam modo vesperascit itemque -it *scientia* et mane (*subst.*) fit, cum et ipsa refertur ad laudem . . . creatoris, nec in noctem vergitur *eqs.* (*de eadem re*: 11, 29 p. 503, 31 tamquam mane -it in mentibus contemplantium). SACR. Gelas. 427 M. (*in benedictione cereorum*) -ente maiestatis tuae imperio. EVSEB. EMES. serm. 19, 2 p. 46, 6 *post resurrectionem Christi* undique . . . fulgores festivitatis -ant (-unt *trad.*). NOVELL. Iust. 24, 6, 1 ad effectum perduces *legem*, quatenus maneat semper ipsis operibus effulgens et -ens (*gr. ἐκλάμπων τε καὶ φαινόμενος*). **b** *-unt deus christianus necnon homines*: TERT. adv. Marc. 4, 26 p. 511, 2 deum . . . novum . . . tantum quod (*i. modo*) -entem (CASSIOD. in psalm. 117, 27 ['illuxit nobis'] *deus* -it nobis, quando nos a peccatorum obscuritatibus alienat). HIL. in psalm. 66, 4 tantae . . . praedicationi se inpares esse, nisi inluminentur, ostendunt, nisi quodam vultus domini splendore -ant; sunt enim et ipsi . . . 'lumen mundi' (*Matth. 5, 14*). AVG. serm. 219 vigilat iste (*mundus reconciliatus*) mentibus piis fervens et -ens, vigilat ille (*mundus inimicus*) dentibus suis frendens et tabescens. OP. imperf. in Matth. 17 p. 725 tales sales sunt terrae *doctores christiani* . . . et -unt doctrinis illuminantes. CHRYSOST. hom. III 873[C] stellae orto sole obscurantur, apostoli sole iustitiae resplendente sua claritate -unt (*Migne gr. 52, 803 τὰς ἑαυτῶν λαμπηδόνας ἀπαστράπτουσιν*).

2 *cum respectu intellectus fere i. q. dilucidum, planum, perspicuum fieri*: AVG. adv. Iud. 6, 8 quoniam . . . 'aspiravit dies, removeantur umbrae' (*cant. 2, 17*), spiritualis significatio iam -at, carnalis celebratio iam quiescat. IVLIAN. Aug. c. Iulian. op. imperf. 5, 38 p. 1473 ut res brevi interrogatione -at (5, 60 p. 1494 quo magis ac magis iteratione -at *res*). PETR. CHRYS. serm. 126 p. 547[B] *sunt qui a Christo laudari vilicum iniquum, Luc. 16, 1 sqq., arbitrentur*; sapiat ita carnalibus sensibus; spiritualibus, quod est divini luminis *in illa parabola*, iam -at.

compos.: col-, di-, e-, il-, inter-, per-, prae-, relucesco.

1. lucia, -ae *f.* [*de mensura et veriloquio nihil constat. Sch.*] *nomen gladioli herbae*: GLOSS. III 630, 56 xifion: id est erba -a vel rosa campania.

[**2. lucia** *vix recte trad.* MARCIAN. dig. 39, 4, 16, 7; *v. s.* Lycium.]

lūcibilis, -e *adi. a* lucere, *si recte traditur; cf. Leumann, Adj. auf -lis 127. i. q. lucidus*: SERV., ISID., GLOSS. (*v. p. 1696, 75 sqq.*).

lūcicola, -ae *c., gen. pl.* -um (*si recte trad.*). *a* lucus *et* colere. *i. qui lucum colunt, venerantur* (*cf.* lucus *sub I A 2*): FVLG. aet. mund. p. 159, 18 -um (-arum *var. l.*) sacerdotum *dei Baal* interfectione perpetrata (*III reg. 14, 23* [*sim. IV reg. 17, 10. 16*] aedificaverunt . . . statuas et lucos).

lūcicomus est comes lucis GLOSS. V 620, 44 (*interpretatione vix recta; collato adi.* silvicomus *suspiceris potius vocem derivandam esse a* lucus *et* coma, *ut sic appelletur collis vel mons sim. luco ornatus*).

λαμπυρίς **lūcicūlia** GLOSS. III 319, 40. 529, 22 (*utrobique praecedit λαμπυρίς*: cicindela). *a* lucere *et* culus (*cf. gr. χυσολαμπίς, πυγολαμπίς*).

[*it. dial. sept. et mer.* lucicolo. *cf. Battisti-Alessio III 2275. 2277 nec non II 1187. St.*] *B.*

lūcidātio, -ōnis *f. a* lucidare. *i. q. actus lucidandi, clarius reddendi, explanatio*: CASSIOD. inst. 1, 28, 6 Emilianus . . . facundissimus explanator . . . de hortis . . . planissima -e disseruit.

lūciditās, -ātis *f. a* lucidus. *i. q. status lucidus, splendor* (*non nisi in imag.*): EVOD. Aug. epist. 158, 2 ut arbitrarer, quod dimisso proprio corpore in meum animum ingressus sit et ibi mihi quandam -em praesentiae suae praestet *amicus moriens.* ORIG. in Matth. ser. 32 p. 58, 18 quoniam non possunt videre -em pulchritudinis *Christi*, dicunt *rudes* 'vidimus eum, et non habebat speciem neque decorem *eqs.*' (*Is. 53, 2*).

lūcido, -āvī, -ātum, -āre. *a* lucidus. *inde a* FVLG., *adamat* CASSIOD. [*fortasse umbr.* lutare '*splendere, micare*'. *cf. M.-L. 5139. St.*] [*variat cum* elucidare: ALC. AVIT. c. Ar. 30 p. 13, 16 his . . . elucidandae (lucidandae *S*) fidei exercitio reseratis. *v. etiam vol. V 2, 427, 22. 28. dub.*: GLOSS.[L] V Aa L 524 -andum: succidendum (conlucandum *temptat ed. coll. Fest. p. 349* conlucare . . .: succisis arboribus locum inplere luce).]

i. q. res latentes vel obscuras lucidas reddere, manifestare vel explicare (*cum colore purgandi fortasse* CHRYSOST. hom. III 837[A]. *accedit fere obi. rei affectae, rei effectae* CASSIOD. Ios. antiq.): FVLG. serm. ant. praef. non faleratis sermonum studentes spumis quam rerum manifestationibus dantes operam -andis. Virg. cont. p. 103, 13 ut id quod sentire me oportuerat disputarem et non ea potius quae senseram -rem (elucidarem *deterr.*). PETR. CHRYS. serm. 112 p. 508[A] intra punctum temporis . . . obscura -are, clausa reserare . . . non possum. CHRYSOST. hom. III 837[A] hodie volo mensam vobis apponere spiritualem, non corpus reficientem, sed animam -antem (*Migne gr. 50, 817 ἀποσμήχουσαν*). V 898[A] omnia confusa tu -as, *paenitentia.* CASSIOD. var. 3, 31, 5 ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio -entur. inst. 1, 1, 1 huius *octateuchi* principia sanctus Basilius Attico sermone -vit. 1, 1, 6 explanationes Hebraeorum nominum et locorum . . . sua nobis in Latinum interpretatione -vit *Hieronymus.* 1, 5, 2 disciplinas omnes . . . expositione planissima -bat *doctus quidam* (1, 7, 1 Iohannem . . . Augustinus copiosa et insigni e. -vit). 1, 15, 12 *psalterii* obscuritates talibus remediis (*i. distinctionibus quibusdam*) . . . -vimus. Ios. antiq. 15, 308 *Herodes* maximam ostentationem sui favoris . . . -vit (*gr. μεγίστην ἐποιήσατο τὴν ἐπίδειξιν*). RECCARED. Greg. M. epist. 9, 227[a] per ipsum *Leandrum* tua benivolentia nobis est -ta.

deriv.: lucidatio. *compos.*: e-, illucido. *cf.* dilucido.

[S]**lūcidus,** -a, -um. *cf. cum* lucere, lux. *compar.* -ior *inde ab* Ov., *superl.* -issimus *inde a* VITR.; *cf.* bene -us GERM. frg. 4, 2, quam maxime . . . -us CELS. 1, 2, 7, magis aut minus -i PLIN. nat. 37, 72. *abundanter* multo plus -iores ITALA Sirach 23, 28 (Aug. spec. 23 = VVLG.). *abl. sing. compar.* -iori PHILO quaest. in gen. 4, 240. NOT. Tir. 72, 45 -um. *legitur in versibus inde a* CINNA (*sub I A 1 g*), LVCR., VERG., HOR. (*frequentant* LVCR., OV., SEN. *trag.*, STAT.), *in oratione soluta inde a* VITR., VAL. MAX., CELS., SEN. *phil., saepius apud* QVINT. (*sc. usu sub II A 1 descripto, cum in* RHET. Her. *et apud* CIC. *non nisi* dilucidus *inveniatur*). [*val.* luced; *sard. centr.* lukidu, lugidu; *hisp.* lucio. *cf. M.-L. 5140. Wagner II 41. Wartburg V 434 sq. Corominas III 153. St.*] [*dub. trad.* AVIEN. Arat. 454 adstat -a *Cassiepia* (lurida *Haupt, Schrader; cf. p. 1706, 12*). CHRON. Alex. chron. I p. 98, 62 -issima (*inter nomina provinciarum; versio vocis gr. Λυχνῖτις librariis potius quam auctori tribuenda, v. Mommsen ibid. p. 84*).]

i. q. lucis plenus, clarus. dicitur sive vi activa de eis, quae luce vel colore proprio lucent, splendent (v. maxime sub I A 1 a et b et cf. ISID. *infra; respic. color albus p. 1705, 43. 76. 1706, 43. 59. 60. 67. 1707, 80) sive vi passiva de eis, quorum claritas, splendor aliena luce efficitur (cf.* CHAR. *et* ISID. *infra et v. e. g. I A 1 e), item de rebus perspicuis, dilucidis (maxime sub I A 1 d et II A 1); hae notiones commisceri videntur imprimis sub I A 1 c. ceterum vergit in notionem q. e. conspicuus p. 1706, 71*

[Maltby]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cf.* *IIA3*). CHAR. gramm. p. 392, 29 B. -um est quod aperto caelo lumen accipit, luminosum quod multis foraminibus inluminatur. ISID. diff. 1, 434 (*e Serv. p. 1696, 74*) -um est quod aliunde illuminatur, lucibile quod per se lucet. GLOSS. *φωτεινός. τηλαυγής. διαυγής* (*-ως trad.*). *διαφανής*. huet (*anglosax.*). -um: *αὐγινόν.* *opponuntur imprimis* obscurus (LVCR. 1, 933 [= 4, 8]. VITR. 9, 2, 4 CELS. 3, 18, 5 SEN. epist. 82, 13. *et saepe*) *et* tenebrosus (ITALA Matth. 6, 22 [cod. c *al.* = VVLG]. CLAVD. DON. Aen. 8, 240 p. 149, 27 adversum . . . -um tenebroso. HIER. tract. in psalm. I p. 47, 4. *al.*); *ceterum* ater LVCR. 4, 340 (315), caeruleus *p. 1706, 12*, confusus MART. CAP. 5, 551, luridus LVCAN. 5, 546, pallens *ibid.*, rubicundus SEN. nat. 7, 11, 3. *syn. vel iuxta pos.*: clarus OV. Ib. 109 CYPR. epist. 6, 1 LACT. inst. 1, 1, 21. *al.*, limpidus DIOSC. 3, 20 p. 384, 21. 5, 103 p. 207, 15, manifestus QVINT. inst. 4, 5, 3 decl. 329 p. 293, 2, perspicuus QVINT. inst. 4, 2, 31 EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 3 FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 20, purus SEN. Phaedr. 418 PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 344, 14. *al.* *accedit abl. in versibus saepius inde a* VERG. Aen. 3, 585. 5, 306 OV. carm. frg. 8 GERM. 175, *in oratione soluta* APVL. met. 4, 26, 5. 5, 16, 2. 11, 3, 5; *praefix.* per *fortasse* PROP. 3, 13, 30 *sub IA1g*.

I *proprie et in imagine*: **A** *usu originario de qualitate oculis percipienda*: **1** *respicitur lux vel color mere naturalis*: **a** *de rebus caelestibus*: *α -a sunt sidera ipsa eorumve partes, radii sim. nec non heroes in sidus versi*: LVCR. 1, 147 non radii solis neque -a tela diei (*item* 2, 60. 3, 92. 6, 40). 5, 518 caelum omne manere in statione, . . . cum -a signa ferantur (TIB. 1, 4, 20 MART. 9, 71, 8). VERG. georg. 1, 205 Anguis. 1, 459 *si* -us orbis *erit solis occidentis* (*cf.* SEN. Herc. f. 124 clarescit dies ortuque Titan -us croceo subit. apocol. 4, 1 vers. 29 sol aspicit orbem -us [FVLG. myth. 1, 12 quod tertiae horae metis . . . -ior fulgeat. BOETH. herm. pr. 2, 13 p. 200, 22 semper actu est -us, idcirco non potest non lucere]. APVL. met. 9, 28, 2 rota solis -a. *sim. al.*). HOR. carm. 1, 3, 2 fratres Helenae, -a sidera (SEN. Oed. 504 IVVENC. 4, 470. *al.*). carm. saec. 2 Phoebe . . ., -um caeli decus (*cf.* OV. Ib. 109 nec tibi sol clarus nec sit tibi -a Phoebe. VITR. 9, 2, 4 luna . . . quod spectat ad solem, id habet -um, reliquis obscura. SEN. Med. 788 pleno -a vultu *Trivia*. Phaedr. 418 -i vultus *lunae* [788]. LVCAN. 5, 546 luna . . . gracili . . . -a cornu [BOETH. cons. 1 carm. 5, 5 pleno . . . cornu]. *sim. al.*). OV. epist. 18 (19), 133 Alcyone (*de Pleiade ut*: met. 1, 669 Pleias. Ib. 214 Maia). Pont. 2, 9, 62 -a . . . tendis in astra (STAT. silv. 2, 1, 79. *al.*). VITR. 9, 4, 1 -issima stella (9, 4, 3). GERM. 195 Taurus . . . -us ore minaci. 355 puppis *Argus* demisso . . . stat -a clavo (roscida *var. l.; gr. 350 φαεινή, cf. Cic. 136* clara cum luce videtur, *Avien. 765* rutilam). frg. 4, 2 proprio bene -us ore *Iuppiter*. SEN. Ag. 70 -a versat plaustra Bootes. Med. 74 radios spargere -os *Hesperum*. nat. 7, 11, 3 aut -iorem aut rubicundiorem esse *cometen*. epist. 65, 19 unde lux tanta *mundi* fundatur? ignis sit an aliquid igne -ius? STAT. silv. 5, 1, 232 -a Gnosis (*i. Ariadnae corona sideribus inlata; alii Dictynnam intellegunt*). FIRM. math. 1, 4, 8 quando . . . -o sui nitore praefulgeant *Venus et Mercurius* (*cf.* 6, 2, 2 stellam -o splendore fulgentem). AVIEN. Arat. 637 cygnus . . , non claro -us astro.

β -um est caelum, aer, dies sim.: LVCR. 1, 1014 caeli -a templa (*item* 2, 1039 CE 1109, 28. *cf.* STAT. Theb. 1, 25 plaga -a c.). 4, 340 (315) cum propior caliginis aer ater init oculos . . ., insequitur candens . . . -us aer (OV. fast. 1, 105. SEN. nat. 1, 1, 15 etiamsi est -ior ac siccior. CAEL. AVR. acut. 1, 15, 121 *ut* his -us, illis obscurus sit adhibendus. *cf.* EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 3 *aeris* natura -a est atque perspicua [*gr. λεπτή*]). VERG. Aen. 3, 585 neque erant astrorum ignes nec -us aethra siderea polus. CVLEX 102 -a . . . aetherio ponit discrimina mundo *sol meridianus*. HOR. carm. 3, 3, 33 -as inire sedes *Romulum* (*item in circumscriptione caeli*: SERV. auct. Aen. 10, 3 'sideream' *sedem* -am dixit. CE 1504, 41. *cf.* FAV. EVL. 1, 2 W. [= p. 1, 23 H.] lactei circuli -a ac candens habitatio. *cf. p. 1707, 14*). VITR. 9, 1, 11 non -is itineribus errantia . . . sidera (*cf.* GERM. 531 via solis . . . bis senis -a signis). SEN. Oed. 219 caelo -us curret dies (Phaedr. 571. 946. APVL. met. 10, 11, 3 remeabit ad d. -am. *al.*; *cf.* APVL. met. 11, 22, 4 necdum satis luce -a). nat. 1, 15, 5 caeli ardor. 2, 10, 1 ab aethere -issimo. MELA 3, 57 noctes . . . per hiemem . . . obscurae, aestate -ae (PLIN. nat. 2, 186 FIRM. math. 1, 4, 10). *al.*

b *de igne, taeda sim.*: HOR. carm. 3, 26, 6 -a funalia (*cf.* PETRON. 97, 1 facem . . . fumosam magis quam -am. APVL. met. 11, 16, 6 taeda). OV. Pont. 4, 9, 54 surgat . . . ignis ab ara detque bonum voto -us omen apex. APVL. met. 1, 12, 3 lucernam -am gerebat. AVG. civ. 21, 4 p. 492, 18 D. adusta nigrescunt, cum ipse sit -us *ignis* (EVSTATH. Basil. hex. 2, 3, 5 *terram* nec i. abscondere poterat, qui . . . -us potius quam tenebrosus est [*gr. φωτιστικόν*]). *tropice*: LACT. Phoen. 138 *oculorum* de medio -a flamma micat.

c *de gemmis, crystallis, lapidibus sim. vel puris, dilucidis vel splendidis* (*transfertur ad qualitatem lapidis* EVSTATH.): TIB. 2, 4, 30 e rubro -a concha mari. OV. fast. 1, 338 puri -a mica salis. carm. frg. 8 currus crystallo -us albo. EPIST. Sapph. 74 premit articulos -a gemma meos (SEN. Thy. 372 gemmis mare *rubrum* -is . . . sanguineum). PLIN. nat. 37, 72 coloris incerti et . . . ad inclinationem magis aut minus -i *smaragdi*. 37, 93 *carbunculos* ex alto -os ac magis ceteris in sole flagrantes. STAT. silv. 3, 3, 200 -a saxa (*i. effigies marmorea patris mortui*). CARM. de mens. 2, 29 -a pocula vitro. CLAVD. carm. min. 36, 2 (*de crystallo, cui aqua inest*) correptam splendenti fragmine venam, qua trahitur limes -iore gelu. DAMIG. lapid. 13 omnium *iaspidum* . . . optimus et validissimus in colore est -issimus (*cf. Plin. nat. 37, 115* saepe tralucet). EVSTATH. Basil. hex. 3, 4, 10 -am possidet perspicuitatem (*gr. καθαρωτάτην*).

d *de rebus liquidis* (*fere perspicuis; cum respectu coloris* SEN. nat. 3, 2, 2 [*si recte trad.*], PRVD.): OV. ars 3, 204 -e Cydne (*de eodem Tib. 1. 7, 14* caeruleus; *ceterum cf. p. 1494, 76 sqq.*). met. 2, 365 quae *electra* -us amnis excipit (QVINT. inst. 12, 10, 60 lenior tamquam amnis [*Winterbottom*; tamen ut a. *vel* tamen namnis *trad.*] et -us quidem, sed virentibus . . . ripis inumbratus). fast. 4, 522 ut lacrimae . . . decidit . . . -a gutta (TIBERIAN. carm. 1, 14 fluenta . . . g. ibant -is). GERM. 597 freta. SEN. Thy. 130 -us Alpheos. nat. 3, 2, 2 *habent aquae discrimina* coloris: purae sunt, turbidae, caeruleae, -ae ([*conferri potest similis oppositio p. 1705, 43, sed l. 38* caeruleus *fere pro synon. ponitur*; luridae *coni. Müller*]. EVSTATH. Basil. hex. 2, 4, 7 multa corpora etiam per aquam -am . . . spectari [*gr. λεπτοτέρου καὶ διαυγοῦς*]). PERVIG. Ven. 15 roris -i . . . aquas. PROB. Verg. ecl. 6, 31 p. 333, 14 nec 'liquido *nectare*' pro fluenti dixit (*georg. 4, 164*), sed pro puro . . .; nec enim laus mellis, si fluat, sed gloria, si -um visatur. VVLG. lev. 24, 2 oleum . . . purissimum ac -um. PRVD. perist. 2, 239 (*in imag. respicitur superbia*) hunc . . . hydrops aquosus -o tendit veneno. CLAVD. carm. min. 26, 32 *lacus* vitreis . . . -us usque vadis. BOETH. cons. 3 carm. 12, 2 (*in imag.*) boni fontem . . . -um (GILD. Brit. 3 chron. III p. 28, 20 -is crebris undis niveas veluti glareas pellentibus).

e *de locis sim.*: VITR. 6, 6, 7 ut . . . fenestrarum loca relinquantur; sic enim -a erunt aedificia (CELS. 1, 2, 3 a. -o . . . hibernum solem habente). CELS. 1, 2, 7 conclavi quam maxime et alto et -o et spatioso (*cf.* SEN. epist. 82, 13 cubiculum [SORAN. p. 56, 11 mediocriter -o; *gr. p. 107, 33 Ilb. φωτεινῷ*. ORIBAS. syn. 9, 48 p. 368]). 3, 18, 5 aeger . . . loco -o . . . continendus est (7, 7, 14^{C} CAEL. AVR. acut. 1, 15, 121. 122. gyn. 2, 22 mediocriter. *cf.* acut. 1, 9, 58 in -o atque tepido et amplo mediocriter). SIL. 13, 550 (*de portis Elysii*) laxata -a nocte claustra nitent. APVL. met. 4, 26, 5 domus tota . . . taedis -a. LEO M. serm. 48, 1 (*allegorice*) ut templum dei . . . in omnibus lapidibus speciosum et in tota sui parte sit -um. *fem. pro subst.*: ISID. orig. 15, 8, 7 absida Graeco sermone, Latine interpretatur -a, eo quod lumine accepto per arcum resplendeat (*inde* GLOSS. abs[c]ida -a).

f *de corpore animantium eiusve partibus*: PRIAP. 83 (Tib. 2), 25 -um femur *puellae*. OV. met. 13, 795 -ior glacie *Galatea*. SEN. nat. 3, 18, 5 (*describuntur colores mulli*) quam -um quiddam caeruleumque . . . effulsit! (*an pro adv.? cf. p. 1708, 19*). APVL. met. 5, 16, 2 aetate media candenti canitie -us *homo*. 10, 22, 1 tam -a . . . et lacte ac melle confecta membra *mulieris*. ITALA lev. 13, 2 (Aug. loc. hept. 3, 25) si cui facta fuerit in cute . . . cicatrix signi -a (*Vulg.* lucens, *gr. τηλαυγής. cf.* 13, 4 [Aug. quaest. hept. 3, 43] -us albus *sc. tactus* [*Lugd.* splendidum candidum, *Vulg.* lucens candor, *gr. ut supra*]). PASS. Perp. 18, 2 -o vultu. CHALC. comm. 238 per fulgidam -amque pupulae stolam . . . emicans radius (*cf.* PRVD. ham. 868 involvit vitreo quos *oculos* -a palla obice). CHIRON 246 oculos -iores (295 -iores sunt et quasi sanguinei. PHYSIOGN. 40 *opp.* obscuri. 94. 106. 128. *cf.* LACT. *sub b et l. 82 necnon p. 1708, 19*). SIDON. epist. 4, 8, 5 vers. 10 lymphae, clausae quae luce metalli ora tamen dominae -iora fovent. *in explicatione allegorica*: AVG. serm. 37, 2, 2 (*ad prov. 31, 10* mulierem fortem quis inveniet?) iam inventam . . ., iam conspicuam . . ., iam ornatam, iam -am (*sc. ecclesiam*).

g *de rebus variis*: CINNA carm. frg. 2 -a . . . fulgent . . . carchesia mali (*flammas tempestate ortas intellegit Lunelli, Aerius, 1969, 66*). LVCR. 4, 845 tela (*item de armorum splendore*: VERG. Aen. 5, 306 levato -a ferro spicula [7, 626. STAT. Theb. 10, 532 ferro]. STAT. Theb. 9, 333 clipeus . . . auro -us. 11, 405 arma [CORIPP. Ioh. 1, 441]. CLAVD. 5, 351 acies ornatu -a [fulgida *var. l.*] Martis). TIB. 2, 1, 62 gerit tergo -a vellus ovis (*cf. 2, 5, 38* niveae . . . ovis). PROP. 3, 13, 30 lilia vimineos -a per calathos (*i. 'lucens per vimina', nisi* per *distributive accipiendum, v. Camps ad l.; ceterum cf.* DIOSC. 3, 144 p. 435, 22 flore mellinu habens et -u sicut rosa [*gr. 3, 132, 3 στίλβον*]). SEN. Herc. O. 730 *nives* vere primo -us perdit Mimas. PLIN. nat. 33, 159 quod *sil* -um vocant (35, 36). 35, 58 primus mulieres -a (*codd. plerique, def. Lawler, Transact. Amer. Philol. Assoc. 69, 1938, 423 sqq. pro 'splendida' accipiens*; tralucida *B et edd.*) veste pinxit *Polygnotus* (APVL. met. 11, 3, 5 albo candore -a. *cf.* CE 1237, 4 palla. BOETH. cons. 2 carm. 5, 8 -a vellera Serum). TERT. anim. 9, 4 ostensa est mihi anima corporaliter . . ., tenera et -a et aerii coloris (*cf.* 9, 5 animae . . . colorem . . . aerium ac -um [*inde* AVG. gen. ad litt. 10, 25 p. 328, 24. 329, 11. 14]). HIER. quaest. hebr. in gen. p. 33, 19 'moria' quod Aquila transtulit *τὴν καταφανῆ*, hoc est -am *sc. terram*. tract. in psalm. I p. 47, 4 sunt montes -i et montes tenebrosi. VVLG. exod. 30, 34 tus -issimum (*gr. διαφανῆ, Itala Lugd.* praeclarum. lev. 24, 7; *gr. καθαρόν*). DIOSC. 3, 20 p. 384, 21 (*de tracantho*) sic elegendus est: albus et tenuis, limpidus et -us (*gr. καθαρά*). 5, 103 p. 207, 15 si volueris illu (*i. aeruginem*) limpidu exire et -u (*gr. 5, 79, 7 εὔχρους*). *al.*

2 *respicitur lux quodam modo naturam superans*: OV. fast. 1, 94 -ior visa est quam fuit ante domus *apparente Iano*. SEN. Oed. 405 -um caeli decus, huc ades, *Bacche* (*cf.* STAT. Theb. 5, 675 -us Euhan. *an ad 1a?*). STAT. silv. 2, 7, 120 (*ad Lucanum mortuum*) adsis -us. ITALA Sirach 23, 28 (Aug. spec. 23 = VVLG.) oculi domini multo plus -iores super solem circumspicientes . . . vias hominum (*gr. φωτεινότερα. inde* AMBR. Iob 1, 3, 6 cum o. d. -ior sole occulta . . . deprehendat. *cf.* DRAC.

[Mallby]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

laud. dei 3, 23 -us omnituus [*coni. Vollmer*, -tuis *vel* -tus *trad.*] vel lumine clarior omni). Matth. 6, 22 (cod. c *al.*, *cf.* VVLG.) lucerna corporis tui est oculus tuus; si ... oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum -um erit ([*item* Luc. 11, 34. 36 *ibid.*; *gr.* φωτεινόν. *inde* CHROMAT. beat. 6, 1 *sub IIB et* HIL. in Matth. 5, 4 si simplex et -um manebit *oculi lumen*]. APRING. in apoc. 21, 15 propter puritatem ... -ior metallo extitit c. *domini incarnati. paulo aliter* AVG. epist. 158, 8 qui multitudinem *mortuorum* ... de baptisterio exeuntium in c. -is ... adverterit). IREN. 1, 4, 2 (1, 1, 7 H.) a risu *Demiurgi factam* ... -am *substantiam* (*gr.* φωτεινήν. *eadem* 2, 10, 3 [2, 10, 1 H.]. *item respicitur doctrina gnosticorum vel Manichaeorum*: 1, 24, 1 [1, 18 H.] -a imagine apparente. 2, 8, 1 [2, 7, 1 H.] quae sunt spiritalia et -a. AVG. conf. 5, 3, 5 *Manichaei* putant se excelsos esse cum sideribus et -os. *sim. al.*). LACT. inst. 6, 3, 2 planum iter, -um amoenumque campum (*cf. p. 1705, 57 et* PRVD. cath. 10, 162 via -a ... paradisi). FVLG. aet. mund. p. 150, 7 (*sec. exod. 13, 21* columna ignis) columna scientiae -o ducatu (-a ducatum *var. l.*) praebente viam vitae. HIER. epist. 49, 21, 2 *petra sepulchri* est porta orientalis in Hiezechiel (*44, 1*), semper clausa et -a *eqs.* PRVD. perist. 6, 9 Christi -us ad sedile tendit *martyr combustus* (*luditur cum usu sub 1b illustrato, cf. antea*: ardens). MART. CAP. 2, 154 *daemones* minus -ae splendentisque naturae quam illi caelestes. REGVLA mag. 3, 84 (*sim.* 9, 20) *merces* habitandi in perpetuo terram septies argento -ior (*ex Visione Pauli 21, ubi traditur* clarior).

B *usu deflexo transfertur ad qualitatem auribus percipiendam*: SYNON. Cic. p. 448, 15 vox magna. plena ... candida. pura. liquida. -a. *exempla desunt.*

II *translate* (*quae hic desideras v. sub IA 2*): **A** *de eis quae (qui) clare, bene intelleguntur, mente capiuntur* (*maxime de dictis, scriptis eorumve argumentis dilucidis, manifestis vel claris, splendidis. huc spectare videntur* SYNON. Cic. p. 416, 16 aperta. clara. -a. manifesta. *eqs.* 443, 23 subtilis. distinctus ... apertus. bonus. candidus. albus. -us): **1** *iuxta subst. vel pron.*: **a** *de rebus* (*exempla selecta inde ab* ITALA): LVCR. 1, 933 (= 4, 8) obscura de re tam -a pango carmina. HOR. ars 41 cui lecta potenter erit res, nec facundia deseret hunc nec -us ordo (AVSON. 419, 44 p. 364, 292 P. *cf.* BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 14 p. 39, 8 -am operis seriem). VAL. MAX. 4, 7 ext. 2 *Pompeius* studia nostra ... -iora et alacriora reddidit. QVINT. inst. 2, 3, 8 ut faciliora sint ad intellegendum et -iora multo, quae a doctissimo ... dicuntur (*infra*: perspicuitas). 3, 11, 23 haec ... -ior multo via *docendi* (*cf.* 4, 5, 3 manifesta et -a ... ratio [OROS. hist. 6, 1, 10]). 4, 2, 31 *narrationem* plerique scriptores maximeque qui sunt ab Isocrate volunt esse -am, brevem, veri similem (*frg. 34 Rađerm., Artium script.*); neque enim refert, an pro -a perspicuam ... dicamus (*sim.* MART. CAP. 5, 551 *explicans*: -a est n., si non confusa, si vera *eqs.*). 4, 2, 83 quia sic futura sit causa -ior (4, 4, 4. 4, 5, 1). 4, 5, 26 propositio ... debet esse aperta atque -a (*opp.* obscurum). 7, 3, 21. decl. 329 p. 293, 2 an non est hoc omnibus ... -um atque manifestum, eum ... locutum de duobus. ITALA psalm. 18, 9 (Veron. *al.* = VVLG.) praeceptum domini -um illuminans oculos (*gr.* τηλαυγής. CASSIOD. *ad l.*: quia sincere purum et immaculatum). IREN. 2, 27, 2 (2, 40, 2 H.) qui ad tam -am adapertionem caecutiunt oculos. CENS. 16, 1 tempus ... hodiernum ... -issimis notis signabo (*postea*: liquido noscetur). LACT. inst. 1, 1, 21 quae adlaturi sumus, tam clara sunt et -a (*opp.* obscuram ... veritatem). FORTVN. rhet. 3, 8 p. 125, 18 -a oratione (CASSIOD. in psalm. 1 div. l. 67). RHET. min. p. 588, 22 -a fit historia, si ... res ... structura simplici et perfecta explanetur (*antea*: ut dilucide ... exponat). AVSON. 194, 17 p. 52 P. facundia. QVEROL. p. 16, 21 R. ut negotium sit brevius et -ius, argumenta removeo. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 9, 363 hoc obscurum, sed hoc modo fiet -um (*seq. explicatio*). FVLG. myth. 3, 12 -a veritas ([*infra*: lux veritatis]. AVG. c. Cresc. 3, 55, 61 contra -issimam v. pro manifesto errore contenditur [*item superl.*: c. Petil. 2, 77, 172. LEO M. serm. 24, 6 *opp.* impias fabulas. *al.*]). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 36 p. 615^{B} quae minus videbantur ... plana et -a. AVG. epist. 102, 37 quid ista prophetia ... -ius? (*cf.* 148, 9 quid hac manifestatione -ius? c. Parm. 2, 1, 2 *opp.* tenebrosius. FVLG. RVSP. ad Monim. 2, 5, 2). 125, 3 ne res -issimas disputatio nostra faciat obscuras. *al.* **b** *de scriptoribus* (*vix huc* AVG. persev. *sub B*): QVINT. inst. 10, 1, 74 Philistus imitator Thucydidi et ut multo infirmior, ita aliquatenus -ior. 12, 10, 21 solos esse Atticos ... tenues et -os. BOETH. diff. top. 2 p. 1194^{B} Themistii diligentissimi scriptoris ac -i et omnia ad facilitatem intelligentiae revocantis.

2 -um est (*cf.* QVINT. decl. *sub 1a*): TRACT. Pelag. 6 p. 155 cui *quaestioni* licet iam satis videatur esse responsum ..., sed -ius est (dilucidius erit *ed. vet.*), si eam per species singulas persolvamus.

B *de variis rebus (homin. p. 1708, 8 sqq.) qualibet praestantia, puritate, fama sim. egregiis* (GLOSS. -um: praeclarum): VAL. MAX. 8, 11 pr. memoratu dignae res -o in loco reponentur. CYPR. epist. 6, 1 o tenebras *carceris* -iores sole ipso. PHILO quaest. in gen. 4, 240 in -iori quadam mentis regione exhibernantem *Iacob* (*subest allegoria nominis 'Iacob' i. 'candidus'*). AMBR. Isaac 5, 49 est ... fides alia ferventior ut vinum, alia -ior ut sucus est lactis (CHROMAT. in Matth. 17, 1, 1 pura et -a). RVFIN. Basil. hom. 7 p. 1786^{C} noctes -as duxeris in psalmis ... delectata (*gr.* πεφωτισμένων). PRVD. perist. 11, 22 -a sanguinei praemia tupplicii. AVG. bapt. 1, 18, 28 p. 172, 11 *si* in eius *Cypriani* -am mens em ex humana condicione nebula inrepserat (PALLAD. hist. mon. II 20, 6 m. clara et munda est -a sicut sol. *cf.* CHROMAT. beat. 10, 1 mundum cor ... offeramus, ut -o sensu deum videre possimus. FAVST. REI. epist. 8 p. 208, 20 -a pectora et perspicua penetralia). ord. 2, 5, 14 *cur* -i mores abscondantur in turba (*cf.* CHROMAT. serm. 6, 2 *si* -a conversatio *rectoris* fuerit, ... omne ecclesiae corpus illuminat. VAL. CEM. hom. 1, 7 vita ... nostra ita sit -a, ut sit omnibus nota [CE 1376, 16 = INSCR. christ. Diehl 75 *s. VI*]. CE 1424, 16 [= INSCR. christ. Diehl 1011 *s. VI*] facta). persev. 19, 49 Cyprianus martyr gloriosissimus et doctor -issimus (*item de homine*: PETR. CHRYS. serm. 120 p. 529^{A} erit iste -ior luna, qui tenebras has non tenuato lumine temperat. GREG. TVR. Mart. 1, 3 p. 589, 22 -us et toto orbe renitens gloriosus ... Martinus). CHROMAT. beat. 6, 1 tam sincerum oculum cordis et -um gerunt. PS. PROSP. vocat. gent. 1, 8 p. 655^{A} sine hac (*sc. dei*) luce nihil est -um. DRAC. laud. dei 3, 687 -a redde ..., qui tempora subtrahis Iob aspera. *al.* *neutr. plur. pro subst.* (*an etiam* DRAC. *supra?*): VEN. FORT. carm. 3, 3, 32 haec tibi lux maneat longos ... per annos atque futura dies -iora ferat.

fem. pro subst. p. 1706, 34.

neutr. pro subst. p. 1705, 8 (sing.), supra l. 16 (plur.); acc. obi. int. lucidum *fere pro adv.* HOR. carm. 2, 12, 14 -um fulgentis oculos (PORPH.: pro lucide. *cf. p. 1706, 38*).

adv. ˣlūcidē. *compar.* -ius *inde a* VAL. MAX., *superl.* -issime *inde a* QVINT. GLOSS. palam. [*dub. vel falso trad.*: CIC. de orat. 2, 108 ut verbum illud ... ⌊breviter uterque⌋ definiat (-e breviterque *aliquot recc.*). GELL. 18, 5, 12 Iulianus ... multa alia -e (*Q*, erudite *vel* eludite *cett.*) simul et adfabiliter dixit.]

fere i. q. clare (*iuxta adi. non nisi* MACR. *sub 2c*): **1** *praevalente respectu splendoris* (*in imag.* VAL. MAX., SEN.): VAL. MAX. 6, 9, 1 fortunae nubilo adulescentiae contemptu perfusus *Torquatus*, quo senectutis eius decus -ius enitesceret. SEN. epist. 71, 16 in meliorem emittitur vitam -ius tranquilliusque inter divina mansurus *animus*. PORPH. Hor. carm. 2, 12, 14 *v. l. 20*. PALLAD. hist. mon. II 20, 6 cum ... non fuerint nebulae, *sol* splendet clare et -e.

2 *praevalente respectu perspicuitatis*: **a** *de actionibus mente persequendis vel intellegendis*: QVINT. inst. 4, 5, 12 *Cicero* sic ... ostendit -issime causam (HIER. hom. Orig. in Ezech. 3, 4 RVFIN. Orig. princ. 2, 9, 7 p. 171, 26 MACR. Sat. 5, 18, 9. *cf.* MAR. VICTORIN. verb. script. 7 aperte -eque ... propheta denuntiavit. FVLG. aet. mund. p. 132, 28 demonstrentur [BOETH. herm. pr. 1, 8 p. 103, 10]). 8, 3, 1 emendate ... ac -e dicentium (GREG. M. in Ezech. 2, 3, 14 quod a sanctis praedicatoribus -e dicitur [*antea*: eloquii luce resplendent]). EPIST. procur. de aq. Sald. (CIL VIII 2728) 64 ut -ius labor meus circa duc(tum) hoc ... pareret, aliquas epistulas subieci. APVL. flor. 16, 7 reperias ... apud ipsum *Philemonem* ... agnitus -e explicatos (IOH. MAXENT. Conc.^{S} IV 2 p. 16, 32 dummodo tu -ius explices. *cf.* HERM. vulg. [= Pal.] sim. 6, 5, 1 -ius mihi de his expone [*gr.* τηλαυγέστερον. CENS. 11, 1, *ubi opp.* obscure]. RVFIN. Adamant. 1, 3 -ius explana, quod dicis [*gr.* ἑρμηνευσάτω]). TER. MAVR. 292 ne parum vel diligenter -eve expresserim, quanta sit ... diversitas. PAVL. dig. 44, 4, 1 pr. quo -ius intellegi possit haec exceptio. SERV. gramm. IV 449, 3 breviter -eque digessi. HIER. praef. Vulg. par. p. 7, 6 sanctam scripturam -ius intuebitur, qui Iudaeam oculis contemplatus est. ANIAN. Chrysost. laud. Paul. 4 p. 492 -issime claret (*gr.* εὔδηλον. *cf.* OROS. hist. 4, 20, 9 -issime patet). RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 27^{a} -ius scripseris (*aliter* VVLG. *sub c*). Orig. in gen. 1, 10 p. 12, 12 indicatur (LEO M. epist. 23, 2 [Conc.^{S} II 4 p. 5, 19] quam plenissime et -e [*gr.* τηλαυγέστατα]). PS. AVG. praed. et grat. 1, 1 hic -ius apparere, ibi altius latere ... veritatem. *al.* *verbo supplendo*: BOETH. in Porph. comm. pr. 1, 7 p. 16, 10 hic Fabius: subtilissime, inquit, et -e. **b** *de actione videndi* (*cf. l. 50*): ITALA Marc. 8, 25 (cod. k) restitutus est ut videret -e (*gr.* τηλαυγῶς, *cod. c* manifeste, *al. et Vulg.* clare). **c** *de actu vel modo oculis percipiendo*: VVLG. deut. 27, 8 scribes super lapides ... verba legis ... plane et -e (*gr.* σαφῶς σφόδρα, *Itala Lugd.* diligenter). MACR. somn. 1, 21, 12 clarissimam stellam -eque notabilem.

paronomasiae: APVL. met. 1, 12, 3 lucernam -am. 11, 22, 4 luce -a. AVG. serm. 170, 11, 11 lumen ... -um remanet. GREG. TVR. Franc. 7, 1 p. 325, 11 luce -ior.

deriv.: luciditas, lucido.

compos.: in-, prae-, sublucidus; *cf.* di-, e-, per-, translucidus.

cf. Onom. *Maltby.*

ˣlūcifer, -a, -um. *a* lux *et* ferre (*cf.* φωσφόρος). PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. p. 153, 22 B. *inter nomina in* fer, *non in* ferus *desinentia*. NOT. Tir. 72, 49. 72, 50^{a} *v. sub II B 2. legitur inde ab* ACC., POMPON., LVCR., CIC. ['*stella matutina*': *val.* luceafer. *cf. M.-L. 5141. St.*] [*vix recte trad.* GERM. frg. 4, 73; *cf. Le Bœuffle, Rev. phil. 47, 1973, 67. varia lectio minus probabilis* -a *pro* luctifera SEN. Med. 842.]

i. q. lucem ferens, emittens sim. (GLOSS. φωσφόρος): **I** *adi.* (*cf. p. 1709, 28*): **A** *proprie*: **1** *res caelestes, dei*: ACC. trag. 331 -a lampade abietem (arietem *trad.*) exurat Iovis (*nom.*). LVCR. 5, 726 *luna* aufert -am partem glomeraminis atque pilai ([*721* candenti lumine tinctus *globus. 723* ignibus aucta *pars*]. *item de luna*: OV. epist. 11, 48 -os l. movebat equos. ANTH. 723, 15 -is ... iugis concordes siste iuvencas. *epitheton deae*: INSCR. Année Epigr 1972 n. 388 [*in ara*] Lunae -ae). CIC. nat. deor. 2, 68 apud Graecos Dianam eamque -am ...

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

invocant (*al., v. Onom. vol. III 133, 64—72 et cf.* Ov., epist. 19[20], 194 ut tibi, *Cydippe,* -as adferat illa, *quae simul Lucina est,* manus). Ov. ars 3, 180 roscida -os cum dea *Aurora* iungit equos. Pavl. Fest. p. 119 *Lucanorum* regio sita est ad partem stellae -ae (*sc. Veneris ut* Mart. 11, 69, 6 -ae ... astra deae. Serv. ecl. 8, 14 ortum -um ... aspexit et ad eum, quippe ad V. stellam, locutus est). Val. Fl. 5, 370 nox ... -as crinita faces. Novatian. trin. 1, 2 D. *deus* -os solis ortus excitavit (*item de sole*: Nemes. cyn. 136 iubar [Drac. laud. dei 1, 422]. Chalc. transl. p. 22^{C} currus ... -os [*gr. non respondet*]. comm. 247 globus iste ignitus -r. Avien. Arat. 1547 se -is ... exserat oris). Symph. 300 inter -um (lucificum, lucifluum *var. ll.*) caelum terrasque iacentes *it funambulus.* Avson. Mos. 260 -i ... pavent *pisces capti* letalia tela diei. CIL VI 73 Bon(ae) Deae -ae. 2 *oculi vel lampades sim.*: Chalc. transl. p. 45^{B} -i oculorum orbes (*gr. φωσφόρα ... ὄμματα. cf.* comm. 246 -ae semitae *oculorum*). Carm. de Sod. 160(161) *in lacu Asphaltite* si ... testae -am narem insiste[n]s (testam ... nare instituas *var. l.*), qua spiritus igni est, velificabit apex flammae (*ad rem cf. Heges. 4, 18 p. 270, 11* lucernam accensam ferunt supernatare). Inscr. Dessau 9416 dec(urio) ... statuam -am decurionatus sui hic conlo⟨ca⟩tam *eqs.*

B *translate, respicitur fidelium Christianorum illuminatio salutaris*: Ps. Cypr. singul. cler. 16 p. 191, 9 (*afferuntur psalm. 118, 105* lucerna ... lux. *18, 9* praeceptum ... lucidum illuminans) hoc est ergo -um, quodcumque a deo fuerit intimatum. Prvd. psych. 625 quaerite -um (lucifluum *var. l.*) caelesti dogmate pastum (*subest Matth. 6, 33*). Carm. de resurr. 9 (*8* aetherias modulabor luminis oras) iam mihi -as liceat contingere Musas ('*carmen salutiferum, vere christianum*' *Waszink ad l.*).

II *masc. pro subst. (usu praedicativo sublucere videtur vis adi. p. 1710, 23), nomen stellae Veneris; significatur tam stella passim quam deus ut p. 1710, 72 sqq. 77 sqq.; v. etiam sub B 3 f et g, cf. attributum Dianae sub I A 1. ad rem v. W. Gundel, De stellarum appellatione eqs., 1907, 7 sqq. et A. Rehm, RE s. v. Hesperos.* Gloss. V 114, 4 genere neutro, ut Donatus (219, 10; *quod e* Verg. ecl. 8, 17 *sub B 2 citato ortum esse demonstravit Goetz. cf.* Dvb. Nom. gramm. V 582, 24 -r generis masculini, ut Sidonius nitidus -r [*falso*; Ovidius nitid⟨issim⟩us -r *Glorie collato* Ov. *p. 1710, 83 citato*]).

A *testimonia*: Cic. nat. deor. 2, 53 stella Veneris, quae *φωσφόρος* graece, -r latine dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, *Ἕσπερος* (*item fere* Vitr. 9, 1, 7 *Veneris stella* post occasum eius *solis* apparens ... Vesperugo vocitatur, ... oriens ante lucem -r appellatur. Plin. nat. 2, 36 Vesper. Mart. Cap. 8, 883 Vesper vel Vesperugo). 3, 51 si luna dea est, ergo etiam -r ceteraeque errantes numerum deorum optinebunt. Varro ling. 7, 76 iubar dicitur stella -r, quae in summo quod habet lumen diffusum, ut leo in capite iubam (*al., v. p. 571, 81 sqq. et cf. p. 572, 18 sqq.*). Schol. Hor. carm. 2, 9, 10 'Vespero' eodem Hespero, idem enim Hesper, qui et -r dicitur. Avg. civ. 7, 15 p. 293, 2 D. -um ... quidam Veneris, quidam dicunt esse Iunonis; sed, ut solet, Venus vincit *eqs.* Isid. orig. 3, 71, 18 -r dictus eo quod inter omnia sidera plus lucem ferat. Gloss. *φωσφόρος ἀστήρ. ἑωθινὸς ἀστήρ. ἑωσφόρος* (*ἀστήρ*). stella quae ante solem oritur vel diem nuntiat. *sim. al.*

B *exempla usum illustrantia* (*vocabulum* stella *apponitur*: Varro ling. 7, 76 rust. 3, 5, 17 Isid. orig. 6, 19, 3. *v. etiam* Ov. *p. 1710, 83 et cf.* stella -a *supra l. 4,* -i ... sidere Verg. georg. 3, 324, stellam -i Serv. auct. Aen. 2, 801): 1 *in comparationibus, imag., allegor. sim.* (*comparantur res, homines, Christus; rosa p. 1710, 14, cognitio veritatis christianae p. 1710, 8; accedit gen.* Tiberian. carm. 1, 9 Ps. Hil. hymn. 1, 5): **a** *in bonam partem, sc. cum respectu praestantiae, pulchritudinis*: *α sententiis plenis, sc. acced.* quasi, velut *sim.*: Pompon. Atell. 74 simile est (*quid, non liquet*), quasi cum in caelo fulgit propter lunam -r. Verg. Aen. 8, 589 *Pallas* chlamyde et pictis conspectus in armis, qualis ubi Oceani perfusus -r unda ... extulit os (*cf.* Val. Fl. 6, 527 discolor ... chlamys ardet acu tremefactaque vento implet equum, qualis roseis it -r alis). Ov. met. 2, 723 quanto splendidior quam cetera sidera fulget -r et quanto quam -r aurea Phoebe, tanto virginibus praestantior omnibus Herse ibat. Pont. 2, 5, 50 surgit *Germanicus* ..., qualis ab eois -r ortus aquis. Sen. Phaedr. 752 *Hippolytus pulcher est*; talis est ... Hesperus, pulsis iterum tenebris -r idem. apocol. 4, 1 vers. 25 qualis discutiens fugientia -r astra aut qualis surgit ... Hesperus astris, ... (30) talis Caesar adest. Sil. 7, 639 Cleadas, fulva cui plurima passim casside et aurato fulgebat gemma monili; qualis ubi Oceani renovatus -r unda laudatur Veneri et certat maioribus astris. Hier. interpr. Iob 11, 17 oratio tua tamquam -r erit (*gr. ἑωσφόρος*; Vvlg. [*alio contextu*] orieris ut -r). 41, 10 oculi eius *monstri* species -i (*gr. εἶδος ἑωσφόρου, Vulg. 41, 9* ut palpebrae diluculi). Rvfin. hist. 8, 13, 7 primus velut -r quidam inter astra consurgens Petrus *episcopus Alexandrinus* (*gr. non respondet*). Avg. in Iob p. 522, 16 dominus vespere sepelitur et mane resurgit, hanc ergo vitam tamquam -o potest comparare (*cf.* Greg. M. moral. 29, 75 *Christus* velut -r ... apparuit, ... quia diluculo ex morte surrexit). Op. imperf. in Matth. 4 p. 657 sicut ... cum processerit -r, lux non exspectat occasum -i, ... sed adhuc eo ascendente egreditur ..., sic et Iohanne praedicante ... Christus non exspectavit *eqs.* Ven. Fort. carm. 7, 8, 46 (*ad Lupum*) -r ut radiis, sic mihi mente nites. Mart. 3, 507 quis splendor ... rutilabat ab ore coruscus, -r ut radiis premeretur vultibus illis. 4, 591 qui splendore nitens pulcher quasi -r exis. vita Hil. 3, 6 nobilitatis lampade non obscurus ..., nitore pectoris addito quasi refulgens -r inter astra processit. Greg. M. moral. praef. 13 *sancti viri velut Abel, Enoch, alii quasi stellae erant,* quousque in finem noctis redemptor *Christus* ... quasi verus -r surgat (Isid. nat. 26, 10 -r ..., cuius figura est Chr., qui velut -r ... producitur, per quem lux fidei tamquam dies secutura monstretur. *addas p. 1709, 77. 78. cf. l. 35*). *β voculis comparativis omissis, sententiis concisis*: Itala II Petr. 1, 19 (Aug. gen. ad litt. 4, 23. *al.* = Vvlg.) donec dies lucescat et -r oriatur in cordibus vestris (*gr. φωσφόρος. cf.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 150, 19 [*affertur Itala gen. 32, 27* ascendit ... matutinum] his, qui ... ignorationis caliginem habent, *luctatur Christus*; ... cum vero eis ortus fuerit in mente intellegibilis -r, quando ... verum divinae scientiae resplenduit lumen *eqs.; infra*: intellegibile matutinum. *gr. I 1, 2 p. 97, 28 ὁ νοητὸς ἑωσφόρος*). Tiberian. carm. 1, 9 *rosa* omnium regina odorum et (vel *Bährens*) colorum -r (Lvx. anth. 366 haec florum sidus, haec -r almus in agris). Epigr. Bob. 31 (= Avson. 144 p. 425 P.) Stella, prius vivis fulgebas -r, at nunc exstinctus cassis lumine Vesper eris (*Plat. Anth. Pal. 7, 670 ἀστὴρ* [*an vocativus nominis proprii?*] ... *Ἑῷος*). Ps. Hil. hymn. 1, 5 (*1, 1* lucis largitor splendide) tu verus mundi -r. Epist. pontif. 392 (Conc.^{S} I 2 p. 109, 11; *Xystus ad episcopum Iohannem, qui eum λαμπτῆρα appellaverat*) ecclesiae addis -um et ubique lucentem, sed ... omnes, qui lucis illius signum fronte gestamus, -os confitemur; sint ergo omnes ... sacerdotes -i et ubique lucentes. Petr. Chrys. serm. 91 p. 457^{B} *Iohannes* surgat novus -r, quia iubar iam veri solis (*i. Christi*) erumpit. Arator act. 1, 1022 periere tenebrae -o radiante novo (*act. 12, 7* lumen refulsit in habitaculo, *cum angelus noctu Petrum liberaret*).

b *in malam partem respicitur diabolus, antichristus vel ii, qui eum sequuntur*: *α in explicatione* Italae Is. 14, 12 (Tycon. reg. 7. *al., sim.* Vvlg.) quomodo cecidit de caelo -r mane oriens (*sc. in imagine de rege Babylonio; item e. g.* Hier. *ad l.* p. 161^{D} [*aliter in altera interpretatione* p. 220^{A} *v. infra*], *sed iam Tert. adv. Marc. 5, 11 p. 613, 19 verba Is. 14, 14 prolata diabolo tribuit*): Tycon. reg. 7 p. 71, 24 (*inde* Isid. nat. 26, 11) caelum ecclesiam dicit ...; de hoc caelo cadit -r matutinus; -r enim bipertitum est, cuius pars sancta est (*affert apoc. 22, 16 et 2, 28*) ..., ut sit stella matutina sicut Christus, quem accepimus; pars ergo -i, id est adversum corpus quod est diabolus, reges et populus, cadit de caelo et confringitur in terra (*postea in singulis versibus Is. 14, 12—21 distinguit quae ad ipsum diabolum et quae ad eius corpus, id est homines impios sim., pertineant. eadem distinctione*: Avg. doctr. christ. 3, 132 [*laudato Tyconio 3, 131*]. gen. ad litt. 11, 24 p. 356, 13 quae in figura regis velut Babylonis in diabolum dicta intelleguntur, plura in eius corpus conveniunt ... et in eos maxime, qui ei ... cohaerent apostatando a mandatis dei. p. 357, 8). Ambrosiast. in Rom. 11, 11, 1 sicut ... diabolum legimus cecidisse dicente Esaia (14, 12). in I Cor. 15, 52. Hier. hom. Orig. in Ezech. 1, 3 p. 326, 14 vide consonantiam prophetici evangelicique sermonis: prophetes dicit (*affert* Is. 14, 12) ..., Iesus loquitur: videbam Satanam quasi fulgur de caelo cadentem (*sc. Luc. 10, 18, qui locus item comparatur*: 13, 2 p. 443, 20. Hier. in Is. 14, 12 p. 220^{A} iste est princeps saeculi, qui inter stellas ceteras mane oriebatur et suo vitio de -o vesper effectus est ..., qui vulnerabat gentes *eqs.* [*aliter l. 30*]. Rvfin. Orig. princ. 1, 5, 5 p. 76, 22 sqq.). Qvodv. (?) prom. 4, 1, 2 *afferuntur Ezech. 28, 12—15 et* Is. 14, 12. *β imagine stellae evanescente vel loco* Is. 14, 12 *non plene adhibito paulatim vergit in ipsam appellationem diaboli*: Hier. epist. 15, 1, 3 (*1 schismate orientem turbante* cathedram Petri ... censui consulendam) nunc in occidente sol iustitiae oritur (*Mal. 4, 2*), in oriente autem -r ille qui ceciderat super sidera posuit thronum suum. Avg. in euang. Ioh. 3, 7 qui ante -um genitus est (*respicitur* psalm. 109, 3 *v. sub 2*), omnes ipse illuminat; dictus est enim quidam -r, qui cecidit: erat enim angelus, et factus est diabolus *eqs.* Op. imperf. in Matth. 4 p. 658 ille antiquus -r, qui mane oriebatur, cogitavit apud se dicens: super caelum ascendam (*Is. 14, 13*); si ergo ille angelus constitutus pro sola cogitatione superbiae depositus est de angelica gloria ad ignominiam tenebrarum, ego quid merear pati *eqs.* *cf. falsam var. lect.* Ps. Hil. libell. 6 p. 76, 22 cui *homini* cum omnia tradita videret -r, ... invidit (*pro*: cui, cum omnia mundi conspiceret mancipata, unus ex angelis ... invidit).

2 *usu communi*: Varro ling. 7, 76 huius -*i* ortus significat circiter esse extremam noctem (*cit. Pacuv. trag. 347 v. p. 572, 56. cf. infra sub 3 e*). Verg. ecl. 8, 17 nascere praeque diem veniens age, -r, almum. georg. 3, 324 -i primo cum sidere ... rura carpamus. Aen. 2, 801 surgebat -r ... ducebatque diem. Aetna 242 *scire,* -r unde micet quave Hesperus. Tib. 1, 9, 62 dum rota -i provocet orta diem (*sc. curru vehentis ut*: Eleg. in Maecen. 1, 132 nitentem -um ... currere cernis equis. Ov. am. 1, 6, 65 pruinosos molitur -r axes. *v. etiam l. 77 sqq.*). CE 963, 3 (*a. 12 a. Chr.*) invidus aurato surrexit mihi -r astro, cum miseram me urgeret invidia (*sc. ex vita me expellens*). Ov. am. 2, 11, 56 haec ... caelo nitidissimus alto -r admisso tempora portet equo! (*sc. singulari vehens [nisi per sing. collect. currum respici putes] ut*: met. 15, 189 trist. 3, 5, 56 Stat. Theb. 2, 139. CE 1109, 7 [*aet. Flaviorum*]. Clavd. 8, 563. Drac. laud. dei 1, 669 -r ... nocturnus eques. Romul. 10, 470 -r ... puniceo praevectus equo). epist. 17 (18), 112 praevius Aurorae -r ortus erat. met. 11, 271 -o genitore satus ... Ceyx. 15, 789 (*inter prodigia belli civilis*) caerulus et vultum ferrugine -r atra sparsus erat. trist. 1, 3, 72 nitidissimus ..., stella gravis nobis, -r ortus erat. *al.* Epiced. Drusi 406 sq.

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

MANIL. 1, 177. SEN. Herc. O. 149 *Iove apud Alcumenam commorante* commisit ... vices -r Hespero (*cf.* LVCAN. frg. 8, 2 Olympi rector -um ter iusserat Hesperon esse). Oed. 507. 741 COLVM. 10, 291. LVCAN. 1, 232 ignes solis -o fugiebant astra relicto. 2, 725. 10, 434. PLIN. nat. 2, 79 suus ... cuique *sideri* color est, ... -o candens, Vesperi refulgens. STAT. Theb. 3, 32. 5, 291 IVV. 8, 12. 13, 158 usque a -o donec lux occidat. ITALA psalm. 109, 3 (Sangerm. *al.* = VVLG.) ante -um genui te (AVG. in epist. Ioh. 1, 2 ille a. solem, qui fecit solem, ille a. -um *eqs.* NOT. Tir. 72, 50[a]). *al.*

3 *notabilia quaedam exempla*: **a** *arte factus est*: VARRO rust. 3, 5, 17 *in ornithone* sub tholo stella -r interdiu, noctu Hesperus, ita circumeunt ad infimum hemisphaerium ac moventur, ut indicent, quot sint horae. **b** *poetice fere pro toto die, cui praecedit, ponitur* (*cf. usum sub c illustratum*): TIB. 1, 3, 94 (*mihi contra spem advenienti Delia laeta obviam currat*) hoc precor, hunc illum nobis Aurora nitentem -um roseis candida portet equis (*sim.* OV. am. 2, 11, 56 trist. 3, 5, 56, *sed notione astri magis vigente, quare sub 2 inseruimus hos locos*). PROP. 2, 19, 28 memento venturum paucis me tibi -is. OV. fast. 1, 46 ne ... ignores variorum iura dierum, non habet officii -r omnis idem. 2, 568 nec tamen haec *sacrificia fiunt* ultra, quam tot de mense supersint -i (luctiferi, letiferi *var. ll.*; luctiferos *coni. Huelsen, alii alia*), quot habent carmina nostra pedes (dies *var. l.*; deas, fides *coni. viri docti*). 3, 772 quare toga libera detur -o (-i, luce feris *var. ll.*) pueris, candide Bacche, tuo. 6, 211 muneris est tempus, qui Nonas -r ante est. 6, 791 -o subeunte Lares delubra tulerunt. NEMES. ecl. 2, 30 nulla meae trinis tetigerunt gramina vaccae -is. **c** *poetice -i numerantur* (*ad b relegavimus exempla, ubi praevalet vis diei*): OV. met. 11, 98 iam stellarum ... coegerat agmen -r undecimus, ... cum ... rex venit. fast. 2, 150 quintus ... iubar extulit undis -r, et primi tempora veris eunt (erunt *var. l.*). 3, 877 tres ubi -os veniens praemiserit Eos, tempora nocturnis aequa diurna feres. 4, 677 iam praeteritas quartus tibi -r Idus respicit. STAT. Theb. 6, 239 iam novies caelo dimiserat astra -r. 12, 50 tertius Aurorae pugnabat (Auroram pulsabat *var. l.*) -r, et iam ... venere trabes. DRAC. laud. dei 2, 552 tertius ... processit -r astris. **d** *pro omnibus astris est*: PERS. 5, 103 navem *regendam* si poscat sibi peronatus arator -i rudis, exclamet Melicerta perisse frontem de rebus (SCHOL. cum nec freta nec siderum rationem noverit. *an potius per hyperbolen de agricola, qui ne notissimam quidem stellam novit?*). AVG. in psalm. 92, 6 l. 42 (*ad* psalm. 109, 3 *v. sub 2*) ante omne, quod illuminatur; per -um enim aut stellas omnes significat et per stellas tempora *eqs.* (*sim.* ɑ psalm. 109, 16 l. 10 PROSP. in psalm. 109, 3 l. 84). **e** *pars noctis extrema habetur*: SERV. Aen. 2, 268 sunt ... solidae noctis partes secundum Varronem hae: ... gallicinium, -r (crepusculum matutinum *add. pars codd. fortasse sec. Serv. auct. 3, 587, ubi pro* -r *ponitur* aurora vel crepusculum matutinum; *sed non ipsam partem noctis sic appellat* VARRO *p. 1710, 67, ceterum et* diluculum *nominatam, e. g. Cens. 24, 2*). **f** *cultu fruitur*: HIER. in Am. 5, 25 l. 836 'sidus dei vestri', quod hebraice dicitur chocab, id est -i, quem Sarraceni huc usque venerantur (*cf.* vita Hilar. 25 colunt illam *Venerem* ob -um, cuius cultui Sȧracenorum natio dedita est). Ps. RVFIN. (IVLIAN. AECL.?) in Am. 7, 1/3 cultores -i. **g** *Caesari dicatur*: AVG. doctr. christ. 2, 79 sidus, quod appellamus -um, honori et nomini Caesaris Romani dicare conati sunt. **h** *transfertur ad aliam stellam*: PRVD. apoth. 626 *stellae, cum stella Christo oriretur,* -um timuere novum.

v. Onom.

lūciferāx, -ācis *adi.* *a* lux *et* ferax. *i. q. multam lucem (in)ferens*: VEN. FORT. carm. 2, 4, 3 dius apex ... -x auras animantes affluit (*in carm. figurato, v. vol. I 1244, 20*).

lūcifico, -āre. *a* lux *et* facere. [*falsa var. l.* LABER. mim. 78 *pro* elucificare, *q. v.*] *i. q. illuminare*: ITALA Ioh. 1, 9 (Hil. in psalm. 118 nun l. 131, 2. 138, 37) lux vera, quae -at omnem hominem (*gr.* φωτίζει, *cod. a al. et Vulg.* inluminat). *accedente abl. rei tollendae fere i. q. illuminando separare* (*cf. etiam* iustificare *p. 713, 21 sqq.*): AVG. c. Faust. 22, 9 p. 598, 6 quam *lucem* fecit deus in mentibus piorum, quas a tenebris -at, sicut ab impietate iustificat.

lūcificus, -a, -um. *a* lux *et* facere. [*falsa varia l.* -am *pro* lucrifera PLAVT. Persa 515, -um *pro* luciferum SYMPH. 300.] *i. q. lucem faciens, creans*: AVG. c. Faust. 22, 8 p. 597, 21 'fiat lux ...' (*gen. 1, 3*), quam non fecisset nisi -a lux, quod est deus (22, 9 p. 598, 12 [*quae praecedunt v. s.* lucifico] illa -a l., quae non solum illam spiritalem lucem ... fecit *eqs.*). CAEL. AVR. acut. 2, 9, 45 lux ..., quam lethargicis adhibemus tectorum sub tegmine, nullo vapore -i solis augetur.

compos.: elucifico.

lūcifluus, -a, -um. *a* lux *et* fluere. [*falsa varia l.* -um PRVD. psych. 625 *et* SYMPH. 300 *pro* luciferum.] *i. q. lucem effundens, lucidus*: **1** *proprie*: IVVENC. 3, 293 -um reddet sol tertius ortum (*respicitur sol ut*: ZENO 1, 16, 8 [1, 2, 19 L.] ubi ... igne flagrantis -i aurigae ... *luna* compleverit globum. VEN. FORT. Mart. 2, 265 sol ... -as curru flectebat habenas). SCHOL. Hor. gloss. *Γ* carm. 3, 26, 6 'lucida': -a. Ps. AVG. serm. cod. Guelf. app. 1, 1 p. 168, 52 *Christo nato stella apparuit, ut* suum ... factorem -um sidus desuper salutaret. ISID. nat. 18, 1 *et* orig. 3, 53, 1 (= SVET. frg. p. 209, 1) eius *lunae* unam partem esse -am (lucere *Aug. in psalm. 10, 3, quem testem affert Isid. loco priore; cf. Lucr. 5, 726 p. 1708, 80*), aliam vero obscuram. **2** *translate, sc. cum respectu intellectus nec non salutis Christianae*: IVVENC. 4, 119 gens omnis habebit testem -o sancti (-tae *var. l.*) sermone salutis (*Matth. 24, 14* in testimonium omnibus gentibus). CONC. Carth. a. 525 Mansi 8, 641[B] *iuventus bene educabitur,* dum veternosi tramitis forma sub tanti coetus (*i. concilii*) examine -a demonstrata ratione claruerit. Ps. VEN. FORT. carm. app. 11, 7 ordine -o dignum cape, victor *Christe,* honorem.

lūcifuga, -ae *c.* *a* lux *et* fugere (fuga); *cf.* lucifugus. *i. qui lucem (diei) fugit, tenebras amat* (*fere contumeliose dictum de hominibus, deis; de animali* NOVATIAN.; *cf.* GLOSS.[L] Corp. L 280 -a: qui tenebras diligit. I Ansil. LV 76 -ae: lucem fugientes): **1** *proprie*: SEN. epist. 122, 15 is erat ex hac turba -arum (*16* illum et lychnobium dicetis). APVL. met. 5, 19, 2 (*loq. Psyche*) tantum nocturnis subaudiens vocibus maritum ... prorsus -am tolero (*de eodem*: FVLG. myth. 3, 6 p. 67, 23 ille coniux -a). AMM. 16, 7, 7 cum soleant ... homines post partas ex iniquitate divitias latebras captare secretas, ut -ae vitantes multitudinis laesae conspectus. MART. CAP. 2, 130 eam *Philologiam* cum ... conspicerent *matronae* per omnia trepidantem et velut -am haesitationibus torpentem, ... in conspectum ... venire ... compulerunt. **2** *translate de haereticis, qui lucem veritatis christianae fugiunt* (*cum gen. rei, cuius lux evitatur,* TERT., NOVATIAN.): TERT. resurr. 47 p. 98, 10 age iam, quod ad Thessalonicenses (*I Thess. 5, 23*) ⟨ut⟩ ipsius solis radio putem scriptum (ita claret), qualiter accipient -ae isti scripturarum *eum locum*? (*ad eundem locum*: Ps. ORIG. tract. 17, 11 B. quod -ae isti haeretici non libenter accipiunt). NOVATIAN. cib. Iud. 3, 23 quando noctuam *comedi vetat deus lev. 11, 16,* odit -as veritatis (*sc. quibus haeretici praefigurati sunt; cf. l. 47*).

? **lūcifugāx,** -ācis *adi.* *a* lux *et* fugax. *i. q. lucem (diei) fugiens*: MIN. FEL. 8, 4 (*de Christianis; antea*: nocturnis congregationibus) latebrosa et -x natio (*an cum Daniele corrigas* -fuga*?*).

lūcifugus, -a, -um. *a* lux *et* fugere; *cf.* lucifuga. *vocativus* -us CARM. de fig. *exempla formarum fem., quae pro subst., sc. per appositionem, accipi possunt, sub* lucifuga *attulimus.*

i. q. lucem (diei) fugiens (*cf.* GLOSS. V 309, 9 -i: qui tenebrosa diligit [*sic trad., numeris turbatis*]): **1** *de hominibus, contumeliose dictum*: LVCIL. 468 quaestor ... -us, nebulo (*an pro subst.?*). CIC. fin. 1, 61 alii ... *sunt* malevoli, invidi, difficiles, -i *eqs.* CARM. de fig. 29 (*describitur ἀνθυποφορά*) at si adversa mihi referam, relatio fiet: 'sed moveas (semoveas *Emperius*) te, -us, sis in medio audax'. RVT. NAM. 1, 440 squalet -is insula *Capraria* plena viris (*sc. monachis*).

2 *de animalibus*: VERG. georg. 4, 243 -is congesta *sunt* cubilia blattis ([SERV. per noctem vagantibus; *cf. etiam Plin. nat. 11, 99* tenebrarum alumna blattis vita, lucemque fugiunt]. ARNOB. nat. 6, 16 p. 328, 12 M. steliones, sorices, mures blattasque -as. *adde* AVG. *et* ISID. *sub* lucipetus). GRATT. cyn. 402 collaribus ... sunt qui -ae cristas inducere maelis iussere. TERT. adv. Val. 3 p. 179, 14 *serpens* -a bestia (*in imag.* PHOEBAD. c. Arian. 6 l. 3 D. -a serpens). ANTH. 762, 40 noctua -a (EVSTATH. Basil. hex. 8, 7, 5 vespertiliones ... et n. -ae sunt [*gr.* τῶν νυκτινόμων εἰσίν]. *cf.* SERV. georg. 1, 403 'noctua' ... avis est -a. *v. etiam l. 25*). ISID. orig. 12, 7, 41 nycticorax ... avis -a.

3 *de rebus*: **a** *usu corporali*: APVL. apol. 16, 13 tu ..., quid ego in propatulo ... agam, facile e tenebris tuis arbitraris, cum ipse humilitate abdita et -a non sis mihi mutuo conspicuus. MART. CAP. 1, 78 fratres Iovis, quorum alter ... viridior, alius (*sc. Dis*) -a inumbratione pallescens. **b** *usu incorporali, sc. cum respectu haereticorum lucem veritatis christianae fugientium*: ISID. in lev. 9, 9 quando noctuam *comedi vetat deus,* odit -as vanitates (*variat Novatianum l. 26*).

lūcigena luci genita GLOSS.[L] I Ansil. LV 77. *a* lux *et* gignere.

[lelixfax (*i.* elelisphacus) idest **lucilligine** GLOSS. III 540, 46. *falso tradi pro* lactilagine *vel* tussilagine *coni. Goetz.*]

lucillum *v.* lucellum.

[**lucinantēs** *falso tradi vid. pro* lenocinantes, *v. p. 1153, 33.*]

lūcinia, *vox ficta veriloquii vocabuli* luscinia *gratia, v. ibi.*

lucinium *v.* licinium.

limbunculus (linb- *trad.*) **lucinius** GLOSS. V 506, 28. *obscurum* ('lacinius*?*' *Goetz*). *locum addas s. v.* lembunculus *p. 1136, 25.*

φωτεινός luculentus, **lūcīnōsus,** lucidus, lucinus GLOSS. II 474, 29.

a 1. lucinus (*cf.* obnoxiosus *ab* obnoxius), *nisi pro* lum-, *ut dubitanter coniecit Heraeus in exemplari suo.*

1. lūcīnus, -a, -um. *a* lux, *sed v. etiam l. 73.* *i. q. ad lucem pertinens, lucidus*: PRVD. c. Symm. 2, 222 (*loq. deus Christianorum*) ipse ego sum ..., qui -as tribuo nascentibus horas (*immixta voce* Lucina *ita, ut fortasse illuc pertineat*). GLOSS. *v. s.* lucinosus.

deriv.: ? lucinosus.

2. lucinus *v.* lychnus.

τύρνες **luciolus** GLOSS. III 318, 31 *inter pisces.* *a* lucius *deminutive. τύρνες esse graec. vulgare τοῦρνα 'lucius' demonstravit Papendick, Die Fischnamen in griech.-lat. Gloss., Diss. Würzburg 1926, 45; cuius ignarus iterum Müller-Graupa, Glotta 18, 1930, 146.*

lūciparēns, -entis *adi.* *a* lux *et* parens (pario). *i. q. lūcem (astrorum) producens*: AVIEN. Arat. 854 -s nox (*sed gr. 408 ἀρχαίη νύξ*).

lūcipetus, -a, -um (*potius quam* lucipeta, -ae). *a* lux *et* petere, *fortasse ab* AVG. *sec.* lucifugus *formatum; v. etiam Heraeus, Kl. Schr. 99.* *i. q. lucem appetens*: AVG. c. Faust. 19, 24 p. 524, 29 quo pacto diri-

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

matis quaestionem inter muscas -as et blattas lucifugas (*sec. Verg. georg. 4, 243 p. 1712, 41. eadem oppositione* Isid. orig. 12, 8, 7).

lūcisator, -ōris *m.* *a* lux *et* sator. *i. qui lucem (siderum) creat, de Christo*: Prvd. cath. 3, 1 o crucifer bone, -r, omniparens, pie, verbigena.

lūcīsco *v.* lucesco.

lucitālis, -e. *origine et notione obscura, in nomine herbae q. e. filicula*: Ps. Diosc. Vind. 4, 186 p. 334, 17 *πολυπόδιον· ... Ῥωμαῖοι φιλίκουλα λουκιτάλις (λικουτάλις var. l.).*

lūcius, -ī *m.* [*praen.* Lucius *vid. subesse, cf.* Avson. *infra et Leumann, Gramm. 1977, 269. Sch.*] [*it.* luccio; *francog. vet. et med.* luz, lus, *pic.* lus, *pict.* luz; *prov. vet.* lus *et var. dial.; cat.* llus. *cf. M.-L. 5143. Battisti-Alessio III 2275. Wartburg V 436 sq. Corominas III 142. St.*] *nomen piscis*: Avson. Mos. 122 Latio risus praenomine ..., querulis vis infestissima ranis, -us, obscuras ulva caenoque lacunas obsidet. Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 17. Anthim. 40 -us: piscis et ipse bonus *eqs.*

deriv.: luciolus.

lucophorus, -ī *m.* *ex vocabulo incerto et* -phorus (*-φορος*) *compositum videtur. genus sacerdotum vel ministrorum, ut videtur (pertinet ad cultum Iovis o. m. Heliopolitani. daduchos significari negat Mommsen ad l.)*: CIL X 1578 (*'litt. barbaris' ed.*) sac(erdotes) et (fi *fere lapis*) -i.

lūcor, -ōris *m.* *a* lucere. [*val. vet.* lucoare; *it. vet.* lucore *et var. dial.; sard. centr.* lukore, lugore; *francog.* lueur; *prov. vet.* lugor, *var. francoprov., vasc.; cat.* llugor. *cf. M.-L. 5144. Battisti-Alessio III 2278. Wagner II 42. Wartburg V 437. St.*] *i. q. splendor sim.*: Oribas. eup. 4, 14, 2 La *eos, qui inflammatione oculorum dolent, oportet* -em vitare (*Aa* lumen prohibendus est, *gr. τὴν αὐγὴν ἐκκλίνειν*). *B.*

? **lucrārius,** -ī *m.* *a* lucrum. *i. qui lucro studet*: Firm. math. 3, 6, 28 ex coitu mulierum -os facit *Venus* ... pulsari dedecore (sudarios *trad., corr. Bickel, Gnomon 14, 1938, 58 coll. loco sim. ibid.* ex isto incesto lucra illis maxima obveniunt; *temptaverunt alii alia*).

lucrātio, -ōnis *f.* *a* lucrari. *i. q. actio lucrandi*: **1** *acquirendo (convertendo ad fidem* Tert.): Tert. uxor. 2, 7 l. 4 *uxores in matrimonio* iubentur perseverare et sanctificantur et spem -is *mariti infidelis* accipiunt (*cf. p. 1724, 52 sqq.*). Amm. 31, 15, 13 *ductores barbaros* rapiendi Valentis malis -bus quaesita (*Heraeus*, lucubrationibus quaesti *cod.*) cupiditas incendebat. **2** *omittendo, evitando*: Tert. test. anim. 4 p. 139, 17 etsi dici potest ... mortem timeri ... ut commodum vitae amputantem, atquin cum et incommoda longe plura vitae pariter excedant, -e gravioris partis metum diluit *mors* (excedas ... diluis *Gelenius*), nec iam timenda est amissio bonorum, quae altero bono, id est incommodorum pace, pensatur.

ˣlucrātīvus, -a, -um. *a* lucrari. *compar. et superl. desunt. legitur inde a* Cic., Qvint., Frontone, Ivliano; *saepius in sermone iuris, unde abiit in gr. λουκρατῖβος, e. g.* Novell. Iust. 131, 5.

i. q. cum lucro iunctus, ad lucrum pertinens: **1** *quolibet respectu*: **a** *vocantur -a quaecumque contingunt postpositis aliis occupationibus, somno sim.*: Cic. Att. 7, 11, 1 unam ... apricationem in illo -o (Lucretilino *coniciunt quidam haud necessario*) tuo sole malim quam omnia ... regna. Qvint. inst. 10, 7, 27 *non* tam est ullus dies occupatus, ut nihil -ae ... operae ad scribendum ... rapi aliquo momento temporis possit (Hier. epist. 114, 1 inter quas difficultates -is et ... furtivis [*var. l.* -i et ... furtivi] per noctem operis crescebat interpretatio. in Ezech. lib. 7 praef. -is immo furtivis noctium operis. *cf.* hom. Orig. in Luc. praef. p. 1, 17 praetermisi ... Hebraicarum Quaestionum libros, ut ... -i [*an rectius var. l.* -is*? ceterum trad. etiam* lucrati, lucrantis] operis haec ... dictarem [*cf. l. 54*]). Fronto p. 109, 21 v. d. H. (p. 105 N.; *ad M. Aurelium*) -a tua in tantis negotiis tempora meis ... orationibus legendis occupare. p. 144, 22 (p. 151 N.) si ... tibi ... tempus deesset, nonne te tumultuariis ... et -is studiorum solaciis fulciebas? Hier. in Zacch. prol. l. 27 -is per noctem horis atque furtivis. **b** *vocantur -a quaecumque adferunt lucrum vel cum lucro acquisita sunt*: Ambr. in Luc. 2, 72 Helian corvi cibo advecticio et -o potu inter deserta paverunt (*sec. III reg. 17, 6*). in psalm. 118 serm. 14, 42 remissio peccatorum hereditas Christi est; ... est -a. Ps. Avg. serm. 126, 3 crescit ... dies cum ortu nascentis *Christi* et -o proventu vel successibus momentorum (*postea*: augmentum debuit ... accipere). serm. ed. Mai 56, 1 (*adloquitur dolorem, poenam, mortem*) provexistis martyres, non vicistis; ... facta sunt de vobis -a commercia, ut per vos iretur ad gloriam. Val. Cem. hom. 15, 1 p. 738^{B} -is ... suppliciis (*sc. martyrii ut*: 16, 2 p. 742^{A}). Ps. Val. Cem. hom. Migne suppl. 3, 184 -ae passionis beneficium. Max. Tavr. serm. 96 l. 10 M. ut ... quadam -a commutatione reciperent *divites* pro parvis magna, pro terrenis caelestia, pro temporalibus sempiterna (*ibid. iterum*). Theod. Mops. in Phil. 2, 8 p. 221, 8 quia erat res ipsa agenti -a (*sc. humilitas ut ibid.* p. 221, 11. 222, 6. *cf. p. 221, 1 humilitas* valde sufficiens agenti illud lucros conferre). in I Tim. 6, 6 p. 178, 12 ('est ... quaestus magnus pietas') magnum lucrum, magnae divitiae, -a negotiatio pietas est. *de actione cancri praedantis*: Evstath. Basil. hex. 7, 3, 9 -a machinamenta carcini *quaerentis carnem ostrearum (gr. τὸ ποριστικὸν καὶ εὐμήχανον τῶν καρκίνων).*

2 *cum respectu rei familiaris augendae (sive de rebus cum lucro acquisitis sive de actionibus, causis sim. lucrum adferentibus)*: **a** *technice in sermone iuris respicitur lucrum sine ullo onere factum (enumerantur quae hac appellatione continentur* Novell. Theod. 22, 2, 14 *infra)*: Ivlian. dig. 30, 82 pr. si ... Stichus ..., cum sub condicione alii legatus esset, factus fuerit meus ˹ex causa -a˺ ([*del. Mommsen*]. 30, 82, 4. 6. 44, 7, 17 [*bis*]. 19 qui non ex c. -a rem habere coepit, eandem non prohibetur ex c. -a petere [*cf.* Inst. Iust. 2, 20, 6 duas -as c. in eundem hominem et in eandem rem concurrere non posse]. *al.* Afric. dig. 30, 108, 4 Gaivs dig. 41, 3, 5. *et saepius in sermone iuris*). Gaivs inst. 2, 56 haec ... species possessionis et usucapionis ... -a vocatur; nam sciens quisque rem alienam lucri facit; (2, 57) sed hoc tempore [et]iam non est -a, nam ... senatus consultum factum est, ut tales usucapiones revocarentur. 2, 60 -a usus capio conpetit. Vlp. dig. 29, 4, 2, 1 ut possessor hereditatis prior excutiatur, maxime si -am habet possessionem (*cf.* Cassiod. *sub b et* Gaivm *supra*). 44, 4, 4, 31 adquisitionem. Cod. Iust. 7, 75, 5 (*a. 293*) qui ex -o titulo possidet (7, 31, 1, 3a). Cod. Theod. 3, 6, 1 pr. ut ... data pignera -a habeant, si ea non putent esse reddenda (*Interpr.* in lucrum suum retinebunt). 12, 1, 173, 3 quibus -ae facultates ex bonis curialium obvenerunt. 14, 22, 1 ut ... quinta pars eius speciei fisco -a vindicetur. Novell. Theod. 22, 2, 12 quas *quattuor siliquas* -is iugationibus ... iubemus indici. 22, 2, 14 -as ... res eas tantum volumus appellari ..., quae hereditatis legati fideicommissi iure mortis causa donatione vel cuiuslibet postremae voluntatis arbitrio ad quempiam delabuntur (22, 2, 15 [*bis*]. 16 [*ter*]. Pap. Tjäder 1, 77 ⟨de re lu⟩crativa massae Cassitanae). *al.* *neutr. plur. pro subst.* (*cf.* Ennod. *sub b; huc pertinere videtur* Gloss.^{L} II Philox. lv 11 -a: *ἐπιχερδῆ*): Cod. Theod. 12, 4 rubr. de imponenda -is describtione. Cod. Iust. 1, 2, 22 pr. res ad ... ecclesias ... descendentes ... -orum inscriptionibus liberas ... esse (*cf.* Novell. Iust. 131, 5 descriptione -orum [*item* Ivlian. epit. novell. 119, 5]). **b** *usu laxiore respiciuntur varia commoda (n. plur. pro subst.* Ennod.): Clavd. Don. Aen. 1, 235 p. 54, 15 *id*, quod -um est (*syn.* lucrum). Ambr. exc. Sat. 2, 100 *Iacob* mercedem de lucris (*i. e. de pullis nascituris*), non de gregis divisione quaesivit; non avara divisio, ubi -a portio. Val. Cem. hom. 7, 4 p. 715^{A} -is studere commerciis. Max. Tavr. serm. 27, 2 M. per quam *usuram* avarorum mentes -a pecuniae redhibitione pascuntur. Ennod. opusc. 1, 62 p. 278, 13 *Pitzia non* rapinis ut -a populatus est *regionem*, sed dispensationibus servavit ut propria. Cassiod. in psalm. 118, 111 multis ... modis *acquiritur* ... -a possessio.

lucrātor, -ōris *m.* *a* lucrari. *i. qui lucratur, sc. usu Christiano cum respectu servandi, convertendi*: Hier. Orsies. doctr. 13 rec. brev. (*codd. FG*) qui alterius servat animam, -or (custos *rec. long.*) animae suae est. in Tit. 1, 10 sq. p. 570^{D} ('docentes ... turpis lucri gratia') omnes haeretici ... se hominum solent asserere -es. *ibid.* omnis ... doctor ecclesiae, qui ad fidem Christi recta ratione persuadet, honestus -or est. Avg. serm. coll. Morin p. 72, 5 a Cypriano ..., -e paganorum (*cf.* Arnob. in psalm. 88 p. 455^{C} apostolos ... -es multarum gentium).

? **lucricupīdo,** *acc.* -inem. *a* lucrum *et* cupido (*si recte trad.*). *i. q. cupiditas lucri, sc. non nisi meton. de homine lucri cupido*: Apvl. Plat. 2, 15 hunc talem Plato -em atque accipitrem pecuniae nominavit (*respici videtur Plato rep. 581^{a} φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδές; tamen haud prorsus inepte* Plautus lucricupidum *coni. Skutsch, Arch. lat. Lex. 12, 1902, 200, coll. Plaut. Trin. 100* turpilucricupidum *et Persa 409* pecuniae accipiter; *fortasse rectius* lucricupidonem *Sinko, Arch. lat. Lex. 14, 1906, 125*).

lucrifer, -a, -um. *a* lucrum *et* ferre. *i. q. lucrum ferens*: Plavt. Persa 515 nescis quid te instet boni neque quam tibi Fortuna faculam -a (*Ritschl*, -am *A rectius?* lucificam *P*) adlucere volt. :: (516) quae istaec -a (*A*, lucrifica *P ordine verborum mutato*) est Fortuna?

lucrificābilis, -e. *cf.* lucrificare *nec non* ludificabilis *sim.* *is (id), quo lucrum fieri potest, lucrosus*: Plavt. Persa 712 hic tibi dies inluxit -is (lucrificabis *A*); nam non emisti hanc, verum fecisti lucri.

lucrificātio, -ōnis *f.* *a* lucrificare. *i. q. actio lucrificandi, lucrum*: Ps. Philo antiq. 13, 10 festinabit terra dare fructum suum, et pluvia erit eis in -em (*var. l.* et -es), et terra (terra *om. cod. unus*) non sterilizabit (*cf. lev. 26, 4*).

? **lucrificio,** -ficere. *a* lucrum *et* facere, *si recte trad. (cf.* maleficio *vol. VIII 172, 68 et 174, 53*, calficio *vol. III 145, 15 sqq.).* *i. q. lucri facere*: Itala Phil. 3, 8 (Lucif. Athan. 2, 34 p. 207, 19) omnia ... arbitror stercora, ut Christum -am (*codex*; lucri faciam *ed. princeps fortasse rectius; cf. p. 1716, 46*).

lucrifico, -āvī, -ātum, -āre (*depon.* -emur *iuxta* commercemur Itala *sub 2*). *a* lucrum *et* facere. [*confunditur in codd. cum* lucri facere.]

fere i. q. lucrari, lucri facere (gr. respondet κερδαίνειν): **1** *accedente obi.*: **a** *-antur varia acquirenda*: Sen. epist. 37, 2 quid ... prodest paucos dies aut annos -are? (*var. l.* lucri facere). Itala I Cor. 9, 19 (cod. g) omnibus me servum feci, ut plures -rem (*cett. versiones v. p. 1724, 48. cf.* 9, 20 *et* 22 [*ibid.*] *p. 1716, 64 sqq.; huc pertinet* Tert. praescr. 24 l. 6 factum se esse omnibus omnia ..., ut omnes -ret [lucri faceret *var. l.*]). I Petr. 3, 1 (cod. q *al.*) *v. p. 1724, 53.* Hier. in Is. 64, 6 l. 26 Paulus apostolus ... dicit (*Phil. 3, 8 p. 1716, 46*) se omnia duxisse pro damno, ut Christum -ret. **b** *-atur facinus, sc. eo quod non punitur (vix huc iam* Bell. Hisp. 36, 1 *p. 1725, 20*): Ps. Ambr. paenit. 14 p. 987^{D} mortis eius *Naboth* causam flebili dolore -at *Achab: ... acta*

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

paenitentia vacare ergo potuit Achab effusi sanguinis culpa (*sec. III reg. 21, 27 sqq.*). c *-atur poena, sc. non subeunda*: THEOD. MOPS. in psalm. 1, 5 p. 6, 6 *impii*, si non resurgerent, -rent futura suplicia.

2 *absolute*: ITALA Iac. 4, 13 (cod. 67) eamus ... in illam civitatem et faciemus ibi annum et conmercemur et -emur (lucrum faciemus *ff, Vulg.* [lucri faciemus *var. l.*]).

deriv.: lucrificatio; *cf.* lucrificabilis.

? **lucrificus**, -a, -um. *a* lucrum *et* facere. *i. q. lucrum faciens; inter nomina viticis restituit Wellmann*: Ps. DIOSC. Vind. 1, 103 p. 95, 15 ἄγνος· ... Ῥωμαῖοι σάλιξ μαρίνα, οἱ δὲ πίπερ ἀγρέστε, οἱ δὲ λυνχρίφικουμ (*trad.* λυκριστρι-, λεκριστι-, λικριστικούμ). *ceterum vox non traditur nisi falsa var. lect. pro* lucrifer, *quod videas.*

lucrifuga, -ae *m.* *a* lucrum *et* fugere. *i. q. homo lucrum fugiens*: PLAVT. Pseud. 1133 (*verba lenonis*) Venus mi haec bona dat, quom hos huc adigit -as (*P*, lucrifucos *A*), damni cupidos, qui ... edunt, bibunt, scortantur.

lucrio, -ōnis *m.* *a* lucrum. *i. q. lucri cupidus*: PAVL. FEST. p. 56 cercopa Graeci appellant lucrari undique cupientem, quasi *κέρδωνα*, quem nos quoque -em vocamus. *restituitur e coni. dubia*: DRAC. laud. dei 2, 308 faucibus obsessis cadit a -e (*Grosse*, alugrisne *cod.*; a latrone *Arevalo melius: cf. locum geminum Romul. 5, 72*) viator. *addas fortasse* GLOSS. V 309, 14 *v. p. 1691, 64.*

v. Onom.

lucripeta, -ae (-petes *v. infra*) *m.* *a* lucrum *et* petere (*cf.* heredipeta). *i. q. lucrum petens*: ARGVM. Plaut. Most. 6 -a (lucra peta *C*) faenus faenerator postulans. Ps. APVL. herb. praef. l. 9 *medicos quosdam* -as vero (*var. ll.* -as veros, lucripes veras, lucripetans viros) nuncupari *dicimus*, qui etiam a mortuis mercedem expetunt. *nom. plur.* (*sec.* praepes *sim. novatus*): CASSIOD. var. 12, 11, 2 nesciunt *Romani* ... esse -es (*var. l.* lucripetens) nec aliqua se negotiationis calliditate discruciant.

***lucror**, -ātus sum, -ārī (lucro, -āvī, -āre). *a* lucrum. *de prosodia: prima syll. brevis est* MANIL. 4, 186. 5, 319 PRVD. cath. 2, 53 psych. 607 PAVL. NOL. carm. 14, 5; *sed producitur* HOR. carm. 4, 8, 19 ars 238 STAT. Theb. 9, 779. 10, 317. 11, 307 IVVENC. 3, 422 CLAVD. 18, 137. *de genere (cf.* GLOSS. V 572, 21 -or communis generis *i. tam activae quam passivae significationis): vi pass. praeter gerund.* -andus AVG. retract. 1, 19, 8 *exstant* -ari: ARNOB. ad Greg. 8 *v. p. 1717, 4*, -tus: COD. Iust. 5, 17, 8, 7 (*a. 449*) omne quidquid ex nuptiis -tum est. NOVELL. Iust. 22, 26 pr. ex -tis rebus (*gr. ἐκ τῶν κερδανθέντων*). *formae act.*: SORT. Sangall. 6, 9 -bis (9, 8. 9, 12 [*scribitur* -vis *ut* 14, 9]. 15, 2. *sed exstat fut. verbi depon. ibid.* 17, 11 -veris [*i.* -beris]; *cf. praes.* -aris *xro fut. ibid.* 4, 3. 5, 4. 7, 6. 26, 4. 44, 7). 11, 10 -asti (*cf.* -asse: CHRYSOST. hom. I 922^{D} THEOD. MOPS. in Phil. 1, 21 p. 211, 4). VITA Anton. 87 p. 87, 10 -are (PASS. Lucian. 5). CONC. Bagai. (*v. p. 1717, 28*) -verat. VICT. VIT. 1, 36 -verunt (*sed usurpatur verb. depon. ibid.* 1, 32 -retur. 3, 26 -eris). GREG. TVR. glor. conf. 110 -ret. ANTHIM. p. 8, 33 -et. REGVLA mag. 1, 21 -vit. *legitur inde a* CIC., HOR., LIV., MANIL.; *saepius in sermone iuris.* [*val.* lucra '*laborare*'; *it.* logorare '*usu conterere*'; *hisp.* lograr '*adipisci*' *ut port.* lograr. *cf. M.-L. 5145. Battisti-Alessio III 2264. Corominas III 127. Machado² II 1432. St.*] [*confunditur in codd. hic illic cum* luctari.]

2 *iuncturae variae selectae*: PLAVT. Asin. 217 qui quaerit -um (CIC. Tusc. 5, 9 MANIL. 4, 402 IVV. 13, 24 PAVL. dig. 14, 3, 17, 4 IVVENC. 3, 706. *al.*; *cf.* adquirere: IAVOL. dig. 17, 1, 36, 1 TRYPH. dig. 20, 5, 12, 1. *al.*; conquirere: CONSVLT. Zacch. 3, 3 p. 101, 1; requirere: MAX. TAVR. serm. 18, 1 M.). Capt. 327 est . . ., ubi . . . damnum praestet facere quam -um (Cas. 395 Merc. 95 Persa 494. 503. 689 Truc. 426 CIC. Verr. II 3, 110. 143. 149 Pis. 27 PHAEDR. 1, 23, 8 SEN. benef. 2, 3, 3. *et saepe. cf.* PLAVT. Bacch. 859). CIC. Verr. II 3, 71 ut . . . Apronio -um dent (3, 90. 100 Ov. fast. 5, 689 SEN. epist. 87, 22. *al.*). TIB. 1, 9, 7 -a petens *rusticus arando* (1, 9, 9 Ov. ars 3, 442 FRONTO p. 184, 8 v. d. H. *al.*). SEN. benef. 4, 11, 1 non -um ex beneficio capto (PAVL. dig. 27, 9, 13, 1 LACT. epit. 59, 2. *al.*; *cf.* capere: VLP. dig. 50, 17, 149 RVFIN. epist. Clement. 12, 2. *al.*; percipere: IREN. 4, 30, 1 [4, 46, 1 H.]). epist. 87, 26 -um habet *sacrilegium* (QVINT. decl. 262 p. 74, 5 GAIVS inst. 3, 151 TRYPH. dig. 23, 3, 78, 2. *al.*). PLIN. nat. 19, 39 publicani . . . maius . . . -um sentientes (AFRIC. dig. 34, 6, 1 VLP. dig. 1, 18, 6 pr. 4, 2, 14, 3. *et saepe in sermone iuris*). APVL. apol. 103, 3 -um sectatus es (ITALA I Tim. 3, 8 [cod. 78 *al.* = VVLG.]. PELAG. in Tit. 1, 7. *al.*; *cf.* consequi: FIRM. math. 3, 4, 14. 7, 26, 11. *al.*; sequi: ARATOR act. 1, 79 CE 1414, 4). VLP. dig. 3, 5, 5, 5 (*e Labeone*) qui . . . depraedandi causa accedit, suo -o, non meo commodo studet (PORPH. Hor. sat. 2, 3, 25 sq. epist. 2, 2, 10 CYPR. epist. 11, 1. *al.*). *al.*

locutione usitatissima ***lucrī facio** (facio lucri *v. l. 82*). *editur saepe pro verbo composito, fortasse collato verbo q. e.* lucrifico (*quocum in codd. saepe confunditur*), *sed voces non prorsus coaluisse confirmatur ordine inverso* facio -i PLAVT. Most. 354 Persa 668. 713 Poen. 771 Truc. 690 NEP. Thras. 1, 3 PHAEDR. 4, 20(21), 26 SEN. epist. 13, 11 *nec non interiectione subst. aliorum* GAIVS dig. 11, 7, 29 pr. PAVL. dig. 17, 2. 65, 2

HIL. in psalm. 1, 20 HIER. hom. Orig. in Luc. 35 p. 204, 7, *coniunctionis* que VVLG. act. 27, 21; *nihil adferunt ad rem codd. antiqui ut e. g.* F *digestorum*, d *Italae, sc. scriptura continua usi; tituli desunt.* *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE, CIC., BELL. Hisp., NEP., SEN. contr.; *saepius in sermone iuris et apud Christianos.*

significatur aliquid in -o ponere et inde i. q. lucrari (*cf.* GLOSS. κερδαίνω, *quae vox graece respondere solet. ad gen. v. post alios* Löfstedt, *Synt. I*^{2} *125 sqq.; exclusimus hinc quae potius pro gen. part. accipienda vel nimis ambigua videntur* PLAVT. Bacch. 859 LABER. mim. 8/9 CIC. Verr. II 3, 112. 115 Flacc. 91 BRVT. Cic. fam. 11, 20, 2. *al.*; *reflexive l. 70, obi. supplendum e. g. l. 15. 22)*: 1 *obi. est, quod cum -o acquiritur*: a *strictius respicitur res familiaris, pecunia sim. augenda*: PLAVT. Most. 354 qui facere argenti cupiat aliquantum -i. Persa 668 (*syn.* praedatu's probe) non . . . minis trecentis carast, *quam sexaginta emisti*; fecisti -i (*sc. eam coll.* 713 non emisti hanc, verum fecisti -i [-um *var. l.*]). Poen. 771 hos trecentos Philippos. CIC. Verr. II 3, 111 in hac una emptione -i fieri tritici mod. c (*ibid. iterum.* 116). 174 omnem illam . . . pecuniam . . . -i factam videtis (QVINT. decl. 269 p. 101, 11 PROC. dig. 23, 3, 67). PHAEDR. 4, 20(21), 26 circumcidis omnem impensam funeri (-is *var. l.*), Libitina ne quid de tuo faciat -i (*var. l.* -um). PETRON. 15, 2 (*locum seclusit Müller*) qui *advocati* volebant pallium -i facere. MART. 8, 10, 2 emit lacernas milibus decem . . .; -i fecit; 'adeo bene emit?' inquis; immo non solvet. 11, 49(50), 5 furtiva -i fieri bombycina possunt. Ps. QVINT. decl. 12, 4 frumentum . . . quod -i fecisti. IVLIAN. dig. 30, 86, 4 ut *dominus soli* hac servitute liberetur et superficiem -i faciat. POMPON. dig. 17, 2, 60 pr. (*e Labeone*) in eo, quod ex societate -i faceret, reddendo. 24, 3, 10, 1 dotem (VENVL. dig. 35, 2, 6 GAIVS dig. 11, 7, 29 pr.). *al.* GAIVS dig. 41, 1, 5, 1 (*e Trebatio*) si . . . alius eam *feram ab alio vulneratam* ceperit . . ., ut ipse -i faceret. inst. 2, 56 rem alienam. 3, 151 si . . . socius . . . in hoc renuntiaverit societati, ut hereditatem solus -i faciat, coget⟨ur⟩ hoc -um communicare (VLP. dig. 29, 4, 1, 9). *al., sc. maxime in sermone iuris.*

b *laxius respicitur quodlibet emolumentum*: α *notione communi*: SEN. contr. 10, 5, 20 sunt, qui detracto verbo aut mutato aut adiecto putent se alienas sententias -i fecisse. SEN. epist. 13, 11 quid facies -i? tempus. POMPON. dig. 43, 20, 3, 3 aqua, quae in rivo nascitur, tacite -i fit ab eo qui ducit. ITALA Matth. 16, 26 (cod. b) mundum (*v. p. 1716, 23*). Phil. 3, 8 (cod. d *al.* = VVLG.) Christum (*v. p. 1716, 46 sqq. et e. g.* HIER. epist. 22, 39, 1 qui . . . vana duxerit universa sub sole, ut Chr. -i faciat. *al.*). TERT. paenit. 8, 6 (*ad Luc. 15, 32*) filium . . . invenerat quem amiserat, cariorem senserat quem -i fecerat. patient. 7 p. 12, 7 totum licet saeculum pereat, dum patientiam -i faciam. HEGES. 3, 17, 1 p. 217, 10 quid . . . -i (-um *var. l.*) faciam, si, quod ab hoste metuo (*sc. mortem*), hoc ipse mihi inferam? RVFIN. hist. mon. 15 p. 434^{A} putavi, inquit *satanas*, quod possim te -i facere. *al.* β *accedente notione servandi, salvandi* (*sc. convertendo ad fidem Christianam sim. praeter l. 59 sqq. 72; indicatur cui l. 57*): ITALA I Cor. 9, 19 (cod. d, e) in omnibus me servum feci, ut plures -i faciam (VVLG. -i facerem, *cod. g et var. l. Vulg.* lucrificarem). 9, 20 sq. *v. p. 1716, 64 sqq.* 9, 22 (Tert. idol. 14. *al.*) omnibus omnia factus sum, ut omnes -i faciam (*cod. d al. et Vulg.* salvos faciam). I Petr. 3, 1 (Aug. spec. 44. *al.* = VVLG.) ut et si qui *viri* non credunt verbo, per mulierum conversationem . . . -i fiant (*cod. g* -um fiant, *q al.* lucrificentur. *cf.* TERT. uxor. 2, 2 l. 25 posse infidelem a fideli per usum matrimonii -i fieri [*ad Vulg. I Cor. 7, 14* sanctificatus est . . . vir infidelis in muliere fideli *et 7, 16* si virum salvum facies *ut*: 2, 7 l. 13. PELAG. in I Cor. 7, 14 ut -i fieret vir per mulierem. AVG. pecc. mer. 3, 12, 21 quos *viros* uxores . . . -i fecerant Christo]). TERT. scorp. 11 p. 170, 11 sq. (*ad Matth. 10, 39*) perinde . . . invenit eam *animam suam* qui negat -i faciendo vitam, ut perdet . . . qui se putat negando -i facere eam (*cf.* PAVL. NOL. epist. 23, 2 damno sui semet ipsam -i faciens *anima*, si per caritatem Christi vilescat sibi). IREN. 5, 15, 2 (*respicitur Luc. 15, 4 sqq.*) *manus dei* suam -i faciens . . . ovem perditam et . . . in cohortem restituens vitae. HIER. in Gal. 2, 7/8 p. 336^{D} *Iudaeos.* in Matth. 18, 8/9 cognatos et necessarios (AVG. de mend. 5, 8 p. 423, 20). 18, 15 sqq. ('lucratus eris fratrem tuum') si . . . audierit *frater corripiendus*, -i facimus animam eius et per alterius salutem nobis quoque acquiritur salus (*sim.* ORIG. in Matth. 13, 30 p. 262, 22 eum *peccatorem* . . . -i factum). c. Vigil. 15 saeculares homines. AVG. in psalm. 30, 1, 13 visus sum mihi periisse usibus domini . . . neminem -i faciens. SALV. eccl. 3, 84 si . . . te -i feceris, tecum et in te omnia possidebis (*reflexive ut* PAVL. NOL. *supra et* PALLAD. hist. mon. I 51 p. 335^{C} gaudens, quod et me -i facerem *persecutionem effugiens* et salutem ipsius *virginis, apud quam latebam*). *al.*

2 *obi. est, quod cum -o evitatur vel omittitur*: a *respiciuntur varia incommoda*: PLAVT. Truc. 690 quin tu 'arrabonem' dicis, *sed 'rabonem'?*:: 'a' facio -i, ut Praenestinis 'conia' (conea *codd.*) est 'ciconia' (*sim.* MAR. VICTORIN. gramm. VI 21, 16 nec 'consumtum' . . . per pt scribetis vitiose, sed . . . -i facietis litteram *p*). VAL. MAX. 4, 1, 10 (*Africanus minor ad equitem censendum*) -i fac censoriam notam. Ps. QVINT. decl. 11, 8 -i facit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur. TERT. resurr. 42 p. 87, 4 continuare vitam -i facta (*var. l.* -ificata) morte. DON. Ter. Andr. 600, 1 ('quin hinc in pistrinum recta proficiscar via') recta: ut vel corporis impulsionem -i faciam (-o, lustri *var. ll.*; *cf. Ter. Andr. 199* verberibus caesum te in pistrinum . . . dedam; *vix recte expli-*

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

catur vol. VII 1, 716, 49). Hil. in psalm. 1, 20 -i poenam faciet, quod non subsistet ad poenam. Vvlg. act. 27, 21 *oportebat* non tollere a Creta -ique facere iniuriam hanc et iacturam (*Itala cod. g, sim. s* lucrari hanc i. ac detrimentum. *aliter* Plin. *sub 3b*). Ps. Avg. cons. mort. 1, 5 tribulationes *vitae longioris* . . . mors accelerans -i facit. **b** *respiciuntur sumptus, detrimenta pecuniae*: Plin. nat. 33, 44 librale . . . pondus aeris inminutum est bello Punico primo . . . constitutumque, ut asses sextantario pondere ferirentur; ita quinque partes -i factae (*cf. p. 1717, 53*).

3 *obi. est, ex vel in quo -um percipitur* (*sc. notione in -um vertendi sim.; exempla certiora*): **a** *varia*: Varro rust. 3, 4, 1 volo de ornithone primum *dici*, quod -i fecerunt hoc nomen (*intellegas ipsam pastionem avium*) turdi; sexaginta enim milia *ex ornithone reddita* (*v. 3, 2, 15*) . . . excande me fecerunt cupiditate. Nep. Thras. 1, 3 Peloponnesio bello multa hic sine Alcibiade gessit, ille nullam rem sine hoc: quae ille universa naturali quodam bono fecit -i. **b** *scelera, malefacta, sc. eo quod non puniuntur* (*accedente abl. instr. sublucet color compensandi* Bell. Hisp.): Bell. Hisp. 36, 1 quod ante Caesari portas praeclusissent *legati Carteienses*, illo beneficio (*sc. quod Pompeium in potestatem habuerunt*) suum maleficium existimabant se -i facere (*variam l.* -ificare *merito videtur sprevisse Pascucci ad l.*). Plin. nat. 7, 129 iniuriam -i fecit ille, . . . quoniam arguere nulli vacabat (*aliter* Vvlg. *sub 2a*). Qvint. decl. 296 p. 170, 11 non . . . debent ideo -i fieri *crimina*, quod *eqs.* Ps. Qvint. decl. 19, 5 tibi parum videor dedisse poenarum post parricidium, ut labores, ne -i faciat pater, quod occidit filium suum *infamem in matrem*?

homoeoprophora: Plavt. Capt. 326 multos . . . -um lutulentos homines reddidit. 770 offers mihi laudem -um ludum iocum (Cic. Phil. 2, 115. Fronto p. 226, 5 v. d. H. [p. 238 N.]. Porph. Hor. epist. 2, 1, 175). Cic. epist. frg. IV 27 W. laetitia. *cf. polyptoton*: Ps. Evseb. Gallic. hom. 38, 7G. -a -is et merita meritis locum faciunt.

deriv.: lucellum, *?* lucrarius, lucrio, lucror, lucrosus; *cf.* Lucris *et* Lucrius (*Onom.*).

compos.: *?* lucricupido, lucrifer, *?* lucrificio, lucrifico, *?* lucrificus, ucr ifuga, lucripeta. turpilucrum, turpilucrus. -i facio *v. supra*.

Clavadetscher.

ˢlucta, -ae *f.* [*a* luctari *retrograde, cf.* pugna. *Sch.*] *legitur inde ab* Apvl., Itala. [*val.* luptă; *it.* lotta; *raet. occ.* luota; *francog. vet. et med.* luite, *francog.* lutte; *prov. vet.* lucha, locha, *var. prov., franco-prov., vasc.; cat.* lluyta; *hisp.* lucha; *port. vet.* luita. *cf. M.-L. 5147. Battisti-Alessio III 2272. Wartburg V 438 sqq. Corominas III 142. Machado² II 1446. St.*] [-am *falsa var. l.* Hier. epist. 124, 5, 5 (*vertitur Orig. princ. 2, 3, 3*) *pro* luctamen (*iuxta* certamen).]

i. q. actio luctandi, πάλη (Ambr. in psalm. 36, 56, 1), *agon* (Hier. in Is. 7, 13. *cf.* Avg. serm. 344, 1), *certamen, pugna* (*plur. non nisi* Rvfin. Orig. in exod. 1, 5 p. 152, 1 *et* 4 Arnob. ad Greg. 5 p. 391, 9. 24 p. 437, 5 Sidon. carm. 9, 187 epist. 2, 2, 6): **1** *vigente respectu implicandi, amplectendi sim., sc. fere technice exercendi vel delectandi causa*: Apvl. Plat. 1, 2 *in palaestra adeo se exercuit*, ut Pythia et Isthmia de -a (*sic* Comment. Lucan. 10, 180; luctata *codd. Apul. praeter unum qui habet* luctu; luctatu *coni. Hildebrand probante Sinko, Eos 30, 1927, 104 sq.*) certaverit. Ivl. Val. 1, 54 p. 64, 24 certamen -ae (Avson. 93, 7 p. 347 P. [*1* arte palaestrae]. Hier. chron. a. Abr. 443 Prosp. chron. I 388, 52. *cf.* Ambr. in psalm. 118 serm. 19, 19, 2 difficilioris -a certaminis. Rvfin. Greg. Naz. orat. 9, 2, 1 -ae conludio [*gr. 27, 2 τῶν παλαισμάτων tantum*]). Hil. myst. 2, 13, 2 in Iacob (*gen.*) -ā ab homine deus videtur (*respic. gen. 32, 24 ut*: in psalm. 52, 21. trin. 12, 46 usque ad -ae complexum. Pacian. [?] sim. carn. p. 116, 19. Greg. Tvr. Franc. 1, 9 angelicam -am. *al.; cf. infra sub 2a et* Hier. in Eph. 6, 11 p. 545^{B} iuxta rationabilem et convenientem patriarchae -am, . . . illi colluctationem fuisse credendum est *spiritalem*). Avson. 443, 2 p. 391 P. *in ludis in honorem Patrocli factis vincit* -a et cursu Vlixes. Clavd. Don. Aen. 6, 645 p. 592, 14 ('luctantur') -a *in Elysio* certamen efficit *eqs.* Hyg. fab. 273, 13 Aiax vicit -a (*ibid. 9 et 10* luctatione). CIL VI 10154 (*a. 367/375*) victorem pammacho, -a, prancati *eqs.* Hier. nom. hebr. p. 7, 21 Iaboc harena sive -a (*de eodem* 18, 28 -a vel pulvis. *cf.* 38, 22 Gio -a sive luctare. *cf. p. 1726, 12. 1727, 65*). Pavl. Nol. epist. 24, 15 *in agone terreno* non potest -a nisi dispari luctantium sorte finiri. Avg. epist. 187, 24 (*de certamine geminorum in utero Rebeccae, gen. 25, 22 sqq., ut* Prosp. in psalm. 136, 7). Sidon. carm. 9, 187 non dicam Lacedaemonos iuventam unctas Tyndaridis dicasse -as. 11, 87 te, *pulchram sponsam*, . . . ambisset . . . -a . . . Achelous. epist. 2, 2, 6 palaestritae, quorum . . . -as, si involvantur obscenius, . . . gymnasiarchorum virga dissolvit. Gloss. IV 547, 56 (= V 317, 35) palestra: -a (V 128, 23 p.: locus, ubi -am meditantur aut exercent pancratiarii. *cf.* Gloss. IV 548, 2 palismatis locus -ae [*sim.* V 317, 34. 384, 19; '*exspectes* palaestra' *Goetz*]. Gloss.^{L} I Ansil. ag 183 agresti palaestra [*Verg. georg. 2, 531*]: id est rustica -a). *in imagine*: Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 36, 2 mala haec -a *est* serpentis (*i. diaboli*), qua se in plurimos torquet anfractus (*antea*: quam noxie ei luctatus est serpens).

2 *respectu implicandi, amplectendi sim. evanido transfertur ad varias contentiones*: **a** *incorporaliter (in imagine e. g. p. 1726, 36) respicitur certamen*: **α** *Christianorum et vitiorum, diaboli sim.* (*praevalet interpretatio allegorica loci supra l. 57 citati*): Itala Eph. 6, 12 (Ps. Ambr. mans. 20 p. 27^{A}. *al.*) non est nobis -a adversus carnem et sanguinem, sed adversus principatus *eqs.* (*gr. πάλη, aliae vers.*: luctamen, luctatio, certamen, pugna, colluctatio [*hoc etiam Vulg.*]). Priscill. can. 38 p. 126, 9 quia iustorum . . . -a vel pugna spiritalia sint. Ambr. in psalm. 36, 17, 3 nobis -a cum saeculo est (*4* luctamen. *cf.* Ambr. [?] sacr. 1, 2, 4 unctus es . . - quasi -am [luctamen *var. l.*] huius saeculi luctaturus). 37, 40, 1 (*affertur II Cor. 12, 9*) de quo non mediocriter disputavit arbiter et proeliator quidam (*i. Paulus*) -ae mentis et corporis. Iac. 1, 5, 17 gravis -a est ei (*menti*) cum mortis corpore (*cf.* Avg. in epist. Ioh. 9, 2 fit -a cum morte). *al.* Hier. in Hab. prol. l. 25 qui *Abacuc* . . . vel quod in certamen et -am et, ut ita dicam, amplexum cum deo congreditur, amplexantis, id est luctantis, sortitus est nomen (*cf. p. 1725, 66. 1728, 73*). Rvfin. Orig. in exod. 1, 5 p. 152, 1 *diabolus* saepe habuit -as (*var. l.* luctamen) et saepe superatus est. p. 152, 4 non dubito, quin . . . sanctorum senserit *diabolus* -as (luctamen *var. l.*) et spiritalia pertulerit saepe certamina. Orig. in psalm. 36 hom. 4, 2 p. 1353^{B} athleta pietatis . . . maneat semper immobilis, ut ne unam quidem -am, ut ita dicam, perdat. Avg. serm. 57, 9, 9 vince intus quod tu sentis; pugna, pugna, quia qui te regeneravit, iudex est; proposuit -am, parat coronam. 128, 3, 5 -a (*animae et carnis*) est . . . in isto corpore; quamdiu vivimus, pugnamus *eqs.* util. ieiun. 4, 4 in illa . . . sententia (*Gal. 5, 17* caro concupiscit adversus spiritum *eqs.*) . . . quasi quaedam -a duorum inimicorum videtur, carnis et spiritus. Cassian. inst. 11, 7 hoc *vitium* (*sc. cenodoxia*) . . . acrius resurgit ad -am. Mar. Merc. Conc.^{S} I 5 p. 63, 13 dominicam, *sc. Matth. 4, 1—11* (*ibid. 63, 17* de eodem luctamine). *al.* *respiciuntur martyres vel confessores*: Hier. adv. Iovin. 2, 20 (*subest II Tim. 2, 5*) varia quidem -ae genera, sed una corona victorum est (*sim.* 2, 31). **β** *adversariorum contradicentium*: Lvcif. non parc. 19 p. 250, 7 quia tali modo tecum geramus -am (*sc. te salvare cupientes*), videmur tibi inimici. Rvfin. hist. 4, 24 *episcopi fidem servabant* comminus perurguendo et verborum -a ac disputationum certamine prosternendo *haereticos* (*gr. ἀποδυόμενοι ἀγράφοις . . . ζητήσεσι tantum*). **γ** *hominum varie contendentium*: Avg. in epist. Ioh. 9, 2 ex desiderio vitae praesentis fit -a cum morte. serm. dub. 383, 2 (*episcopus ad fideles, quibus admonitionibus crebris molestus est*) adversaris, adversor; resistis, resisto; -a nos comparat, causa separat; tu inimicus es medico, ego morbo *eqs.* Conc. Carth. a. 525 (Corp. Christ. 149) p. 258 l. 140 *ne* sit . . . ingens -a certaminis *cum errore superborum*.

? **b** *corporaliter, sc. luctantur res naturales*: Alc. Avit. carm. 4, 445 *in diluvio mundi* facit -am (*coni. Peiper*; lac(c)um *vel* locum *trad.*; fitque lacus instar *Sirmond*) compressus (-sis *var. l.*) fluctibus aer.

figura etym. -am luctari Ambr. (?) sacr. 1, 2, 4.

compos.: lectilucta.

ˢluctāmen, -inis *n. a* luctari *sec.* certamen. *inter nomina in* men Ps. Asper gramm. suppl. 42, 19. *legitur inde a* Verg., Aetna, Val. Fl, Itala.

i. q. actio luctandi, πάλη (Gloss. V 114, 5 -n: inquietudo, certamen. Gloss.^{L} III Abstr. lv 8 -a: inquietudines animae vel certamina): **1** *respectu amplectendi, implicandi sim. fere evanido respiciuntur variae contentiones*: **a** *corporaliter luctantur*: **α** *homines* (*animal* Pavl. Nol.): Verg. Aen. 8, 89 *Tiberis fluvium suum adeo lenivit*, remo (*i. remigantibus*) ut -n abesset. Val. Fl. 2, 234 *viri Lemnii ab uxoribus occiduntur* seque toris misero -e trunci devolvunt (*respiciuntur moribundi ut*: Pavl. Nol. carm. 20, 433 *vitula* ducitur ad placidam nullo -e mortem. Hil. Arel. vita Honorat. 31 l. 10 difficilium inter extrema -um *dolore*. 34 l. 2 sine ullo . . . -e. *cf. l. 58*). 3, 39 illum (*gubernatorem navis*) non ante sopor -e tanto (*abl. separ.*) lenit. 6, 510 semineces *cadaveribus fere operti* . . . saevam misero -e versant congeriem. Ps. Hier. epist. 5, 2 p. 62^{A} (*loq. homo aegrotus*) *alios scio* compendioso -e exstitisse victores (*antea*: obstinati morbi certamine). Clavd. 26, 138 lento -e (cunctamine *exc. Laeti; 144* cunctando) Poenum compressit Fabius (*respicitur bellum ut*: Ennod. opusc. 1, 20 p. 267, 3 rubuerunt tela -e. 1, 33 p. 270, 24. 1, 38 p. 271, 22). Greg. M. dial. 4, 37 p. 288, 21 M. cum . . . hoc -n esset, ut hunc (*Stephanum in ponte quodam stantem*) boni spiritus sursum, mali deorsum traherent. **β** *res naturales*: Aetna 375 premit fauces magnis exstructa ruinis congeries clauditque vias -e *ventorum* ab imo ([*sed corrupta sunt quae sequuntur*]. *cf.* Sedvl. op. pasch. 3, 6 p. 236, 8 numquidnam . . . seditiosum flabra -n contra suum movere nisa sunt conditorem *in lacu Genezareth*?). Pallad. 3, 9, 13 *si vindemia fit secundum gradus maturitatis singulorum generum vitium*, minor operarum numerus eam poterit expedire et generatim condere ac melius puro sapore sine -e (*fere i. q. violenta immixtione*) alterius generis unaquaeque vina servare (*cf. Colum. 3, 21, 10* gustum cuiusque generis non mixtum, sed vere merum condere). Avson. Mos. 34 *placide laberis* nec occulti pateris -a saxi.

b *incorporaliter, respicitur certamen*: **α** *Christianorum et vitiorum saeculi sim.* (adversum se ipsum Op. imperf. in Matth.): Itala Eph. 6, 12 (Ambr. in Luc. 4, 9. *al.*) -n (*v. supra l. 1*). Ps. Cypr. singul. cler. 4 p. 177, 25 (*ad Sirach 25, 24* propter hanc *mulierem* omnes morimur) tempus ergo adhuc -is geritur. 21 p. 197, 15 agones frequentamus contra -a vitiorum. Ambr. Hel. 21, 79 athletae . . . sumus (*sec. I Cor. 9, 24*), legitime certandum est (*sec. II Tim. 2, 5*); multa -a sunt. Ambr. (?) sacr. 1, 2, 4 professus es *ut athleta Christi* -is tui certamina. Hier. epist. 124, 5, 5 (Orig. princ. 2, 3, 3, *male respondente Rufino*) deus

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

. . in certamen et -n animas derelinquit, ut intellegant *eqs.* Rvfin. Orig. in cant. prol. p. 74, 8 in -e . . . eo, quod est nobis adversus diabolum. Prvd. psych. 176 nulla anceps -n init virtute sine ista (*sc. patientia*) virtus. Pavl. Nol. carm. 9, 60 si permittantur crescendo adsumere vires, difficili vinces -e *mala quae gignuntur per carnem.* Avg. conf. 6, 3, 3 adversus . . . excellentiae temtamenta quid -is haberet *Ambrosius* quidve solaminis in adversis. epist. 157, 19 *ut* mors corporis . . . relinquatur . . . ad exercitationem fidei et agonem praesentis -is, in quo et martyres certaverunt. in psalm. 110, 1 l. 22 cum labore atque -e 'ingemiscentes' (*II Cor. 5, 2*). serm. 210, 2, 3 quando . . . acriore -e cum tentatore confligimus. Svlp. Sev. epist. app. 1, 2 -n . . . nobis in hoc mundo parvi temporis est. Cassian. conl. 5, 27, 1 oportet unumquemque . . . concertationum -n adripere. 13, 14, 8 domini gratiam temptationum -a moderantis. inst. 5, 18, 2 hostium subire -a. Favst. Rei. grat. 1, 8 p. 25, 3 cum magno -e velut contra ardui montis ascensum ad virtutis viam reditur. Op. imperf. in Matth. 42 p. 869^{A} adversum se ipsum quotidie -a exercere. Cassiod. hist. 7, 38, 4 *Antonius* monachis virtutem -is spiritalis ostendens (*Theodoret. 4, 21, 6 ἀρετῆς παλαίστραν*). Greg. M. moral. 21, 4 p. 190^{B} *oculi custodiendi sunt, nam* semel species formae cordi per oculos illigata vix magni -is manu solvitur. *al. respiciuntur martyres vel confessores*: Pass. Is. et Max. Migne 8, 769^{D} Isaac de -e sui socii non retinens gaudium. Prvd. perist. 5, 215 ventum ad palaestram gloriae, spes certat et crudelitas; -n anceps conserunt hinc martyr, illinc carnifex. Avg. epist. 157, 19 *v. supra l. 8.* Max. Tavr. serm. 4, 3M. Canon. Turner II 1 p. 55 -n adeuntes (*cf. p. 1733, 83*) Arator act. 2, 846 varii -n agonis hic (*in urbe Ierusalem*) dabitur certare mihi (*act. 20, 23* vincula et tribulationes). *β imperatoris in vita publica*: Paneg. 11, 4, 3 *hostes facile vincebantur,* sed emendatio morum iudiciorumque correctio et difficile -n et periculi plenum negotium fuit. *γ adversariorum contradicentium*: Pacian. epist. 1, 2 p. 7 de catholico nomine nullum habet (*i. debet*) esse -n. Symm. epist. 7, 108 volo, ut iisdem viribus, quibus pro eo -a prima sedasti, repetitae medearis iniuriae (*de lite ut*: rel. 19, 1 annosum. 23, 6 partium. 28, 11, 39, 5. 40, 1 urbium populorumque -a quoniam sunt maiora privatis. Cod. Theod. 4, 21, 1 pr. si quid possit tribui de proprietate -n. 11, 30, 40. CIL VI 1759 [*a. 389*] quib(us) vetus fuit cum caudicariis diuturnumq(ue) -n [*antea*: litigantis]). Prvd. ham. 539 sentio, . . . quo dente obnitens . . . calumnia pugnet nosque lacessito vocet ad -a vero. c. Symm. 1, 644 non vereor, ne me . . . quisquam . . . ingenii . . . putet -n inire (*adversus talem oratorem*). Avg. epist. 16, 3 dialectica, quae suorum nervorum -e nihil certi cuiquam relinquere nititur. 93, 39 si . . . tamquam ad aliquem portum sic ad auctoritatem Cypriani confugitis, videtis, quem illic scopulum vester error offendat; si autem iam nec illuc confugere audetis, sine ullo -e naufragatis (*cf.* Verg. *sub a*). Epist. impp. Honor. et Theod. Migne 56, 490^{B} *haeresis quaedam* furioso . . . debacchata -e. Epist. pontif. Arel. 24 inter Arelatensem et Viennensem ecclesiam aliquod de ordinandis episcopis . . . oriri -n. Avell. p. 740, 15 *deus* discordantium -a disiciat. Clavd. Mam. anim. praef. p. 19, 13 *primus liber* de animae statu varium cum adversario -n alternat. Chrysost. hom. V 750^{D} exspecta paululum orationis huius nostrae -n (*Migne gr. 52, 461 τῶν λόγων . . . τοὺς ἀγῶνας*). Vigil. Thaps. c. Arian. praef. p. 179^{C} quonam modo . . . eorum (*haereticorum*) sacrilega dicta . . . longis diffusa tractatibus compendioso disputationis -e superarem.

2 *vigente respectu amplectendi, implicandi sim.*: **a** *strictius de pugnis exercitationis vel delectationis causa commissis, fere technice* (*in compar.* Rvfin. Clement.): Capitol. Aur. 4, 9 amavit pugillatum ⟨et⟩ -a et cursum *eqs.* Maximin. 6, 5 exercebat cum militibus ipse -a. Lampr. Alex. 30, 4 operam . . . cursui aut -bus mollioribus dabat. Treb. Claud. 13, 6 cum ludicro Martiali in campo -n inter fortissimos quosque monstraret. 13, 8 ne quid atrocius, quam -n exigit, faceret *adversarius.* Chalc. transl. p. 18^{A} in exercitio corporum gymnasiorumque -e (*gr. γυμναστικῇ tantum*). Rvfin. Clement. 3, 4, 9 *fit partus* propter crementum infantis inpellentis et inpulsi velut in -e. Orig. in num. 13, 1 p. 108, 8 Iaboc, quod interpretatur -n (*cf. p. 1725, 66*). Avg. doctr. christ. 2, 115 artium . . ., quarum omnis effectus est actio sicut saltationum et cursionum et -um. Mart. Cap. 6, 667 Lissos colonia, in qua regia Antaei -nque cum Hercule celebratur. Cassian. inst. 5, 12, 2 de epheborum -e (*var. ll.* conluctamine, certamine). *al.* **b** *laxius et per similitudinem de pugna amantium*: Schol. Hor. gloss. *Γ* carm. 2, 12, 26 'facili saevitia': levi -e *puellae oscula negantis* (*item renitendo*: Cypr. Gall. lev. 175 si facilis *puella* nullo coitus -e praestat. *e coni.* Drac. Romul. 6, 108 [*loq. Venus ad sponsas*] nocte . . . viris certate modeste, sed hoc certamen modico -e [*Haupt,* certamine *trad.*] constet). Clavd. carm. min. app. 5, 76 (*de ipso coitu*) exercent . . . toris Veneris -n anhelum.

luctāmentum, -ī *n.* *a* luctari. *i. q. actio luctandi*: 1 *contradicentium*: Arnob. confl. 1, 7 p. 249^{A} cavendum tibi est . . ., ne semel exposita et finita quasi amens revoces ad -a verborum. 2 *Christianorum contra diabolum*: Vitae patr. 5, 5, 4 *non meruisti* habere contra diabolum -a; quid autem dico -a? qui nec uno die aggressionem ipsius portare potuisti (*cf. Cassian. conl. 2, 13, 9* confligere et conluctari).

luctāns *v.* lucto(r).

luctātio, -ōnis *f.* *a* luctari. *ratio veriloquii ab* Isid. (*v. infra*) *temptati non liquet. inde a* Cic., Liv. [*vix recte tradi vid.* -e *pro* laceratione Cael. Avr., *v. p. 822, 64.*]

i. q. actio luctandi, πάλη (Gloss.): 1 *vigente respectu implicandi, nectendi sim.*: **a** *strictius et fere technice exercendi vel delectandi causa* (Isid. orig. 18, 23 -o a laterum complexu vocata, quibus comminus certantes innitent, qui graeca appellatione athletae vocantur): Cic. leg. 2, 38 *in ludis publicis sint* certationes cursu et pugillatu et -e. fat. 30 sine adversario nulla -o est. Pavl. Fest. p. 211 *inter artes pentathli.* Sen. epist. 88, 19 quid prodest multos vincere -e vel caestu, ab iracundia vinci? Scrib. Larg. 101 contusione, quae frequenter gladiatoribus accidere solet in -bus (*Marcell. med. 20, 5* praelusionibus). Porph. Hor. epist. 1, 19, 46 ('luctantis . . . ungui') qui in -e[m] unguem inprimit ad lacerandum adversarium. Arnob. nat. 3, 23 p. 182, 5M. *Mercurius* -bus praeest. Serv. georg. 2, 531 'agresti . . . palaestrae': rustica -e; palaestra autem dicta est vel *ἀπὸ τῆς πάλης*, id est a -e, vel *eqs.* (*cf.* Serv. Aen. 6, 642 'palaestris': -bus [Schol. Ter. p. 103, 14. 133, 21]. Isid. orig. 18, 24 locus . . . -is palaestra dicitur). Hyg. fab. 273, 9. 10 (*273, 13* lucta). Cael. Avr. chron. 5, 11, 134 obesis *utendum est* -e celeri. **b** *laxius sc. infestandi vel defendendi causa*: Cvrt. 4, 9, 19 *milites praeda onusti Tigrim transgrediuntur*; dum sua quisque spolia consequi studet, maior inter ipsos quam cum amni orta -o est. Avg. c. Adim. 9 p. 132, 14 in illa -e Iacob (*gen. 32, 24*).

2 *respectu implicandi sim. evanido transfertur ad quamlibet contentionem*: **a** *incorporaliter luctantur* (*cautius adhibitum addito* veluti Vell. *sub β*): *α contradicentes*: Cic. fin. 2, 43 cum Academicis incerta -o est, qui nihil affirmant. fat. 12 in qua *causa* tibi cum Diodoro . . . magna -o est. Lact. inst. 2, 19, 2 maior nobis ac difficilior cum philosophis proposita -o est. Avg. epist. 36, 2 si disputare voluerimus et . . . improbare, orietur interminata -o. Boeth. syll. categ. introd. p. 761^{C} multa . . . contulerunt *philosophi,* in quibus, priusquam ad res profunda mersas caligine pervenirent, quadam quasi intelligentiae -e praeluderent. *β varie dimicantes, contendentes*: Vell. 2, 124, 2 una . . . veluti -o civitatis fuit, pugnantis cum Caesare senatus populique Romani. Val. Max. 6, 9, 14 C. Marius maximus (*Stangl,* -mae *vel* -ma *codd.*) fortunae -e (-o est *pars codd.*), omnes enim eius impetus . . . fortissime sustinuit. Itala Eph. 6, 12 (Tert. ieiun. 17. *al.*) *v. p. 1726, 1* (*item de pugna Christianorum contra mala saeculi*: Cypr. mortal. 4 cum avaritia nobis . . ., cum inlecebris saecularibus adsidua et molesta -o [*var. l.* conluctatio]. Lact. inst. 4, 25, 9 Salv. epist. 5, 4). Cypr. patient. 17 -o et congressio (*contextum v. p. 1734, 24*). Ps. Rvfin. in Am. 4, 4/6 quoddam inter deum et homines *legibus eius non oboedientes* videbatur certamen exsistere, sed quoniam non erat aequa -o *eqs.* Ps. Ven. Fort. vita Remed. 7, 19 cum diuturna -e se non esse dignum adsereret *puellam e diaboli vinculis liberare,* et consueta patientia repugnaret.

b *corporaliter luctantur*: *α homines*: Liv. 21, 36, 7 tactra ibi (*in Alpibus*) -o erat . . . glacie non recipiente vestigium. Cvrt. 4, 9, 19 cum amni (*contextum v. sub 1b*). *β res naturales, sc. venti*: Sen. nat. 5, 12, 5 facit . . . ventum resoluta nubes, quae pluribus modis solvitur: . . . nonnumquam inclusi et in exitum nitentis *venti* -o *rumpit* illam. 7, 9, 2 efficit turbinem plurium ventorum inter ipsos -o.

luctātor, -ōris *m.* *a* luctari. *inde a* Plavto, Ov. *i. qui luctatur, παλαιστής* (Gloss.; *cf.* Ambr. in psalm. 38, 19, 1 palaestae -es in agone dicuntur, qui luctantur ad coronam): 1 *vigente respectu implicandi, nectendi sim., fere technice* (*iocose de vino* Plavt.; *in imag.* Avg.): Plavt. Pseud. 1251 magnum hoc vitium vino est: pedes captat primum, -r dolosust. Ov. Ib. 393 *pereas,* ut iacet Aonio -r (*Antaeus*) ab hospite (*Hercule*) fusus. trist. 4, 6, 31 *iuvat, non* praeconsumptum temporis esse malis; fortior in fulva novus est -r harena. Sen. benef. 5, 3, 1 -r ter abiectus perdidit palmam, non tradidit. 7, 1, 4 (*e Demetrio Cynico*) quemadmodum . . . magnus -r est non qui omnes numeros nexusque perdidicit . . ., sed qui in uno se . . . exercuit . . ., sic in hoc studio *eqs.* epist. 88, 18 -es et totam oleo ac luto constantem scientiam expello ex his studiis liberalibus. Plin. nat. 34, 76 Dinomenes . . . Pythodemum -em fecit (*item honoratur -r statua*: 34, 80. 86; *pictura*: 35, 130). Qvint. inst. 2, 8, 7 discernet haec *studia* dicendi magister, quomodo palaestricus ille cursorem faciet . . . aut -em aliudve quid ex iis, quae sunt sacrorum certaminum. 2, 12, 2 (*1* ut fortius dicere videantur indocti) *nam* et -r, qui totius corporis nisu in id, quod semel invasit, incumbit, fortior ab his (*imperitis*) vocatur. Svet. Nero 45, 1 -bus aulicis. Gell. 3, 15, 3. Expos. mundi 32 Ascalon *habet* athletas -es (Caes. Arel. serm. 200, 2 p. 766, 18 -es a.). Firm. math. 8, 24, 4. Ambr. Hel. 21, 78 quando certamina *sunt,* tunc . . . -r in scammate *est.* Hier. epist. 53, 8, 11 Ambacum, -r fortis et rigidus (*cf. p. 1726, 12*). Rvfin. Orig. in exod. 11, 5 p. 257, 14 *Iacob* ipso nomine athleta est, -r enim et supplantator interpretatur (*cf. p. 1725, 69*). Ps. Rvfin. in Os. 12, 10 (*loq. deus*) ut formidinem de corde Israelis expellerem, personam invalidi -is assumpsi (*sc. cum Iacob luctantis; 12, 3—6 p. 1022^{C}* colluctatoris). Avg. c. Iulian. op. imperf. 6, 14 p. 1531$^{ex.}$ deposuimus . . . te (*Iulianum*) de theatri sedilibus in arenam et de spectatore facimus -em, *sc. ut contra Manichaeum pugnes. al. cum gen. adversarii*: Prvd. cath. 2, 74 Iacob . . . -r audax angeli.

2 *respectu implicandi sim. evanido contenditur contra peccata, diabolum sim.*: Philo quaest. in gen. 4, 163 studiosus animus captator est et naturaliter strenuus, semper arcendo vitium . . .; tenere ergo

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

calcaneum (*gen. 25, 26*) fortissimae mentis est et optimi -is non admittentis malum exacerbari. AVG. in euang. Ioh. 33, 3 ideo ... nos unxit *Christus*, quia -es contra diabolum fecit. serm. 57, 9, 9 (*ad Matth. 6, 13* ne nos inducas in tentationem) *deo nos deserente* non ... invenit *tentator* adversus se -em (serm. coll. Morin p. 634, 1 *morte devicta* nullus hostis omnino remanebit, non intus -r, non foris t.). 256, 2 (*ad Rom. 7, 25*) victor quidem, ... adhuc tamen -r urgente adversario. VITAE patr. 5, 5, 16 neque ... eradicatores sumus cogitationum, sed -es adversus easdem cogitationes (*gr. Nau 1908 p. 54 n. 167 ἀνταγωνισταί*). *de martyre cum tortoribus suis luctante*: AVG. serm. coll. Morin p. 244, 3 *Vincentius*, noster -r.

in homoeoteleuto cum proeliator AVG. serm. 57, 9, 11; *cum* temptator AVG. serm. coll. Morin p. 634, 1.

deriv.: luctatorium.

palaestra: **luctātōrium** (-rum *var. l.*), ubi athletae se exercent GLOSS.^{L} III Abstr. PA 12 (= GLOSS. IV 135, 20; *traditur* luctatorum ubi *aut* luctator vel ubi; *dubitanter temptavit Goetz* luctatus vel ubi [*coll. l. 33?*], *sed cf.* GLOSS.^{L} II Abav. PA 12 p.: -um. GLOSS. V 318, 4 palaestria ['-trica*?*' *Goetz*]: -a latine). *a* luctator.

luctātus, -ūs *m.* *a* luctari. 1 *i. q. actio luctandi*: **a** *respectu implicandi, nectendi sim. vigente*: *α strictius de ipsa corporis exercitatione* (*simul in imag. apud* TERT.): PLIN. nat. 29, 26 illa perdidere imperii mores, illa, quae sani patimur, -us, ceromata, ceu valetudinis causa instituta, balineae ardentes. TERT. spect. 29 p. 28, 7 vis et pugilatus et -us? aspice impudicitiam deiectam a castitate *eqs.* IVL. VAL. 1, 10 *Alexander inter munera non liberalia Olympiae* refutat pugillatus ... atque -us (*Hist. Alex. M. I p. 18, 14 Kr. πάλην*). *v. etiam coniecturam p. 1725, 51.* *β laxius, sc. defendendi causa*: PLIN. nat. 8, 33 scit ille (*elephans*) imparem sibi -um contra nexus *draconis*.

b *respectu implicandi sim. evanido fere i. q. contentio*: PLIN. nat. 32, 11 *scarus nititur nassis evadere*; quem -um eius si forte alius scarus ... videat, *adiuvat eum* (*Ov. hal. 16* luctantem).

2 palaestra: -us, ubi athletae se exerciunt GLOSS. IV 548, 1 (*cf. l. 17*). *Nosarti.*

lūctifer, -a, -um. *a* 1. luctus *et* ferre. *i. q. luctum afferens*: SEN. Herc. f. 687 -r bubo gemit omenque triste resonat infaustae strigis (*cf. de eadem ave Ov. met. 5, 549* venturi nuntia luctus). Med. 842 Hecate ... sacros edidit ignes face -a (lucifera *var. l.*). VAL. FL. 3, 454 pecorique satisque nullae ideo pestes nec -r ingruat annus (*cf. Verg. Aen. 3, 139* venit ... satis ... letifer annus). *cf. falsam var. l. infra l. 70.*

lūctificābilis, -e. *cf.* luctificus *nec non* monstrificabilis. *i. q. luctu affectus, luctuosus*: PERS. 1, 78 sunt quos Pacuviusque et verrucosa moretur Antiopa aerumnis cor -e fulta? (*vox nisi est ipsius Pacuvii, de qua re nonnulli, e. g. Thierfelder, Hermes 74, 1939, 157 sq., non dubitant, certe tumorem tragicum imitatur*).

lūctifico, -āre. *a* 1. luctus *et* facere. *i. q. luctu afficere*: NOT. Tir. 59, 44 -at (ludi- *trad.; praecĕdunt* luctus, lucubris).

lūctificus, -a, -um. *a* 1. luctus *et* facere. *scribitur* lutif- CORIPP. Ioh. 6, 457, *item in var. l.* LVCAN. 7, 2. *legitur inde a* CIC. carm. (*an* ACCIO*?*), *sc. in poesi praeter* AMM. (*clausulae gratia adhibitum pro* luctuosus, *quo adi. 15^{ies} usus est idem; v. Hagendahl, Studia Amm. 59 sq.*), PS. FVLG. RVSP., GLOSS.

significatur quod sive luctum efficit sive luctus plenum, luctuosum est (*cf.* GLOSS. II 329, 12 *θρηνοποιός*: -us): **1** *res vel divinitates noxiae, infestantes sim.* (*sc. praevalente vi activa*): CIC. carm. frg. 32, 26 B. (Tusc. 2, 25; *loq. Prometheus*) haec vetusta ... -a clades nostro infixa est corpori (*Aeschyl. frg. 193 N.; sunt qui versus Accio tribuant, cf. Klotz, Trag. frg. p. 254*). VERG. Aen. 7, 324 Allecto (CLAVD. DON. *ad l.* p. 51, 18 quae nihil aliud praeter luctus nosset efficere aut quae facerent luctus). SEN. Herc. f. 102 -a manu *Megaerae* (CE 443, 6 *Parcarum*). Oed. 632 non gravi flatu tibi (*i. patriae*) -us auster ... nocet. SIL. 6, 557 vera ac ficta simul spargebat Fama per urbem; ... excussit habenas -us Pavor. AMM. 25, 10, 1 multa visebantur et dira, quorum eventus fore -os ... praecinebant *fatidici*. 28, 2, 12 strages edidere (sr ese dedere *trad.*) -as. 29, 3, 9 ferarum *homines dilacerantium* ... -us calor. ALC. AVIT. carm. 5, 710 -os ... lapsus *hominum primorum*.

2 *lumen solis* (*sc. quod loeum dat factis deplorandis vel ea detegit*): SEN. Oed. 3 Titan ... maestus (-um *trad.*) ... lumenque flamma triste -a (luctifera *var. l.*) gerens. LVCAN. 7, 2 segnior ... -us Titan numquam magis aethera contra egit equos, *quam die pugnae Pharsalicae exoriente* ([COMMENT. *ad l. inepte*: pro luctifugus. *an recte Usener: 'expectes* alii *aut* vel'*?*]. CORIPP. Ioh. 6, 457). VAL. FL. 3, 292 (*Iason ad Cyzicum necatum*) te ... ignarum tanti ... furoris nox habet ..., at mihi -um venit iubar. **3** *varia*: SEN. Phaedr. 995 vocem dolori lingua -a⟨m⟩ negat. Phoen. 132 verba. STAT. Theb. 10, 552 tuba -is pulsat clangoribus urbem (GLOSS.^{L} I Ansil. LV 129 *ad l.* luctum faciens. *cf.* VAL. FL. *infra*). CHALC. comm. 197 -a funestatur dape mensa, *dum pater filii membra comedit* (*sec. Empedocl. frg. B 137 Diels κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα*). DAMAS. (?) epigr. 20, 4 carmine -o decorat ... suprema *amici* (PRVD. ham. 450 CE 1370, 3. 1429, 10 *opp.* dulce. *huc fortasse pertinet etiam titulus mutilus* CE 1730, 4). AMM. 17, 5, 7 *imperii* partem ... semper -am et cruentam (*i. Armeniam et Mesopotamiam*). PRVD. c. Symm. 2, 509 -o camporum (*sc. ubi proelium fit*) in pulvere. VEREC. satisfact. 7 -is ... actibus *paenitentis*. 119 arida -i (-a *var. l.*) frixerunt ossa dolores. PS. FVLG. RVSP. serm. 22 p. 889^{B} -o maerore. CASSIOD. hist. 7, 40, 27 cantus ... -us (*gr. Theodoret. 4, 22, 24 μέλη καὶ θρῆνος*). CE 1405, 14 -as tumulo dant ... curas. *acc. neutr. obi. intern. fere pro adv. i. q. luctuose*: VAL. FL. 3, 349 -um clangente tuba (*cf. p. 1729, 76*).

cf. luctificabilis.

lūctifugus, -a, -um. *a* 1. luctus *et* fugere. *i. q. luctum fugiens*: COMMENT. Lucan. 7, 2 *v. p. 1729, 72.*

lūctisonus, -a, -um. *a* 1. luctus *et* sonare. *i. q. luctuose sonans, luctum sonitu significans*: OV. met. 1, 732 -o (multisono *codd. rec.*) mugitu cum Iove visa queri *Io*.

luctito(r), -āre (-ārī). *a* luctari. *i. q. frequenter vel assidue luctari*: PRISC. gramm. II 392, 14 sq. plurima inveniuntur apud vetustissimos *verba*, quae contra consuetudinem ... activam pro passiva ... habent terminationem ut ... lucto pro luctor, -o pro -or (*exempla non affert, sed* tam apud Caprum quam Plinium et Probum *inveniri posse affirmat p. 393, 9*).

lūctivagus, -a, -um. *a* 1. luctus *et* vagus, vagari. *i. q. luctuosus* (*notione vagandi minus perspicua*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 2, 57, 2 (= ed. Mai 93, 1) omnis creatura -o (-a *codd. a Mai adhibiti*) doluit ploratu in morte creatoris sui. VITA Amator. (BHL 356) 31 -ae voces emittendae sunt, ubi meliori deterior fuerit successurus. *Bk.*

***luctor,** -ātus sum, -ārī *et* lucto, -āvī, (*?* -ātus *v. p. 1732, 79*), -āre. [*formatio q. d. frequentativa a radice quam agnoscunt in gr. λυγίζω, λυγισμός. Sch.*] *de genere verbi: inter deponentia affert* SACERD. gramm. VI 429, 34 (*item* CHAR. gramm. p. 211, 8 B. MART. CAP. 3, 309. *al.*), *formam act.* -at (TER. Hec. 829) *genere verbi neutro explicans ibid.* p. 429, 35 (*cf.* DON. gramm. IV 383, 19 sunt verba incertae significationis, ut ... -o, auguro: haec ... et in o et in r littera finiuntur. *item* CLEDON. gramm. V 59, 11 CONSENT. gramm. V 369, 14); *sed apud eundem forma* -at *exemplum est soloecismi* p. 450, 9, *apocopes* p. 452, 10. *act.* -o *veteres adhibuisse testantur* SERV. auct. georg. 1, 185 PRISC. gramm. II 392, 14. *inter verba activa coniugationis primae affertur* CHAR. gramm. p. 473, 15 B. (ludo *trad.*, -o *Goetz; sed inter* verba quae media appellantur p. 479, 20). *formae mediales leguntur inde a* POMPON., CIC. *formae activae stirpis praes. exstant hae*: ENN. ann. 300 -ant. TER. Hec. 829 -at. VARRO ling. 5, 61 -are (HIER. nom. hebr. p. 38, 22 [*nisi est imperat.*]. IORD. Get. 86 [*ex* CAPITOL. Maximin. 3, 3 -ari]. ORIBAS. syn. 1, 3, 3 As p. 35, 6 Mø. [Aa *ceteri* -ari]. *var. l.* CYPR. patient. 17). TAB. devot. CIL I^{2} 2520, 7 -ent. CIL IV 10174 -bas. ITALA Bar. 2, 19 (Legion.) -amus. VICTRIC. 27 -et. HIST. Apoll. rec. A 42 -o (*ex* SYMPH. 199 -or); *stirpis perf.* (*iuxta formas med. praes. in schemate coniugationis* GLOSS. III 409, 35 sqq. -or. -aris. -atur. -antur. -verunt. -asti. -vimus): PLAVT. Vid. frg. 9 -vimus. HIER. in Am. 4, 10 l. 381 -vit et vicit (*item cod. E* VVLG. gen. capit. ser. *Δ* 125 p. 88, *sed cett.* -atur). CASSIOD. hist. 5, 7, 6 XIII -asse. *cf. l. 53.* *formae singulae notabiliores*: -ere HOR. carm. 4, 4, 66. -antum PROP. 3, 22, 9 SIL. 14, 415. -arier PRVD. perist. 10, 651. NOT. Tir. 95, 53 -atur. *legitur inde a* PLAVTO, ENN.

[*val.* lupta; *it.* lottare; *raet. occ.* lutter *et var.; francog. vet. et med.* luitier, luiter, *francog.* lutter; *prov. vet.* luchar, lochar, *var. prov., francoprov., vasc.; cat.* lluytar; *hisp.* luchar; *port. vet.* luitar. *cf. M.-L. 5148. Battisti-Alessio III 2273. Wartburg V 438 sqq. Corominas III 142. Machado^{2} II 1446. St.*] [*falsa var. lect.* -vit *pro* intravit SIL. 9, 289. *vix recte trad.* APVL. met. 3, 9, 6 (reluctantem *Cornelissen; seq. ibid.* rennuentem. *cf. eandem confusionem* HEGES. 5, 6, 2), EPIST. pontif. Thiel Symm. 13, 2 divinis dogmatibus adversa -antes *haeretici* (ructantes AVELL. p. 488, 19 *recte*). *e coni. dubia*: CAECIL. com. 193 (laudandum *trad.*).]

I *sine obi.*: **A** *vigente respectu implicandi, nectendi sim.*: 1 *i. q. implicando, amplectendo pugnare, παλαίειν* (*quod in versionibus e graeco factis et in* GLOSS. *respondere solet*): **a** *strictius et fere technice exercendi vel delectandi sim. causa* (*fusius de hac arte* AMBR. in psalm. 36, 51, 2 sqq.; *originem narrat* ISID. orig. 18, 24): PLAVT. Bacch. 428 *in palaestra* cursu, -ando, hasta, disco, pugilatu, pila, saliendo sese exercebant. POMPON. Atell. 176 illi valent, qui ⟨vi⟩ (*suppl. Bücheler; alii alia*) -antur cum leonibus. CIC. fat. 30 si esset dictum '-bitur Olympiis Milo' *eqs.* (*et bis ibid.*). off. 1, 107 videmus ... alios viribus ad -andum valere. NEP. Epam. 2, 5 exercebatur plurimum currendo et -ando. VERG. Aen. 6, 643 *beati in Elysio* fulva -antur harena. HOR. epist. 1, 19, 46 -antis acuto ne secer ungui 'displicet iste locus' clamo et diludia posco (*in imagine respicitur disputatio interrupta*). 2, 1, 33 pingimus atque psallimus et -amur (saltamus *Eutych. gramm. V 478, 1*) Achivis doctius unctis. PROP. 3, 14, 4 non infames exercet corpore ludos inter -antes nuda puella *Spartana* viros. OV. met. 6, 242 transierant ad opus ... iuvenale palaestrae et iam contulerant arto -antia nexu pectora pectoribus. SEN. contr. praef. 3, 9 illi nemo -ando par est. CELS. 3, 27, 4^{C} ne vel -ando vel currendo ... sanescentia ulcera exasperentur. SEN. epist. 27, 8 Satellius illum hortari coepit, ut -retur, hominem aegrum, pallidum, gracilem. 109, 2 peritos -andi usus exercet. 117, 26 currentem -antemque ... otium reficit. PLIN. nat. 36, 35 Pana et Olympum -antes Heliodorus fecit. CIL IV 10174 -bas LIX. SIL. 14, 136 pigro -andi studio certamen in umbra molle pati docta ... iuventus. HOMER. 1009 -ando (ludendo *var. l.*) vincitur Aiax. STAT. Theb. 6, 834 -andi ... gloria. QVINT. inst. 2, 8, 14 *Nicostratum* -ando pugnandoque ... invictum. 11, 3, 160 stare ... umeris, ut -turi solent, ad occipitium ductis. 12, 2, 12

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in ipso -andi certamine (Tac. hist. 2, 68, 2). Ivv. 2, 53 -antur paucae *mulieres*. Svet. Nero 53 -batur assidue. Pavl. dig. 11, 5, 2, 1 si quis certet ... -ando, pugnando. *al.* *more humano -atur asinus*: Apvl. met. 10, 17, 6 asinum -antem, asinum saltantem *eqs.* (*3* adluctari).

b *laxius sc. infestandi vel defendendi causa*: **α** *-antur homines* (*c. Amore* Ov. rem., *angelo* Itala): Plavt. Vid. frg. 9 plurumum -vimus (*sc. Cacistus et servus Gorgonis vidulo invento*). Ter. Hec. 829 sese illi (*om. A*) *puellae* anulum, dum -at, detraxisse (*in stupro ut l. 38 et* Ov. epist. 5, 141 meae spolium virginitatis habet *Apollo*, id quoque -ando. 16[17], 29 oscula -anti *Helenae* ... pauca ... abstulit *Theseus*. Prob. Verg. georg. 3, 113—115 *de Hephaesto Athenae vim inferente [contextu vix sano]. cf. infra β et 2a*). Prop. 3, 22, 9 -antum in pulvere signa Herculis Antaeique (*cf.* Lvcan. 4, 644 tellus ... viro -ante [*i. Antaeo*] laborat). Ov. rem. 531 tua ... Amor sub pede colla premit; desine -ari (*in imag.*). Sen. contr. 9, 4, 22 dum retineo *filium*, dum -or, *ne se praecipitet*. Cvrt. 4, 9, 20 invicem -antium (*Bentley*; nut- *codd.*) mutuus clamor (*cf. p. 1728, 22*). Plin. nat. praef. 31 (*in imag.*) nec Plancus inlepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ... post mortem Planci ederentur, ...: 'cum mortuis non nisi larvas -ari' (*v. Otto, Sprichw. n. 1147*). Sil. 4, 590 hostem orbatus telo complectitur ulnis -antemque vado permixta morte coercet. Frontin. strat. 1, 10, 1 cum ... validissimus *iuvenis equi caudam abrumpere temptans* cum ... cauda sine effectu -retur (*eadem* 4, 7, 6). Itala gen. 32, 24 ([25] Lugd. *al.*) -tus est homo (*i. angelus humanam ferens speciem*) cum eo *Iacob* (Vvlg. -batur. *cf. Tert. carn. 3 l. 41* conluctatus [*loco non ad litteram allato*]. *hunc locum respiciunt e. g.* Hier. epist. 65, 10, 3. Avg. serm. 5, 6 *sub II B. de iisdem*: Itala gen. 32, 25 [26, Novatian. trin. 19, 7 D.] cum in eum -retur et ipse cum eo [*gr. ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ, Lugd.* in conluctatione cum eo; *om. Vulg.*]). Avg. in euang. Ioh. 11, 10 -bantur *Esau et Iacob* in ventre matris (*sim.* serm. 5, 4, *sc. sec. Italam gen. 25, 22* [*cod. 91 al.*] exultabant, *gr. ἐσκίρτων, Vulg.* collidebantur). *al.* **β** *per enallagen dicuntur -ari ipsa oscula, sc. renitentis, prohibere conantis* (*cf. supra l. 10, aliter* Ov. *sub 2a*): Ov. met. 4, 358 -antia oscula carpsit ... invitaque pectora tangit. Mart. 4, 22, 7 basia (5, 46, 1). **γ** *-antur animalia* (*hucine p. 1232, 26 ?*): Verg. georg. 2, 526 inter se adversis -antur cornibus haedi. Aen. 11, 756 illa *aquila* haud minus urget obunco -antem *serpentem* rostro. Ov. met. 6, 108 fecit *Arachne* et Asterien aquila -ante teneri (*respicitur stuprum Iovis*). Plin. nat. 9, 91 *polypus* -a[n]tur ... complexu. Stat. Theb. 12, 669 *Thesea* torquentem -antis colla iuvenci (*Minotauri*) alternasque manus circum ... ligantem. Ambr. in psalm. 118 serm. 3, 35, 2 quam noxie ei *pharisaeo* -tus est serpens et gravibus eum spiris ligavit (*in imagine de diabolo*).

2 *usu deflexo, sc. respectu pugnandi evanescente, mera fere vi amplectendi, implicandi, conectendi* (*per similitudinem*): **a** *-antur homines* (*actiones* Ov.) *venere fruentes* (*aliter supra l. 39*): Prop. 2, 1, 13 *Cynthia* erepto mecum -atur amictu. 2, 15, 5 nudatis mecum est -ta papillis. Ov. am. 3, 7, 9 oscula ... inseruit cupida -antia lingua (cupide ... linguis *var. l.; aliter sub 1bβ*). Tert. nat. 2, 11, 13 (*ad deos nuptiales*) parcite dei impudentes; -antibus sponsis nemo intervenit.

b *-antur digiti gestu quodam numerum significantes*: Avson. 396, 5 p. 250 P. *tot ostrea misisti*, quot ter -tus cum pollice computat index.

c *part. praes.* -antes *pro subst. technice in architectura de trabibus, capreolis sim. inter se coniunctis* (*sc. ita ut formam litterae Λ exprimentes luctatorum similes sint*): Isid. orig. 19, 19, 6 coplae vocatae, quod copulent in se -antes; -antes, quod erecti invicem se teneant more -antium (*quodam modo subesse videtur Hom. Ψ 711 ἀγκὰς δ' ἀλλήλων λαβέτην, sc. Aias et Vlixes -antes, ... ὡς ὅτ' ἀμείβοντες ... δώματος ὑψηλοῖο* [*σνστάται interpretantur Schol. ad l., v. Lex. des frühgriech. Epos I 620, 34 sqq.*]).

B *respectu implicandi plus minusve evanido transfertur ad quamlibet contentionem, fere i. q. contendere, niti sim.* (*cf.* Synon. Cic. p. 435, 25 nititur. obnititur. -atur. laborat. dat operam. incumbit. *eqs.* Gloss. -antes: contendentes. *v. etiam p. 1508, 22. cautius inducitur addito* velut Amm. *p. 1733, 32*): **1** *nisus pertinet ad corpora et sensus, sc. -antur*: **a** *animantes et res variae ad eos pertinentes; respicitur*: **α** *dimicatio armis facta*: Enn. ann. 300 validis ⟨cum⟩ viribus -ant (*milites?*). Hor. carm. 4, 4, 66 (*loq. Hannibal*) merses profundo *gentem Romanam*, pulcrior evenit; -ere, ... proruet ... victorem. Vell. 2, 115, 2 *v. p. 1732, 31.* Sil. 4, 240 Batus ..., qui -atur equo *Scipionis* parmaque incursibus obstat. 16, 108 stat ... una loco perfossis debilis armis -aturque acies. Flor. epit. praef. 5 initio cum finitimis -tus est populus Romanus (*cf. de eodem*: 2, 1, 2 domi -tus est). Lact. mort. pers. 18, 6 cum gentibus barbaris. Ivst. 31, 5, 5 etiam cum victo et iacente *Romano* -andum esse. Prvd. c. Symm. 2, 506 -ta ... multum religio *exterarum gentium* infestas temptavit pellere turmas Romanis obnixa globis *eqs.* Merob. poet. 153 quae quondam victoris erant, hic dext⟨ra recepit⟩ ... -ta ducis.

β *colluctatio animam efflantis* (*v. etiam p. 1733, 80*): Verg. Aen. 4, 695 quae *Iris* -antem animam nexosque resolveret artus (Sen. Phoen. 142 effundere hanc cum morte -antem diu a. Lvcan. 3, 578 -antem a. lenta cum morte trahentes *milites*. Clavd. Don. Aen. 9, 415 p. 244, 33. Hier. epist. 60, 13, 3 quis crederet ... illum *Nepotianum* ... -ante anima studiorum scire dulcedinem? Leo M. serm. 55, 3 inter -antis animae dura tormenta). Ov. Ib. 125 -tus ... diu cruciatos deserat artus spiritus (Sen. nat. 3, 17, 2 quem *colorem mulli* in multas mutationes mors -ante spiritu vertit). Sen. apocol. 3, 1 annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima -atur *Claudius*. Lvcan. 3, 645 tumidus qua pulmo iacet ..., haeserunt ibi fata *extrema* diu -taque multum hac cum parte viri *vulnerati* vix omnia membra tulerunt. Sil. 10, 295 ceu vulnere tigris letifero cedens tandem proiectaque corpus -atur morti. Stat. Theb. 9, 264 *in flumine imo* -antur (cunct- *P*) corpora leto efflantisque animas retro premit obvius amnis.

γ *quilibet nisus*: Ⓘ *pugnantium vel aliquo tendentium vel aliquid perpetrare conantium*: Ⓐ *vario usu*: Verg. Aen. 5, 220 in scopulo -antem ... Sergestum ... et fractis discentem currere remis (*item de nisu navigantium*: 7, 28 in lento -antur marmore tonsae. Verg. [?] catal. 13, 26 rates stant in vadis ... macra ... -antes aqua. Clavd. Don. Aen. 5, 205 p. 447, 9 cum obnixi remis -antibus tenderent. Clavd. 15, 516 quos *locos* ubi -tis ... effugere carinis. *aliter l. 19*). Hor. sat. 2, 6, 28 *properanti mihi* -andum in turba et facienda iniuria tardis (*30* pulses omne quod obstat). epist. 2, 2, 74 tristia robustis -antur funera plaustris. Prop. 4, 1, 147 (*in imag.*) tua vel mediis puppis -etur in undis (*in sustinendis procellis ut*: Sen. Ag. 533 solus invictus malis -atur Aiax. dial. 6, 10, 6 cum fluctibus. epist. 108, 37 cum ipso mari. Sil. 14, 454 crudo -ari pelago atque exire procellas. Stat. Theb. 11, 522 rates, quas ... auster implicuit, ... -tae ... diu tenebris hiemique sibique ... imo pariter sedere profundo). Ov. met. 12, 331 (*327* vidi ... Petraeum conantem tollere terra ... quercum) lancea Pirithoi ... Petraei pectora cum duro -antia robore fixit. hal. 16 *piscem* -antem ... in vimine (*cf. p. 1729, 31 et* Manil. 5, 664 -antur *thynnorum* corpora nodis *retis* [*an ad A?*]). Liv. 7, 38, 7 *Romanos* in pestilenti atque arido circa urbem solo -ari (*opp.* fertilitate atque amoenitate *agri* perfrui *Campanos. cf.* Plin. nat. 18, 27 malus est ager, cum quo dominus -atur [*Colum. 1, 3, 9* cum sit conluctandum cum eo *agro*]). Vell. 2, 115, 2 cum difficultate locorum et cum vi hostium -tus *Lepidus* (*cf.* Cvrt. 4, 7, 7 -andum ... est non solum cum ardore et siccitate regionis, sed etiam cum tenacissimo sabulo *iter impediente*). Phaedr. 5, 9, 1 angusto in aditu taurus -ans cornibus, cum vix intrare posset. Sen. Thy. 1042 clusum nefas (*i. Thyestis filii a patre comesti*) sine exitu -atur et quaerit fugam. epist. 78, 21 bene -are cum morbo (*antea*: morbum posse superari vel certe sustineri). Cvrt. 3, 1, 18 *Alexander Gordii* nequaquam diu -tus cum latentibus nodis. Pers. 5, 159 -ta canis nodum abripit. Plin. nat. 18, 177 *radices securi intercidendae sunt*: hoc melius est quam radices convelli aratro bovesque -ari. Sil. 1, 494 frendens -atur et aegro scandit in adversum per saxa vetantia nisu. 4, 583 dum sibi quisque viam per inextricabile litus praeripit et putri -atur caespite. Stat. Theb. 4, 43 iugo -atur Arion *equus* (*cf. l. 72*). 11, 639 -ta est dextra (dextrae *var. l.*) *Iocastae se interimentis* et prono vix pectore ferrum intravit tandem. Ach. 1, 335 nec -ta diu *Thetis filium veste muliebri exornans*. Moys. Cypr. epist. 31, 7 -antur cum suo dolore qui languent (Ambr. Iac. 1, 8, 36. *v. et p. 1733, 72*). Symph. 199 (*de ancora*) cum vento -or (*v. p. 1730, 41*), cum gurgite pugno profundo. Anth. 926, 3 desidiam nolis; sed nec labor ... arridet; ... ignavum scabies, -antem iniuria perdit. Clavd. Don. Aen. 12, 105 p. 565, 4 ('arboris obnixus trunco') *taurus* -atur ... cum arboris trunco. Svlp. Sev. epist. 1, 12 cum pessulo, quem ostio obdiderat, diu multumque -tus. Plac. med. 15, 5 iumentis inter se -antibus et calcitrantibus. Ⓑ *indicatur finis per: inf.*: Verg. Aen. 12, 387 *Aeneas vulneratus* infracta -atur harundine telum eripere. Albinov. carm. frg. 13 aliquis ... caecum ... aera pugnaci -tus rumpere visu. Ov. epist. 15(16), 237 -or celare furorem, sed tamen apparet dissimulatus amor. 16(17), 163 *risum* compescere. met. 5, 354 *Typhoeus* remoliri -atur pondera terrae (*sc. Aetnae*). 6, 556 -antem ... loqui ... linguam. 12, 483 lateri ... recondere ... gladium. 15, 519 ducere ... frena. Sen. Phaedr. 1083 *equi* se ... -antur iugo eripere. Sil. 7, 359 -antur frustra ... mugire iuvenci. Stat. Theb. 6, 481 -antur abire iugales nequiquam. Mart. 3, 75, 2 arrigere *mentulam*. Coripp. Ioh. 4, 471 *equus* in latos -atu⟨r⟩ (laet- *Mazzuchelli*) currere campos. ad *cum gerund.*: Ov. trist. 4, 5, 19 remis ad opem -are ferendam, dum veniat ... mollior aura (*in imag.*). *enunt. finale*: Cels. 4, 4 si lingua resoluta est ... sic, ut sermo hominis non explicetur, oportet gargarizare, ... magna vi -ari, ut verba exprimantur, exerceri retento spiritu.

Ⓘⓘ *obsistentium, renitentium* (*cf.* reluctari. *exempla certiora, sc. ad l. 9 sqq. relegatis eis locis, quibus adsunt structurae adversarium vel rem infestantem indicantes; cf. etiam p. 1731, 32. 1733, 28. part. praes.* -ans *hic illic fere adi. vice fungitur*): Verg. georg. 2, 357 flectere -antes inter vineta iuvencos (*cf.* Ov. epist. 4, 79 sive ferocis equi -antia colla recurvas). Val. Fl. 8, 85 adverso -antia lumina *draconis* cantu obruit *Medea* (Sil. 7, 204 donec composuit -antia l. Somnus). Sil. 14, 415 palmae ... trahente profundo -antum frustra summis in fluctibus exstant. Mart. 3, 24, 7 *haruspex* -antia ... dum resecat cultro colla *hirci* (*cf.* Ov. *supra*). Anth. 941, 79 *Hymenaeus* -antes rapiens iuvenes, immane tropaeum (*58* trahens *H.* victos ..., iugali quos ... coniunxerat arte). Alc. Avit. carm. 6, 177 cum -to solvuntur viscera partu (*sed vim passivam intellegit Goelzer, Latin 21, ut ad II C spectet*). *addas* (*nisi per enallagen sonos labiorum nitentium, temptantium intellegere malis*): Val. Cem. hom. 10, 4 cum ... -antes labiorum sonos rudis lingua *infantium* decipit (*i.* '*cum fraude, errore efficit*'*?*).

b *res naturales*: Varro ling. 5, 61 *in hieme* natura ad nascenda

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*cod. et edd.* [*vix conferas p. 1735, 18sqq.*]; adnascenda *Groth coll. rust. 3, 16, 29* adnatae; ad nascendum *Laetus*) cum imbre et frigore -are non vult. TAB. devot. CIL I² 2520, 7 *febres* cum illo -ent, deluctent, illunc evincant, vincant usque dum animam eius eripiant (*item [fere technice ?] de affectionibus corporis, morbis*: AVG. serm. 277, 4, 4 *in corpore hominis sani* non copia frigoris fervor extinguitur et dum -atur affligit. CAEL. AVR. acut. 2, 14, 93 tumoris . . . vehementia -ante in soliditatem coguntur *sputa pleuritici* [*cf. 92* peiorante passione. *94* si . . . fuerit levigata]). VERG. Aen. 1, 53 *Aeolus* -antes ventos tempestatesque sonoras imperio premit (SEN. nat. 6, 31, 2 exitum v. -antibus fecit *terrae motus. cf.* HOR. carm. 1, 1, 15 -antem Icariis fluctibus Africum mercator metuens. OV. met. 6, 694 [*loq. Boreas*] tanto molimine -or. 15, 300 vis fera ventorum . . . inclusa . . . exspirare aliqua cupiens -taque frustra liberiore frui caelo). SEN. nat. 2, 17 ut Anaximenes ait, spiritus incidens nubibus . . ., dum -atur per obstantia . . . vadere, ipsa ignem fuga accendit ([*frg. A 7 l. 25 Diels ὅταν τὰ νέφη διιστῆται βίᾳ πνευμάτων. sim.* PLIN. nat. 2, 192]. 6, 12, 2 Archelaus [frg. A 16ª Diels] . . . ait: . . . sic evenit, ut terrae spiritu -ante et fugam quaerente moveantur. 6, 18, 2 eo acriore *s.*, quo cum mora valentiore -tus est. IVST. 4, 1, 4 spiritu cum igne . . . -ante). LVCAN. 3, 503 nec, quamvis viridi -etur robore, lentas ignis agit vires (VAL. FL. 1, 205 densis -tus in extis i. *cf.* SIL. 12, 139 *Mulciber* cavas -tus rumpere sedis). 9, 470 *Libya* nusquam -ando (*sc. contra ventos*) stabilis manet, imaque tellus stat, quia summa (*i. harena*) fugit. PLIN. nat. 2, 112 si in nube -etur flatus aut vapor, tonitrua edi (PALLAD. 1, 39, 3 fortius . . . v. inter angusta -bitur [*sec. Cet. Fav. 16* melius . . . ignis . . . operabitur]). SIL. 3, 54 tum vada . . . -antur terris tumefactum imponere pontum. 3, 520 qua . . . lubrica frustratur . . . semita . . ., -antem ferro glaciem premit (*duritia resistentem*). 4, 20 muris, quibus est -ta vetustas, ferre . . . opem. SOL. 32, 10 ferunt alii, quod ventorum flatibus repercussus *Nilus* . . . aquis in arto -antibus intumescat (*cf. Isid. orig. 13, 21, 7* aquis retroluctantibus). AMM. 16, 12, 57 velut -ante amnis violentia vorari quosdam fluctibus involutos. PRVD. apoth. 651 -antia magnis aequora turbinibus. VAL. CEM. hom. 19, 4 videmus . . . undis -antibus cuppas *nimium plenas* figuli rimas aperire. *per breviloquentiam quandam comprehensa notione motus* (*sc. magna cum contentione facti*): MANIL. 1, 259 *canentur signa solem comitantia* atque alia adverso -antia sidera mundo (*i. planetae contrarium cursum tenentes. item de iisdem*: 1, 670. *cf. 1, 309* quo sidera septem per bis sena volant contra nitentia signa).

2 *nisus pertinet potius ad animum vel varia incorporea, sc. -antur*: **a** *animantes cum*: *α contradicentibus, opinionibus contrariis* (*cf. imagines p. 1730, 69. 1731, 19; argumentum disputatum indicatur per* de OV., circa QVINT.): CIC. Sull. 47 nondum statuo te virium satis habere, ut ego tecum -ari et congredi debeam. de orat. 1, 74 non -bor tecum . . . amplius (*postea*: quod contra me locutus es). rep. 4, 4 te (*Scipionem*) . . . cum populis nobilissimis malle quam cum tuo Platone -ari, quem ne attingis quidem. OV. fast. 6, 69 non -or de nomine temporis huius. SEN. contr. 9, 6, 3 quamdiu -ti sumus, ut crederetur noverca privigno dedisse *venenum*. QVINT. inst. 5, 13, 51 est et illud vitium nimium solliciti *oratoris* et circa omnia momenta -antis. HIL. trin. 9, 33 mihi . . . his ipsis dictis euangelicis tecum, haeretice, -anti. PRVD. perist. 10, 651 quia profunda non licet -arier ratione tecum. AVG. serm. 198, 3 multi -buntur hodie in corde suo cum verbo quod audierunt.

β vitiis, peccatis vel infidelibus, diabolo: Ⓘ *generatim*: SEN. clem. 1, 17, 2 -etur cum vitiis, resistat. dial. 7, 16, 3 ei, qui ad virtutem tendit, . . . adhuc inter humana -anti. IREN. 3, 18, 6 (3, 19, 5 H.) -tus est *Christus* . . . et vicit. CYPR. mortal. 9 cum diaboli inpugnatione (*cf. l. 79*). ARNOB. nat. 2, 50 qui . . . -atur animarum ingenitas corrigere pravitates. AMBR.(?) sacr. 1, 2, 4 (*Christianus comparatur cum athleta*) qui -atur, habet quod speret: ubi certamen ibi corona; -aris in saeculo, sed coronaris a Christo. PRVD. cath. 2, 91 erit . . . beatior, intemperans membrum *obscenum* cui -ando claudum . . . dies oborta invenerit (*respicitur gen. 32, 24*). psych. 892 corporei . . . pericula operti -antisque animae . . . agnoscere casus. c. Symm. 2, 149 *homini* -andum summis conatibus, inter acerba sectandum virtutis iter. AVG. in psalm. 99, 11 l. 23 unus homo in corde suo cum turba -atur; suggerit avaritia, suggerit libido *eqs.* serm. 5, 3 contra quid -amini? contra peccatum -amini (*et saepius in eodem sermone*). soliloq. 1, 10, 17 quaero . . ., utrum adhuc -eris, an vero iam ipsam libidinem viceris. *al.* Ⓘⓘ *speciatim de martyribus et confessoribus* (*de deo eos adiuvante* CYPR. epist. 10, 5. *sublucet nimirum etiam respectus dolorum sustinendorum, maxime* CYPR. laps.): TERT. fug. 1, 5 qui proprie vicerint in persecutione vincendo, -ti revera non 'adversus carnem . . ., sed . . . adversus spiritalia nequitiae' (*Eph. 6, 12*). CYPR. epist. 10, 5 p. 494, 10 ipse *deus* -atur in nobis, . . . ipse in certamine agonis nostri et coronat pariter et coronatur. laps. 13 p. 246, 15 stetit . . . fides fortis et cum torquentibus poenis immobilis anima diu -ta est. CELERIN. Cypr. epist. 4 p. 532, 17 Saturninus, qui et ipse -tus est cum diabolo, qui et Christi nomen est fortiter confessus. PRVD. perist. 9, 85 tandem -antis *Cassiani* miseratus . . . Christus *eum mori sinit* (*an ad 1aβ?*). CANON. Turner II 1 p. 54 rec. IV si . . . ex fide -ti sunt et non . . . ad ostentationem (*om. recc. cet., sed cf. antea*: qui iterum certamen inierunt, *ubi rec. II p. 20* reluctaverunt, *rec. V et VI* iterum luctamen adeuntes). ORIG. in Matth. 16, 25 p. 558, 23 qui . . . usque

ad carcerem contra infideles -antur (*gr. πρὸς τοὺς ἀπίστους παραβαλλομένοις*).

γ quibuslibet adversariis, malis, difficultatibus sim.: LVCR. 5, 1130 sine incassum defessi sanguine sudent angustum per iter -antes ambitionis (*cf.* SEN. dial. 10, 20, 1 quosdam, antequam in summum ambitionis eniterentur, inter prima -antis aetas reliquit). OV. am. 1, 2, 9 cedimus, an subitum -ando accendimus ignem *amoris*? (*cf. imag. p. 1731, 14 nec non* met. 7, 10 et -ta diu, postquam ratione furorem *amoris* vincere non poterat, 'frustra, Medea, repugnas' . . . ait [*sim.* 14, 701]). Pont. 1, 5, 13 nec venit ad duros Musa vocata Getas; . . . tamen . . . -or deducere versum (*cf.* MANIL. 3, 34 mihi per numeros ignotaque nomina rerum, temporaque . . . -andum est [*opp.* vulgatum . . . opus et . . . simplex]). SEN. contr. 7, 5, 13 ineptissimum est -ari cum materia et longe arcessere. VELL. 2, 63, 3 *Plancus* diu quarum esset partium secum -tus ac sibi difficile consentiens (*deliberando ut*: ALC. AVIT. carm. 6, 566 anceps . . . s. -atur et haerens fluctuat). 2, 86, 2 diu ⟨cum⟩ clementia -tus sua Caesar servavit incolumem *Sosium* (odium cl. eluctatus *Madvig*). SEN. benef. 5, 21, 2 cum quo mihi -andum sit, *sc. ut beneficium reddat.* epist. 22, 7 -are cum officio. 47, 7 vini minister . . . cum aetate -atur: non potest effugere pueritiam. 92, 24 qui cum mala fortuna semper -tus est. SIL. 2, 514 -antem fatis . . . Saguntum. 9, 553 nec vetitis -tus abit Gradivus. TERT. resurr. 22 p. 56, 20 (*ironice*) *haereticus* conculcavit iam inimicos etiam nunc -ari habens cum mundi potentibus. CYPR. patient. 17 oportet in hac fragilitate atque infirmitate corporea -ari semper et congredi (*respiciuntur damna fortunae, morbi sim.*). CLAVD. DON. Aen. 2, 325 p. 192, 4 'ineluctabile tempus Dardaniae', hoc est quod -ando superari non possit. *al.*

b *res*: OV. am. 3, 11ᵇ, 33 -antur . . . hac amor hac odium. VAL. MAX. 6, 2, 4 Cn. Pompei auctoritas toties cum libertate -ta est. 9, 13, 2 ipsa verba tale flagitium narrantis secum -antur. SEN. clem. 1, 8, 1 quorum (*sc. qui in turba latent*) et virtutes, ut appareant, diu -antur. benef. 7, 15, 2 contra fortunam -ta virtus . . . enituit. LVCAN. 5, 181 *in pectore vatis* omne futurum nititur in lucem vocemque petentia fata -antur. PRAEDEST. 1, 67 p. 610ᶜ contra hos *haereticos* utriusque testamenti scripta -antur. CASSIOD. in psalm. 146, 1 contraria inter se noscitur adversitate -ari (*sc. vita et verba hominis*). *relatione reciproca non indicata part. praes.* -ans *pro adi. fere i. q. sibi oppositus*: ORIBAS. eup. 2, 1 C 5 La *capparis radicis cortex* ex -antibus (lact- *trad.*) componitur virtutibus; proicere igitur potest . . . et simul adducere (*gr. 2, 1 K 15 ἐκ μαχομένων . . . δυνάμεων. om. Aa*).

II *accedit acc. obi., quo indicatur*: **A** *ipsum luctamen vel eius modus* (*sc. eadem qua sub I illustrata notione; cf. abl.* concertatione -ari CASSIOD. in psalm. 43, 5. *huc trahere noluimus quae adv. potius sunt consideranda ut e. g.* plurumum PLAVT. Vid. frg. 9; *ceterum v. et p. 1730, 56*): SIL. 17, 313 complexum ingentibus ulnis mersisti fundo -antem vana tribunum. AMBR. (?) sacr. 1, 2, 4 unctus es quasi athleta Christi, quasi luctam (luctamen *var. l.*) huius saeculi -turus. AVG. c. Pelag. 3, 3, 5 quando bonum agonem -atur (*cf. Italam II Tim. 4, 7* [*Cypr. testim. 3, 16. al.*] bonum agonem [certamen *Vulg.*] certavi). **B** *res impetranda, fere i. q. laborando, nitendo petere*: ITALA Bar. 2, 19 (Legion.) non super iustitias patrum nostrorum . . . nos -amus misericordiam ante faciem tuam, domine (*gr. καταβάλλομεν τὸν ἔλεον, Rem.* iactamus m., *Vulg.* fundimus preces et petimus m.). AVG. serm. 5, 6 (*ad* gen. 32, 34 *p. 1731, 24*) *Iacob* -atur, praevalet et vult benedici ab eo cui praevaluit; quid est ergo quod -atur et vult tenere? (*an malis* quod *coniunctionem intellegere?*). **C** *res efficienda, fere i. q. laborando, nitendo perficere*: CLAVD. carm. min. app. 2, 20 pone habitum, quo molle canis, et . . . populea mecum carmen -are sub umbra (*quo laudes Herculis celebrentur*). *huc fortasse* ALC. AVIT. *p. 1732, 79, si intellegere malis actionem pariendi magno cum labore peragendam. ?* **D** *adversarius, fere i. q. impugnare sim.*: VICTRIC. 27 providendum est, ne nos . . . vitiorum torpor invadat, . . . aut ira differat, aut cupiditas vexet, aut -et ambitio (*subaudiasne* nos, *an intellegas usum absolutum? sunt qui coniciant* iactet).

appendix structurarum indicantium: **1** *adversarium vel rem adversam quacum quis -etur*: **a** *alienum*: *α per praepos.*: POMPON. Atell. 176 cum leonibus (*item cum animantibus*: CIC. Sull. 47 tecum. de orat. 1, 74 rep. 4, 4 TAB. devot. CIL I² 2520, 7 PROP. 2, 1, 13. 2, 15, 5. *et passim. cum rebus*: VARRO ling. 5, 61 cum imbre et frigore. SEN. contr. 7, 5, 13 cum materia. VELL. 2, 86, 2 *v. supra l. 16.* 2, 115, 2 cum difficultate locorum. VAL. MAX. 6, 2, 4 cum libertate. *et saepe; addas fortasse etiam* OV. *p. 1732, 25*). SEN. benef. 7, 15, 2 contra fortunam (*item contra res*: AVG. in psalm. 141, 7 serm. 5, 3 POMER. 3, 17, 1 HIST. Apoll. rec. AB 41. *contra animantes*: PRAEDEST. 1, 67 CASSIOD. hist. 5, 7, 6 XIII ORIG. in Matth. 16, 25 p. 558, 23). ITALA gen. 32, 25 ([26] Novatian. trin. 19, 7 D.) in eum (*v. p. 1731, 28*). TERT. fug. 1, 5 adversus carnem *eqs.* (RVFIN. Orig. princ. 3, 2, 5 p. 254, 2. *cf.* AVG. *sub b*). EVSEB. EMES. serm. 20, 19 ad eum. *β per dat.* (*usum testatur* PRISC. gramm. III 274, 3 *verba* aequiperantia: -or tibi, sermocinor, certo *eqs.; hic illic possis et abl. intellegere* [*cf. p. 1735, 12*]): HOR. carm. 1, 1, 15 -antem Icariis fluctibus Africum (*rebus ut*: epist. 2, 2, 74 plaustris. MANIL. 1, 259 adverso . . . mundo [1, 670]. 5, 665 nodis. SIL. 2, 514 fatis. 4, 20 *muris.* 9, 553 vetitis. 10, 295 morti. 14, 454 pelago. STAT. Theb. 4, 43 iugo. 9, 264 leto. 11, 522 tenebris hiemique sibique. PRVD.

[Nosarti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

apoth. 651 turbinibus). SIL. 4, 240 equo. AMBR. in psalm. 118 serm. 3, 35, 2 ei *pharisaeo.*

b *relatione reciproca* (*quae sine structuris intellegitur* PLAVT. Vid. frg. 9 PROP. 3, 22, 9 OV. am. 3, 11[b], 33. *al.* [*notandum adi. p. 1734, 38*]): VERG. georg. 2, 526 inter se (PLAC. med. 15, 5). VELL. 2, 63, 3 secum (VAL. MAX. 9, 13, 2 ALC. AVIT. carm. 6, 566). CVRT. 4, 9, 20 invicem. STAT. Theb. 11, 522 sibi. AVG. in epist. Ioh. 9, 2 adversum se.

2 *ubi luctamen fiat, quo pertineat sim.*: LVCR. 5, 1130 per iter ... ambitionis (MANIL. 3, 34 per numeros ignotaque nomina rerum *eqs.*). VERG. Aen. 5, 220 in scopulo (7, 28 in ... marmore *aequoris*. HOR. sat. 2, 6, 28 in turba. PROP. 4, 1, 147 in undis. LIV. 7, 38, 7 in pestilenti ... solo. *al.*). VERG. (?) catal. 13, 26 macra ... aqua (*abl. loci ut*: LVCAN. 3, 503 robore. SIL. 4, 583 caespite. *v. monita p. 1734, 80*). OV. fast. 6, 69 de nomine *mensis*. SEN. dial. 7, 16, 3 inter humana (10, 20, 1 i. prima. PALLAD. 1, 39, 3 i. angusta). QVINT. inst. 5, 13, 51 circa omnia momenta.

3 *finem -andi*: VERG. Aen. 12, 387 telum eripere (*cum inf. ut ceteri p. 1732, 53 allati loci nec non*: OV. met. 15, 300 Pont. 1, 5, 13 SEN. nat. 2, 17 SIL. 3, 54. 12, 139 ARNOB. nat. 2, 50). OV. trist. 4, 5, 19 ad opem ... ferendam (AMBR. in psalm. 36, 51, 2 ad coronam [38, 19, 1]. CANON. Turner II 1 p. 54 rec. IV ad ostentationem. *dubium an huc etiam* VARRO *p. 1733, 2*). SEN. contr. 9, 6, 3 ut crederetur noverca privigno dedisse *venenum* (*enunt. fin. ut*: CELS. 4, 4 SEN. clem. 1, 8, 1 AVG. quaest. hept. 7, 49 p. 493, 25 serm. 5, 3. 5, 6).

figuram etymologicam v. sub IIA.

part. praes. -ans *plus minusve pro adi. v. p. 1732, 76. 1734, 38; vergit in usum subst. masc., quo significantur luctatores*: HOR. epist. 1, 19, 46 SEN. epist. 117, 26 CVRT. 4, 9, 20 SIL. 14, 415 ANTH. 926, 3 PRVD. perist. 9, 85 (*cf. part. fut.* -turus QVINT. inst. 11, 3, 160 *p. 1730, 84*), *trabes quaedam*: ISID. *p. 1731, 55.*

deriv.: lucta, luctamen, luctamentum, luctatio, luctator, luctatus (-ūs), luctito(r), 2. luctus.

compos.: al-, col-, de-, e-, il-, inter-, ob-, re-, retrolucto(r).

Nosarti.

[ORIBAS. syn. 3, 132 La *collyrium* asperas mundat palpebras ... et **luctropas** (tropas *Li*) et callus ... tollit (*corrigendum sec. 3, 136 Aa* ectropas, *gr. ἐκτροπάς*).]

lūctuo, -āre. *a* 1. luctus. GLOSS. V 518, 4 vagit: -at, plorat, plangit (*sed vocem potius medio q. d. aevo tribuendam esse merito adfirmat Goetz,* GLOSS. I p. 215 *ex Osberno adferens vocem, licet sine explicatione*).

Bk.

***lūctuōsus,** -a, -um. *a* 1. luctus. *scribitur cum apicibus* CE 1029, 2 (= CIL VI 24808) lúctuósum. *compar.* -ior *et superl.* -issimus *inde a* CIC. (*cf.* maxime -us CIC. de orat. 2, 211, admodum -us IVL. VAL. 2,3 2). u *media pro consonante legenda est* CE *l. c. legitur inde a* CIC., BELL. Hisp., SALL., HOR.

1 *i. q. luctus plenus, tristis, lugubris sim.* (SYNON. Cic. p. 430, 7 immane. atrox ... miserandum ... dolendum ... -um. calamitosum. flebile. triste. lugubre. *eqs.; cf.* ISID. diff. 1, 235 funebre: -um. GLOSS. lugubrem: -um. lugubri: -a. *pendet dat. incommodi* CIC. Sest. 27 Rab. Post. 47 Phil. 10, 8 TAC. Agr. 43, 1 [*an et l. 79 ?*], *ceterum* -us est *sim. cum dat. saepe inde a* CIC. Verr. II 1, 50; *indicatur respectus praepositione* ad CIC. har. resp. 49): a *res incorporeae, actiones, status*: α *variae* (*sc. fere mors, clades sim.; actiones sim. lugentium e. g. p. 1736, 16. 22, tempus lugendi l. 76*): Ⓘ -um est *sim. cum inf. vel* quod (*praeparatum per* illud *l. 62; hucine etiam p. 1736, 58?*): CIC. Quinct. 95 -um est tradi alteri cum bonis, -ius inimico (*antea*: miserum est ..., miserius ...; acerbum est ..., acerbius *eqs.*). p. red. ad Quir. 13 quod et vincere et vinci -um rei publicae fore putavi. har. resp. 49 mihi exire domo mea ad privatum dolorem fuit -um, ad rationem rei publicae gloriosum. PLIN. epist. 4, 21, 2 mihi -um videtur, quod puellas honestissimas in flore primo fecunditas abstulit. 5, 21, 3 illud plane non triste solum verum etiam -um, quod Iulius Avitus decessit. Ⓘⓘ *cum subst. vel pron.* (*sive attributive sive praedicative; absolute* CIC. Verr. II 4, 99): CIC. Verr. II 1, 50 expugnatio fani ... Iunonis Samiae quam -a Samiis fuit, quam acerba toti Asiae! 4, 99 (*de statua e fano sublata*) omnibus acerbum, indignum, -um denique videbatur. Sull. 33 cum ... crudelissimum et -issimum exitium patriae comparasset. p. red. in sen. 25 *Metelli* de patria discessus molestus omnibus, ipsi ne -us quidem est visus (*sic pars codd.*; honestus bonis omnibus, sed -us tamen visus est *restituerunt Halm aliique ex cet. codd. lectione; sed cf. fam. 1, 9, 16* qui *Metellus* ... egregia animi alacritate afuerit *a patria*). Sest. 27 o diem illum ... funestum senatui ..., rei publicae -um! (53 or. frg. A IX 25. AVG. serm. coll. Morin p. 457, 3 Christus d., quem fecerat moriendo -um, fecit resurgendo gloriosum. *fere technice*: IVLIAN. epit. novell. 107, 6 non liceat ... parentes defuncti ... in iudicium vocare, antequam novem d. -i transeant [*Novell. Iust. 115, 5, 1* ante novem dierum spatium, in quibus videntur lugere. *sim. gr.*]). Cael. 60 noctem ... funestam ac -am (Rab. Post. 47 -a nox meis omnibus). har. resp. 45 iniecta fax est foeda ac -a rei publicae. Mil. 90 quo (*sc. incendio curiae*) quid miserius, quid acerbius, quid -ius vidimus? (SALV. gub. 6, 87). Marcell. 18 civile bellum tantum et tam -um (Phil. 2, 55. *cf.* FLOR. epit. 2, 6, 9 gravis et -a Punici b. vis. VEG. mil. 4, 12 -a certamina). Phil. 10, 8 o spectaculum ... non modo hominibus, sed undis ipsis et litoribus -um! de orat. 3, 8 fuit hoc (*sc. mors Licinii Crassi*) -um suis, acerbum patriae, grave bonis omnibus (*cf.* TAC. Agr. 43, 1 finis vitae eius nobis -us, amicis tristis, extraneis ... non sine cura fuit. PLIN. epist. 1, 12, 1 *mors voluntaria est* -issimum genus mortis. FRONTO p. 221, 16 v. d. H. = p. 221 N. mors [AVG. c. Parm. 1, 8, 14]. AMM. 26, 1, 3 exitu [29, 1, 7]. *sim. al.*). div. 2, 79 fugit *Deiotarus* e proelio cum Pompeio; grave tempus! discessit ab eo; -a res! Caesarem ... hostem et hospitem vidit: quid hoc tristius? (COD. Iust. 11, 6, 1 [*imp. Carac.*]. AVG. serm. coll. Morin p. 631, 22). *al.* LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 miseris his temporibus et -is (VAL. MAX. 3, 2, 7). BELL. Hisp. 17, 2 patriae -am perniciem. SALL. Catil. 58, 21 cruentam atque -am victoriam (AMM. 14, 5, 2). VAL. MAX. 5, 3, 3 tam -am opem. 8, 11 ext. 6 -um immolatae Iphigeniae sacrificium (*cf.* LACT. epit. 18, 6 *Osiride reperto* -a sacra laetitia terminantur [*inst. 1, 21, 20* luctus ille]). QVINT. inst. 6, 2, 23 ut, quae sunt, ostendantur acerba ac -a. TAC. hist. 3, 72, 1 id facinus post conditam urbem -issimum foedissimumque rei publicae ... accidit (*incendium Capitolii*). PLIN. epist. 5, 16, 7 ut multa -a dolor invenit. APVL. met. 8, 7, 7 -o desiderio *mariti defuncti.* FIRM. err. 28, 10 misera ac -a persuasio *paganorum* (*cf.* MAX. TAVR. hom. 18 p. 261[C] -a ... caecitate Iudaeorum). AMM. 27, 9, 3 mortem et cetera -a. 28, 1, 1 clades ... -as (AVG. civ. 5, 22 p. 235, 1 D.). 29, 2, 1 lacrimis ... -is. RVFIN. hist. 3, 6, 1 ex quo *libro Iosephi* omnis eorum *Iudaeorum* -a tragoedia pernoscatur (*gr. τὴν τραγῳδίαν tantum*). AVG. serm. 352, 3, 8 est paenitentia gravior atque -ior *quam illa quotidiana,* in qua proprie vocantur in ecclesia paenitentes (*ibid. iterum. cf.* CASSIOD. in psalm. 139, 11 -a compunctio). *al.* Ⓘⓘ *neutr. pro subst.* (*an huc etiam l. 16. 19?*): TAC. ann. 14, 63, 3 in qua *domo* nihil nisi -um haberet *Octavia* (*ad usum subst. cf. hist. 3, 67, 1* nihil ... adsecuta *uxor Vitelli* nisi luctum). AMM. 14, 10, 16 cum ... bella moverentur externa, accidisse plerumque -a (*nisi praedicative ut* TAC. hist. 3, 72, 1 *l. 14*).

β *dicta, scripta nec non clamores, voces sim.*: CIC. leg. agr. 2, 48 praeconi ... ipsi (ipsam *codd.*) -am et acerbam praedicationem futuram puto (AVG. civ. 8, 23 p. 356, 11 D.). Phil. 2, 6 querela misera ... et -a (AVG. civ. 8, 26 p. 365, 29 D.). Att. 3, 19, 2 non deseram ... unici fratris miseras ac -as preces. PLIN. epist. 4, 7, 6 -um Reguli librum *de vita filii mortui.* ORAT. imp. Hadr. de Matid. (CIL XIV 3579) 19 -is conclamatio⟨nibus⟩. LACT. inst. 7, 16, 11 audietur e caelo tuba ...; ad -um illum sonitum contremescent *omnes* (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 7, 510 p. 78, 24 ['Tartaream ... vocem'] quam -um fuit, quod emittebatur ex tuba!). AMM. 29, 2, 7 elogia *imperatoris* ... futura pluribus -a. Ps. AVG. serm. ed. Mai 37, 2 gemitus ille tristis omnisque -us clangor *Tartari* obstipuit. SALV. gub. 3, 44 grave et -um est, quod dicturus sum. SIDON. epist. 4, 11, 6 neniam ... tristem -amque (*cf.* 7, 17, 1 neniam sepulchralem -is carminibus inscribere). POMER. 1 tit. 21 -a descriptio (*cf.* CASSIOD. in psalm. 101, 12 enumeratio -a. 142, 7 -issimam narrationem). DIONYS. EXIG. Greg. Nyss. creat. 26 p. 391[A] turbatis ... clamoribus -is his, qui casum planctibus efferebant (*Migne gr. 44, 217[C] ἐν τῇ γοερᾷ κραυγῇ*). PASS. Georg. (BHL 3363) 18 -a voce clamabat. CE 1029, 2 hunc ... titulum statuo tibi, carissima coniunx, -umque mihi, qui scio quid fueris.

γ *hereditas quae morte filii vel cuiusdam arta propinquitate coniuncti recipitur*: COD. Theod. 2, 19, 2 utrum filius ... matrem novissima laeserit voluntate nec -am ei et legitimam reliquerit portionem. INTERPR. cod. Theod. 3, 18, 1 si forte cesserit -a hereditas (COD. Iust. 6, 25, 10 pr. LEX Burg. Rom. capit. leg. 28). COD. Iust. 5, 9, 6, 6 (*a. 472*) omnes res praedictae ... matri, ut ad eandem lucrum redeat -um, restituentur.

b *animantes*: α *lugentes* (GLOSS. -um: flentem. -i: flentes): HOR. carm. 3, 6, 8 di multa neglecti dederunt Hesperiae mala -ae. Ps. SEN. epist. Paul. 11 (12) putasne me haud contristari et non -um (*an neutr.?*) esse, quod de innocentia vestra subinde supplicium sumatur (*var. l.* supplicia sumuntur *vel* -antur)? DON. de com. 8, 7 eadem *syrmata* in -is personis incuriam sui per neglegentiam significant. PETR. CHRYS. serm. 94 p. 466[A] factus es gloriosi fenoris debitor -us. BOETH. cons. 2, 4, 11 W. qui abesse aliquid tuae beatitudini tam -us atque anxius conqueraris. β *luctum adferentes, infestantes*: AMM. 26, 9, 9 Procopius ... cum Fortuna expostulabat -a et gravi (*si recte deam intellegimus, ut vol. V 2, 1177, 40*).

c *res corporeae ad luctum pertinentes vel luctum inferentes*: α *quolibet respectu* (*sc. fere belli*): HOR. carm. 3, 8, 19 Medus infestus sibi -is dissidet armis. IVST. 9, 3, 3 Scythica velut devota spolia paene -a Macedonibus fuere (*sc. Philippo graviter vulnerato*). AMM. 31, 13, 1 cum ... litu os ... Bellona -os inflaret in clades Romanas. CLAVD. DON. Aen. 7, 615 p. 92, 13 ('tristis ... recludere portas *Belli*') Latinus ... nolebat funestas fores -asque contingere. β *respicitur funus* (*cf. l. 42. 45. p. 1735, 76*): SERV. auct. Aen. 3, 64 ('atra ... cupresso') *Cyparissus luctu confectus* in -am arborem, id est cupressum, mutatus est, quae defunctis adhibetur (*de eadem* PROB. Verg. georg. 2, 84. *ibid.* esse -am cupressum). SCHOL. Cic. Bob. 154, 15 (*ad Planc. 21* multitudinem ... in squalore et luctu supplicem) habitu civium -o (HIER. in Ion. 3, 5 h. -us *eorum qui saccum induerunt*). EVSEB. EMES. serm. 6, 14 *non* conspici debet sponsa tantum dum induitur vestimenta sponsalia, sed et dum -a. OP. imperf. in Matth. 49 p. 918 (*respicitur 24, 29* sol obscurabitur *eqs.*) patre familias moriente ... *propinqui* nigris se cooperiunt vestimentis: sic et humano genere *pereunte* ... universa caeli ministeria lugent, et candore deposito, pro vestibus -is tenebris vestientur.

[Lanciotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

in imagine: EVOD. fid. 47 *deum Manichaeorum* lugentem, velo -o (-e *var. l.*) tectum. EVSTATH. Basil. hex. 5, 2, 7 tellus . . . velut quodam -o amictu deposito sumptisque laetioribus indumentis . . . omnia . . . effundebat (*gr. σκυθρωπὴν καὶ πενθήρη*).

2 *technice apud gramm. i. q. luctum significans*: PROB. Verg. georg. 3, 37 'Cocyti amnem' dicit, qui a -a voce appellatur (*cf. e. g. Serv. Aen. 6, 132* dictus *ἀπὸ τοῦ κωκύειν*, id est lugere).

appendix stilistica: **1** *accedunt adi.*: **a** *notionis adfinis* (*distinguitur a* molestus *p. 1735, 68, plus est quam* tristis *p. 1736, 1. dedimus notabiliora*): acerbus: CIC. Quinct. 95 (*ibid.* miser, calamitosus, funestus, indignus, horribilis). Verr. II 4, 99 (*item* indignus). Mur. 90 (*iuxta* miser *ut* Mil. 90). de orat. 3, 8 (*item* gravis). *al. apud eundem.* QVINT. inst. 6, 2, 23 IVST. 38, 8, 14. crudelis: CIC. Sull. 33. cruentus: SALL. Catil. 58, 21. foedus: CIC. har. resp. 45 TAC. hist. 3, 72, 1. funestus: CIC. Quinct. 95 *v. supra.* Sest. 27 (*item* gravis). 53 Cael. 60 CLAVD. DON. Aen. 7, 615 p. 92, 13. gravis: CIC. Sest. 27 *et* de orat. 3, 8 *v. supra.* FLOR. epit. 2, 6, 9 AVG. serm. 352, 3, 8. *al.* lacrimabilis: SALV. gub. 6, 4. 6, 87. miser: CIC. Sull. 90 Phil. 2, 6 Att. 3, 19, 2 (*v. etiam supra*). LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 VAL. MAX. 3, 2, 7 FIRM. err. 28, 10. tristis: CIC. div. 2, 79 TAC. Agr. 43, 1 PLIN. epist. 5, 21, 3 SIDON. epist. 4, 11, 6. **b** *notionis contrariae*: gloriosus: CIC. Sest. 27. har. resp. 49 (*in homoeoteleuto ut* AVG. serm. coll. Morin p. 457, 3). laetus: SOL. 10, 2 EVSTATH. Basil. hex. 5, 2,7. sponsalis: EVSEB. EMES. serm. 6, 14.

2 *homoeoprophora* (*iuxta vocem eiusdem stirpis* AVG., *cf. etiam supra l. 1*): AMM. 29, 2, 1 lacrimis . . .-is. AVG. serm. coll. Morin p. 631, 22 luctus -a res est. SALV. gub. *v. l. 17.* COD. Iust. 5, 9, 6, 6 (*a. 472*) lucrum.

3 *homoeoteleuton v. l. 22.*

adv. **lūctuōsē**, *compar.* -ius. *i. q. modo luctuoso, cum luctu* (*iuxta verba praeter* AVG.; *cf. etiam l. 1*): VARRO ling. 5, 76 lusci⟨ni⟩-ola *appellata*, quod -e canere existimatur. LIV. 28, 39, 6 P. et Cn. Cornelii imperatores vestri -ius nobis *sc. Saguntinis* prope (quoque *var. l.*) quam vobis perierunt. AMM. 31, 8, 1 his casibus proeliorum ita -e finitis. CASSIOD. Ios. antiq. 7, 5 *ut* finem eius *Saul* -e habuerit *David* (*gr. χαλεπῶς ἐνεγκεῖν*). *cum oxymoro*: AVG. op. monach. 32, 40 p. 591, 24 iam illud, si dici potest, quam -e ridiculum est, quod rursus invenerunt ad defensionem crinium suorum.

compos.: perluctuosus. *Lanciotti.*

1. *lūctus, -ūs *m.* *a* lugere. *de orig.*: PAVL. FEST. p. 120 -s et lugere a Graeco trahuntur *λυπεῖν* vel *ἀλύσσειν*. ISID. diff. 1, 227 lugentes . . . dicti quasi luce egentes, unde et -s (lucus *var. l.*) dicitur. *de formis* (*inter nomina quartae decl.* PS. ASPER gramm. suppl. 44, 12 *cod. B, secundae* GLOSS. II 515, 53): *dat.* -u: APVL. met. 4, 33, 5. *secundae decl.*: *gen.* -i *testatur* NON. p. 485, 32 -i pro -us (*affert* ACC. trag. 491. 519). *abl.* -o: IORD. Rom. 351 (-u *unus e codd., v. p. 1743, 57*), *in var. l.* AVG. serm. 24, 6 l. 201. *acc.* -os: INSCR. Année Epigr. 1957 n. 37 (*in titulo Hisp. neglegentius scripto*). *nom. sg. neutr.* -um: *iuxta* lamentum PS. AMBR. act. Seb. 4, 13 (-um *affertur* Regula mag. 10, 102, -us *habet ed.* Migne 17, 1027^{B}) *et* GLOSS. II 329, 13. *exemplum fortasse recentius affertur Arch. lat. med. aevi 22, 1952, 83* (*iuxta* gaudium). *addas var. l.* lutum PASS. Theclae A 30 p. 82, 4 *nec non* VITA Caes. Arel. 2, 49 intolerabilem -um reliquit; quod (quem *var. l.*) -um *eqs.* NOT. Tir. 59, 42. *legitur inde a* PLAVTO (*v. IID1*), ENN., CATONE, TER., *plur. inde ab* ACC., VARRONE, CIC. [*it.* lutto; *sard. centr. et mer.* luttu; *port. vet.* luito, loito. *cf. M.-L. 5149. Battisti-Alessio III 2292. Wagner II 46. Corominas III 152. Machado² II 1447. St.*] [*in codd. confunditur cum* fletus IVVENC. 3, 14 (-s *restituitur* PVBLIL. P 39), fluctus STAT. Ach. 1, 74 (f. *restituitur* CVLEX 357), vultus CIC. p. red. in sen. 16 OV. rem. 588.]

fere i. q. πένθος (GLOSS.; *quod ubi gr. respondet, non adnotavimus*), *θρῆνος*: **I** *exempla notionem et usum illustrantia*: **A** *strictius de actione, statu, more lugendi (fere metonymice de effectu actionis sub 2b et c). causa -us plerumque est mors propinquorum* (*cf. p. 1738, 66 et* CIC. Tusc. 4, 18 -s *est* aegritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo), *sed potest effici fere qualibet re adversa* (*cf.* AVG. de serm. dom. 1, 2, 5 -s est tristitia de amissione carorum [*neutr., cf. Greg. Nyss. beat. or. 3 Migne gr. 44, 1224^{C} πένθος ἐστὶν αἴσθησίς τις ἀλγεινὴ τῆς τῶν εὐφραινόντων στερήσεως*]), *e. g. exilio* (*maxime apud* CIC., OV.); *lugent rei eorumque propinqui e. g.* CIC. Cluent. 192 Cael. 4 Planc. 21. 29; *de dolore Ariadnae amantis* (*nisi mavis ad B referre*) CATVLL. 64, 71 assiduis quam -bus externavit . . . Erycina (*cf.* 199. 247); *ceterum v. 1b et c. subi. -us sunt fere homines* (*cf.* PLIN. nat. 7, 5 uni *homini* animantium -s est datus) *vel res ad eos pertinentes* (*urbs, senatus sim. saepius, lingua* CORN. SEV. carm. frg. 13, 10), *dei e. g.* PROP. 2, 18, 16 OV. met. 2, 384 VAL. MAX. 7, 1, 1, *animalia non nisi* COLVM. 9, 13, 7 *apes morbo quodam affectae* aliae mortuarum corpora domiciliis efferunt, aliae intra tecta, ut publico -u, maesto silentio torpent. PLIN. nat. 11, 64 -um non minuunt *apes.* VAL. FL. 3, 740 *prole adempta* misero manat iuba *leae* sordida -u (*i. more lugentium horride fluit, demittitur* [*v. vol. VI 1, 971, 13 sqq.*]).

1 *magis respicitur affectus animi* (*cf. iuxtapos. sub IID1. legitur plur. haud raro etiam de singulorum affectu ut* CIC. off. 1, 32. 3, 94. Att. 3, 8, 2 fam. 14, 1, 1); *-s efficitur*: **a** *quolibet eventu, malo* (*pauca selecta*): ENN. scaen. 272 illi perniciem dabo, mihi maerores, illi -um, exitium illi, exilium mihi (*loq. Medea. cf. Eur. Med. 400 πικρὸν . . . κῆδος*). TER. Hec. 210 familiam dedecoras, filio -um paras. ACC. trag. 61 ut me depositum et maerentem . . . alacrem reddidisti atque excitasti ex -u in laetitudinem. 153 maior erit -s *patris*, cum me damnatum audiet. 352 aerumna haec mihi -um addit -bus. CIC. S. Rosc. 23 hunc miserum, -u perditum. Sull. 91 quam cito illa omnia ex laetitia et voluptate ad -um et lacrimas reciderunt. Pis. 17 cum senatus -um ac dolorem suum vestis mutatione declarandum censuisset. Planc. 87 *qui* edicto . . . non -um patribus conscriptis, sed indicia -us ademerint. Phil. 14, 34 qua *oratione* deponerent maerorem atque -um gauderentque potius. leg. 2, 43 morte aut dolore corporis aut -u animi . . . hominum miserias ponderamus. Att. 3, 15, 2 dies . . . non modo non levat -um hunc, sed etiam auget; nam ceteri dolores mitigantur vetustate *eqs.* (*cf.* fam. 5, 16, 5 diuturnitas, quae maximos -us vetustate tollit. OV. trist. 4, 6, 16 *tempus* minuit -us maestaque corda levat. SEN. epist. 63, 3 *tempore* etiam acerrimi -us residunt. *v. Otto, Sprichw. n. 535*). 3, 22, 3 premor -u, desiderio omnium meorum. 12, 20, 2 librum, quem de -u minuendo scripsimus (*cf.* SEN. dial. 11 [12], 1, 2 monimenta ad compescendos moderandosque -us composita. HIER. epist. 60, 5, 1 Platonis . . ., Posidonii ad sedandos -us opuscula). fam. 14, 1, 1 ex quo patre tantas voluptates capiebat, ex eo tantos percipere -us *Tulliam*! CATVLL. 64, 226 suspendam lintea malo, nostros ut -us nostraeque incendia mentis carbasus obscurata dicet. LVCR. 3, 461 suscipere . . . animum curas acris -umque metumque. CE 59, 9 (*saec. I a. Chr.*) *parentes* ⟨s⟩ummo in -u ac sollicitudine ⟨prae deside⟩rio gnatae fletus in dies edunt. VERG. Aen. 2, 12 animus meminisse horret -uque refugit. OV. met. 2, 384 dat . . . animum in -us et -bus adicit iram *Sol.* EPICED. Drusi 88 ei mihi, quam toto -s in ore fuit. LAVD. [Turiae] (CIL VI 1527) 2, 54 delegast⟨i⟩ mihi -um desiderio tui. LIV. 42, 28, 12 obruit animum simul -s metusque. SEN. Tro. 595 fatere quos premis -us, dolor. OCTAVIA 47 maeret infelix soror . . . nec graves -us valet . . . tegere. PLIN. nat. 22, 111 nullius non ira -sque, tristitia et omnis animi impetus cibo mollitur. VAL. FL. 3, 719 ingenti repetuntur pectora -u. SIL. 5, 205 Apollo tristem maerenti solatur pectine -um. 6, 414 impenetrabilis ille *Regulus* -bus et numquam summissus colla dolori. STAT. Theb. 9, 179 *victoris ululatus* occulto . . . ferit praecordia -u. silv. 2, 1, 13 stat pectore demens -s. 5, 1, 29 tantus in attonito regnabat pectore -s. CE 1076, 8 (*saec. I*) per -us reddidit ipsa *mater* animam. SVET. Cal. 5 regulos quosdam barbam posuisse et uxorum capita rasisse ad indicium maximi -us. ITALA gen. 24, 67 (Apon. 12 p. 225) consolatus est *Isaac* a -u matris suae (*gr. παρεκλήθη περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Vulg.* ut dolorem . . . temperaret). AVSON. 233, 4 p. 78 P. patitur *Iuppiter* -um, qui prohibere potest. VVLG. sap. 14, 15 acerbo . . . -u dolens pater. AVG. civ. 19, 8 p. 368, 13 D. -s, quoddam . . . cordis quasi vulnus aut ulcus *eqs.* MACR. Sat. 4, 1, 5 -s habitu proditur. *al.*

b *rebus divinandis, metuendis, unde accedit notio metus, timoris* (*usus quasi praeparatur* OV. met. 2, 124 praesaga . . . -us . . . suspiria. SIL. 5, 587 praesago percussus pectora -u. *contra distinguitur a timore* ADNOT. Lucan. 8, 54 timor . . . de incertis est malis, -s vero de certis): SIL. 13, 694 (*loq. Scipio mortuus*) nil nomine leti . . . queror . . .; sed me -s habet, geminae ne clade ruinae *Scipionum* cesserit . . . oppressa Hispania Poenis.

c *peccatis commissis* (*sc. suis vel alienis. usu christiano; paganos lugere iubet* FIRM.): *α pertinet ad paenitentes, sese compungentes* (*hic illic quasi technice dictum videtur; ceterum nonnulla transeunt ad 2. addas lusum notionum p. 1739, 82*): ITALA I Cor. 5, 2 (cod. e *al.*, *cf.* VVLG.) non . . . -um habuistis, ut tolleretur de medio vestrum qui hoc opus fecit (*gr. ἐπενθήσατε, Tert. pudic. 14* luxistis). TERT. pudic. 7 p. 233, 25 *moechus non* gaudium confert repertrici ecclesiae, sed -um (*postea*: contristationem). CYPR. laps. 35 orare oportet inpensius et rogare, diem -u transigere, . . . tempus omne lacrimosis lamentationibus occupare. PS. CYPR. mont. 8 Iudaei intellexerunt se offendisse deum et in -um conversi sunt (*ibid. iterum*). FIRM. err. 2, 8 deflete potius quod erratis et errorem vestrum restauratis semper -bus plangite. HIL. in Matth. 11, 8 in paenitentiam peccatorum et ad dolorem ac -um veterum delictorum. HIER. hom. Orig. in Is. 5, 2 p. 264, 9 opera digna -u (*cf.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 59, 25 mala . . . lacrimis digna perennibus et continuis -bus). in Matth. 5, 5 ('beati qui lugent') -s hic non mortuorum ponitur communi lege naturae, sed peccatis et vitiis mortuorum *eqs.* (*ad eundem locum*: CHROMAT. beat. 3 quis nobis iste -s intellegendus est salutaris? . . . hic est -s s., qui agitur pro peccatis *eqs.* [ORIG. in Matth. ser. 27 p. 49, 7]. 4 post -us et lacrimas peccatorum. in Matth. 3, 3, 3 pium -um sanctorum. *al.*). AVG. civ. 14, 9 p. 22, 10 D. nec solum dolorem, verum etiam -um suum denuntiantem *Paulum* quibusdam, qui . . . peccaverunt *eqs.* (*cf. II Cor. 12, 21* lugeam). CHROMAT. in Matth. 3, 3, 4 Daniel . . . gravi -u pro populi peccatis afficitur. CANON. Turner I 1, 2 p. 214 rec. VI esse . . . in potestatem episcopi breviare eis (*sc. ab eucharistia exclusis*) tempus -us, si . . . adtentam penitentiam per timorem dei et lacrimarum perseverantiam ac misericordiarum inpendia viderit (*cet. recc. et gr. aliter*). II 1 p. 21 rec. II -um de hoc quod evenit semper ostendentes cum omni humilitate et scemate bonitatis *eqs.* (*sim.* rec. V p. 59 *et* rec. VI p. 61). MVTIAN. Chrysost. hom. 23, 3 p. 381/2 neque lacrimis dignus, sed lamentationibus, magis autem -u. BENED. reg. 25, 3 persistens in paenitentiae -um (-u *var. l.*). *al.* *β pertinet ad peccatorem vero gaudio carentem*: PAVL. NOL. epist. 5, 6 vitae praesentis mala gaudia pro venenis et -bus aversatus es (*nisi ad B*). PS. AVG. *[Kemper]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

serm. 230, 2 (= CAES. AREL. serm. 228, 5) qui . . . nec castitatem custodit in corpore nec puritatem tenet in mente, quotiens sanctae sollemnitates adveniunt, in corpore videtur habere gaudium, in corde non celebrat nisi -um.

2 *magis respiciuntur singuli ritus, indicia vel signa externa lugendi* (*cf. iuxtaposita sub IID2 et distinctionem p. 1738, 8. quae potius ad universum statum lugendi pertinent v. sub 3*): **a** *varia selecta*: CATO or. frg. 9 (58 M.) quantum -um, quantum gemitum . . ., quantum fletum factum audivi. ACC. trag. 88 staturae gracilitudo . . . et -s facit, ne dubitem (*de habitu sim. ut*: 617 opertus squalitate est -uque horrificabili. CIC. Cael. 4 quid parentes *rei* sentiant, . . . haec praesens maestitia quam cernitis -sque declarat. *al., v. etiam p. 1744, 25. 29*). VARRO frg. Non. p. 550, 4 propinquae adulescentulae etiam anthracinis, proxumae amiculo nigello, capillo demisso sequerentur -um (*i. pompam funebrem? aliter p. 1741, 38*). CIC. Phil. 9, 5 mortem . . . eius non monumento, sed -u publico esse ornandam (*v. p. 1742, 59*). leg. 2, 22 sumptum in ollos -umque minuunto. 2, 60 funebria, quibus -s augetur, XII *tabulae* sustulerunt. 2, 65 auget (*Ursinus*, hunc *sim. vel* habet *codd.*) . . . -um concursus hominum. CAES. civ. 2, 7, 3 re cognita tantus -s excepit, ut urbs . . . capta . . . videretur. LIV. 9, 7, 7 *clade Caudina nuntiata* consensum in omnem formam -us est. SEN. Herc. O. 1668 mater in -um furens diduxit avidum pectus. dial. 12(11), 15, 5 exercitum non solum maestum, sed etiam attonitum . . . ad morem Romani -us redegit. CVRT. 10, 5, 8 urbem -u ac maerore conpleverant. LVCAN. 8, 832 sistra iubentia -us. SVET. Cal. 6, 2 non edictis inhiberi -s publicus potuit. ITALA gen. 50, 10 (Lugd. *al.*) fecit -um patri suo septem diebus (*Vulg. aliter*). Ier. 9, 10 (Ambr. fid. 3, 14, 119) super montes accipite (*i. assumite*) -um et super semitas . . . planctum (Testim. Corp. Christ. 90, 230 planctum et . . . -um, *gr. κοπετὸν καὶ . . . θρῆνον, Vulg.* fletum ac lamentum et . . . planctum). IVST. 12, 3, 1 exercitui suo triduo -um indixit *Alexander*. HIER. epist. 39, 4, 1 *cum* Moysi quoque . . . ceterisque sanctorum sollemnis sit -s exhibitus. 39, 4, 7 scindere vestimenta et -um exhibere gentilem. VVLG. Ier. 6, 26 conspergere cinere, -um unigeniti fac tibi, planctum amarum. SVLP. SEV. Mart. 8, 1 clamore et -u turbae plangentis excipitur. *al.* *huc addiderimus*: PAVL. FEST. p. 87 in flore eius *fabae* -us litterae (*cf. p. 1519, 6 sqq.*). **b** *lamentationes, planctus, carmina lugubria* (GLOSS.^{L} V Abba LV 51 -um planctum. *exempla certiora; huc vergunt nonnulla sub a*): VERG. georg. 4, 350 iterum maternas impulit aures -s Aristaei (*cf. 333* sonitum . . . sensit). Aen. 2, 298 miscentur moenia -u (*huc traximus coll.* 12, 620 turbantur moenia -u [*antea*: clamorem, sonus urbis, murmur]). 11, 38 gemitum tunsis ad sidera tollunt pectoribus maestoque inmugit regia -u. HOR. carm. 2, 20, 22 absint inani funere neniae -usque turpes et querimoniae (*nisi ad l. 10 coll.* PORPH.: ad habitum lugentium refert *eqs.*). OV. trist. 1, 3, 21 -us gemitusque sonabant. SIL. 6, 495 planctibus ingens personat et -u campus. MART. 6, 68, 2 flete . . ., Naides, et -us sentiat ipsa Thetis. ITALA II Macc. 12, 24 (recc. BM) deprecabatur cum ingenti -u dimitti se vivum (*gr. γονητείας, al. et Vulg.* precibus). AMM. 19, 6, 13 -s ubique et indignatio regum audiebatur. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 5, 19 hucusque conloquium; nunc -s incipit (*item de carmine lugubri*: SCHOL. Hor. sat. 2, 1, 1 eclogae haec nomina habent: si ad Iovem, hymni . . .; si ad homines, laudes . . . aut -us *eqs.* BOETH. mus. 1, 1 p. 186, 18 cum in fletibus -us ipsos modulantur dolentes *eqs.* p. 186, 21 fuit antiquis in more, ut cantus tibiae -bus praeiret. *cf. locut. pleniorem* HIL. in Matth. 9, 8 hymnus -uum). Ps. AMBR. act. Seb. 4, 13 lamentum et -s numquam illic (*in caelo*) audita nec nominata sunt. HIER. interpr. Iob 30, 31 (*cf.* VVLG.) versa est in -um cithara mea et psalmus meus in fletum. CONC.^{S} I 2 p. 14, 10 darem . . . compendiosum responsum -bus eorum (*antea*: nos concidunt . . . lamentationibus). ALC. AVIT. carm. 5, 554 talia voce viri; respondet -bus omne vulgus. **c** *lacrimae (per ironiam)*: TERT. adv. Val. 15 p. 195, 1 caelestes imbres pipiavit Achamoth *lugens*, et nos in cisternis alienos -us et lacrimas servare curamus.

3 *magis respicitur status lugentis vel tempus lugendi* (*exempla notabiliora. iuncturas pleniores* tempus -us *sim. v. sub IIB2a; ad rem cf. Kübler, RE XIII 1697 sqq.*): ACC. trag. 519 capere -i vestem in leto coniugis. VARRO frg. Non. p. 542, 5 mulieres in adversis rebus ac -bus . . . ricinia sumunt. CIC. Vatin. 31 quis umquam in -u domestico, quis in funere familiari cenavit cum toga pulla? Tusc. 3, 62 in -u capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur (*sim. opp.* maestitia *ibid.* 3, 64). LIV. 22, 56, 5 senatus consulto diebus triginta -s est finitus (*al. v. sub IIA2d*). 34, 7, 10 in -u . . . purpuram atque aurum deponunt *mulieres*. SEN. contr. 4 praef. 5 quod in tam magno et recenti -u suo homo carissimus sibi pleno convivio cenasset (*cf.* PLIN. epist. 9, 13, 4 quia me recens adhuc -s limine contineret). TAC. ann. 16, 10, 3 vidua impexa, -u continuo. APVL. met. 8, 9, 7 si -ui legitimo . . . feminae necessarium concesseris tempus (*cum respectu nuptiarum sequentium ut*: VLP. dig. 3, 2, 11 pr. liberorum . . . et parentium -s impedimento nuptiis non est. PAVL. dig. 3, 2, 9, 1 sponsi nullus -s est. COD. Iust. 5, 9, 1 [*a. 380*] -us religionem. 5, 9, 3 [*a. 382*] tempus -ui statutum. VVLG. II reg. 11, 27 transacto . . . -u. *al.*). PAPIN. dig. 3, 2, 25 pr. exheredatum quoque filium -um habere patris memoriae placuit. ITALA Sirach 22, 13 (Aug. spec. 23, *cf.* VVLG.) -s mortui septem diebus, fatui autem et impii omnes dies vitae illorum. IVST. 42, 4, 14 post longum . . . -um (VVLG. gen. 38, 12). *al.*

B *laxius et fere metonymice de eis quae -um efficiunt* (*cf. iuxtapos. sub IID3*): **1** *exempla magis minusve ambigua (pauca selecta)*: CIC. Sest. 49 caedem a vobis . . . meo dolore -uque depuli. prov. 32 populi Romani -bus funeribusque subvenit *Marius*. Tusc. 5, 16 exilia, -us, orbitates: qui rebus his fractus aegritudine eliditur *eqs.* VERG. Aen. 3, 713 (*de morte Anchisae*) hos mihi praedixit -us. 6, 868 (*863* quis . . . ille?) ingentem -um ne quaere tuorum (*sc. Marcellum*). 10, 755 aequabat -us et mutua Mavors funera. PROP. 3, 18, 29 hic olim ignaros -s populavit Achivos (*cf.* HOMER. 45 acerbis -bus infestat Danaos *Apollo. item de peste*: OV. met. 15, 744 Phoebeius anguis . . . finem . . . -bus imposuit). OV. met. 4, 564 -u serieque malorum victus. Pont. 4, 11, 9 (*ad Gallionem, cuius uxor mortua est*) nuntia . . . -us mihi nuper epistula venit. LIV. 27, 51, 12 Hannibal tanto simul publico familiarique ictus -u (*sc. morte Hasdrubalis*). VAL. MAX. 4, 3, 14 *in proscriptionibus* inveniri nemo potuit, qui civili -u praedam peteret (*inde* AMM. 30, 8, 9 de c. -u fructum contrectare. *cf.* 26, 6, 8 *ditari* -bus alienis). SEN. dial. 1, 4, 8 quare deus optimum quemque aut mala valetudine aut -u aut aliis incommodis afficit? 11(12), 15, 3 ne singulos eius *Augusti* -us enumerem, et generos ille amisit et *eqs.* OCTAVIA 904 caede mea cumulare parat -us nostros. STAT. silv. 3, 1, 173 avertam -us et tristia damna vetabo. MART. 6, 33, 3 furta, fugae, mortes servorum, incendia, -us adfligunt hominem. TAC. ann. 6, 27, 1 tot -bus funesta civitate. PLIN. epist. 8, 17, 5 (*de inundatione*) aucta -bus damna. *al.*

2 *hominum, sc. mulierum vel puerorum* (*Cupidinis l. 57. huc fortasse* PLAVT. *sub A2*): **a** *-um est corpus, facies sim.*: TER. Haut. 523 mulier commoda et faceta haec est meretrix . . . et quidem hercle forma -a (SCHOL. splendida. SCHOL. Bemb. pulcra, a luce splendida. GLOSS.[L] III Abol. LV 33 gratuita [grata *Heraeus*]). PRIAP. 39, 6 me pulcra fateor carere forma, verum mentula -a nostra est. APVL. met. 2, 23, 7 etiam in maerore -am proferens faciem *matrona vidua* (4, 25, 1 *virginis*). 5, 22, 7 corpus *Cupidinis* glabellum atque -um (ARNOB. nat. 5, 21 parit . . . -i filiam corporis *Proserpinam* [*infra*: bene validam, floridam]). PANEG. 4, 34, 1 species -a *matronarum*. MART. CAP. 6, 586 oris . . . -a maiestate resplendens *Geometria*. **b** *-i sunt homines ipsi*: MART. 2, 86, 4 nec dictat mihi -us Attis mollem debilitate galliambon. APVL. met. 10, 30, 3 -us puer nudus . . . flavis crinibus usquequaque conspicuus. MART. CAP. 2, 132 (*de Charitibus*) tres puellae vultu decoreque parili ac venustate -ae. 5, 426 (*de Rhetorica*) quaedam sublimissimi corporis ac fiduciae grandioris, vultus etiam decore -a (-o *Fuchs*) femina insignis ingreditur (6, 580 *de Geometria*).

C *laudantur divitiae*: PLAVT. Cist. 560 te reduco . . . ad . . . ditias, ubi tu locere in -am familiam. Rud. 1320 divitias . . . habuisti -as. 1407 vin tibi condicionem -am ferre me? . . . dividuom talentum faciam . . .; dimidium tibi sume (*cf.* Mil. 952 *sub A1a*). Truc. 345 hereditas magna atque -a. CIC. Phil. 12, 19 ex naufragio -i patrimoni ad haec Antoniana saxa proiectus. Att. 4, 16, 4 de re Piliae . . . erit mihi curae; etenim est -a res Aureliani . . . indiciis. CASSIOD. var. 3, 17, 4 tantum quis nobilior erit, quantum et moribus probis et -a facultate reluxerit.

D *laudatur ars dicendi vel scribendi* (*materia describenda* PLIN. epist. 5, 17, 2. *cf.* ISID. orig. 10, 154 -us, ab eo quod sit lingua clarus et sermone splendidus. GLOSS. *ἀστεῖος*. lingua clarus vel disertus. GLOSS. II 318, 10 *εὔλαλος*: effabilis. eloquens. loquax. -us [*Heraeus, Kl. Schr. 94*; loculentus *trad. ut etiam* GLOSS. V 113, 28]): **1** *-us est scriptor* (*eius os* SYMM. epist. 5, 45): CIC. Att. 7, 17, 2 accusavi . . . Pompeium, qui, cum scriptor -us esset, tantas res . . . Sestio nostro scribendas dederit. Brut. 102 Caelius Antipater scriptor . . . fuit ut temporibus illis -us, iuris valde peritus. FRONTO p. 167, 22 v. d. H. (p. 176 N.)

[Maltby]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aquilinum -issimum verborum apparatu. SYMM. epist. 2, 86, 1 -us narrator. 5, 45 quod ex tuo ... -o ore proficiscitur. MARCELL. chron. II p. 63, 392, 2 *Hieronymus* se -issimum interpretem ... catholicis exhibuit lectoribus. 2 *-a sunt verba, opera, eloquium sim.* (*iuxta* eruditus PLIN. epist. 5, 17, 2, sufficiens AVG. anim. 2, 4, 8 POMER. 1, 23, disertus AVG. anim. 4, 2, 3; *apud Christianos saepius opp. veritas, simplicitas sim.; ironice* HIER. adv. Rufin. 3, 7. 3, 32 AVG. anim. 4, 2, 3): CIC. Tusc. 1, 107 exsecratur -is sane versibus apud Ennium Thyestes (AVG. civ. 14, 3 p. 7, 20 D. ord. 2, 20, 54 p. 185, 11. *cf.* OROS. hist. 1, 17, 2 [*de Iliade*] -issimo carmine). Att. 12, 21, 1 verbis -ioribus ... rem eandem comprehenderat *Cato* (ARNOB. nat. 2, 11 p. 77, 23 M. v. eos *philosophos* -issimis scimus loqui et compositionibus fluere levigatis. SYMM. epist. 7, 122, 1. AVG. anim. 2, 4, 8 p. 342, 9 sua sensa v. -issimis et sufficientissimis explicavit. POMER. 1, 17 *opp.* bonis exemplis). SALL. Catil. 31, 6 M. Tullius consul ... orationem habuit -am atque utilem rei publicae (ZENO 1, 3, 2 [2, 1, 6 L.] sapientia ... -ae o. compta mendacio. CHROMAT. serm. 28, 2 L. SALV. gub. praef. 1 aut blando carmine ... aut -a o. [*supra*: nitore verborum]. BOETH. in Porph. comm. sec. 1, 1 p. 135, 9 non -ae o. lepos, sed incorrupta veritas. in top. Cic. 3 p. 333, 5). PLIN. epist. 5, 17, 2 *Piso* recitabat *χαταστερισμῶν* eruditam sane -amque materiam. GELL. 13, 25, 16 apud Homerum eiusdem rei atque sententiae -a exaggeratio est (*affert A 163*). SYMM. epist. 1, 31, 2 operis (FVLG. RVSP. ad Monim. 1, 30, 1. *cf.* RVFIN. hist. 11, 9 p. 1017, 15 opuscula). 3, 83 adfatu. HIER. chron. a. Abr. 2342 elucubravit adversum pristinam religionem -issimos libros Arnobius (adv. Rufin. 3, 7 contra me cudis [*ironice ut* 3, 32]). RVFIN. Orig. in Ios. 7, 7 p. 335, 1 *philosophorum* perversa dogmata -i sermonis assertionibus decorata (POMER. 1, 23 quod ei *pontifici imperito* sufficiens et -us s. non suppetat). AVG. anim. 4, 2, 3 p. 381, 24 tua nostrae ignorantiae disertissima et -issima castigatio. epist. 137, 1 ingenium ... et eloquium tuum tam excellens tamque -um. EVAGR. sent. mon. 137 p. 1186^{C} qui dedit vobis ... proverbia -a (*an ad II B? cf. gr. σαφεῖς et versionem alteram* [*Leclercq, Scriptorium V 2, 1951 p. 213*] manifesta). POMER. 1, 24 tit. qui eloquentiam suam -is declamationibus iactant (*opp.* simpliciter docentes). GREG. M. dial. 2, 36 p. 131, 21 M. scripsit monachorum regulam ... sermone -am. *neutr. plur. pro subst.*: CASSIOD. in psalm. 9, 39 (40) de quo loco ... Hilarius et Augustinus, ecclesiae sancta lumina, plurima et -a dixerunt.

II *pressius cum respectu lucis fere i. q. lucidus, plenus lucis* (*pauca certiora; v. praemonita ad I*): **A** *naturalis*: MIN. FEL. 3, 1 hominem ... in hac imperitiae vulgaris caecitate deserere, ut tam -o die in lapides eum patiaris impingere (*respici videtur et caelum serenum et salus christiana, cf. 1, 4* lucem sapientiae). AVG. gen. ad litt. 7, 13 ignis non solum fervidam qualitatem, cuius sedes in iecore est, verum etiam -am, quam velut eliquari ac subvolare ostendunt *medici* in ... cerebri locum, *habet caro*. CLAVD. MAM. anim. 1, 23 p. 82, 12 viventi corpori iucundum est -us locus vel temperatus aer (*opp.* tenebrosus locus). **B** *spiritualis* (*hic illic vergit in notionem q. e. dilucidus, perspicuus. v. etiam* EVAGR. *sub ID2*): FVLG. Virg. cont. p. 103, 6 tuae ... -ae sapientiae funalia caligare. CASSIAN. conl. 8, 3, 4 *in scripturis* quaedam significatione litterae plana ac -a resplendent. VICT. VIT. 2, 72 quid clarius, quid -ius (lucentius *var. l.*) effari divinitas dignaretur? VIGIL. THAPS. c. Arian. 2, 1 ut unius substantiae ... professionem ex divinarum consequentia litterarum -o disputationis examine comprobetis.

neutr. plur. pro subst. v. supra sub ID2.

adv. **lūculentē** *et* **lūculenter.** *legitur* -e *apud* PLAVT., CIC. (*septies*), GELL. (*quinquies*), DON., PRVD.; -r CIC. fin. 2, 15 (*si recte trad.*) *et inde a* RVFINO; *variant codd.* TERT., HIER., *de* ISID. *v. sub 1b. apud posteriores praevalent compar.* (*inde a* SYMM.) *et superl.* (*inde a* RVFINO). *accedit* sane CIC. off. 3, 60 (satis *var. l.*). Att. 14, 21, 1 ad Q. fr. 3, 5, 1, satis CIC. div. 1, 131.

fere i. q. splendide, pulchre, bene (GLOSS. magnifice vel clare. *iuxta verbum passim; verbo subaudiendo* CIC. off. 3, 60 TERT. *sub 1b*): 1 *latius et mera fere vi augendi*: **a** *respicitur quaelibet actio* (*de* PLAVT. Epid. 158 *v. p. 1747, 78*): PLAVT. Merc. 424 me tibi illam *ancillam* posse opinor -e vendere. :: dum quidem hercle ne minoris vendas quam ego emi. CIC. fin. 2, 15 si ego non intellegam quid Epicurus loquatur, cum Graece, ut videor, -r sciam. ad Q. fr. 3, 2, 1 Gabinium ad populum -e calefecerat Memmius. GELL. 13, 31, 6 librum veterem fidei spectatae, -e scriptum. SYMM. epist. 6, 67, 1 quanto -ius natalem mihi diem, si adfuissetis, egissem. AVG. bon. viduit. 11, 14 bonum ... continentiae vidualis -ius decet, cum *eqs.* VITAE patr. Iurens. 179 M. instituta, quae de informatione monasterii vestri ... digessimus, desideria vestra ... -r explebunt. **b** *respicitur ars dicendi vel scribendi nec non actio librorum componendorum* (*distinguitur* polite CIC. Brut.; *hic illic vergit in notionem q. e. perspicue, dilucide, e. g.* PS. PROSP., ENNOD., *cf.* GLOSS. manifesto, clare. *vix huc* VICT. VIT. *supra l. 52*): CIC. Brut. 76 'scripsere' inquit *Ennius* (*ann. 213*), 'alii rem vorsibus' — et -e quidem scripserunt, etiam si minus quam tu *Enni* polite (ISID. vir. ill. 37 -e [*v. Ihm, Festschr. Hirschfeld 344, 1*] ... composuit et scripsit. *cf.* GELL. *sub a et* CIC. Att. 14, 21, 1 rescripsit ad eas *litteras* ... sane -e. RVFIN. hist. 4, 26, 1 libros pro nostra fide -issime [GLOSS. V 420, 36 splendidissime] conscriptos [6, 19, 10]). rep. 1, 65 quod apud Platonem est -e dictum (*item de dictis allatis vel operibus scriptis*: div. 1, 131 off. 3, 102 GELL. 1, 15, 3. 16, 1, 1 vere atque -e. 17, 10, 13 *opp.* crasse et inmodice congessit. BOETH. herm. sec. 1, 3 p. 70, 24 Graeca ... oratione -ius dictum est. VITAE patr. Iurens. 62 M.; *de sermone*: DON. Ter. Eun. 560, 1 decet a salutatione incipere -e dicturum). off. 3, 60 cum ex eo quaereretur ..., respondebat ...; hoc quidem sane -e, ut ab homine perito definiendi. ad Q. fr. 3, 5, 1 sane texebatur opus (*i. libri de re publica scribendi*) -e. TERT. resurr. 11 p. 39, 19 de quibus -e (-r *var. l.*) et paracletus per prophetidem Priscam. HIER. epist. 10, 3, 1 de quibus ... -e (-r *var. l.*) Tullius ait: '*eqs.*' RVFIN. hist. 5, 21, 4 defensionem pro fide sua, quam ... -r et splendide habuerat (*gr. λογιωτάτην ... ἀπολογίαν*). PRVD. perist. 10, 22 sum mutus ipse, sed potens facundiae mea lingua Christus -e disseret (CASSIOD. inst. 1, 5, 4 salubriter -rque). AVG. epist. 138, 14 p. 140, 5 quod ... -issime illorum litterae laudaverunt. PS. PROSP. vocat. gent. 2, 15 p. 701^{D} planius, -ius, verius explicari. PS. ANATOL. pasch. 1 p. 317, 17 libellum de pascha -issime edidit. ENNOD. dict. 2, 5 p. 431, 22 -ius ... gestarum fidem rerum ... pandamus. CASSIOD. in psalm. 138 concl. l. 551 de duabus naturis ... duos libellos caute nimis -rque tractavit. FACVND. fid. p. 878^{A} -issime edocet. ISID. vir. ill. 28 opusculum ... -issime (*v. Ihm p. 1749, 80 allatum*) et dulci sermone dictatum.

2 *pressius cum respectu lucis* (*cf. p. 1749, 76*): PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 14, 1 magnus nobis hodie dies illuxit, quo omnipotens deus de caelo descendit, et inter homines sacra nativitas -ius rutilavit.

? adv. luculentissimo *v. p. 1747, 57.*

deriv.: luculentas, luculentia, luculentitas. *cf.* luculentaster.

compos.: eluculentus. *Maltby.*

luculla *v.* laculla.

lūculus, -ī *m. a* lucus *deminutive. i. q. lucus modicus*: SVET. vita Hor. p. 47, 16 domus ... eius ostenditur circa Tiburni -um.

lucūna *v.* l. lacuna. **lucūnar** *v.* l. lacunar.

lucunculus *v.* lucuntulus.

lucūns, -untis *f.* (*?*). [*peregrinum videtur, fort. mutuatum e gr. γλυκοῦς. Sch.*] *scribitur in codd. aliquot* GLOSS. Ps. Plac. *etiam* lunc-. *operis pistorii genus* (*sic* PAVL. FEST. p. 119 -em. *cf.* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. L 22 -s: nominativus glossematicōs -i, *ubi* genitivus -is *scribi vetat editor; inde decurtatum videtur* GLOSS. V 572, 18 -s glossematicus ⌊specie facte⌋, *quae ultima verba pertinent ad glossam quae sequitur* lunul⟨a⟩e. *ad rem v. Hauri-Karrer, Lat. Gebäcksbezeichnungen, Diss. Zürich 1972, 100 sqq.*): *?* LVCIL. 1368 panis, pemma, -s *est* cibus, qui purissimus multo est (*versum in* Varronis Men. 417 *et* 508 [*sed hoc loco usque ad* -s *tantum*] *ex Lucilio afferri coniecit Bücheler, ad dubia Lucilii relegavit Krenkel 1387/88*).

deriv.: lucuntulus. *cf.* luculentaster.

lucuntulus, -ī *m. a* lucuns *deminutive. de scriptura* (*cf. Heraeus, Kl. Schr. 150, 1*): -nt-: AFRAN. (*dub., v. var. lect. infra*), STAT., GLOSS. III 316, 1; *addas Athen. infra.* -nc-: APVL., ITALA, GLOSS. *praeter unam modo citatam.* -ncl-: GLOSS. III 88, 2. 372, 26. *cf.* -ntl-: *Athen. infra.* iuc- APVL. *F*, ITALA Lugd., GLOSS. III 15, 39. lugu-: STAT. *M.* nuc- NOT. Tir. luoc- (*quod* lucc- *esse suspicatur Heraeus l. c.*) *vel* lag- GLOSS. NOT. Tir. 109, 33. *transit in gr.* λούκουντλος (*Chrysipp. Tyan. apud Athen. 647d*).

operis pistorii genus (GLOSS. *τηγανίτης. ad rem v. quod sub* lucuns *citavimus*): AFRAN. com. 162 pistori nubat? cur non scribilitario, ut mittat fratris filio -os (lucuentulus [*inde coni.* lucuentulos *Lindsay, v. s.* luculentaster], luculentulus, liculentulentulus *trad.; corr. Bücheler*). STAT. silv. 1, 6, 17 molles gaioli -ique *ad Saturnalia dati.* APVL. met. 10, 13, 6 panes, crustula, -os ... et plura scitamenta mellita. TERT. spect. 27 p. 26, 24 *ea, quae in spectaculis laudari possunt*, perinde habe ac stillicidia mellis de -o venenato (delivacunculo venenatu *trad., corr. Iunius; vix recte Gelenius* libacunculo). ITALA exod. 16, 31 (Monac.) sapor ... illius *mannae* erat tamquam -i cum melle ([*gr. ἐγκρὶς ἐν μέλιτι, Vulg.* similae cum melle]. num. 11, 8 [Lugd.] erat sapor ipsius tamquam sapor -i ex oleo [*gr. γεῦμα ἐγκρὶς ἐξ ἐλαίου, Vulg.* faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati]).

lucurparta *inter nomina natantium* POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 10. [*fem. ad vocem* *lycopardus, *gr. λυκοπάνθηρος, esse monstravit Schuchardt, Zeitschr. Roman. Philol. 30, 1906, 723; denuo Zavattari, Arch. Roman. 6, 1922, 482. vocabula cammarum significantia sicut hisp.* lobagante *fortasse inde fluxerunt, cf. Corominas III 115 sq. St.*] *B.*

1. *lūcus, -ī (*vix* -ūs *p. 1751, 3*) *m.* [*osc.* lúkvei '*in luco*'; *vox prisca quae tamquam theod.* Lichtung *locum liberum arboribus saeptum significasse videtur; cf. p. 1751, 27. Sch.*] *derivatur a* lucere, lux, lumen (PRISC. gramm. II 136, 17 luceo, -us): *1) per absentiam lucis, sc. per antiphrasin*: QVINT. inst. 1, 6, 34 ([= STILO frg. 59 F.]. *32* ad foedissima usque ludibria labuntur *etymologi*) etiamne a contrariis aliqua sinemus trahi ut -us, quia umbra opacus parum luceat? *sim.* DON. gramm. IV 402, 4 CHAR. gramm. p. 364, 9 B. *et saepe. 2) per praesentiam lucis, sc. luminum*: SERV. Aen. 1, 441 non quod sint ibi lumina causa religionis, ut quidam volunt. ISID. orig. 14, 8, 30 potest et a conlucendo crebris luminibus dici, quae ibi propter religionem gentilium cultumque fiebant. 17, 6, 7 sive a luce, quod in eo lucebant funalia vel cerei propter nemorum tenebras. *scribitur* louc-: LEX luci Spolet. (CIL I^{2} 366, *item exemplar gemellum ibid.* p. 832) I 1. 4 CIL I^{2} 2444. lug-: *fortasse*

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

CE 1722, 5 (= CIL VIII 18914; *contextu mutilo*); *ceterum v. Onom. de formis: voc. sing.* -us: PHOC. gramm. V 429, 23 (*inter subst. secundae decl.*). *sed exempla non exstant. ? quartae decl.: abl. sing.* -u: *falsa var. l.* PRVD. c. Symm. 1, 453. *nom. plur.* -us: *falso trad. pro* lacus HIL. c. Aux. 12. *cf. Onom. masc. testatur* DVB. NOM. gramm. V 583, 1 (*affertur* VERG. Aen. 1, 441). *notatur* l: ACT. ARV. a. 224, 4 (3 luc(o). *ibidem ter plene perscriptum*). *cum apice* lú-: ACT. ARV. a. 27 g 4. a. 80/81, 20. a. 105 II 7. 8. *legitur in titulis formulisque priscis p. 1751, 65. 1753, 74sqq. et inde a* PLAVTO, CATONE, LVCILIO, *fere rarius quam* nemus *et* silva (*omnino deest e. g.* CIC. *rhet.*, CAES., HOR. sat., COLVM.); *saepius e. g. apud* PLAVT., CIC. *phil., epist.*, PROP.; *nonnisi* -us *legitur bis apud* PERS.; *rarius occurrit quam* silva, *sed saepius quam* nemus *apud* LIV., SIL.; *cf. illa, quae infra ad I praemonuimus.* [*cors.* lucu; *sard. centr.* lúu, lúo '*funetum, pergula*'; *camp. vet.* luz; *astur.* lugo. *cf. M.-L. 5152. Wagner II 47. Wartburg V 441. St.*] [*confunditur in codd. cum* lacus PLAVT. Aul. 674 CIC. Verr. II 5, 188 PRVD. tituli 56 (*falso trad. pro* l. HIL. *supra. restituitur pro* l.: SACR. Arg. Varro ling. 5, 50 *v. p. 1753, 74sqq.* CIC. ad Q. fr. 2, 3, 7 LIV. 41, 9, 5 SCHOL. Iuv. 3, 17), *cum* locus *saepe in var. l.* (*falso trad. pro* l. PLAVT. Caec. frg. 1, 2. *restituitur pro* l.: VARRO frg. Prob. Verg. ecl. praef. p. 326, 7 CIC. Att. 4, 2, 6. 13, 22, 4. *al.*).]

I *usu originario i. q. nemus, silva. gr. ἄλσος respondere testantur* PLVT. Rom. 20, 2 quaest. Rom. 88 LYD. mens. 1, 7 *nec non* GLOSS. (*ubi etiam* inumbraculum. locus amoenus, ubi multae arbores sunt. *sim. al.*). -us *arboribus consitus esse solet* (*cf.* CHAR. gramm. p. 393, 7 B. *infra l. 56*); *harundine p. 1753, 8sq. vestigia notionis primariae* (*v. p. 1750, 72*) *subesse videntur* LIV. 24, 3, 4 -us ibi frequenti silva ... saeptus laeta in medio pascua habuit. *de vocabulis maxime affinibus haec praemonemus*: nemus *saepe synon. est inde a* VERG. ecl. 6, 73 (n. *6, 72; v. etiam p. 1752, 79*). -us *pro parte nemoris habetur*: CATO orig. 58 -um Dianium in nemore Aricino ... dedicavit dictator Latinus. OV. met. 3, 176 *Actaeon* per nemus ignotum ... errans pervenit in -um (*178sqq.* nymphae ... ululatibus omne inplevere nemus). SEN. Herc. O. 958 nemoris ... -os. LVCAN. 1, 454 (*de druidis*) nemora alta remotis incolitis -is (*an per abundantiam?*). AVIEN. orb. terr. 317 mugit harenosis nemus ... -is. *distinguuntur qualibet ratione*: LYGD. 3, 15 nemora in domibus sacros imitantia -os. PROP. 4, 9, 24 -us (laurus *Ribbeck*) ab umbroso fecerat orbe nemus. SEN. Herc. O. 1636 nulli ... priscum profuit -o nemus (n. *unam arborem significare adnotat Axelson, Korruptelenkult 56*). SIL. 6, 146 -us iners ... Stygium pallentibus umbris servabat sine sole nemus. RVF. FEST. 16 -um ... addito nemore consecravit. *al.; per* et *sim. coniunguntur* VERG. ecl. 8, 86. *al.* (*exempla congessit Gudeman ad* TAC. dial. 9, 6 *p. 248*). silva *synon. est* VERG. georg. 3, 146 (s. *149*). OV. met. 3, 35 (s. *28*). 5, 391 (s. *388*). fast. 2, 436 (s. *439*). 2, 440 SEN. Oed. 530 (s. *532*). *al.; v. etiam p. 1753, 13.* -us *pro parte silvae habetur*: VERG. Aen. 9, 86 pinea silva mihi ...; -us in arce fuit summa, quo sacra ferebant. OV. met. 5, 265 silvarum -os. fast. 2, 165 (*163* feras Phoebe silvis venata, redibat) ut tetigit -um ..., 'hic' ait 'in silva ... lavemur'. LIV. 24, 3, 4 *v. supra. per* et *sim. coniunguntur* VERG. Aen. 3, 681 CIRIS 196 LIV. 32, 34, 10 SEN. Phaedr. 409. *al.*

A *proprie*: 1 *strictius de nemoribus sacris, religiosis. cf.* SERV. auct. Aen. 1, 310 -us ... est arborum multitudo cum religione, nemus vero composita multitudo arborum, silva diffusa et inculta. 1, 446 sacrum templum, quod in -o, id est in loco sacro, conditur. CHAR. gramm. p. 393, 7 B. -us: locus fulmine ictus et arborum spissitate tectus (*differentias explicans inter* delubrum et sacellum et templum et -um et fanum et bidental). *per* et *sim. coniunguntur* aedes LIV. 8, 14, 2. 27, 37, 2 PANEG. 6, 22, 1, ara CIC. Mil. 85 LVCR. 5, 75 HOR. ars 16. *al.*, delubrum OV. met. 2, 76 APVL. apol. 56, 6, fanum PLAVT. Aul. 615 CIC. prov. 7 Att. 4, 2, 6. *al.*, sacellum VARRO ling. 5, 49, sacrum PLIN. nat. 2, 140 TAC. ann. 1, 79, 3, templum VERG. Aen. 7, 778 LIV. 35, 51, 3 MELA 1, 55. 1, 108. *al.*, tumulus CIC. Mil. 85.

a *exempla varia* (*selecta*): LEX luci Spolet. (CIL I² 366) I 1 honce -om nequ(i)s violatod neque exvehito neque (4) exferto, quod -i siet (CIC. Rab. perd. 7. LVCAN. 3, 399 -us ... longo humquam violatus ab aevo). PLAVT. Aul. 615 in tuo (*Fidei*) -o et fano [modo] est situm *aurum* (*per pron. poss. vel gen. indicatur, cui numini sacer sit, ut*: 674 Silvani [766 CIL VI 610 CE 19, 5]. VARRO frg. Non. p. 64, 17 Veneris Lubentinae [CIL I² 1411]. ling. 5, 49 Mefitis et Iunonis Lucinae [rust. 3, 6, 2 Ov. fast. 2, 440 LIV. 8, 14, 2. *al.*]. CIC. nat. deor. 3, 46 Furinae [VIR. ill. 65, 5]. 3, 57 *Aesculapii.* div. 1, 101 Vestae. VERG. georg. 3, 181 Iovis [Aen. 9, 673 PLIN. nat. 3, 56]. Aen. 3, 681 Dianae [CVLEX 109 HOR. ars 16 LIV. 27, 4, 12. *al.; cf.* CATO orig. 58 *infra*]. *al.; v. etiam p. 1754, 28sq.*). CATO agr. 139 (*cf.* capp. 148) -um conlucare Romano more sic oportet ([*inde* PLIN. nat. 17, 267 arbores religiosas -osque succidi permisit *Cato*]. *cf.* ACT. ARV. a. 240 [Notiz. Scavi 1914 p. 466] 10 -i subluc andi). orig. 58 -um Dianium ... dedicavit (CATVLL. *v. infra.* CIL XI 4767 Bon(a)e De(a)e. AVSON. 157, 42 p. 15 P. *v. etiam p. 1752, 67. cf.* TAC. ann. 1, 79, 3 qui sacra et -os et aras patriis amnibus dicaverint [SERV. auct. Aen. 3, 302 ad reddenda sollemnia Hectori]). LVCIL. 644 -orum exauctorem Albanum ([*trad.* luporum ... malvanum]. CIC. Mil. 85). VARRO frg. Prob. Verg. ecl. praef. p. 326, 7 aedificatum Apollinis templum, e cuius -o Rheginos, cum Delphos profiscerentur, ... lauream decerpere solitos, quam ferrent secum (*in -o est templum ut*: LIV. 24, 3, 4. 31, 24, 17 templum ... gymnasiumque, et -us erat circumiectus. *al.; in appositione, sc. sensu q. e. τέμενος*: LIV. 26, 11, 8 ad -um Feroniae pergit ire, templum ... inclutum divitiis. *v. etiam p. 1751, 62*). CIC. Verr. II 5, 188 deae, quae illos ... -os ... incolitis (*cf.* LIV. 24, 38, 8 di, qui ... hos ... -os ... colitis). prov. 7 qui locus aut -us ... tam sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? (Mil. 85 LVCR. 5, 75 OV. met. 15, 793 LIV. 35, 51, 2. *cf.* STAT. silv. 1, 4, 59). or. frg. B 1 -us religiosissimus (AMM. 22, 8, 39). leg. 2, 19 ⟨in urbibus⟩ delubra habento; -os in agris habento et Larum sedes. div. 1, 101 (*antea*: veridicae voces ex occulto missae) non multo ante urbem captam exaudita vox est a -o Vestae ..., ut muri et portae reficerentur *eqs.* (*per prodigium ut*: VERG. georg. 1, 476 per -os. LIV. 1, 31, 3 ex ... -o. *cf.* OV. met. 15, 793 cantus ... auditi sanctis et verba minantia -is. fast. 2, 440 dea *Iuno* per -os mira locuta suos. 6, 425 consulitur Smintheus -oque obscurus opaco hos ... reddidit ore sonos. *v. etiam l. 26. 38sq.*). CATVLL. frg. 1, 1 hunc -um tibi dedico consecroque, Priape (*al., v. vol. IV 380, 45sqq. et cf.* VERG. Aen. 7, 778 -is ... sacratis [8, 601 Silvano. LIV. 1, 21, 3 Camenis. 24, 38, 8. PLIN. nat. 16, 242 Dianae. *al.*]). LVCR. 4, 1008 divom ... -os (*cf.* SIL. 14, 238 deum. CLAVD. DON. Aen. 3, 680 p. 349, 19 deorum [AVG. civ. 4, 34 p. 189, 29 D. falsorum]). CIL I² 1688 circa -um macer(iam) et murum et ianu(am) (*vel plur.*) ... f(acienda) c(uravit) (*cf.* CIL X 4104 -us sacer macerie cinctus). VERG. Aen. 5, 761 tumulo ... sacerdos ac -us late sacer additur (8, 597 LYGD. 3, 15 SEN. Tro. 174 CVRT. 7, 5, 34 PLIN. nat. 5, 31 SIL. 14, 648 STAT. Theb. 5, 250. *et saepius*). 7, 82 oracula Fauni ... adit -osque ... consulit. 8, 342 -um ingentem, quem Romulus ... asylum rettulit (FLOR. epit. 1, 1, 9 *-um* a. facit. Ps. ASCON. Verr. p. 227, 27 -um a. vocaverat. *cf. p. 1753, 34 et* Ov. fast. 2, 140 tu, *Romule*, recipis -o ... nefas. LIV. 1, 30, 5 in -um confugisse. TAC. hist. 3, 71, 3 -um asyli). CVLEX 87 *pastor* colit -os (CASSIOD. inst. 1, 32, 2. CARM. c. pag. 1 qui colitis -os antrumque Sibyllae, *sc. pagani. v. etiam p. 1753, 63. alio sensu l. 6*). HOR. carm. 1, 4, 11 in umbrosis Fauno decet immolare -is. 1, 12, 60 tu, *Iuppiter*, parum castis inimica mittes fulmina -is (VAL. FL. 5, 335 SIL. 8, 39). 3, 4, 7 pios ... -os. ars 16 *poetae multis coloribus utuntur*, cum -us et ara Dianae ... describitur (*cf.* IVV. 1, 7 nota magis nulli domus est sua quam mihi -us Martis et ... antrum Vulcani. *v. et p. 1753, 10*). TIB. 2, 5, 74 ferunt ... -os praecinuisse fugam (*ipsi -i voces emittunt [cf. l. 12] ut*: SIL. 1, 414 fatidicis Garamanticus accola -is [*sc. Ammonis ut*: 2, 67. 3, 11]). PROP. 4, 9, 53 parce oculis ... -oque abscede verendo. OV. am. 3, 13, 7 stat vetus et densa praenubilus arbore -us; adspice: concedes numinis esse locum (*cf.* fast. 3, 295 -us ..., quo posses viso dicere: numen inest. SEN. epist. 41, 3 si tibi occurrerit vetustis arboribus et solitam altitudinem egressis frequens -us ..., illa proceritas silvae ... fidem tibi numinis faciet). met. 5, 265 silvarum -os *Musarum in Helicone sitos* (STAT. Theb. 10, 830 maior ab Aoniis poscenda amentia -is *est vati* [CLAVD. 17, 271]. silv. 5, 3, 209 vocales.). 8, 742 Cereale nemus violasse securi dicitur *Erysicthon* et -os ferro temerasse vetustos. LIV. 1, 50, 1 ut ad -um Ferentinae conveniant (*sc. ad concilium ut*: 1, 52, 5. 6, 20, 11 in Petelinum -um ... concilium populi indictum est. 7, 25, 5 concilia ... ad -um Ferentinae habita. 7, 41, 3). LVCAN. 1, 454 (*de druidis*) nemora alta remotis incolitis -is. PLIN. nat. 12, 3 nec magis auro fulgentia ... simulacra quam -os et in iis silentia ipsa adoramus (SIL. 3, 676. *addas* QVINT. *infra sub b*). ACT. arv. a. 87 II 20 -o coinquendi (*v. vol. III 1565, 82sqq.*). VAL. FL. 5, 629 vellera sacra meis (*Martis*) ... avertere -is. SIL. 3, 283 Hesperidum veniens -is (4, 636, *item plur.*). STAT. silv. 5, 3, 50 magno tumulum praetexere -o (*cf. l. 24 et p. 1751, 63*). TAC. Germ. 43, 3 antiquae religionis -us. APVL. flor. 1, 1 ferme religiosis viantium moris est, cum aliqui -us ... in via oblatus est, votum postulare, pomum adponere, paulisper adsidere. EPIST. Alex. l. 330 H. divinum -um. SERV. auct. Aen. 1, 446 antiqui ... ⌊aedes sacras⌋ (*fort. delendum esse censet Thilo, alii alia temptaverunt*) ita templa faciebant, ut prius per augures -us liberaretur effareturque, tum demum a pontificibus consecraretur *eqs.* CIL V 8970ª -um, maceriem, aras, molem, ⟨s⟩edilia ... fecit (VIII 16532 [= INSCR. Afr. ed. Gsell I 2996] cistifer *quidam Bellonae* cum suis -um a solo cum signis et ornamentis suis fecerunt et dedicaver(unt) [*respici verum -um, non exstructionem quandam -um imitantem monuit Gsell*]). *al.* b *in comparatione*: QVINT. inst. 10, 1, 88 Ennium sicut sacros vetustate -os adoremus, in quibus grandia et antiqua robora iam non tantam habent speciem quantam religionem.

2 *laxius de quibuslibet silvis vel plane profanis* (*cf.* GLOSS.ᴸ I Ansil. LV 185 -us: nunc silva. *pro locis puris, immo sacris habentur* TAC. dial.): a *exempla varia* (*notabiliora*): VERG. ecl. 8, 86 fessa iuvencum per nemora atque altos quaerendo bucula -os ... procumbit in ulva (*peragrantur sive incoluntur animalibus ut*: georg. 3, 146 Aen. 11, 456. CIRIS 196 silvas -osque. APVL. met. 4, 17, 3). 10, 58 (*56* venabor apros) iam mihi per rupes videor -osque sonantis ire (*item respiciuntur venatores*: PROP. 2, 19, 25. SIL. 7, 674 qui viscata [*trad.* viscatos] populatur harundine -os, dum nemoris ... cacumina ... certat ... contingere *eqs.*). georg. 2, 122 quid nemora Aethiopum *referam* ... aut quos ... gerit India -os? 2, 438 Naryciae ... picis -os. 4, 468 caligantem nigra formidine -um (*in orco sive circa eius aditum ut*: Aen. 6, 118 -is ... Avernis [6, 564 SIL. 6, 154. *cf.* STAT. silv. 4, 3, 133 Averni ... -os]. 6, 154 -os Stygis [*cf.* Ov. met. 1, 189 Stygio ... -o. EPIGR. Bob. 52, 1 Stygiis -is].

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

6, 259 toto ... absistite -o. CVLEX 232 Cimmerios. SEN. Herc. f. 718 *Ditis* domus umbrante -o tegitur. SIL. 15, 202 infernis. STAT. Theb. 2, 12 steriles -i ... et ferrugineum nemus). 4, 533 cum quibus *nymphis* illa choros -is agitabat in altis. Aen. 6, 673 *nos heroes* -is habitamus opacis (*in Elysio ut*: VAL. FL. 1, 750. STAT. Theb. 8, 193 felices. silv. 3, 3, 24 pallentes. MART. 10, 24, 10 Elysiae ... puellae. CLAVD. rapt. Pros. 2, 290 opacis. CE 501, 3 piorum. 1262, 5 patri date -os, in quis purpureus perpetuusque dies). OV. met. 11, 190 creber harundinibus ... ibi surgere -us coepit (fast. 6, 411 -us ... iuncis et harundine densus). PERS. 1, 70 *mali poetae* nec ponere -um artifices nec rus saturum laudare (*cf. et p. 1752, 35*). SIL. 5, 504 antiquos ... -os. 6, 4 Seres lanigeris repetebant vellera -is (17, 596). 10, 529 prosternunt -os; sonat acta bipenni ... silva (*sc. non violata religione ut*: STAT. Theb. 6, 96 aderat miserabile -o excidium [*in rogum necessario ut et* 12, 51 -orum gloria, magnae ... venere trabes]). STAT. Theb. 4, 682 *meridies erat*, ubi ... omnes admittunt aethera -i. TAC. dial. 9, 6 in nemora et -os, id est in solitudinem, secedendum est *poetis* (*inde* 12, 1 [*opp.* in strepitu *eqs.*, *explicatur per* loca pura atque innocentia *et* sedibus sacris] *et* PLIN. epist. 9, 10, 2). Germ. 45, 5 fecundiora (*sc. sucino*) ... nemora -osque ... Occidentis insulis terrisque inesse. AVSON. 418, 67 p. 288 P. pastorum nemoralibus abdita -is ... echo. *al.* *de paradiso*: ALC. AVIT. carm. 3, 27 viridis per mollia -i (*sec. gen. 3, 8* in paradiso). DRAC. laud. dei 1, 438 *Adam et Eva* ibant per flores et tota rosaria laeti inter odoratas messes -osque virentes. **b** *in comparatione*: OV. met. 13, 845 coma plurima ... prominet in vultus *Cyclopis* umerosque, ut -us, obumbrat. PHILO quaest. in gen. 4, 201 (*ad Vulg. gen. 27, 11* Esau ... homo pilosus) densus enim luxuriosus, incultus, sordidus, agresti -o similis ut habitaculum ferarum (*gr. fortasse habuit ἀγρία ὕλη*).

B *tropice* (*cf. supra sub A1b et A2b*): **1** *in imagine*: SALL. frg. Fronto p. 143, 20 v. d. H. (p. 149 N.) multi murmurantium voculis in -o eloquentiae oblectantur (*proprie*: FRONTO p. 143, 4 *audisse* aves -o opaco concinentes. *postea*: avium murmura ... prodere). **2** *per metonymiam de iis, qui in -o sunt*: LVCAN. 7, 438 Romulus infami conplevit moenia -o (*sc. infamibus incolis asyli, v. p. 1752, 27 sqq.*). **3** *per synecdochen de resina arborum*: CLAVD. 10, 210 flamma -os adolete Sabaeos (*sc. tus*).

II *in versione vocis hebr.* ʾAšera (*rarius* ʿĂštarôt), *qua significatur sive numen Chananaeorum aliorumque sive ipsum idolum sc. forma arboris vel pali praeditum* (*ad rem v. Nötscher, RAC s. v. Aschera; gr. respondet ἄλσος praeter* II par. 15, 16. 24, 18, *ubi Ἀστάρτη, et* Is. 17, 8. 27, 9, *ubi δένδρον exstat; sed saepe vigere videtur simul notio originaria nemoris, ita ut locos separare noluerimus. huc pertinet* GLOSS.^{L} II Abav. LV 14 idolum vel obscurum aut densitas arborum): ITALA exod. 34, 13 (Lugd.) aras eorum (*Chananaeorum al.*) distruetis et titulos conteretis et -os eorum succendetis ([*gr. non respondet.* VVLG. succide]. *sim.* deut. 7, 5 [*ibid., cf.* VVLG.]). iud. 3, 7 (*ibid.*) obliti sunt domini dei sui et deservierunt Bahalim et -is (*Vulg.* Astaroth). 6, 25 (*ibid.*) -um, qui est super ipsam *aram*, excidis (*Vulg.* nemus, quod circa aram est, succide). III reg. 16, 33 (Lucif. reg. apost. 6) servivit Baali ... et fecit ... -um ([VVLG. plantavit]. IV reg. 21, 3 [Lucif. reg. apost. 8 p. 56, 9]. VVLG. III reg. 14, 15 sibi. *al.*). 18, 19 (Lucif. Athan. 1, 17, *cf.* VVLG.) prophetas confusionis (VVLG. Baal) ... et prophetas -orum. IV reg. 21, 7 (Lucif. reg. apost. 8 p. 56, 15) sculptilia -orum (VVLG. idolum -i). VVLG. deut. 16, 21 non plantabis -um et omnem arborem iuxta altare domini (*v. etiam l. 50*). III reg. 14, 23 aedificaverunt ... aras et statuas et -os. 15, 13 in -o eius (*Priapi*), quem consecraverat. IV reg. 23, 4 vasa, quae facta fuerant Baal et -o et universae militiae caeli (in -o *pars codd., edd.; cf. Itala* [*Lucif. non parc. 7 p. 223, 14*] Asera [*gr. τῷ ἄλσει*]). 23, 6 efferri fecit -um de domo domini foras Ierusalem in convalle Cedron et combussit eum ibi. Mich. 5, 13 evellam -os tuos (*cf.* HIER. *ad l.* p. 1204^{C} ut omnia ligna silvarum et -os, quos in templo dei plantari prohibitum est, ... destruat). *al.* *inde nimirum apud Christianos*: TERT. adv. Iud. 1, 7 (*sec.* IV reg. 17, 16) vaccas aureas et -os colebant et Bahali se mancipabant (SEDVL. op. pasch. 5, 11 plebs ..., quae ... -os olim coluit, idolis ... servivit [carm. pasch. 5, 145 -os ... amavit]. *cf.* FAVND. defens. 6, 1 p. 657^{C} [*sec.* III reg. 15, 13, *v. supra*] cultura -i). FILASTR. 16, 2 -orum sacerdotibus (*sec.* III reg. 18, 19 *ut*: SVLP. SEV. chron. 1, 43, 6 idolorum ac -orum s.). CYPR. GALL. deut. 68 (*sec.* deut. 7, 5, *v. supra*) umbrosis statuunt donaria -is. INSCR. christ. Rossi II p. 150 n. 21 b (*sec.* III reg. 15, 13, *v. supra*) iustus Asa simulacra patrum -osque profanos sustulit. *al.*

appendix stilistica:

1 *accedunt nomina propria*: **a** *per adi.*: SACR. Arg. Varro ling. 5, 50 -um (*trad.* lacum) Facutalem (VARRO ling. 5, 49 [*trad.* lacus]. SOL. 1, 26 [lacum *codd., ed., sed cf. Hülsen-Jordan, Topogr. I 3, 257*]). *ibid.* -um (*trad.* lacum) Esquilinum (*bis*). *ibid.* -um (*trad.* lacum) Poetelium. CATO orig. 30 -s Capenatis (*cf.* VERG. Aen. 7, 697 Capenos). LVCIL. 644 Albanum (CIC. Mil. 85). CIC. Verr. II 5, 188 Hennensis. *al.* **b** *per ipsa nomina*: PLAVT. Aul. 674 Silvani ([*sc. dei, al. v. p. 1751, 67 sqq.*]. *gen. ut*: CIC. ad Q. fr. 2, 3, 7 Pisonis. VERG. georg. 3, 19 Molorchi. 3, 146 Silari *fluminis*. Aen. 1, 693 Idaliae. PLIN. nat. 16, 238 Caphyae *urbis. al.*). TAC. ann. 3, 61, 1 -um Ortygiam (*appositione ut*: PRVD. tituli 56 Aelim -us [*exod. 15, 27 num. 33, 9* Elim *tantum*]).

2 *epitheta notabiliora*: VARRO Men. 322 opacus (*al. v. vol. IX 2, 657, 52*). CIC. prov. 7 sanctus (*al., quae pertinent ad rem sacram, v. s. I A 1*). VERG. ecl. 8, 86 altos (georg. 4, 533 Aen. 1, 693. 7, 95. 11, 456. 740 VAL. FL. 6, 495. *al.*; *cf.* GRATT. 483 aëriis. STAT. Ach. 1, 593 sublimis. AVIEN. orb. terr. 1329 celsi). 10, 58 sonantis (georg. 4, 364 CIRIS 196). georg. 1, 476 silentis (SIL. 17, 22). 4, 543 frondoso. Aen. 7, 800 viridi (STAT. Theb. 5, 152 silv. 3, 1, 94 AVSON. 157, 42 p. 15 P. ALC. AVIT. carm. 3, 27. *cf.* CVLEX 109 virenti [PASS. Mar. Iac. 6, 12. *al.*]). 9, 86 nigranti picea trabibusque obscurus acernis (PAVL. FEST. p. 117). HOR. carm. 1, 4, 11 umbrosis (CYPR. GALL. deut. 68. *cf.* SEN. Herc. f. 718 umbrante. PRVD. ham. 239 umbriferos). PROP. 4, 4, 3 felix. 4, 6, 71 molli. OV. fast. 2, 165 densa niger ilice (3, 295 ilicis umbra. SEN. Oed. 530 ilicibus. STAT. Theb. 5, 152. *cf.* OV. fast. 3, 801 atris). 6, 411 iuncis et harundine densus (SIL. 3, 442 abiete. AVR. Fronto p. 29, 18 v. d. H. [p. 29 N.] CLAVD. rapt. Pros. 3, 332 RVT. NAM. 1, 283). PLIN. nat. 16, 37 fageus. APVL. met. 4, 17, 3 consitos (5, 1, 2 proceris et vastis arboribus. IVL. VAL. 3, 24 arboribus [locum *codd., ed.; em. Heraeus dubitanter in exemplari suo*]. LACT. Phoen. 10 arbore multa). ANTH. 202^{11} it. amoeno. AVSON. 157, 42 p. 15 P. ulmeus. 325, 2 p. 110 myrteus. 418, 67 p. 288 nemoralibus. AMM. 24, 4, 7 palmaribus. PRVD. perist. 10, 196 pineum.

3 *in appellatione regionis cuiusdam Romae q. e.* inter duos -os (*v. Jordan, Topogr. I 2, 115 sqq.*): CIC. div. 2, 40 LIV. 1, 8, 5 VITR. 4, 8, 4 FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 7 (CIL I^{2} p. 233). VELL. 1, 8, 6 TREB. trig. tyr. 25, 4. *variationes*: CIC. Att. 4, 3, 4 inter -os. PROP. 4, 8, 31 Tarpeios ... inter ... -os. OV. fast. 3, 430 -os ... ante duos. *alia nomina municipiorum, vicorum sim. v. in Onom.*

4 *in appellatione munerum quorundam*: CIL I^{2} 1268 vestiar(ius) ab -o Lubitina(e). 1292 ab -o Libitina(e). 1411 ab -o Lubent(inae). VI 9897 solatario ab -o Semeles. 37422 operi(s) exactori ab -o Feroniae.

5 *plur. poeticus inde a* VERG. georg. 3, 19 *saepe (apud prosaicos non occurrit); variat cum sing.*: -us: OV. fast. 2, 440 (*cf.* 436). SIL. 6, 154 (*cf.* 146); silva: OV. fast. 2, 440 (*439* s.). LACT. Phoen. 67 (*68* s.); nemus: VAL. FL. 5, 629 (*637* n.). 6, 495 (*497* n.). 8, 24 (*25* n.). LACT. Phoen. 31.

6 *paronomasiae: in parechesi cum* lacus (*cf. p. 1751, 16*): *v. p. 865, 52 sqq. cum* locus: CIC. Rab. perd. 7 prov. 7 or. frg. B 1 APVL. apol. 56, 5 flor. 1, 1 ACT. Arv. a. 183 II 3. *in figura etymologica*: CATO agr. 139 (*cf.* capp. 148) -um conlucare. ACT. Arv. a. 240 (Notiz. Scavi 1914 p. 466) 10 -i sublucandi.

deriv.: 2. lucar, lucaris, lucularis, luculus.

compos.: colluco (*vix a* lux), interluco, subluco; lucicola, lucicomus. *cf.* oblucuviasse.

v. Onom.

2. lucus *v.* locus *p. 1575, 44 sqq.* [**3. lucus** *v.* lux.]

lucust- *v.* locust-. *Plepelits.*

[GLOSS. V 369, 30 **ludaris:** steor (*si vox anglosax.* steor *bovem significet, corruptum esse e* Lucas, *si vectigal, gen.* lucaris *errore excerptoris pro nom. positum intellegendum esse docet Lindsay, The Corpus, Epinal ... Glossaries, 4 n. 1, coll. Gloss.* lucar: vectigal, *praeterea recte monens glossas V 369, 28—31 e Phoc. gramm. V 415, 8 sq. ortas esse; huc pertinet etiam* GLOSS.^{L} Corp. L 298 ludarius: steor).]

1. lūdārius, -a, -um. *a* ludus. *i. q. ludens vel ludificans: subst. masc.* -us *Latine non legitur, sed exstat forma in sermonem gr. adsumpta*: INSCR. Graec. Rom. Cagnat IV 1453 *φαμιλίας ... μονομάχων καὶ λουδαρίων* ('*aut paegniarii, aut gladiatores qui armis lusoriis utebantur*' *editor. cf.* ludius *2b*). *? adi.*: GLOSS. V 602, 69 -us locus deceptorius, ubi quis cito labitur (*sed* lut- *coniecit Heraeus in exemplari suo, fortasse recte*; lutosus *vel* lubricus *temptaverunt alii*). *cf.* ludiarius.

[**2. ludarius** *v.* ludaris.]

lūdia *v.* ludius.

lūdiārius, -a, -um. *a* ludus. *i. q. ad ludos (vel ludios) pertinens*: TREB. Gall. 3, 7 ludos circenses ludosque s⟨ca⟩enicos, ludos gymnicos, -am etiam venationem et ludos gladiatorios dedit. CIL XI 5276 ⟨i⟩n id opus ex d(ecurionum) d(ecreto) pecu⟨n⟩(iae) lud(iariae) HS *tot* ... II vir(i) i(ure) d(icundo) deder(unt) (*si recte solvit editor p. 766b*; lud(orum) *Dessau 5377, quod etiam intellegi potest in titulo gemino* XI 5277 viae substructionem ex pecun(ia) lud(iaria) faciend(am) cur(averunt)). GLOSS.^{L} III Abol. VE 31 vestis -a: ⟨hi⟩strionica tenuis (*ad Apul. apol. 13, 7* histrionis crocota *dubitanter rettulit editor. plus minusve eadem habes*: GLOSS. V 489, 28. 613, 34. 637, 18 [ludicaria *trad.*]). *cf.* 1. ludarius.

[**ludibilis** *falso trad. pro* Indibilis SIL. 16, 564.] *Bk.*

lūdibriōsus, -a, -um. *a* ludibrium. *scribitur* lude- *in cod.* AMM. 31, 10, 18 (*cf. ibid.* 29, 2, 3 ute-). *legitur inde a* GELLIO, TERT., *deest in poesi.*

i. q. ludibrio plenus (*de rebus praeter* FIRM. err. 27, 4 CLAVD. DON. Aen. 5, 280 p. 454, 8; -um est *cum inf. p. 1755, 14*): **1** *cum respectu iniuriae inlatae*: **a** *pertinet potius ad actionem illudendi, infestandi sim.*: GELL. 6, 11, 5 cum in ... Antonium probra ... -a et turpia ingessisset *Cicero*. TERT. anim. 47, 1 a daemoniis plurimum incuti somnia, etsi interdum vera et gratiosa, sed ... affectantia atque captantia, quanto magis vana et frustratoria et turbida et -a et immunda (*an ad 2?*). FIRM. math. 1, 7, 10 *fatum* disciplinam *Platonis* tyrannicis crudelitatibus ac -is Dionysii potestatibus tradidit. HIL. in

[Lanciotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

psalm. 1, 19 -a (-ae *var. l.*) poenae mobilitate (*v. p. 1759, 16*). Amm. 15, 5, 25 per ludibrios⟨a⟩ auspicia virium accessu *firmandus usurpator* (*vergit ad 2, sed cf. quae sequuntur*: quo variis adsentandi figmentis ... deciperetur). Clavd. Don. Aen. 9, 455 p. 250, 3 ut ... maneat Rutulorum -a laudatio, ut trecenti armati recepissent sudore ingenti, quae sustulerant duo (*sc. Euryalus et Nisus*). Avg. in euang. Ioh. 116, 2 spinis coronatus est, -a veste amictus est, amaris conviciis illusus est *Christus*. *de diabolo*: Firm. err. 27, 4 vide, quid sibi -us hostis invenerit (*antea*: fraudulenta ... persuasione decipere). b *pertinet potius ad statum illusum, sc. indecorum, ignominia affectum, foedum sim.* (*an huc etiam* Gell. *sub a? opp.* honestus, gloriosus [*cf. l. 40*]): Clavd. Don. Aen. 3, 320 p. 311, 15 ('nec victoris eri tetigit captiva cubile') non ad honestam, sed ad -am conventionem (*i. concubitum*) etiam invita perducta. 5, 230 p. 449, 23 quanto ... -um (laboriosum *var. l.*) est partam gloriam e manibus perdere, tanto est gloriosum adquirere desperatam. 5, 270 p. 453, 6 ('inrisam sine honore ratem Sergestus agebat') illius *Sergesti* -um ... reditum. 5, 280 p. 454, 8 novissimus et -us venerat *Sergestus*. 5, 470 p. 477, 21 accipere -um donum (*cf. 5, 367* ensem atque ... galeam solacia victo). Evagr. alterc. p. 25, 5 potuisse Christum tam maledictam et -am (dilubri- *cod. rescriptus R*) sustinere passionem.

2 *respectu iniuriae sim. plus minusve evanido pertinet potius ad res vanas, futiles sim.* (*iuxta* irritus, vanus, inanis; *opp.* serius): Amm. 17, 11, 4 in Pompeium obtrectatores iniqui ..., cum nihil, unde vituperari deberet, inveniretur, duo haec observarunt -a et irrita: quod ... caput digito uno scalpebat *eqs.* 29, 2, 3 incantamenta (nec canta menta *cod.*) quaedam anilia vel -a (utebriosa *cod.*) ... amatoria. 31, 10, 18 ni vergen⟨s⟩ in -os actus (lude- actos *cod.*) natura *Gratiani* ... semet ad vana studia Caesaris Commodi convertisset (*respicitur venatio; opponuntur* seria). Ambr. epist. 63, 8 *in monasterio* nullus erat luxuriae locus, interdicta -ae disputationi licentia. Avg. civ. 6, 1 p. 246, 21 D. deorum cultum ... inanem -umque (*opp.* fructuosum). Cod. Iust. 5, 70, 6, 1 ne crebra vel quasi -a fiat curatoris creatio et frequenter tam nascatur quam desinere videatur.

adv. **lūdibriōsē.** *i. q. cum ludibrio, contumeliose sim.* (*opp.* gloriosissime Ambr.): Tert. resurr. 61 p. 122, 23 officia membrorum -e de industria suffundendae resurrectionis oblatrant. Amm. 26, 6, 16 ad ... dehonesta⟨men⟩tum honorum omnium -e sublatus *Procopius ritu indecoro principatum adfectans*. Ambr. epist. 27 (58), 9 illum *Esaiam* non -e, sed gloriosissime denudatum esse in conspectu populorum occursantium, utpote qui oracula domini ore proprio resultabat (*respicitur Is. 20, 2 sqq.*).

ˣlūdibrium, -ī *n.* [*a* ludere, *formatione non satis perspicua; conferas* opprobrium. *Sch.*] *scribitur hic illic* lude- *e. g. in cod. A* Prvd. psych. 16. 456, *V* Cod. Theod. 15, 7, 12, 1 (*cf. var. lect.* delubr- Val. Max. 1, 8 ext. 12 Lact. inst. 5, 23, 1 Hil. c. Const. 25 Avg. civ. 16, 38 p. 187, 22 D.). *genus neutr. testatur* Dvb. Nom. gramm. V 582, 22 *ex fonte non indicato afferens* -a multa sectatus (multatus *var. l.*) et iugula (iocularia *vel sim. temptavit Haupt*; Italam Hebr. 11, 36 *restituere conatus est Glorie in ed. sua*). Not. Tir. 50, 23 -um. *vocalem primam correptam praebet* Ivvenc. 4, 643 (*at idem* 4, 650 *productam*). *legitur inde a* Plavto, Ter., Rhet. Her., Cic. [*e coni. dubia* -o *pro* iudicio Phaedr. 4, 18 (19), 30. *dub. trad.* Clavd. carm. min. 26, 9 -um quid enim (indictum neque enim *var. l.*) fas est a vate relinqui hunc ... locum (*vix conferas p. 1759, 59*). *falso trad.* -is *pro* lustricis Arnob. nat. 3, 4.]

I *usu primario, sc. vigente respectu (il)ludendi* (Gloss. -um: *χλεύη. παίγνιον. παιγνιῶδες.* -a: *παίγνια. ludunt animantes passim, natura sub B 2, fortuna p. 1757, 82, res variae p. 1758, 29. 1759, 6. 20. 32*): A *significatur ipsa actio (il)ludendi vel status inde ortus* (*aliam fuisse notionem priscam adfirmat* Serv. auct. *sub B 3*): 1 *cum respectu iniuriae inlatae, deceptionis, irrisionis sim.* (Diff. Suet. p. 278, 10 -um in alterius iniuriam, ludicrum quo ipsi delectamur sine cuiusquam contumelia [*sim.* Diff. gramm. suppl. 288, 14 Isid. diff. app. 237]): a *locutiones verbales notabiliores, quibus quis (quid) illudi, contemni sim. significatur*: α *dat. sing.* (*in serie dat. vocum adfinium*: Lact. inst. 4, 30, 6 contemtui, derisui [mort. pers. 5, 4], contumeliae [inst. 5, 23, 1; *cf. etiam p. 1756, 74*], -o. Ambr. in psalm. 1, 29, 1 probro [Svlp. Sev. chron. 2, 51, 10], ... -o, ... risui, ... vanitati): Ⓘ -o habere (*ad pass. acced. dat. auctoris* Sen. dial. 6, 14, 2. *huc rettulerunt edd. glossam corrupte traditam* Gloss.^{L} IV Ps. Plac. L 1 -o: ludicro spectaculo; *minus probabiliter restituit Goetz in indice* ludicro: -o, spectaculo): Ⓐ *ludificantur animantes*: Plavt. Cas. 645 -o ... me habuisti *inepte respondens*. 868 eum (*contextu mutilo*). Epid. 666 satine illic homo -o nos vetulos decrepitos duos habet? (*671* ludificatust). Men. 396 qui lubet -o habere me atque ire infitias? 782 -o ... habeor.:: unde? :: ab ... meo viro. Ter. Hec. 526 non sic -o tuis factis habitus essem (Schol. delusioni). Sall. Iug. 34, 2 populus -o habitus ex contione discedit. Liv. 28, 40, 5 *consul* de re transacta simulando se referre senatum -o habet. Sen. dial. 6, 14, 2 L. Bibuli ... filii interfecti sunt, Aegyptio quidem militi -o habiti. Apvl. apol. 46, 5. Pavl. dig. 47, 10, 26 servum meum vel filium (*explicatur ibid.*: veluti si in popinam duxerit illum, si alea luserit). Lact. inst. 1, 20, 34 deorum numen. *al.* *respicitur stuprum*: Ter. Hec. 149 eam *virginem* -o haberi ..., quin integram itidem reddam ut accepi a suis, neque honestum mihi neque *eqs.* (Don. honesto verbo et pudoris pleno est usus; et nove pro 'vitiari' [pronuntiari *var. l.*]. Schol. pro delusione; id est non debeo devirginare illam, quia perpetuo non sum ducturus uxorem). Sen. benef. 1, 9, 3 coniugibus alienis ... -o habitis suas aliis permisere. Avg. civ. 16, 38 p. 187, 22 D. nec ipsam dimisit, qua nesciens usus fuerat in nocte, ne -o eam videretur habuisse.

Ⓑ *ludificantur res ad homines pertinentes*: Lvcr. 5, 1235 res humanas vis abdita quaedam opterit et pulchros fascis saevasque secures proculcare ac -o sibi habere videtur. Flor. epit. 3, 21, 26 pudet ... referre -o habita fata (abdita *et* facta *falsae var. ll.*) Carbonis, fata Sorani, ... Baebium ... ritu ferarum ... lancinatum. Lact. mort. pers. 38, 7 *Maximinus Daia* Orientem. Ambr. Noe 30, 115 errata non odio persequenda (pro- *var. l.*), non habenda -o.

Ⓘ -o esse (*cui, indicatur per dat. saepe; copula supplenda* Tac. hist. 3, 81, 1): Ⓐ *ludificantur animantes*: Cic. Verr. II 5, 100 -o esse urbis gloriam, populi Romani nomen, ⟨omnium⟩ (*add. Peterson, alii alia*) hominum conventum atque multitudinem piratico myoparoni. Anton. epist. Cic. Phil. 13, 38 ne -o simus inimicis (Liv. 1, 41, 2 nē socrum i. -o esse sinat. 39, 4, 13. *cf.* Val. Max. 9, 12, 5 insolentissimi victoribus. Hier. epist. 60, 15, 3 Gratianus ... -o hosti [hostis *var. l.*] fuit). Sall. Catil. 20, 9 ubi alienae superbiae -o fueris (Iug. 31, 2 paucorum). Liv. 9, 2, 12 -o fore (*sc. hostibus*) munientes perditis rebus. 40, 4, 6 *Theoxena sororis liberos* -o futuros non regis modo, sed custodum etiam libidini[s] rata. Cvrt. 6, 11, 4 -o ei *Philotae* fuisse rusticos homines Phrygasque et Paphlagonas appellatos. Tac. Agr. 31, 2 in familia recentissimus quisque servorum etiam conservis -o est. Lact. inst. 4, 30, 6 ut *Christus* hominibus contemtui, derisui, contumeliae, -o esset. *al.* *respicitur stuprum*: Val. Max. 9, 1, 8 probrosae patientiae (probros ac sapientiae *falso trad.*) corpora, -o temulentae libidini futura. Hier. epist. 60, 16, 3 quot matronae, quot virgines dei et ingenua nobiliaque corpora his beluis (*i. barbaris*) fuere -o. Ⓑ *ludificantur res* (*fere ad animantes pertinentes. cf. etiam* Cic. Verr. *supra*): Cic. ad Brut. 1, 2, 2 (= 9, 7, 2 Sj.) sceleratissimo hosti (*Dolabellae*) -o esse imperium populi Romani. Sall. Catil. 13, 2 quibus mihi videntur -o fuisse divitiae: quippe ... *iis* abuti per turpitudinem properabant. Sall. (?) rep. 1, 5, 4 vetera instituta, quae ... corruptis moribus -o sunt. in Tull. 1 *patrum* auctoritas turpissimo cuique (Val. Max. 6, 2, 4 Cn. Pompei a. ... omnis generis hominum licentiae -o esse quieta fronte tulit). Liv. 2, 23, 13 -o esse miserias suas (*antea*: eludi). 4, 12, 5 minae tribuni. 5, 45, 6 clades. 24, 34, 16 quando (quo *codd.*; quoniam *alii*) omnis conatus -o esset, absistere oppugnatione ... placuit (*12* oppugnatio est elusa). 40, 22, 5 ne vanitas itineris -o esset. Qvint. inst. 6, 1, 45 et vultus et vox et ipsa illa excitati rei facies -o ... sunt hominibus, quos non permoverunt. Tac. hist. 2, 49, 3 *Otho* petierat, ne amputaretur caput -o futurum (Flor. epit. 3, 11, 10 hostibus. 3, 11, 11 [-um *var. l.*]). 3, 81, 1 *Musonii Rufi intempestiva sapientia* plerisque -o, pluribus taedio. Tert. bapt. 15 p. 214, 11 felix aqua, quae semel abluit, quae -o peccatoribus non est. Ambr. in psalm. 1, 29, 1 inter fabulas ebriorum virtutes probro sunt, peccata laudi (-is *var. l.*), honestas -o, continentia risui, misericordia vanitati. *al.*

Ⓒ *varia*: Rhet. Her. 4, 39, 51 filii parvi ... -o et despectui paternis inimicis erunt oppositi. Lvcan. 10, 26 *posteritati* -o servatus erat (*sc. Alexander Magnus sepulchro conditus*), non utile mundo editus exemplum, terras tot posse sub uno esse viro. Plin. epist. 8, 14, 8 *cum senatus Domitiano principe* modo -o modo dolori retentus numquam seria, tristia saepe censeret. Rvfin. Clement. 10, 58, 2 seductus est infelix et -o factus (Cod. Iust. 6, 61, 8, 6 a ne -o leges ei fiant). Clavd. 5, 37 Geticis Europa catervis -o praedaeque datur. Cassiod. var. 1, 45, 9 meatum suum fortasse deflecterent *astra*, ne tali -o subiacerent (*sc. ut eorum cursus horologio describatur*).

β *acc.* (*sing. praeter* Tac. ann. 6, 46, 2. 12, 26, 2 Ps. Qvint. decl. 1, 17. Vvlg. II Macc. 8, 17 [*nisi legendum* -o]. Prvd. c. Symm. 2, 1034): Ⓘ *pendet e praepos.* (*locutiones modales v. sub b*): ad: Liv. 8, 24, 14 praeciso medio *corpore* partem Consentiam misere *hostes*, pars ipsis retenta ad -um. Cvrt. 5, 2, 14 sacram eius *Darei* mensam ad -um recidentem ([*antea*: mensam subdidit pedibus *Alexandri*]. 9, 7, 23 Macedonum fortitudinem ad -um recidisse). Ivst. 19, 3, 8 quod ... servatus ... sit non ad vitae iucunditatem, sed ad -um calamitatis. 27, 2, 5 quasi ad -um ... Fortunae natus esset *Seleucus*. Prvd. c. Symm. 2, 1034 *grana in aggere viae iacta* vorantur immundisque iacent foeda ad -a corvis. in: Cvrt. 5, 5, 6 *captivos* in longum sui -um reservaverant (Svet. Cal. 23, 3 Claudium patruum). Tac. hist. 3, 33, 1 grandaevos senes, exacta aetate feminas, viles ad praedam, in -um trahebant (*antea*: stupra caedibus *miscebant*). ann. 6, 46, 2 ne memoria Augusti, ne nomen Caesarum in -a et contumelias verterent (12, 26, 2 *Britannicus* perintempestiva novercae officia in -a vertebat, intellegens falsi. 15, 19, 2 sibi promissa legum diu expectata in -um verti. Prvd. perist. 10, 870 nobis magus [*i. martyr*] inludet ... poenam peritus vertere in -um. *cf. p. 1760, 13*). Facvnd. defens. 12, 3, 32 mutare decreta, ut in -um gravitas ... veniret. Ⓘ *obi.*: Hor. carm. 1, 14, 16 tu, *navis*, nisi ventis debes -um, cave. Ps. Qvint. decl. 1, 17 quanta -a sunt ineunda *caeco* (*postea*: facile decipi ..., denudari, ... falli). Hil. c. Const. 25 quod probatum antea est, damnare iubes ...; o tu sceleste, qui -um (delubrum *var. l.*) de ecclesia facis! (Ennod. opusc. 1, 43 p. 273, 2 de quo *genitore Theoderici* numquam fecit in certamine fortuna -um).

[Lanciotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

? -a *pro acc. praedic.* (*cf. fortasse* 'ludos habere *aliquem*' [*v.* ludus *IB1a*], *nisi dubites, num recte sit traditum, cum locutio* -um habere *ceterum non occurrat*): Vvlg. II Macc. 8, 17 ante oculos habentes ... -a habitae civitatis iniuriam (-o *var. l., gr. τῆς ἐμπεπαιγμένης πόλεως,* delusae *vel* inlusae c. *recc. cet.*).

b *cetera exempla*: *α generatim*: Ⓘ *sine gen.*: Met. Cel. Cic. fam. 5, 1, 1 existimaram ... absentem (-e *var. l.*) *me non* -o laesum iri (*inde in responso* Cic. fam. 5, 2, 1. *cf. 5, 2, 2* mediocris ... est risus consecutus non in te, sed magis in errorem meum). Liv. 24, 6, 4 *legati* per -um auditi ... sunt ab quaerente per iocum Hieronymo, quae *eqs.* (35, 11, 8 *Numidae* contemptum de industria augentes labi ex equis et p. -um spectaculo esse [*inde* Frontin. strat. 1, 5, 16]. Cvrt. 4, 2, 20 exprobrabant. 8, 5, 22 hortari. Tac. Agr. 19, 14 p. -um adsidere clausis horreis ... cogebantur. hist. 3, 66, 4 novissimum spiritum p. -um et contumelias effunderent an p. virtutem. ann. 1, 10, 5 consulti p. -um pontifices. *al.*). 28, 22, 10 *coniuges et liberos* amicae ... potius ... absumerent manus, quam insultarent superbo -o hostes. 36, 14, 4 ad -um regem eum consalutari iussit. perioch. 40 Theoxena, verita pro liberis, ... suasit his, ut imminens -um morte effugerent (*respicitur* Liv. *p. 1756, 22*). Val. Max. 9, 14, 2 *vultum Pompei similem homines sordidi duo ferebant*; quod ... fortuitum -um quasi hereditarium ad eum penetravit, nam pater quoque eius ... coci sui similis *erat*. Sen. epist. 70, 26 quare ... non omne tormentum, omne -um ... effugio? Cvrt. 8, 5, 23 'tibi uni digni videmur esse -o?' ille nec regem -o nec se contemptu dignum esse respondit. Plin. nat. 34, 12 *Clesippus fullo gibber* -ii causa nudatus. Tac. hist. 2, 88, 2 non tulit -um insolens contumeliarum animus *militum*. 3, 10, 3 inici catenas Flaviano iubet, *sc. ut eum irae multitudinis subtrahat*; sensit -um miles (*an ad II A ?*). 3, 84, 5 quo maturius *Vitellium captum* -o eximeret (*cf.* Heges. 4, 24 *Otho* voluntaria nece eripuit se -o). ann. 1, 58, 6 puer (*sc. Armini filius*) quo mox -o conflictatus sit. 2, 4, 3 -um ... effugere. 6, 48, 1 sibi *L. Arruntio* satis aetatis, neque aliud paenitendum quam quod inter -a et pericula[ria] anxiam senectam toleravisset. 11, 20, 1 *Corbulo*, quamquam multa simul offunderentur, ... contemptio ex barbaris, -um apud socios, ... signum receptui dedit. 14, 59, 4 gravioribus iam (tam *M*) -is quam malis. 16, 26, 1 -a et contumelias imminere. Svet. Galba 20, 2 *calones Galbae caput* hasta suffixum non sine -o circum castra portarunt (*cf.* Vir. ill. 73, 12 caput eius *Saturnini* Rabirius ... per convivium in -um circumtulit). Flor. epit. 3, 16, 2 cum *Saturninus* tot tantisque -is exultaret (insultaret, excubaret *var. ll.*) impune. 3, 20, 2 *servi et gladiatores bellum gerentes* auxere -is (*sic B*, ludubri *vel* -o *rell.*) calamitatem Romanam. Gell. 15, 2, 2 erat nihili homo et nugator ... et praeterea vini libidine adusque -a ebriosus. Itala Hebr. 11, 36 (cod. e *al.* = Vvlg.) alii ... -a et verbera experti, insuper et vincula et carceres (*gr. ἐμπαιγμῶν*). *et sim. al.* Ⓘⓘ *cum gen. obi.* (*hucine p. 1758, 57? ceterum cf. p. 1758, 1. 31. al.*): Liv. 1, 7, 2 -o fratris Remum novos transiluisse muros. 9, 11, 12 -a religionum. 45, 3, 3 legatos Rhodios ... velut ad -um stolidae superbiae in senatum vocatos esse. Val. Max. 3, 7, 1e ut tribunus ... *a populo* desertus ... in foro cum magno calumniae suae -o solus moraretur. Cvrt. 4, 10, 27 -a meorum ... omni tristiora supplicio. 6, 10, 35 quotiens quae audieram detuli, cum -o credulitatis (crude- *var. l.*) repulsus sum. Paneg. 4, 31, 5 -is (laudibris *trad.*) oppressoris sui auspicari libertatem. 12, 23, 3 tantam captivorum multitudinem bestiis obicit (obici *codd.*), ut ingrati et perfidi non minus doloris ex -o sui quam ex ipsa morte patiantur. Ivst. 36, 1, 5 *Demetrius captus* populis, qui desciverant, in -um favoris ostenditur. Clavd. Don. Aen. 3, 285 p. 305, 1 eorum. Avell. p. 459, 1 ut rite vestrae salutis -a peragatis *Lupercalia celebrantes* (*cf.* Salv. gub. 6, 58 de ludis ... publicis dicimus, -is scilicet spei nostrae, -is vitae nostrae).
Ⓘⓘⓘ *cum gen. subi. vel explicat.* (*v. etiam l. 83 p. 1758, 3. 10. al. et cf.* apud *aliquem supra l. 34*): Liv. 9, 5, 8 iugum hostile et -a victoris et vultus superbos (*cf.* Flor. epit. 3, 21, 15 Catulus se ignis haustu -o hostium exemit). 41, 10, 10 fatigatus consul et contumeliis singulorum et multitudinis (nam insuper in[lu]ridebant) -is. Vell. 2, 71, 3 Varro ad -um moriturus Antonii. Val. Max. 1, 8 ext. 12 (*respicitur remex contrariis undis et e nave abiectus et eo relatus*) illa nonne -a naturae in corporibus humanis fuisse credenda sunt, tolerabilia quidem, quia saevitia caruerunt, ceterum et ipsa miraculis adnumeranda? Plin. nat. 25, 29 haec *Paeonia* medetur et Faunorum in quiete -is. Qvint. decl. 255 p. 47, 4 reliquerunt ... coniuges in -um atque contumeliam eorum, qui *eqs.* Tac. hist. 4, 81, 2 patrati remedii gloriam penes Caesarem, inriti -um penes miseros fore. Svet. Vit. 17, 1 *Vitellius* in forum tractus est inter magna rerum verborumque -a. Clavd. Don. Aen. 2, 510 p. 219, 16 ut moreretur potius, quam captivitatis -is subiaceret (Ps. Rvfin. in Am. 1, 13–15). Heges. 5, 22, 1 p. 353, 11 peiora sunt vitae -a quam mortis supplicia (*nisi gen. obi. intellegas*). Hier. vita Hilar. 6 coepit audire ... variarum portenta vocum; ... intellexit daemonum -a (Avg. civ. 10, 12 p. 422, 5 D. et seductoria inpedimenta). Vvlg. sap. 12, 26 *Aegyptiis* tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti (*sc. eos ranis sim. non tam puniens quam ludificans*); qui autem -is increpationis (et increpationibus *var. l.*) non correpti sunt, dignum dei iudicium experti sunt (*gr. παιγνίοις ἐπιτιμήσεως*).

β speciatim respiciuntur: Ⓘ *vices fortunae* (*cf. e. g. p. 1756, 7. 68. 84 al.*): Liv. 30, 30, 5 hoc quoque -um casus ediderit fortuna, ut cum patre tuo consule ceperim arma, ... ad filium eius ... ad pacem petendam veniam. 45, 41, 9 triumphus meus, velut ad -um casuum humanorum, duobus funeribus liberorum meorum est interpositus. Cvrt. 4, 16, 10 tot -a fortunae: ducum, agminum caedem *eqs.* 5, 12, 20 nova -a subinde excogitante fortuna. Cypr. Gall. iud. 376 extremae ... -a sortis. Ⓘⓘ *vulnera illata, laesiones corporis, supplicium sim.* (*exempla certiora; ceterum huc vergunt etiam quaedam antea allata ut e. g. p. 1757, 14. 17. v. etiam l. 38. p. 1759, 9*): Corn. Sev. carm. frg. 13, 23 in ... triumphato -a cuncta Iugurtha afuerunt (-rat *trad.*). Lvcan. 9, 14 *Pompei anima ad superos elevata* risit ... sui -a trunci. Sil. 6, 524 -um necis *a Carthaginiensibus paratae* horrescens vis aspera ponti obrueret ..., optabam (*cf.* Pavl. Nol. carm. 5, 22 *Christus* diri passus -a leti). Qvint. decl. 274 p. 122, 18 vexatione eius (*sc. cadaveris tyranni*) -oque. Tac. hist. 1, 49, 1 Galbae corpus diu neglectum et licentia tenebrarum plurimis -is vexatum. ann. 15, 44, 4 *christianis* pereuntibus addita -a, ut ... laniatu canum interirent *eqs.* Plin. epist. 3, 14, 5 (*narrato exitu domini cuiusdam a servis usque ad necem verberati*) vides quot periculis, quot contumeliis, quot -is simus obnoxii. Flor. epit. 3, 4, 2 *Thraces* cuiuscemodi -is (huiusce- *vel* eius- *et* -o *var. ll.*) foedare mortem *captivorum* tam igne quam fumo. Cypr. patient. 7 p. 402, 10 sub ipsa ... passione et cruce, ... quae conviciorum probra patienter audita, quae contumeliarum toleratā -a, ut ... sputamina exciperet *Christus eqs.* (*de eadem re*: Ivvenc. 3, 588 scribarum procerumque ferens -a membris [*Vulg. Matth. 20, 19* tradent eum ... ad illudendum et flagellandum *eqs.*]. 4, 643 scelerata -a corpore praebet. 4, 650 haec ubi transegit miles -a demens. Avg. in euang. Ioh. 116, 2 eius). Avson. 437, 2 p. 388 P. Troiani *cum Graecis pugnabant*, ut ad -um cadaver *Patrocli* eriperent. Qverol. p. 57, 18 R. etiamne mortuis manus (-um *var. l.*) intulisti ad ludum et -a? *de dissolutione carnis*: Greg. Tvr. vit. patr. 7, 4 p. 690, 11 cuius (*Gregorii iamdudum sepulti*) caro non fuit corrupta -o.
Ⓘⓥ *deceptio sensuum vel imaginationis* (*cf. p. 1757, 76*): Liv. 22, 16, 6 *Hannibal* -um oculorum ... ad frustrandum hostem commentus (24, 44, 8 alia -a o. auriumque credita pro veris. Cvrt. 4, 15, 26 sive -um o. sive vera species fuit [*sc. aquila super caput Alexandri volans*]). Clavd. Mam. anim. 1, 24 p. 84, 13 anima ... per sensus corporis fallaciarum adfecta -is ... inplicatur errore. *dubitanter addiderimus*: Maxim. eleg. 4, 43 sopor -a iactat (*somnia fallacia recte intellexisse videtur Bährens; cf. 46* fallax studium ludit imago suum; *aliter restituit et interpunxit contextum Petschenig*). Ⓥ *stupra sim.* (*cf. p. 1755, 82. 1756, 27. v. et l. 81*): Sen. nat. 1, 16, 6 corpora publico obiecta -o aliquid, quo infelix patientia lateat, obtendunt. Cvrt. 10, 1, 3 virgines ... stupra perpessae corporum -a deflebant. Lampr. Comm. 2, 8 -um pudicitiae (dibrium *trad. contextu turbato*). Clavd. Don. Aen. 7, 660 p. 98, 28 -um matris ... prodebatur. Heges. 2, 4, 1 famosum -um Paulinae ... Romae percelebratum est (*de eadem re* 2, 5, 1). Prvd. perist. 14, 30 omnis iuventus inruet *in lupanar* et nŏvum -orum mancipium petet. c. Symm. 1, 159 puellarum -a, pignera, partus *eqs.* Svlp. Sev. chron. 1, 29, 3 concubinae eius corpore in -um accepto (*Vulg. iud. 19, 25* eis tradidit inludendam *concubinam*). Cod. Theod. 15, 7, 12, 1 quae -o corporis sui quaestum faciunt. 15, 8, 1 si quis feminas ... -is quibusdam subicere voluerit ac lupanaribus venditas *eqs.* Lex Visig. 11, 1, 1 difficillimum non est, ut sub tali occasione (*sc. medico mulierem phlebotomante*) -um interdum adcrescat.

2 *evanescente respectu contumeliae sim. de quolibet ludo, qualibet delectatione* (*huc fortasse* Gloss. I p. 306 -um: dilexionem [*pro* delectationem*?*]): **a** *in malam partem; respiciuntur*: *α variae delectationes pravae, lascivae*: Cic. dom. 131 Libertatis signum posuisti magis ad -um impudentiae (*sunt qui gen. obi. ironice dictum intellegant, ut ad p. 1757, 45 spectet*) quam ad simulationem religionis. Liv. 24, 4, 2 ne sub dominatu puerili per -um bonis artibus partum ... interiret regnum. Plin. epist. 4, 25, 4 -a scaena et pulpito digna (*respiciuntur iocularia quaedam a suffragatoribus in tabellis scripta; cf. 3* qui in tanta re ... tam scurriliter ludat). Apvl. apol. 75, 2 diebus ac noctibus -o iuventutis ianua calcibus propulsata, fenestrae canticis circumstrepitae *eqs.* Tert. apol. 35, 2 (rec. *Φ*) *publicis sollemnibus* catervatim cursitare ... ad inpudicitias, ad libidinum -a (libidinis inlecebras *rec. vulg.*). Treb. Gall. 4, 3 cum Gallienus in luxuria et improbitate persisteret cumque -is et helluationi vacaret (*quae sequuntur v. sub b*). Prvd. psych. 16 ipse excellentibus armas artibus ingenium, quibus ad -a cordis oppugnanda potens tibi dimicet. Val. Cem. hom. 19, 3 p. 750C profusum ebrietate convivium ac per totam noctem -o expositum. *β spectacula theatri contemnenda* (*quaedam ad II spectantia ab his separare noluimus; hucine* Gloss. *p. 1755, 70?*): Plin. paneg. 54, 1 cum laudes imperatorum ludis ... saltarentur atque in omne -um effeminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur. Priscill. tract. 3, 57 numquid ... tali et tesserae inter manus nostras sunt, aut scaenae -a tractamus? Ambr. in psalm. 118 serm. 16, 17, 2 qui theatralibus -is occupatur. Avg. civ. 6, 9 p. 264, 10 D. numina ... magis ridenda quam -a theatrorum (8, 21 p. 353, 11 poetarum de diis ... criminosa figmenta et th. indigna -a. *cf.* 8, 18 p. 348, 17 poetica figmenta et theatrica -a iustificare. 8, 20 p. 351, 3 daemoni ... per scaenicos ludos poetarum -a requirenti.
γ obscenitates, voluptates veneriae (*ambigua ad l. 56 relegavimus; ceterum cf. etiam supra l. 38*): Ps. Cypr. singul. cler. 44 *soli vivant clerici*, ne aut ipsi per feminas aut feminae per illos ad ignominiosa -a provocentur. Avson. 108, 17 p. 351 P. (*de eunuchis coitum simulantibus*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

titillata brevi cum iam sub fine voluptas fervet et ingesto peragit -a morsu. AMBR. epist. 27(58), 5 deliciarum comes et luxuriae -um est lasciva saltatio. HEGES. 1, 40, 7 p. 87, 13 spadones obscenae -a libidinis manifestarunt.

b *in neutram partem*: SIL. 13, 340 *Pan* inflexus medio nascentia tergo respicit arridens hirtae -a caudae. TAC. ann. 6, 2, 4 Tiberius ..., -a seriis permiscere solitus. PLIN. paneg. 81, 3 usurpabant *alii principes gloriam venandi* ... ita, ut domitas fractasque claustris feras ac deinde in ipsorum quidem -um emissas mentita sagacitate colligerent. TREB. Gall. 4, 3 (*quae praecedunt v. sub a*) *cum Gallienus non* aliter rem publicam gereret, quam cum pueri fingunt per -a potestatem. ARNOB. nat. 5, 25 vertit Baubo artes et quam (*Cererem*) serio non quibat allicere -orum statuit exhilarare miraculis. HIL. in psalm. 1, 19 ('impii ... tamquam pulvis, quem proicit ventus') ut ex illa corporalis soliditatis firmitate decussi -o pulveris differantur in poenam, non in nihilum dissoluti, ... sed in inane ac leve ... protriti, ut ludibriosa (-ae *var. l.*) poenae mobilitate iactentur (*per gen. rei, quae lusui est, sublucet vis p. 1757, 45 illustrata, sed cf. ad eundem locum* CASSIOD. in psalm. 1, 4[6] l. 349 ventorum -is [*v. sub* ludivagus]). AVSON. Mos. 238 (*227* unda refert ... simulacra *nautarum*) talis ad umbrarum -a nautica pubes ambiguis fruitur veri falsique figuris. AMM. 30, 5, 12 hoc ... -o inique (-o *cod.*) interpretato (*rescipitur facete dictum; antea*: per iocum). PRVD. perist. 5, 442 *corpus martyris iactum in mare* incerta per -a vagis feretur flatibus squamosa pascens agmina (*nisi ad p. 1758, 5*). CLAVD. 26, 110 *in triumpho* currus regumque catenae inter abundantis fati -a ductae. *dubitanter addiderimus*: TERT. carn. 4 l. 19 *infantem* per pudenda prolatum, ... per -a nutritum (*cf. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 17* puerperii spurcos, anxios, ludicros exitus. *sunt qui ipsa ubera intellegant, ut ad l. 37 spectet locus*).

B *metonymice significantur* (*v. etiam sub II*): 1 *quae (qui) lusui sunt, quibus luditur*: **a** *res et animalia* (*cadaver* LVCAN. [*cf. comparationem l. 53*]): **α** *quae lusui sunt ventis, aquis, sc. infestantibus* (*cf. supra l. 19 et 23*): VERG. Aen. 6, 75 foliis ... ne carmina manda, ne turbata volent rapidis -a ventis. LVCAN. 8, 710 *Pompei cadaver* pulsatur harenis, carpitur in scopulis ..., -um pelagi (CLAVD. 28, 139 *navis* -um p. vento iactatur et unda). **β** *quae lusui sunt hominibus: se delectantibus* (*vix huc* TERT. *l. 26*): SEN. benef. 7, 20, 3 cui triremes ... non mitterem, lusorias et cubiculatas et alia -a regum in mari lascivientium mittam. STAT. silv. 4, 6, 5 neque ... -a ventris hausimus aut epulas diverso a sole petitas (*an ad II A?*). CLAVD. 18, 306 simius ... -um mensis. rapt. Pros. 3, 264 cuius *tigridis* Achaemenio regi -a natos avexit *matri* (adv- *var. l.*) tremebundus eques. *irridentibus* (*minus probabiliter huc referas* LVCR., LIV., TAC. Germ. *sub IIA1 allata*): AVG. in euang. Ioh. 117, 3 ibat ... portans suam crucem Iesus; grande spectaculum; sed si spectet impietas, grande -um; si pietas, grande mysterium. **b** *homines*: LIV. 1, 56, 9 *L. Iunius Brutus* ab Tarquiniis ductus Delphos, -um verius quam comes. 2, 36, 3 ne in ora hominum pro -o abiret (AVG. epist. 3, 5 ne me ... pro -o iaceret). 8, 26, 5 *Samnites* -um non externis modo, sed etiam popularibus spoliati atque egentes domos rediere. VAL. MAX. 7, 8, 9 Oppius ..., morientis amici plenum contumeliae -um. SEN. dial. 2, 11, 3 ut quisque contemptissimus et ut (vel *Müller, loco ceterum varie temptato*) -um est, ita solutissimae linguae est. CVRT. 6, 9, 28 *Macedones querebantur se* velut truncum corpus dempto capite ... -um hostis futuros. LVCAN. 7, 380 *Pompeius* -um soceri. SVET. Nero 6, 2 tum Claudius inter -a aulae erat. IVST. 9, 6, 6 *Attalus Pausaniam stupraverat* -umque omnium inter aequales reddiderat. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 6 p. 748 -a et purgamenta totius rusticae plebis (*gr. 4, 241 λύματα, sed θύμ- trad., καὶ καθάρματα*). CLAVD. 20, 535 sic me -um famulis risumque relinquis? SIDON. epist. 1, 7, 2 *Arvandus* fortunae -um per omnia fuit. DRAC. laud. dei 3, 599 -um generis, dolor omnibus atque inimicus factus.

2 *animantes, quos fere ludendo format natura*: PLIN. nat. 7, 32 haec atque talia ex hominum genere -a sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. SVET. Aug. 83 pumilos atque distortos et omnis generis eiusdem ut -a naturae malique ominis abhorrebat.

3 *praemium, quod victor in ludis aufert*: SERV. auct. Aen. 12, 764 ('neque enim levia aut ludicra petuntur praemia, sed Turni de vita ... certant') ludicra praemia: vilia, digna ludo; haec apud antiquos -a dicebantur, non ut nunc in mala significatione; dabatur autem victori pro praemio aut pellis aut vinum, esca, hordeum.

4 *homo, qui illudit*: HEGES. 3, 1, 2 p. 183, 1 *Nero* -um rerum humanarum et eviratae inpuritatis opprobrium (*an ad II B?*).

II *usu deflexo*: **A** *per similitudinem appellant -a, qui vana, inepta, indigna sim. iudicant esse ea, quae aliis sunt seria, bona, appetenda* (*sc. res vel actiones; animantes p. 1760, 41, idola p. 1760, 54; cf.* NON. p. 46, 15 -a proprietatem trahunt a levi ac sine pondere et contemnendo, aut, quod magis verum est, ludicro [*affert* VERG. Aen. 6, 75 *l. 33*]. GLOSS. -um: dedecus et quod inluditur, vanitas. GLOSS.^{L} IV Plac. L 28 -um est aliqua res quae ludo et contemptu digna est; modo etiam -a pro omnibus criminibus dicimus. *v. quae l. 43 monuimus*):
1 *generatim*: CIC. parad. 9 ille *Bias* haec -a fortunae ... putavit, quae nos appellamus etiam bona (SEN. contr. 2, 1, 1 aurum et argentum, -a f. *item de divitiis sim.*: PRVD. psych. 456 pulchra in -a ... inhians *Avaritia* [*antea*: quidquid ... pretiosum]. AVG. conf. 5, 12, 22 'fornicantur abs te' [*psalm. 72, 27*] amando volatica -a temporum et lucrum luteum). LVCR. 2, 47 quod si ridicula haec -aque esse videmus (*sc. si quis metum armis vel divitiis pelli posse putet*). LIV. 25, 36, 9 quid starent et non -um illud (*sc. Romanorum munitionem*) vix feminis puerisve morandis satis validum distraherent? (*cf. de quadrigis falcatis*: 37, 41, 12 amoto ... inani -o ... ad iustum proelium ... concursum est). PETRON. 2, 2 levibus ... atque inanibus sonis -a quaedam excitando effecistis, ut corpus orationis enervaretur. MART. 10, 4, 7 (*1* qui legis Oedipoden *eqs.*) quid te vana iuvant miserae -a chartae? QVINT. inst. 1, 6, 32 *in veriloquiis quaerendis* ad foedissima usque -a labuntur. 2, 10, 8 *in declamando* ira vel luctu permoveri, cuius est -i, nisi quibusdam pugnae simulacris ad verum discrimen ... consuescimus! TAC. Germ. 37, 4 ingentes C. Caesaris minae (*sc. Germanis intentae*) in -um versae (*cf. p. 1756, 74 et ad rem* hist. 4, 15, 2 Gaianarum expeditionum -um). hist. 1, 2, 1 mota prope etiam Parthorum arma falsi Neronis -o. ann. 3, 18, 4 mihi, quanto plura recentium seu veterum revolvo, tanto magis -a rerum mortalium cunctis in negotiis obversantur; quippe fama, spe, veneratione potius omnes destinabantur imperio quam *Claudius*. 16, 11, 3 *L. Vetus eiusque socrus et filia* accusati post sepulturam decretumque, ut more maiorum punirentur, et Nero intercessit ...: ea caedibus peractis -a adiciebantur. TERT. carn. 5 l. 11 diximus retro ... et nativitatis et infantiae imaginariae vacua -a subire potuisse *Christum* (*cf. 1 l. 22 sq.* qui carnem Christi putativam introduxit, aeque potuit nativitatem quoque phantasma confingere). pall. 1 Lepidi violenta -a (*sed de re parum constat*). AMM. 14, 6, 18 domus studiorum seriis cultibus antea celebratae, nunc -is ignaviae torpentis exundant, vocabili sonu, perflabili tinnitu fidium resultantes. AVG. gen. ad litt. 7, 9 p. 208, 7 de quo -o quorundam philosophorum etiam eorum posteri erubuerunt (*respicitur translatio animarum in feras*). DAMIG. lapid. 26 nec putetur hoc -um esse, *sc. sed verum*. PS. TIT. epist. l. 562 (*ad Agg. 2, 13*) si tetigerit quid qua (*pro* quaequae *sim.?*) -a, non sanctificari *ea* (*enumerantur antea*: panis aut vinus, oleus et omnis esca). CONC.^{S} I 4 p. 21, 16 nisi id (*sc. sacerdotium, quod vendunt*) arbitrarentur esse -um (*gr. Isid. Pel. epist. 5, 276 παίγνιον*). FVLG. RVSP. c. Arian. 10 l. 752 (*verba obiectionis*) -um est credere ex tribus partibus deum unum constare (*cf. l. 48*). COD. Iust. 7, 25, 1 antiquae subtilitatis -um ... expellentes (*sc. distinctionem dominii 'ex iure Quiritium' et 'in bonis'. cf. postea*: est vacuum et superfluum verbum). VEREC. in cant. 6, 16 p. 84^{a} sed talia -a sunt et inepta. VEN. FORT. vita Hil. 13, 47 donec ... de ... mundi -o (-is *var. l.*) migraret ad Christum. *de umbris vanis*: AMM. 19, 12, 14 veneficus sepulchrorumque horrores et errantium ibidem (intidem *trad.*) animarum -a (aludebria *V*) colligens vana. 2 *speciatim respiciuntur superstitiones variae et cultus paganorum*: CVRT. 7, 4, 8 si modo ars est (*sc. ars magica*), non vanissimi cuiusque -um. 7, 7, 8 *Alexander* rursus ad superstitionem, humanarum mentium -a (gentium -o *codd. opt.*, m. -um *Hedicke*), revolutus. PETRON. 104, 3 *Epicurus* eiusmodi -a (*sc. vaticinia somniis data*) ... condemnat. TERT. apol. 14, 2 *in litteris vestris* quanta invenio -a (*respiciuntur ineptiae indecorae, quae de deis creduntur*: MIN. FEL. 22[23], 5 formae ipsae et habitus nonne arguunt -a et ⟨de⟩decora deorum? ARNOB. nat. 4, 35 indignas de dis fabulas et flagitiosa -a. LACT. epit. 16, 3 portenta et -a. AVG. civ. 4, 31 p. 187, 9 D. quaecumque tales viri in suis litteris ... deorum -a posuerunt). patient. 2 p. 3, 1 nationes -a artium et opera manuum suarum adorantes (*de ipsis idolis ut*: PS. RVFIN. in Os. 8, 4 p. 1001^{B} ['fecerunt sibi idola'] -a fabricantes. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 59, 5 G.). LACT. inst. 1, 21, 49 quis haec -a non rideat ..., cum videat homines ... ea serio facere, quae si quis faciat in lusum ... ineptus esse videatur. FIRM. err. 4, 2 videre est in ipsis templis ... miseranda -a, viros muliebria pati *eqs.* AVG. civ. 2, 4 p. 57, 8 D. veniebamus ... ad spectacula -aque sacrilegiorum, spectabamus arrepticios, ... ludis turpissimis ... oblectabamur. VITA Roman. vet. (BHL 7305*g*) p. 54, 7 paganorum ... multitudo ante molem fani ... -a exercebant (VITA Roman. rec. [BHL 7306] 9 -a vel superstitiones vanissimas).

B -um: dedecus GLOSS.^{L} III Abstr. LV 13 (*item p. 1759, 78; cf.* ludicer *sub IIB2*). *exempla certa huius notionis ex usu sub IB illustrato derivandae non exstant, nisi huc pertinere credas* HEGES. 1, 45, 12 p. 126, 22 hoc uno (*sc. quod capite damnatos dimisit*) Salome obliterante criminum suorum -a superiora (*an ad p. 1757, 45?*). *fortasse conferas etiam p. 1759, 45. 57. 60. 71.*

deriv.: ludibriosus. *Lanciotti.*

lūdibundus, -a, -um. *a* ludere (*item* CHAR. gramm. p. 197, 22 B. *a participio derivans ut* GRAMM. suppl. 75, 23, *qui* 74, 18 *vocem ad indicativum praes. refert*). *inter partic., quae formis genera distinguunt, affert* CHAR. gramm. p. 230, 28 sqq. B. *legitur inde a* PLAVT., COM. pall. inc. [*confunditur in codd. cum* lubidinosa CIC. Verr. II 3, 156.]

1 *usu originario i. q. ludens, sc. ita ut non tam actio quam habitus animusque ludentis significetur* (*cf. Pianezzola, Aggettivi in '-bundus', 1965, passim. ludunt homines, eorum oculi* GELL. 3, 5, 2, *caro* ZENO. *de notione fusius agit* GELL. 11, 15 *opiniones afferens Caesellii, affirmantis* idem esse ... ludens et -a [*cf. p. 1761, 4. 26*], *Scaurique, sc. eam -am appellantis*, quae ludentem ... agit aut simulat, *et postremo Sulpicio Apollinari adstipulans disserenti suffixum '-bundus'* vim et copiam et quasi abundantiam rei, cuius id verbum esset, demonstrare. *usurpatur praedicative, sc. excepto* GELL. 3, 5, 2): **a** *proprie*: PLAVT. Pseud.

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

1275[a] (*1273[a]* orant med ut saltem) palliolatim amictus sic haec incessi -us. COM. pall. inc. 34 tum ad te -a docte et delicate detulit (*sc. coronam, faces nuptiales ? dubitanter huc rettulerunt edd. etiam* GLOSS.[L] IV Ps. Plac. L 5 -a: adulescens [lasciviens *vel* ludens *Heraeus*, adulans *olim ipse Lindsay*]). LIV. 24, 16, 14 milites ... per lasciviam ac iocum ita -i Beneventum rediere, ut ab epulis ... actis, non ex acie reverti viderentur. SVET. Nero 26, 1 *Nero* post crepusculum ... popinas inibat circumque vicos vagabatur -us. FLOR. epit. 2, 10, 2 *Histros* epulantes ac -os plerosque ... Appius Pulcher invadit. GELL. 3, 5, 2 vocem ... infractam capillumque arte compositum et oculos -os atque inlecebrae voluptatisque plenos (*Plut. quaest. conv. 7, 5, 3 τὴν ἐν ὄμμασι ... γαργαλίζουσαν μαλακίαν καὶ ἡδυπάθειαν*). 9, 9, 14 virgo Nausicaa -a inter familiares puellas in locis solis recte ... confertur cum Diana venante (*postea*: lusibus atque venatibus Dianae). DON. Ter. Phorm. 299 ('non ratio, verum argentum deerat') hoc ita per iocum -us absolvit Geta, ut ... quasi per iocum respondeat (*cf.* PRVD. perist. 2, 409 [*Laurentius rogo impositus ad praefectum*] 'coctum est, devora ...'; haec -us dixerat). Ps. AVR. VICT. orig. 22, 1 *Romulus et Remus* eo in loco, qui nunc Lupercal dicitur, -i discurrerunt pellibus hostiarum occursantes quosque sibimet verberantes (*cf. Tert. spect. 5 p. 7, 2* quod ludendo discurrant *Luperci*). ZENO 1, 12, 5 (2, 4, 10 L.) *hominum pars carnalis* iactat se -a per nemora, fontes ..., universis voluptatibus saepta. **b** *transfertur ad homines quasi per ludum difficultates vel pericula superantes*: TIMARCH. epist. Cic. Verr. II 3, 156 si Volteium habebis, omnia -us conficies ([*affertur a* SERV. auct. ecl. 6, 58 'errabunda' errantia ut '-us' ludens]. *pergit* CIC. *ibid.*: quia multos ... multa -os [lubidinosa *var. l.*, *item* -us *vel* -os libidinose] apud Verrem effecisse vidit, ad omnis eosdem patere aditus arbitratur; facilius vos efficiebatis -i quae volebatis a Verre, quod multa eius ludorum genera noratis). CIC. fam. 16, 9, 2 qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt; nos *paulum morati* ... austro lenissimo ... in Italiam ... -i pervenimus (*cf. 1* bellissime navigavimus).

2 *usu deflexo fere i. q. ludorum amans, cupidus, ludis deditus sim.*: AVG. civ. 8, 13 p. 340, 35 D. *dii ludorum Romanorum instaurationem petentes* se in Latinio non lascivos tantum atque -os, sed etiam saevos terribilesque monstrarunt (*de eadem re 4, 26 p. 178, 21* numinibus ... ex ludis hilaritatem quaerentibus).

*lūdicer (*an* -crus *? v. l. 47*), -cra, -crum. *a* ludus (*item* PORPH. Hor. epist. 2, 1, 180). *scribitur* ludicam LEX Iul. munic. (CIL I[2] 593) 123 TAC. ann. 13, 15, 2 (*M*). -ducr- SEN. epist. 88, 21 (*P*). *per metathesin* -dric- *saepius in var. lect. codd., e. g.* PLIN. nat. 21, 7 MOD. dig. 23, 2, 42, 1 CYPR. idol. 6 PRISC. gramm. II 350, 8; *cf.* -dricr- TREB. Claud. 13, 6 ARNOB. nat. 1, 15 LACT. inst. 2, 2, 21. -gr- PLIN. nat. 36, 85 HIER. epist. 52, 2, 1. *al.* -cr- *positione syll. longam facit* VERG. Aen. 12, 764. *de formis: nom. sing. masc. non legitur, exspectes* -cer [*cf. e. g. Sommer, Handb.[2.3] 336*], *etiamsi ex glossis medii aevi affert formam* -crus *Georges, Wortformen s. v. abl. plur.* -eis FRONTO p. 200, 1 v. d. H. (-is *legit Naber p. 210*). *tertiae decl. attribuit* PRISC. gramm. II 350, 6 sq. (*abl. sing. neutr. exeunti in 'i' vel 'e' respondet plur. in 'ia'*) excipitur 'a vetere' ... nec non 'ab hoc -i,' quod '-a' et non '-ia' dicimus (*affert* VERG. Aen. 12, 764); *exempla praeter dubium* ENN. ann. 73 *p. 1765, 53 non exstant. compar. et superl. desunt.* NOT. Tir. 50, 22 ludricum. *legitur adi. inde a* PLAVTO, CIC., LEGIBVS Iul. munic. *et* Iul. Pap., VERG., HOR., LIV.; *subst. neutr. inde a* CIC., CATVLLO, *?* SINN. (*v. p. 1764, 45*), HOR., LIV. [*confunditur in codd. cum* ludus *e. g.* LIV. 34, 41, 1 (*restituitur* 45, 32, 8), lubricus MOD. dig. 23, 2, 42, 1 (*falsa var. l.* PAVL. NOL. carm. 31, 220 epist. 8, 3 vers. 12), ludibrium CYPR. idol. 6, lucrum PORPH. Hor. carm. 1, 1 praef. AVG. pat. 3, 3.]

I *adi., i. q. ad ludum (ludos) pertinens* (*vergit in vim q. e. ludibundus sub A Ib γ; opp.* serius AVSON. 350, 5 p. 207, 28 P. AVG. civ. 6, 9 p. 265, 16 D. COD. Theod. 1, 16, 9; *accedit abl. instr.* TAC. ann. 1, 50, 3, *limitationis* APVL. met. 2, 6, 7): **A** *vigente respectu ludendi*: 1 *pertinet ad ludum qui fit magis delectandi sim. causa* (GLOSS.[L] I Ansil. LV 223 -um: iocularem): **a** *publicum, sc. spectaculorum*: *α scaenicorum* (*cf.* GLOSS. -um *θεατρικόν, σκηνικόν* [*nisi ad subst. referre malis*]. *exempla ambigua ad β relegavimus*): PLAVT. Aul. 626 (*in imag.*) meum cor coepit artem facere -am atque in pectus emicare (*proprie*: CIC. rep. 4, 10 cum a. -am scaenamque totam in probro ducerent. LEX Iul. munic. [CIL I[2] 593] 123 queive lanistaturam artemve -am fecit. Iul. Pap. [Paul. dig. 23, 2, 44 pr. *et* 38, 1, 37 pr.]. *aliter p. 1762, 40. 78; ceterum v. vol. II 665, 13 sqq.*). HOR. epist. 2, 1, 180 (*177* quem tulit ad scaenam ... Gloria) valeat res -a, si me palma negata macrum, donata reducit opimum (PORPH. comoedia a ludis dicta). SEN. dial. 4, 2, 3 inter -a scaenae spectacula (COLVM. 12, 2, 4 ARNOB. nat. 5, 42). PLIN. nat. 16, 172 nunc *tibiae* sacrificae Tuscorum e buxo, -ae vero e loto ... fiunt (*cf. Ov. fast. 6, 659* cantabat fanis, cantabat tibia ludis). TAC. ann. 13, 25, 4 -am ... licentiam et fautores histrionum velut in proelia convertit impunitate et praemiis *Nero*. 14, 14, 1 *Neroni erat* foedum studium cithara -um in modum canere. 16, 4, 1 -a deformitas *Neronis*. APVL. met. 10, 29, 3 dum -is scaenicorum choreis primitiae spectaculi dedicantur. AVG. civ. 6, 6 p. 256, 3 D. placetne ... vitam aeternam peti ... ab diis poeticis, theatricis, -is, scaenicis? COD. Theod. 15, 7, 4 mulieres, quae ... spectaculorum debentur obsequiis, si scaenica officia declinarint, -is ministeriis deputentur ('*id est ad scaenam revocari iubentur' Gothofredus. eadem fere* 15, 7, 9). CASSIOD. var. 7, 10, 3 (*formula tribuni voluptatum*) optamus ..., ut per -am amministrationem ad seriam pervenias dignitatem (*cf. 7, 10, 1* scaenicos). *β quorumlibet*: VERG. Aen. 12, 764 neque enim levia aut -a petuntur praemia, sed Turni de vita et sanguine certant (*vix recte* SERV. vilia, digna ludo, *ut ad B spectet; sim.* CLAVD. DON. p. 628, 20 -um aliquid vel ioculare. *versum afferunt* LACT. inst. 3, 11, 16 *ad vitam aeternam referens*, BOETH. cons. 4, 2, 28 W. *opponens* ipsam rerum summam). LIV. 42, 63, 2 pravo studio, quo etiam in certaminibus -is vulgus utitur, deteriori ... favendo ([*sec. Polyb. 27, 9, 2 γυμνικοὺς ἀγῶνας*]. FEST. p. 274. VELL. 1, 8, 1 -um certamen ... Olympiorum. 2, 123, 1 athletarum certamini [*Cellarius*, certaminis *codd., edd.*] -o. SEN. Ag. 935 MELA 2, 5 TAC. hist. 3, 83, 1 HYG. fab. 273, 14 MACR. Sat. 5, 2, 15. *aliter sub 2*). CVRT. 3, 7, 5 edito spectaculo -o (*3, 7, 3* Aesculapio et Minervae ludos celebravit). PLIN. nat. 21, 7 in usu promiscuo ne -ae quidem *coronae* erant (*huc traximus coll. p. 1764, 53, etsi postea affertur* corona rosacea *sc. privata*). SVET. Nero 11, 2 ludis *maximis* ... ex utroque ordine et sexu plerique -as partes sustinuerunt; notissimus eques R. elephanto supersidens per catadromum decucurrit. FRONTO p. 131, 7 v. d. H. (p. 113 N.) quid, si quis postularet, ut Phidias -a a⟨u⟩t Canachus deum ⟨sim⟩ulacra fi⟨ng⟩eret? (*vix pro subst.*). APVL. met. 11, 9, 1 inter has oblectationes -as popularium ... iam ... peculiaris pompa *Isidis* moliebatur (*11, 8, 1* praecedunt anteludia). TERT. apol. 15, 5 inter -as meridianorum crudelitates (*cf. nat. 1, 10, 47* meridiani ludi de deis lusum). 15, 7 singula ista (*quae in ludis aguntur*) ... de contemptu utique censentur *deorum*; ... sed -a ista sint; ceterum si adiciam ... in templis adulteria componi *eqs.* CLAVD. DON. Aen. 5, 530 p. 485, 27 ut -is actibus probarentur merita tua *in certamine sagittariorum* (COD. Theod. 1, 16, 9 absit ..., ut iudex ... spectaculorum editionibus mancipatus plus -is curae tribuat quam seriis a.). EPIST. pontif. 255 Migne 13, 1137[A] qui acta paenitentia ... militiae cingulum et -as voluptates ... denuo appetivere. PRVD. perist. 10, 165 si ... pulset puellas verbere ictas -o *lupercus*. CASSIOD. var. 3, 51, 6 accidit, ut, dum se colere putarent astra, religionem suam -a similitudine profanarent (*antea*: biga quasi lunae, quadriga solis imitatione reperta est).

b *privatum* (*vix huc* TAC. *sub B*): *α de rebus variis*: CIC. nat. deor. 1, 102 pueri etiam cum cessant exercitatione aliqua -a delectantur (*aliter l. 76*). SEN. epist. 88, 21 quattuor ait esse artium Posidonius genera: sunt vulgares et sordidae, sunt -ae, sunt pueriles, sunt liberales (22 -ae sunt, quae ad voluptatem oculorum atque aurium tendunt. *ad rem v. Stückelberger, Senecas 88. Brief, 1965, 40 sqq.*). TAC. ann. 1, 50, 3 festam ... noctem ac sollemnibus epulis -am. GELL. 7, 13, 4 quaerebantur ... non gravia ..., sed *ἐνθυμήματα* quaedam lepida ..., quale hoc ferme est subtilitatis -ae, quod dicam. 9, 7, 3 Suetonius ... in libro -ae historiae primo (*ad rem v. Funaioli, RE IV A 625 sqq.*). TERT. adv. Marc. 3, 11 p. 394, 17 persequere et partus inmunda et pudenda tormenta et ipsius exinde puerperii spurcos, anxios, -os exitus (*cf. p. 1759, 26 sqq.*). scorp. 10 p. 168, 28 haec (*quae secundum opinionem haereticorum exposui*) nobis ... -um in modum certa ratio mandavit. PORPH. Hor. carm. 4, 1, 6 molli[ti]a ... Veneris imperia dicit, quasi -a ac delicata sint. ARNOB. nat. 1, 15 ut vicibus -is et ponant et repetant iras *dei*. MACR. Sat. 2, 1, 7 *Saturnalium* -as voluptates. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 21 animi laxatio ..., quae fiet aut -is rebus aut ioculari facetia. DRAC. Romul. 10, 265 -a puniceis resonabant oscula labris (*nisi Vollmerum secutus coll. 10, 163* Oscula *per prosopop. intellegas Veneris comites, ut ad γ pertineat locus*). *β de carminibus* (*de opusculo grammatico quodam* GELL.): GELL. 7, 15, 6 litteras ... *amicus quidam* super hac re fecit inter exercitia quaedam -a. APVL. apol. 9, 5 *versus* -os et amatorios fecit (*cf. p. 1763, 74*). TER. MAVR. 1817 cum -a carmina pangit *poeta Faliscus, sc. Annianus* (1846). PORPH. Hor. epist. 2, 1, 109 in re -a. AVSON. 337, 2 p. 155, 10 P. (*respicitur technopaegnion*) -um opusculum texui, ordiri maiuscula (mun- *var. l.*) solitus (350, 5 p. 207, 28 opusculum ... de seriis -um, *sc. centonem*). *γ de animantibus ipsis eorumque affectibus, sc. ut plus minusve vergat in vim q. e. ludibundus, lascivus sim.* (*hucine l. 55 ? aliter p. 1761, 83*): APVL. met. 2, 6, 7 *Photis* et forma scitula et moribus -a (lubrica *Heinsius*) et prorsus argutula est. ARNOB. nat. 4, 26 *Iovem versum esse* in satyrum -um (*cf. Firm. err. 12, 2* ludit in satyro). AVG. conf. 9, 8, 18 superfluentibus aetatis *iuvenilis* excessibus, qui -is motibus ebulliunt. pat. 3, 3 quanta pro -is (lucri *var. l.*) affectionibus periculosissima ... tolerantur (*postea*: lasciviae cupidos).

2 *pertinet ad ludum qui fit potius exercendi causa* (*sed respectu delectamenti non prorsus evanido; accedit* quasi CIC. de orat. 1, 147; *opp.* veris CLAVD. DON.): CIC. de orat. 1, 147 qui ... ea, quae agenda sunt in foro tamquam in acie, possunt ... exercitatione quasi -a praediscere ac meditari (FRONTO p. 40, 8 v. d. H. [p. 44 N.] -as e. *armorum vel palaestrae. aliter l. 38*). 2, 84 ars ... -a armorum et gladiatori et militi prodest aliquid. LIV. 40, 6, 6 mos erat ... divisas ... acies concurrere ad simulacrum pugnae; regii iuvenes duces ei -o certamini dati (40, 7, 3. CLAVD. DON. Aen. 5, 585 p. 490, 12 ['pugnae ... cient simulacra'] in -o c. et imaginaria pugna. 5, 595 p. 490, 22. *aliter, sc. de agonibus, supra l. 10*). 40, 9, 10 (*Perseus ad fratrem*) in ... decursu et simulacro -o pugnae funestum prope proelium fecisti (*cf.* GELL. 6, 3, 52 in decursibus -is aut

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

simulacris proeliorum voluptariis). CLAVD. DON. Aen. 11, 645 p. 514, 18 *Camilla exsultavit*, quasi -is et non veris dimicationibus interesset.

B *per similitudinem transfertur ad quaelibet vana, indigna vel minoris momenti sim.* (*cf. etiam p. 1762, 6 sq. et 1765, 17*): CIC. ac. 2, 6 quasi . . . clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat aut -os sermones aut rerum conloquia leviorum (*sc. non ad philosophiam pertinentia*). TAC. hist. 2, 68, 1 apud victores orta seditio, -o initio, ⟨ni⟩ numerus caesorum invidiam Vitellio (bello *trad.*) auxisset (*sententiam huiusmodi 'idque non magni momenti fuisset, ni eqs.' supplere coguntur, qui ad A1b referre malunt locum, ut post alios Heubner ad l.*). GELL. 14, 1, 23 ut . . . homines non . . . *λογικὰ ζῶα*, sed -a et ridenda quaedam neurospasta esse videantur, si . . . nihil arbitratu suo faciunt, sed ducentibus stellis. ARNOB. nat. 1, 65 p. 63, 12 M. pro -is ea *quae dicit Christus* vaticinationibus computate. 7, 29 p. 379, 7 non . . . istud (*sc. quod superis vinum offertis*) errori obiciendum est -o, sed . . . insaniae, dementiae, caecitati. LACT. inst. 2, 2, 21 mortalium digitorum -a et fragilia figmenta (*de idolis ut*: 2, 4, 15 -is et ornatis et grandibus pupis). CLAVD. DON. Aen. 7, 420 p. 63, 8 (*Allecto ad Turnum*) non rem -am aut levem, sed coniugium negat *rex* (PS. RVFIN. in Am. 8, 11 p. 1096^{C} *ut Iudaei* instar infantium pro virtutibus *et* . . . sacramentis, rebus pudendis et -is intumescant. AVG. civ. 6, 9 p. 265, 16 D. serias a -is . . . discernere. 7, 18 p. 296, 19). AVG. c. Faust. 22, 46 gravem virum -um aliquid garrientem pueris. MACR. Sat. 1, 6, 3 admoneor non -ae . . . quaestionis (*cf.* 7, 3, 24 quod genus *quaestionum convivalium* veteres ita -um non putarunt, ut *eqs.*).

II *neutr.* -um *pro subst., i. q. res ludicra, ludus* (*differentiam inter* -um *et* ludibrium *v. p. 1755, 62; vix huc trahas* GLOSS. *p. 1755, 71*):
A *vi originaria de delectamento sim.* (*de exercitatione fortasse infra l. 33. 48*): 1 *respicitur potius actio ludendi vel generaliter quaecumque homines se delectandi, recreandi sim. causa invenerunt* (*ludit asinus l. 49, Fortuna l. 67*): **a** *in rebus privatis*: *α generatim* (*hucine* HOR. *sub β ℓ*): CIC. fin. 1, 69 si loca, si fana, . . ., si campum, si canes, si equos, si -a (-as *var. l.*) exercendi aut venandi consuetudine (-es *var. l.*) adamare solemus, quanto id in hominum consuetudine facilius fieri poterit (consuetudine *ad totam sententiam pertineat necesse est, qua de causa gerundia non nisi ad subst.* -a, *Ciceroni ceterum ignotum, referri possunt, ita ut cum Madvigio ad l. intellegendae sint 'ludicrae armorum et corporum exercitationes'; spectaculum quoddam gymnicum significari putat Reid ad l.; sed gravior fortasse latet corruptela*). PLIN. nat. 3, 104 urbes duas, quae in proverbii -um vertere, Apinam et Tricam (*v. Otto, Sprichw. n. 127*). TAC. Germ. 24, 1 nudi iuvenes, quibus id -um est, inter gladios se . . . saltu iaciunt (*opp.* non in quaestum. *sunt qui pro adi. accipiant*). ann. 13, 15, 2 festis Saturno diebus inter alia aequalium -a regnum lusu sortientium evenerat ea sors Neroni (*cf.* GELL. 18, 2 tit. cuiusmodi quaestionum certationibus Saturnalicia -a Athenis agitare soliti simus [*sed 18, 2, 1* Saturnalia . . . agitabamus]). FRONTO p. 197, 4 v. d. H. (p. 207 N.) *Lucium Verum* pulverem confertum pro nebulis pati, sudorem in armis ut in -is insuper habere (*vix pro adi.*). APVL. met. 10, 19, 3 multiformibus -is *asini* delectata *matrona* (*10, 19, 2* lusus meos). MIN. FEL. 1, 3 ut et in -is et seriis pari mecum voluntate concineret (PRVD. cath. 3, 18 seria, -a, verba [vera *coni. Bergman*], iocos *nostros* . . . regat *deus. cf.* FRONTO *sub b*, RVFIN. *sub B1*). IREN. 1, 13, 1 (1, 7, 1 H.) *Marcus* Anaxilai . . . -a cum nequitia magorum . . . commiscens (*gr. παίγνια*; *cf. Plin. nat. 35, 175* lusit . . . Anaxilaus *sulphure. Ps. Cypr. rebapt. 16* lusus Anaxilai). AVIEN. orb. terr. 890 orgia ludentes . . . deduxere choros, Nysaei -a ritus. AVSON. 322, 1 p. 261 P. (*ad nepotem studiis deditum*) sunt etiam musis sua -a: mixta camenis otia sunt. 350, 6 p. 208 *id* (*sc. centonem meum*) simile ut dicas -o, quod Graeci ostomachian vocavere. AMM. 31, 5, 6 dum in nepotali mensa -is concrepantibus . . . vino marcebat et somno *Lupicinus*. PRVD. cath. 2, 34 nunc (*sc. mane*) severum vivitur, nunc nemo temptat -um. COMM. instr. 1, 12, 17 rudes homines . . . vino permutati . . . sub -o suo honorem illi (*sc. Baccho*) dedere. SALON. in eccles. p. 999^{C} (*ad 3, 4* tempus saltandi) saltationum exercere -a. PAVL. PELL. 130 sibi me ad sua -a iungens *pater* (*sc. venandi studium; 133* ludi). BOETH. cons. 2, 2, 10 W. (*verba Fortunae*) ascende . . . ea lege, ne, uti [cum] (*om. cod. Paris. 15090, probat post alios Tränkle, Vig. Christ. 22, 1968, 279 sq.*) -i mei ratio poscet, descendere iniuriam putes (*antea*: hunc continuum ludum ludimus). CE 98, 2 *puellae fuit* nomen Xanthippe, Iaia eaedem -o (*i. 'per -um, per iocum'; nomen explicat Kajanto, Supernomina, 1966, 19*). *β respiciuntur poesis vel ipsa carmina ludendo condita*: HOR. epist. 1, 1, 10 nunc itaque et versus et cetera -a pono (SCHOL. carmen lyricum. *an de quolibet lusu coll.* PORPH. depositis levibus fomentis animi, id est iocis ac versibus?). APVL. apol. 6, 1 legerunt e -is meis epistolium de dentifricio versibus scriptum (*cf.* NON. p. 68, 21 Apuleius in libro -orum [*affert carm. frg. 1*]). 10, 5 *Vergilius* puerum . . . Pollionis bucolico -o laudans. CAPITOL. Alb. 12, 12 cum ille *Albinus* neniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apulei sui et -a litteraria consenesceret. OPT. PORF. carm. 21, 2 pauca . . . cecini fors frivola; his quoque iungam -a. QVEROL. p. 3, 2 R. Rutili . . ., qui das honoratam quietem, quam dicamus -is. MALL. THEOD. gramm. VI 594, 26 *metro iambico* conplures lyrici suas cantilenas suaque -a contexuerunt. MART. CAP. 2, 220 (vers.) disciplinas annotabunt sobrias . . . nec vetabunt -a *libelli mei*. 8, 808 (vers.; *loquitur Satura ad Capellam*) tu fingere -a praestas viliaque astriloquae praefers commenta puellae. SIDON. epist. 9, 13, 6 peto, ut praesentibus -is libenter ignoscas (*de carmine epistulae inserto; syn.* nugas). *γ respiciuntur ludi puerorum*: PLIN. nat. 36, 85 *Daedalus fecit labyrinthum* non, ut in pavimentis puerorumve -is campestribus videmus, brevi lacinia milia passuum plura ambulationis continentem, sed *eqs.* SOL. 1, 97 Polymestor Milesius puer . . . -o leporem consecutus est. ARNOB. nat. 5, 19 ut occupatus puerilibus -is distractus ab Titanis Liber sit (*de eadem re Firm. err. 6, 2* crepundiis ac speculo . . . inlexit *Iuno Liberum*). PRVD. psych. 298 *Goliath* expertus, pueri quid possint -a parvi (*nisi ad 2 trahas, ipsam fundam intellegens*). LEO M. serm. 37, 4 (*ad I Cor. 14, 20*) non . . . ad -a infantiae et imperfecta nobis primordia revertendum est (*vix pro adi.*).

b *publice, sc. sive de ludis sive de singulis ad eos pertinentibus spectaculis scaenicis vel circensibus: praemonenda quaedam: saepe variandi gratia alternat cum* ludi; *plur. deest* LIV., *legitur inde a* FEST. p. 364 MELA 1, 36 TAC. ann. 13, 54, 3. 15, 53, 1; *ad notionem cf.* ISID. orig. 18, 16, 1 haec, *sc. spectacula*, et -a nuncupata, quod in ludis gerantur aut in cenis (scenis *var. l.*). GLOSS. -a: quae ludis geruntur ⟨tur⟩pia vel inhonesta. quae ludis geruntur inhonesta. ludorum cantamina inhonesta (*legendum fortasse potius* certamina *coll.* GLOSS.^{L} V Aa L 555 -a: ludorum certamina). GLOSS.^{L} V Abba LV 10 -a: certamina inania, ioca (loca *trad.*) vel ludibria turpia. *huc fortasse* VELL. 2, 123, 1 *p. 1762, 13*. *conspectus exemplorum*: LIV. 1, 5, 1 in Palatio monte Lupercal hoc fuisse -um ferunt (*sed* -um *tamquam glossema delevit Bayet*). 1, 5, 3 huic deditis *Romulo et Remo* -o, cum sollemne notum esset, insidiatos . . . latrones. 1, 9, 13 turbato per metum -o (*1, 9, 6* ludos . . . parat . . .; Consualia vocat). 1, 35, 9 -um fuit, equi pugilesque ex Etruria maxime acciti; sollemnes . . . mansere ludi, Romani Magnique varie appellati. 5, 1, 5 artifices . . . ex medio -o repente abduxit *rex Veientium* (*5, 1, 4* sollemnia ludorum). 27, 30, 9 Heraeis peractis ab ipso -o extemplo Aegium profectus est *Philippus*. 27, 35, 3 Olympiae -um ea aestate futurum erat. 28, 7, 14 Olympiorum sollemne -um parantis Elios. 33, 32, 1 Isthmiorum statum -um aderat. 33, 32, 4 praeco cum tubicine . . . in mediam aream, unde sollemni carmine -um indici solet, processit (34, 41, 1 celeberrimum festorum dierum ac nobile -um [ludorum *B*] Nemeorum. 45, 32, 8 [*v. infra*]). 33, 32, 10 -um . . . ita raptim peractum est, ut nullius . . . animi . . . spectaculo intenti essent (*cf.* SALV. gub. 6, 42 -a . . . ideo non aguntur, quia agi . . . prae . . . egestate non possunt). 39, 22, 2 prope huius saeculi copia ac varietate -um celebratum est ([*antea*: ludos . . ., quos voverat Aetolico bello *M. Fulvius*]. TAC. ann. 15, 74, 1 equorum cursibus. 16, 2, 2 quinquennale). 44, 9, 3 iuvenes . . . Romani -o circensi ad usum belli verso partem humillimam muri ceperunt *testudine facta*. 45, 32, 8 ab seriis rebus -um (*corr. ed. pr.*, ludorum *cod.*), quod . . . missis, qui denuntiarent, et . . . ipse . . . indixerat principibus, . . . Amphipoli fecit *Aemilius Paullus*. 45, 33, 1 edito -o (*al. v. vol. V 2, 94, 33 sqq.*). 45, 33, 5 scaenicum. FEST. p. 364 (*e Sinn., v. frg. 13 F.*) -is circensibus ([ludis c. *Paul. Fest. p. 365*]. *item abl. temporis*: TAC. hist. 3, 62, 2 -o Iuven⟨ali⟩um . . . mimos actitavit *Valens*. TREB. Claud. 13, 6 DON. de com. 5, 2. *cf.* SVET. Aug. 43, 2 Troiae lusum edidit; . . . in hoc -o . . . torque donavit *Nonium*). VELL. 1, 8, 2 hoc sacrum . . . instituisse fertur . . . Atreus, cum Pelopi patri funebres ludos faceret, quo . . . in -o omnisque generis certaminum Hercules victor extitit. CVRT. 4, 5, 11. MELA 1, 36 -is virginum inter se decertantium celebrant *natalem Minervae*. PLIN. nat. 21, 7 semper . . . auctoritas vel -o quaesitarum *coronarum* fuit. TAC. hist. 1, 32, 1 *plebs caedem Othonis poscebat*, ut si in circo aut theatro -um aliquod postularent (*in comparatione ut*: PLIN. epist. 6, 5, 5 *Celso et Nepoti in senatu litigantibus* propitium Caesarem, ut in -o aliquo, precabantur *auditores*). ann. 1, 54, 2 indulserat ei -o (*sc. histrionum, maxime pantomimi*) Augustus. 4, 14, 3 Oscum . . . -um, levissimae apud vulgum oblectationis. 11, 11, 2 sedente Claudio circensibus ludis, cum pueri nobiles equis -um Troiae inirent. 13, 54, 3 neque enim -is *Frisii* ignari oblectabantur. 14, 20, 1 quinquennale -um Romae institutum est ad morem Graeci certaminis. 15, 53, 1 Caesar . . . ad -a circi ventitabat (*antea*: circensium ludorum die). 16, 6, 1 post finem -i. 16, 21, 1. FRONTO p. 200, 1 v. d. H. (p. 210 N.) imperium non minus -eis quam serieis probari ([*cf.* p. 200, 3]. *antea: populum R.* annona et spectaculis teneri). ARNOB. nat. 4, 36 etiam mimis et scurrilibus -is sanctissimorum personae interponuntur deorum. IVST. 7, 2, 14 ut . . . Olympio certamine vario -orum genere contenderit *Alexander*. *al.* *in imag.*: PRVD. perist. 2, 322 (*praefectus ad Laurentium pro divitiis promissis pauperum catervam producentem*) tantas . . . strofas cavillo mimico te nexuisse existimas, dum scurra saltas fabulam? concinna visa urbanitas, tractare nosmet -is?

appendix determinationum ad b, genus -i indicantium (exempla notabiliora): *adi.*: LIV. 28, 7, 14 sollemne (CVRT. 4, 5, 11). 34, 41, 1 nobile. 44, 9, 3 circensi (FEST. p. 364 [*e Sinn.; v. frg. 13 F.*]. TAC. ann. 15, 23, 2. 15, 44, 5). 45, 33, 5 scaenicum. TAC. ann. 4, 14, 3 Oscum. 14, 20, 1 quinquennale (16, 2, 2). TREB. Claud. 13, 6 Martiali. ARNOB. nat. 4, 36 scurrilibus. DON. de com. 5, 2 compitaliciis. AMM. 14, 7, 3 cruentis. SALV. gub. 6, 88 publica. *gen.*: LIV. 28, 7, 14 Olympiorum. 33, 32, 1 Isthmiorum (CVRT. 4, 5, 11). 34, 41, 1 Nemeorum. MELA 1, 36 virginum inter se decertantium. TAC. hist. 3, 62, 2 Iuven⟨ali⟩um (ann. 16, 21, 1). ann. 11, 11, 2 Troiae. 12, 41, 2 circensium (15, 74, 1 circensium Cerealium. *cf.* 15, 53, 1 circi). HIER. epist. 52, 2, 2 Atellanarum.

2 *metonymice respiciuntur ipsae res* (*animantes* HIER.) *quibus-*

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

-ere (EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 4. FEST. p. 158 male. PLIN. nat. 34, 55. *al., sing.*: MART. 4, 14, 9 December . . . -it tropa [popa *vel* rota *trad.*] nequiore talo. *cf. p. 1780, 50*). VARRO ling. 10, 22 in qua *tabula* latrunculis -unt (*al., v. p. 1019, 63 sqq. et cf. p. 1780, 80 sq.*). EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 2 inter cenam -simus geronticos . . .; talis enim iactatis *eqs.* (*de eodem* 71, 3 -simus . . . per omnis dies forumque aleatorum calfecimus. *cf.* SVET. Aug. 71, 1 aleae rumorem nullo modo expavit -sitque simpliciter et palam oblectamenti causa). OV. ars 2, 203 seu -et numerosque manu iactabit eburnos *amica*. 3, 368 mille facesse iocos; turpest nescire puellam -ere; -endo saepe paratur amor (*369* sapienter iactibus uti). VITR. 5 praef. 4 tesserae, quas in alveo -entes iaciunt (*cf. p. 1772, 79*). SEN. apocol. 15, 1 vers. 4 *cum* auderet mittere talos, -suro (fusuro *Bücheler*) similis semper semperque petenti. dial. 9, 14, 7 (*antea*: -bat latrunculis) -sisse tu Canum illa tabula putas? (TERT. carn. 7 l. 63. Ps. CYPR. aleat. 8, 1 aleae [8, 2. 8, 3]. RVFIN. hist. 5, 18, 11 ad tabulam et ad tesseras [CAES. AREL. serm. 61, 3 p. 258, 10. 89, 4 p. 353, 21 ad tabulas]). IVV. 1, 90 alea quando hos animos *magis sumpsit*? neque enim loculis comitantibus itur ad casum tabulae, posita sed -itur arca. 14, 4. *al.* *in tabulis lusoriis, e. g.* CE 339 *v. vol. V 1, 1765, 27.* 340 semper in hanc tabula(m) hilare -amus amici. CIL VIII 17938 (Dessau 8626[f]) venari, lavari, -ere, ridere: (h)occ est vivere. INSCR. Année Epigr. 1949 n. 82 -ere nescis (INSCR. Dessau 8626[d]). Ⓘⓘ *accedunt structurae indicantes pignus, quod in medio ponitur, vel eum, qui pignus aut lucratur aut perdit* (*cf.* PLAVT. *et* IVV. 1, 90 *supra*): PERS. 3, 20 cui verba? quid istas succinis ambages? tibi -itur (*Casaubonus ad l.: 'ad te . . . aleae huius damnum spectat'; sc. in imag. pro 'tua res agitur'; cf. etiam proverbium p. 1778, 23; inepte* SCHOL. te illudis). PAVL. dig. 11, 5, 2, 1 senatus consultum vetuit in pecuniam -ere, praeterquam si quis certet hasta vel pilo iaciendo vel currendo *eqs.* 11, 5, 4 pr. quod in convivio vescendi causa ponitur, in eam rem familia -ere permittitur.

γ lusus pueriles: Ⓘ *usu communi*: PLAVT. Poen. 1074 *signum in manu* -enti puero quod memordit simia (HOR. epist. 1, 1, 59 pueri -entes 'rex eris', aiunt, 'si recte facies'. OV. rem. 23 sq. puer es, *Amor*, nec te quicquam nisi -ere oportet; -e! MANIL. 1, 738 -it curruque . . . luxuriat. SEN. epist. 24, 13 STAT. silv. 3, 4, 27. *al.; cf.* CIC. off. 1, 103 pueris non omnem -endi licentiam damus, sed eam, quae ab honestatis actionibus non sit aliena). VARRO Men. 279 *pusilli* expectant nundinas, ut magister dimittat -ssum (*supinum, quamquam pro subst. accepit* Non. p. 133, 17 sq.). CIC. fin. 5, 42 dant . . . se ad -endum *parvi*. CATVLL. 61, 133 (*ad novum maritum*) satis diu -sisti nucibus; lubet iam servire Talasio (PHAEDR. 3, 14, 1 MART. 14, 1, 12. SVET. Aug. 83 ocellatis n.que. *cf. p. 1780, 50*). 99, 1 surrupui tibi, dum -is, mellite Iuventi, suaviolum. VERG. Aen. 4, 329 (*loq. Dido*) si quis mihi parvolus aula -ret Aeneas (*alludit* IVV. 5, 139 nullus tibi parvolus aula -serit Aeneas nec filia). AETNA 595 sub truce . . . parvi -entes Colchide nati. HOR. epist. 2, 1, 99 *Graeci novis rebus delectabantur*, sub nutrice puella velut si -ret infans: quod cupide petiit, mature plena reliquit ([SCHOL.: lascivire]. OV. met. 9, 377 IVV. 14, 168 SVET. Cal. 25, 4. PANEG. 2, 25, 2 infantum sub ipso sectore -entium . . . securitatem. *al.*). TIB. 1, 5, 26 consuescet . . . in dominae -ere verna sinu (2, 1, 24 turba . . . vernarum . . . -et et ex virgis exstruet . . . casas). 2, 2, 22 -at . . . ante tuos turba novella pedes. VAL. MAX. 8, 8 ext. 1 *Socrates* interposita harundine cruribus suis cum parvulis filiolis -ens (*cf.* SEN. dial. 9, 17, 4 cum puerulis Socrates -ere non erubescebat). PHAEDR. 3, 8, 5 pueriliter -entes (*cf.* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 250 puerili ratione). *al.* *fere i. q. -endo infantiam degere*: IVV. 11, 160 hic *minister iuvenis* tibi vina dabit diffusa in montibus illis, a quibus ipse venit, quorum sub vertice -sit. Ⓘⓘ *pertinet ad motus infantium nondum natorum*: TERT. anim. 25, 3 respondete, matres, . . . an hi motus gaudia vestra sint et certa securitas, quod ita infantem et vivere confidatis et -ere.

δ ludi publici (*in comparatione* VITA Anton., *v. etiam p. 1772, 33. 1779, 84. 1780, 69. 1781, 29 sqq.; audacius dicuntur -ere animalia venationi adhibita* LIV.): POMPON. Atell. 17 (*ex Auctorato; dubitanter huc rettulimus*) metuo illum: iocari nescit, -it nimium insaniter. LIV. 44, 18, 8 ludis circensibus . . . sexaginta tres Africanas et quadraginta ursos et elephantos -sisse. CIL IV 4795 (*infra imaginem gladiatoris*) Iatacus cum Nicephoro lus(it) (*cf. inscriptiones, quas ad ludos quosdam iuvenales pertinere putat editor*, 8546 Cal(l)istus hic -sit cu(m) *et* 8596 Vrbanus h(i)c lus(it) VI Idus Decemrias, *sed rem amatoriam potius respici monet Solin in plagulis*). MART. epigr. 26, 1 -sit . . . Nereïdum chorus aequore toto et vario faciles ordine pinxit aquas *amphitheatri*. ARNOB. nat. 7, 33 p. 384, 18 M. si . . . ab hominibus otiosis multitudine spectante -atur? *ibid.* p. 386, 6 si ex comoediis, Atellanis, mimis ducunt . . . voluptates *di*, . . . quid cessatis, quin et ipsos dicatis deos -ere, lascivire, saltare *eqs.*? VITA Anton. 28 p. 43, 10 daemones . . . -ent velut in scena mutantes figuras. GENNAD. dogm. 72 qui . . . in scena -sisse dinoscitur. AVG. civ. 3, 18 p. 126, 30 D. quando renovati sunt *ludi sacri inferis*, . . . inferos etiam -ere delectabat. 6, 9 p. 263, 18 *quae fiebant Bacchanalibus*, certe non fierent in theatris; -unt quippe ibi, non furiunt. 6, 10 p. 270, 6 scaenicus . . . -endo potius delectaret quam fallendo deciperet.

ε res amatoriae (*hic illic pertinet et ad sermones amatorios; cum acumine quodam usurpatur ita, ut ab amore unius tantum puellae vel a matrimonio alienum esse videatur* OV. ars 2, 389 MART. 6, 45, 1; *-unt animantes eorumve membra, libellus* MART. 11, 15, 7. *pro euphemismo vix recte accipitur p. 1772, 65. v. etiam p. 1772, 11. 60. 1773, 69. 1780, 39; aliter p. 1777, 70*): CATVLL. 17, 17 *maritus* -ere hanc *puellam diligentissime adservandam* sinit, ut lubet. 61, 211 (*ad novos maritos*) -ite, ut lubet, et brevi liberos date. 68, 17 multa satis -si; non est dea *Venus* nescia nostri. 68, 156 domus, in qua ⟨nos⟩ -simus et domina. PVBLIL. A 30 anus cum -it, morti delicias facit. ELEG. in Maecen. 1, 71 te *Herculem curis positis* cum tenera multum -sisse puella. PROP. 2, 6, 4 in qua *Thaide meretrice* populus -sit Erichthonius (*sc. Atheniensis*). 2, 15, 21 necdum inclinatae prohibent te -ere mammae. OV. am. 1, 8, 43 -unt formosae; castast, quam nemo rogavit. epist. 16 (17), 155 (*Helena ad Paridem; 143* sum rudis ad Veneris furtum) -e, sed occulte; maior, non maxima, nobis est data libertas, quod Menelaus abest. ars 2, 389 nec mea vos uni damnat censura puellae . . .; -ite, sed furto celetur culpa modesto. 3, 62 dum licet . . ., -ite. SEN. contr. 1, 2, 22 novimus . . . istam maritorum abstinentiam, qui, etiamsi primam virginibus timidis remisere noctem, vicinis tamen locis -unt. 7, 5, 10 non est istud vulnus, sed -entis adulteri morsus. PETRON. 11, 2 (*1* osculis . . . exactis alligo artissimis complexibus puerum *eqs.*) Ascyltos . . . invenit me cum fratre -entem. 127, 10 mille osculis -simus quaerentes voluptatem robustam. 129, 4 (*loq. Circe*) languori tuo gratias ago; in umbra voluptatis diutius -si. CIL IV 1781. MART. 2, 60, 3 (*1* uxorem armati futuis . . . tribuni) dum -is, castrabere. 6, 45, 1 -sistis, satis est: lascivi, nubite, cunni; permissa est vobis nonnisi casta Venus. 9, 25, 8. 11, 15, 7 *hic totus libellus* -at cum pueris, amet puellas. 11, 104, 5. TERT. pudic. 6 p. 229, 23 habuerint pristina tempora omnis impudicitiae . . . potestatem; -serit ante Christum caro. *al.*

ζ artes fingendi, pingendi quasi -endo adhibitae: SEN. contr. 10, 5, 8 ne Parrhasii *pictoris* manus temere -at coloribus. MART. 14, 182, 2 (*de sigillo gibberi fictili*) ebrius haec fecit terris, puto, monstra Prometheus: Saturnalicio -sit et ipse luto. PAVL. NOL. carm. 27, 581 visum nobis opus utile totis Felicis domibus (*sc. ecclesiis*) pictura -ere sancta *eqs.* (*cf. epist. 32, 10 p. 286, 6* camera musivo inlusa).

2 *-itur loquendo, scribendo, cogitando* (*adhibetur tamquam verbum dicendi, ut pendeat oratio recta infra l. 49, obliqua p. 1776, 28*): **a** *respiciuntur ioci et varia non serio prolata* (*synon.* iocari *infra l. 54*): *α quaelibet*: PLAVT. Pseud. 24 quaerunt litterae hae sibi liberos: alia aliam scandit. :: -is iam ludo tuo? CIC. de orat. 2, 188 quae me -ens Crassus modo flagitabat (*part. praes. accedit ad verbum loquendi ut*: fin. 5, 31 minamur. PORPH. Hor. carm. 1, 12, 3 sq. velut -ens respondet *echo*. LACT. inst. 2, 7, 11 cum . . . iocabundus ac -ens interrogaret. *al.; cf.* TERT. patient. 14 p. 22, 7 cum Iob . . . erumpentes bestiolas *ex ulceribus* . . . in eosdem specus . . . carnis -endo revocaret). rep. 6, 4 (*fragmentum oratione obliqua servavit* Aug. civ. 22, 28) -sisse potius quam quod id verum esset . . . dicere voluisse *Platonem cum narraret revixisse quendam* (*cf. de figmentis haud seriis poetarum*: Tusc. 4, 70 poetas -ere sinamus, quorum fabulis in hoc flagitio versari ipsum videmus Iovem. ARNOB. nat. 5, 1 p. 247, 1 M. esto: ab -entibus poetis cuncta illa sint prodita . . . probra [*postea*: poetarum . . . lascivia]. *cf. p. 1777, 8. 1781, 74*). ac. 2, 98 sic -ere Carneades solebat: '. . .' (*sequitur oratio recta; cf.* GELL. *infra*). Tusc. 1, 96 (*antea*: 'propino' inquit *Socrates* 'hoc . . . Critiae') -sit vir egregius extremo spiritu. 3, 18 erit hoc (*sc. derivare vocabulum* 'nequitia') fortasse durius, sed temptemus; -sisse putemur, si nihil sit. nat. deor. 1, 113. 3, 3 *Epicurus* cum . . . deos nihil agere . . . confirmat . . ., -ere videtur. fam. 9, 25, 1 sed quid -imus? (*2* sed iocabimur alias). MART. 1, 41, 19 (*16* salibus tuis) -it qui stolida procacitate *eqs.* QVINT. inst. 9, 3, 61 (*affert Cic. epist. frg. XVII 1 W.* data Lupercalibus, quo die Antonius Caesari) non . . . opticuit: -sit, quia nihil aliud intellegi poterat quam hoc: 'diadema imposuit'. PLIN. epist. 1, 11, 2 -ere me putas? serio peto (*opp. ut*: 2, 20, 11 Aurelia -ere hominem putabat; ille s. instabat), 4, 25, 3 (*1* proximis comitiis in quibusdam tabellis multa iocularia atque etiam foeda dictu . . . inventa sunt) qui in tanta re . . . tam scurriliter -at, qui . . . in senatu dicax et urbanus et bellus est. 9, 22, 2 -it ut qui facetissime. FRONTO p. 66, 29 v. d. H. (p. 73 N.) pavore relevatis conceditur -ere aliquid (-quod *m. pr.*) atque ineptire. AVR. Fronto p. 74, 15 (p. 79 N.). GELL. 17, 12, 3 non hercle hac sententiola invenuste -sit: 'versus' inquit 'est . . . probatus' (*cf.* HIER. epist. 52, 8, 2 eleganter -sit 'docebo te' inquiens '. . .'). APVL. apol. 11, 6 haec . . . dissimulare et occultare peccantis, profiteri et promulgare -entis est (ARNOB. nat. 3, 23 p. 180, 20 M. -entis est dicere *eqs.*). TERT. idol. 19 p. 53, 19 *etiam Moyses miles erat*, si placet -ere. adv. Marc. 4, 12 p. 454, 6 ut aliquid -am cum mei domini veritate (eludam *codd.*; e. eum *Corssen*). ARNOB. nat. 6, 21 iocularibus etiam facetiis -ens. *per allusionem, comparationem* (*huc vergit etiam* QVINT. *supra*): SCHOL. Iuv. 6, 177 'atque eadem scrofa Niobe fecundior alba' -sit *poeta*: tam[quam] fecunda [tam]quam scrofa Troianorum alba, quae visa est Aeneae cum triginta fetibus (*Verg. Aen. 8, 82*). CLAVD. DON. Aen. 10, 705 p. 381, 9 *poeta* -it inter duorum (*Mimantos et Paridos*) nomina et nativitates ac parentes et mortes. MACR. Sat. 2, 6, 6 (*1* ut . . . a lascivis iocis ad honestos revertar) 'quid amplius' inquit *Laberius ad Clodium sibi iratum* 'mihi facturus es nisi ut Dyrrhachium eam et redeam?' -ens ad Ciceronis exilium.

β respicitur iocatio Fescennina sim. (*-unt tam homines iocantes quam eorum ioci, licentia; sublucet hic illic color ludificandi*): CATVLL. 61, 232 (*126 sq.* ne diu taceat procax F. iocatio) -simus satis. VERG. georg. 2, 386 Ausonii . . . coloni versibus incomptis -unt risuque soluto . . . et te,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Bacche, vocant per carmina laeta. HOR. epist. 2, 1, 148 (*145* F. . . . licentia) libertas ... recurrentis accepta per annos -sit amabiliter, donec iam saevus apertam in rabiem coepit verti iocus (PORPH.: licentia cantandi, libertas quae dicitur, ioculariter [iocularium *trad.*] -sit). SEN. Med. 107 concesso, iuvenes, -ite iurgio, hinc illinc ... mittite carmina. LVCAN. 2, 368 *his nuptiis* non soliti -sere sales nec more Sabino excepit tristis convicia festa maritus. CLAVD. 14, 33 sq. (*inter Fescennina de nuptiis Honorii Augusti*) passim cum ducibus -ite, milites, passim cum pueris -ite, virgines.

b *respiciuntur opera scribenda*: *α carmina levioris generis* (*fere per otium facta [distinguitur* laboriose PRIAP. 2, 1, *iuxta* laborare *infra l. 57; cf. imaginem p. 1770, 72], sc. imprimis amatoria et varia lyrica vel satirica [sed sub B1b v. exempla, ubi praevalet respectus ludificandi; versus Fescenninos v. supra]; opp. carmina epica saepius [sed transferri videtur ad epos l. 65], versus Alcaei in tyrannos facti* QVINT., *tractatio mystica* FVLG.; *ad rem cf. Wagenvoort, Studies, 1956, 30 sqq., ceterum v. etiam p. 1781, 84; pro subi. sunt etiam versus, Musa sim.; accedit dat. eius cui opus dedicatur* STAT.): CATVLL. 50, 2 otiosi multum -simus in meis tabellis, ut convenerat esse delicatos; scribens versiculos uterque nostrum (5) -bat numero modo hoc modo illoc reddens mutua per iocum atque vinum (OV. fast. 2, 6 -sit numeris prima iuventa *mea* suis). VERG. ecl. 6, 1 prima Syracosio dignata est -ere versu ... Thalea ([SERV.: imitari Theocritum ... et bucolica scribere]. MART. 11, 6, 3 *Saturnalibus* v. -ere non laborioso permittis, ... Roma. OPT. PORF. carm. 10, 10. versibus: PLIN. epist. 4, 27, 3 APVL. apol. 11, 1. *v. etiam p. 1774, 84. 1776, 78. cf.* GELL. 19, 11, 2 *versiculis* [MARCELL. med. praef. 7]). DIRAE 26 -imus; at (et *trad.*) multum nostris cantata libellis, optima silvarum, ... tondebis (tondemus *trad.*) virides umbras (lusibus *pars edd.; lect. trad. def. Fraenkel, Journ. Rom. Stud. 56, 1966, 146*). CVLEX 1 -simus ... gracili modulante Thalia atque ut araneoli tenuem formavimus orsum; (3) -simus; haec propter culicis sint carmina docta (*4* per ludum; *opp. 8 sq.* posterius graviore sono ... musa loquetur nostra). CIRIS 19 interdum -ere nobis et gracilem molli liceat pede claudere versum. PRIAP. 2, 1 -ens haec ego teste te, Priape, ... carmina ... scripsi non nimium laboriose. PROP. 2, 3, 20 *puella* Aeolio ... temptat carmina (*scribenda an recitanda?*) plectro, par Aganippeae -ere docta lyrae (*sunt qui* par *pro acc. accipiant*). OV. rem. 380 Elegeia cantet amores et levis arbitrio -at amica suo. trist. 3, 2, 5 -si vero sine crimine (*6* magis vita musa iocata mea est). 5, 1, 43 carmina laetitiae iam tibi plena dabo; nec tamen, ut -sit, rursus mea littera -et; sit semel illa ... luxuriata. PHAEDR. 4, 2, 2 levi, dum nil habemus maius, calamo -imus (*cf.* CALP. ecl. 4, 21 levibus ... cicutis). PERS. 6, 6 pollice honesto ... -sisse *sc. citharizantem.* LAVS Pis. 164 carmina ... nectere -enti (*abl.*) ... fluitantia versu. STAT. silv. 1, 5, 14 (*8 sq.* paulum arma ..., Thebae, ponite; ... volo lascivire sodali) discede, Laborque Curaque, dum ... canimus ... balnea dumque procax myrtis hederisque ... Clio mea -it Etrusco *sodali.* MART. 4, 23, 7 si ... Romanae sale -serit Minervae *epigrammaticus quidam.* 7, 8, 1 nunc hilares, si quando mihi, nunc -ite, Musae, *Domitiano redeunte.* 8, 3, 2 sex septemve libelli est nimium; quid adhuc -ere, Musa, iuvat? ([*13* an iuvat ad tragicos soccum transferre cothurnos?]. ANTH. 429, 2 [= 14] -ere, M., i.; Musa severa, vale). QVINT. inst. 10, 1, 63 Alcaeus in parte operis aureo plectro merito donatur, qua tyrannos insectatus multum etiam moribus confert ..., sed et -sit et in amores descendit. 10, 5, 15 ne carmine quidem -ere contrarium fuerit *oratori.* AVSON. 9, 8 p. 320 P. -at (plaudat *B, edd.*) permissis sobria musa iocis. 337 p. 156, 14 in quibus *Technopaegniis* ego, quod ad usum pertinet, -si, quod ad molestiam, laboravi. 350 p. 206, 5 centonem vocant *hoc opusculum*, qui primi hac concinnatione -serunt. 401, 4 p. 232 Musae, quid facimus? *τί ... αὖτως* -imus ...? FVLG. myth. 1 praef. p. 12, 13 (*loq. Calliope ad auctorem*) dum te misticae artes anhelum tractando reddiderint, tute tua Satyra -entem excipiet. CLAVD. carm. min. app. 2, 16 cur mihi lentis -is adhuc, Cirrhaee *Apollo*, modis? (*2, 20* mecum carmen luctare). CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 32, 7 iucundissimis Asclepiadeis -sit *Prudentius.* *per indignationem transfertur ad poetas carminum epicorum vel tragoediarum* (*vergit ad B3*): MART. 4, 49, 3 nescit ..., quid sint epigrammata ..., qui tantum lusus ista iocosque vocat; ille magis -it, qui scribit prandia ... Tereos *eqs.* *β opuscula prosa oratione concepta, sc. minus gravia, prolusiones a iuvenibus compositae sim.* (*opp. saepius opera maiora vel a scriptore maturo condita. sublucet notio sub B3 illustrata; cf. etiam p. 1782, 58*): CIC. parad. 3 illa ipsa, quae vix in gymnasiis et in otio Stoici probant (*sc. paradoxa*), -ens conieci in communes locos (*5* parvum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus; *opp.* maiorum vigiliarum munus). HIER. in Abd. praef. l. 32 condemnamus, in quibus (*sc. opusculo meo*) pueri -simus? ([*cf. l. 56* et illud *opus* fuisse puerilis ingenii et hoc maturae senectutis]. *praepos.* in *indicatur ipsum opus ut*: epist. 52, 1, 2 in illo opere [*sc.* exhortatoria epistula] pro aetate tunc -simus et ... quaedam scolastico flore depinximus. hom. Orig. in Luc. praef. p. 2, 2 fateor ... in his Origenem tractatibus quasi puerum talis -ere; alia sunt virilia eius et senectutis seria). 20 l. 780 in hoc propheta *Abdia* et adulescentuli -simus et senes praesumpsimus (*praepos.* in *indicatur argumentum operis ut*: adv. Iovin. 1, 13 p. 230^{C} Tertullianus, cum adhuc esset adulescens, -sit in hac materia [*respici videntur libelli perditi, de quibus v. Hier. epist. 22, 22, 3*]). SVLP. SEV. epist. 3, 2

si quid ad amicum familiariter scripsi, si quid forte, dum -imus, quod velim tamen occultum esse, dictavi, omnia ad te ... perveniunt, *ut divulgentur.*

c *respicitur ornatus orationis, stilus* (*cf. etiam* HIER. epist. *sub b β. saepe cum contemptu dictum, ut vergat ad B3. -it* compositio QVINT. inst. 9, 4, 28, lingua ENNOD.): CIC. de orat. 2, 269 urbana ... dissimulatio est ..., cum toto genere orationis severe -as, cum aliter sentias ac loquare. orat. 82 'gemmare vites', 'sitire agros' ..., nihil horum parum audacter, sed ... docendi causa sumptum, non -endi, videtur. QVINT. inst. 6, 3, 68 metaphora (et abora *sim. trad.*) quoque Cicero -sit, cum *eqs.* 9, 3, 70 *inter lusus verborum vituperandos affert exemplum* apud Ovidium -entem 'cur ego non dicam, Furia, te furiam' (*carm. frg. 4*). 9, 4, 28 (*ad Maecenatis fragmentum*) quod ... pessimum est, quia in re tristi -it compositio (*antea*: exultent atque lasciviant). GELL. 19, 7, 16 quae multiplica -ens conposuit *Laevius*, quale illud est, quod vituperones suos 'subductisupercilicarptores' appellavit. ARNOB. nat. 5, 38 potest ... proscriptio *Sullana*, quemadmodum Tullius -it (*S. Rosc. 89*), pugna dici ... Cannensis. HIER. hom. Orig. in Luc. praef. p. 1, 6 quorundam ... commentarios vos legisse dixistis, e quibus alter et sensibus hebes esset et verbis, alter in verbis -ret, in sententiis dormitaret. in Os. 2, 17 l. 429 oratoriis ... declamatiunculis -ere et in narrationibus ... Asiatico more cantare (adv. Pelag. 3, 5 p. 574^{A} puerilibus d.). adv. Pelag. 3, 3 p. 572^{A} dialectica me arte concludis et non Christiana loqueris simplicitate ... :: egone verborum strophis -o *eqs.*? 3, 17 p. 587^{A} noli ergo mihi oratorum et non tuis floribus -ere ..., sed simpliciter dic mihi, quid sentias. adv. Rufin. 3, 21 p. 473^{A} (*antea*: haec sunt tuorum ornamenta verborum) homo eloquentissimus arte -is rhetorica ...; haec est tua tota simplicitas. MART. CAP. 2, 122 (*vers.*) *Philologia*, quid fandi ambiguis conterat ordinem, sollers docticanis -ere censibus (sens- *var. l.*). ENNOD. dict. 9, 14 p. 454, 7 fucatis verborum imaginibus -it *lingua.*

B *vi aucta vel deflexa*: **1** *accedente respectu ludibrii -itur ludificandi, irridendi, fallendi causa* (*cf. etiam A2aβ et usum transitivum sub II A1, quocum variat l. 54. p. 1779, 1. 23. v. etiam p. 1770, 81*): **a** *in univ.* (*sc. confusis coloribus, quos sub b et c distinximus*): *α -unt homines nec non dii hominum more agentes*: PLAVT. Mil. 1066 (*991* iam est ... circus, ubi sunt ludi faciundi mihi) eu ecastor hominem periurum. :: ut -o? :: quid ego? ut sublecto? :: scite. 1073 ut -o? :: nequeo ... risu meo moderarier. Persa 635 tactus lenost, qui rogarat, ubi nata esset, diceret *virgo*; lepide -sit. CIC. Flacc. 76 *p. 1779, 1.* HOR. epist. 1, 17, 61 nec semel inrisus triviis adtollere curat fracto crure planum, licet ... *ille* per sanctum iuratus dicat Osirim: 'credite, non -o; ... tollite claudum'. SIL. 7, 423 Nereia turba ... refluunt *ad Protea* ...; is postquam ... per varias -sit formas et terruit ... 'dicite' ait *eqs.* STAT. silv. 4, 9, 5 (*1 sq.* est sane iocus iste, quod libellum *vilem* misisti mihi ... pro libello *pretioso*) si -ere ... perseveras, non -is. MART. 8, 64, 16 (*1 sqq.* ut poscas ... munus ..., uno nasceris octiens in anno *eqs.*) quod si -is adhuc semelque nasci uno iam tibi non sat est in anno *eqs.* 14, 105, 2 frigida non deerit, non deerit calda petenti; sed tu morosa -ere parce siti (*sc. ministratoribus molestiam inferens?*). TERT. adv. Prax. 12 p. 245, 14 in sequentibus '...' (*affertur gen. 3, 22*) fallit aut -it *deus*, ut (*consec.*), cum unus et solus et singularis esset, numerose loqueretur. QVEROL. p. 55, 14 R. -sisti satis (solvisti *trad.*; nos *additur non necessario*). BOETH. cons. 3, 12, 36 W. (30 -isne, inquam, me ...?) tum illa: minime, inquit, -imus *eqs. al.* *β -it fortuna, casus sim.* (deus AVG.) *rebus humanis vel naturalibus*: OV. Pont. 4, 3, 49 -it in humanis divina potentia rebus, et certam praesens vix habet hora fidem. SEN. contr. exc. 5, 1, 1 -it de suis fortuna muneribus, et quae dedit, aufert, quae abstulit, reddit (STAT. Theb. 12, 35 saepe ... hostiles — -sit f. parumper — decepti flevere viros. ANTH. 415, 65 incerto -it casu f. per orbem; spes semper constat. BOETH. cons. 2 carm. 1, 7. *v. etiam p. 1779, 14. 61 sqq. 1780, 65. 67*). SEN. dial. 6, 26, 6 nihil, quo stat loco, stabit, omnia sternet ... vetustas nec hominibus solum ..., sed locis, sed regionibus, sed mundi partibus -et. HEGES. 5, 30, 1 p. 369, 4 o varia et incerta velut quaedam bellorum alea, quae sicut iactu quodam ita casu potius quam virtute plerumque inopinatis -it eventibus. AVG. civ. 18, 23 p. 287, 29 D. deum ... -entem mortalium mentibus (*vertit carm. gr. Sibyllae apud Lact. inst. 4, 18, 20*). ENNOD. epist. 4, 7, 5 p. 103, 6 -it de illis casus, quibus oblivionem suorum indicet, quos ad celsa perducit.

b *praevalet color irrisionis, cavillationis, irreverentiae* (*v. quae ad a monuimus. adhibetur tamquam verbum dicendi, ut pendeat oratio recta l. 75 sqq., obl. p. 1777, 1 sqq.*): *α usu communi* (*saepius de poetis satiricis vel eorum libris*): CIC. de orat. 3, 171 in quo (*cf. p. 1777, 14*), *sc. quod cura collocandorum verborum adhibeatur maxima*, lepide ... -sit ... Lucilius: '...' (*sequitur oratio recta ut*: HIER. epist. 10, 2, 1 ut ... quivis Horatiano de nobis possit sale -ere [*affertur ars 147*]. adv. Iovin. 2, 12 p. 302^{A} [*antea*: irridet Horatius] cum ... in morsum voluptuosorum hominum se crassum ... describeret, -sit his versibus [*affertur epist. 1, 4, 15 sq.*]). *ibid.* in me quidem -sit ille *Lucilius* (ASCON. Scaur. p. 27, 8 urbane Cicero -sit in ⟨C.⟩ Claudium. PERS. 1, 127 in crepidas Graiorum. PLIN. nat. 14, 12 *v. infra.* TERT. apol. 14, 8 Diogenes nescio quid in Herculem -it. CLAVD. 18, 230 in miseras leges hominumque negotia). ad Q. fr. 2, 10, 5 (*antea*: iocum ... illius *Caesaris* de sua egestate) -si ... in eo genere et familiariter et cum dignitate. 2, 13, 3 in senatu -sit

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Appium . . . propterea isse ad Caesarem, ut *eqs.* (*sequitur acc. c. inf. ut*: PLIN. nat. 14, 12 Cineam facete -sisse in austeriorem gustum vini *eqs.*). PERS. 1, 117 omne vafer vitium ridenti *Horatius* Flaccus amico tangit et admissus circum praecordia -it. PLIN. nat. 21, 12 *Cleopatra* fertur pavore eius *Antonii* (*gen. subi.*) -sisse extremis coronae floribus veneno inlitis ipsaque capiti inposita. MART. 1 praef. cum salva infimarum quoque personarum reverentia -ant *libelli mei.* 3, 99, 3 permitte sales; cur -ere nobis non liceat? TERT. nat. 1, 10, 37 *Homerus casibus et passionibus humanis deos imbuens* de eis -sit (apol. 29, 4 de officio salutis ipsorum *imperatorum.* pudic. 10 p. 239, 31 Iudaei de patientia *dei* -unt. *al.* HIER. epist. 10, 2, 1 *v. supra.* RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 21, 16 -unt de illis, de quibus -i non licet [*gr. Isid. epist. 5, 276 Migne gr. 78, 1497*^{B} *τοῖς παίζουσιν ἐν οὐ παικτοῖς*]. p. 75, 3. *v. etiam sub β*). ITALA Is. 57, 4 (Hier. *ad l.*) filii iniqui . . ., in quo -sistis? ([*gr. ἐν τίνι ἐνετρυφήσατε*, VVLG. super quem]. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 377, 10 *v. vol. VIII 370, 48 sqq.* MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 407/8 *p. 1779, 24. addas p. 1776, 73. aliter p. 1776, 84*). Hab. 1,10 (Hier. epist. 51, 6, 3 [*Epiphan.*]) super omnem munitionem -et ([*gr. ἐμπαίξεται, Vulg.* ridebit]. *v. etiam l. 14*). Marc. 15, 31 (cod. l = VVLG.) -entes ad alterutrum dicebant ([*gr. ἐμπαίζοντες, cod. d al.* inridentes, *Vulg. var. l.* inludentes]. *part. praes. pendet de verbo loquendi ut*: IVVENC. 4, 572 quem *Christum* -ens procerum sententia damnat). *al.* *β forma* sibi -ere (*dat. commodi praeter* QVINT., *de quo non satis constat*): QVINT. inst. 6, 3, 16 quae *dicta* (*sc. convicia certis festae licentiae diebus iactata*) nunc iuvenum vel sibi -entium exercitatio est (*sensum obscurum esse fatentur et Spalding et Winterbottom*). PRVD. perist. 5, 104 iam faxo, ius praetorium conviciator sentiat, inpune ne nostris sibi dis destruendis -serit. PS. AVG. alterc. p. 1134 mulier, quae de circumcisionis salute sibi turpiter -sit. cons. mort. 2, 4 *Maccabaei* quomodo sibi de ista morte -serunt.

c *praevalet color fraudis, frustrationis* (*v. quae ad a monuimus; cf. imaginem p. 1771, 52. quo frustratio pertineat, indicatur per abl.* TERT.): TERT. anim. 58, 3 quid amplius vis esse post: mortem confusa spe et incerta expectatione -entem an vitae recensum *eqs.*? (*sic distinxit Waszink*; confusam spem *coniec. alii*, post mortem *coniungentes*). ARNOB. nat. 4, 12 p. 214, 18 M. ut alter *deus* pro altero subeat fallens, -ens, decipiens atque invocati speciem praestans. 5, 29 p. 287, 14 *Iuppiter* in filiam qua -serit arte ([*respicitur* 5, 21 *p. 1780, 19*]. *aliena forma indutus amatam fallit ut*: 5, 44 p. 303, 21 formarum varietatibus -ens. FIRM. err. 12, 2 in cygno fallit, in tauro rapit, -it in satyro). HIL. c. Aux. 10 -sit . . . verbis, quibus possit fallere et electos. HIER. hom. Orig. in Ezech. 5, 5 p. 377, 21 nos ipsi in nos -imus, et decepti pariter et decipientes *eqs.* ENNOD. carm. 2, 55, 1 (*de viro molli*) -it in ancipiti constans fallacia sexu.

2 *transfertur ad actionem non difficilem* (*praeter* DRAC. *loci non carent ambiguitate*): TER. Phorm. 347 prima coitiost acerrima; si eam sustinueris, postilla iam, ut lubet, -as licet (*an ad 1? cf.* EVGRAPH.: sola tibi coepta et ingressus est arduus, cetera pro voluntate, ut lubebit, inludes [*rec. α addit*: nam revera in primo coitu est maximus labor et difficultas *eqs.*]. *aliter* DON.: in officio militari omne negotium vel pugna vel ludus est). OV. trist. 2, 330 (*in imag.*) non ideo debet pelago se credere, si qua audet in exiguo -ere cumba lacu (*nisi ad p. 1771, 46 trahere malis locum ut etiam hos similes*: SEN. Thy. 592 alta, quae navis timuit secare, . . . strata *post tempestatem* -enti patuere cumbae. epist. 4, 7 momento mare evertitur; eodem die, ubi -serunt navigia, sorbentur). *inf.* -sisse *loco nominis praedicativi*: DRAC. Romul. 9, 75 *Tydides* impressit vulnera Marti; nam . . . -sisse fuit plagare Cytheren.

3 *transfertur ad actionem minoris momenti, futtilem, indignam* (*cf. p. 1781, 24 nec non imaginem p. 1019, 75. huc vergunt p. 1775, 67 et quaedam sub A 2 b β et A 2 c allata*): **a** *-unt homines vel eorum animi, linguae*: CIC. leg. agr. 2, 28 (*antea*: praetori imperat *Rullus ut legem curiatam ferat*; quam id ipsum absurde, nihil ad me attinet) ut . . . -sisse in tantis rebus . . . videatur (SEN. epist. 48, 5 pudet me: in re tam seria senes -imus [*respiciuntur subtilitates dialecticae, cf. 7* o pueriles ineptias]. ARNOB. nat. 3, 24 -imus et lascivimus tanta in re homines et, qui sit deus, obliti . . . *sordida* divis tutelaribus adrogamus. *cf.* PANEG. 4, 9, 1 in tantis malis. CLAVD. DON. Aen. 4, 330 p. 402, 25 *crimina* fortiora primitus excludamus, ne -entes in levibus aspera metuere videamur). CAEL. Cic. fam. 8, 5, 2 (*antea*: propter Galliarum controversiam) sic multum ac diu -etur atque ita diu, ut plus biennium in his tricis moretur. Ov. rem. 433 -itis (*sc. non vere amatis*), o si quos potuerunt ista *parva impedimenta* movere. LIV. 41, 20, 4 *viris honoratis Antiochum* puerilia . . . munera dare, alios nihil exspectantes ditare; nescire, quid sibi vellet, quibusdam videri; quidam -ere eum simpliciter, quidam . . . insanire censebant (*sec. Polyb. 26, 1, 7 ex Athenaeo ἀφελῆ τινα αὐτὸν εἶναι. an ad A?*). SEN. epist. 111, 4 -it istis *cavillationibus* (*sc. σοφίσμασι*) animus, non proficit, et philosophiam a fastigio suo deducit in planum. PETRON. 4, 4 nunc pueri in scholis -unt, . . . et quod . . . turpius est, *eqs.* (*opp. 4, 1* severa lege proficere). TERT. pudic. 1 p. 221, 22 *psychici* utrobique de sollicitudine et neglegentia -unt praecavendo vanissime, quibus parcunt, et parcendo ineptissime, quibus praecavent. ARNOB. nat. 3, 30 si aer illa *Iuno* est, quemadmodum vos -ere ac dictitare consuestis Graeci nominis praeposteritate repetita. 7, 20 quae ratio est, ut atrae his *inferis* hostiae . . . admoveantur? . . . non videtis, ut vobiscum et nos stolide similiterque -amus, albas esse hostiarum carnes? HIER. hom. Orig. in

Ier. 11 p. 674^{A} oportet nosse differentias conciliorum, solliciti atque -entis: . . . si autem dereliquerit studium religionis et vacaverit lusibus mundi istius . . ., fit concilium -entium *eqs.* (*ad* Ier. 15, 17 *p. 1782, 81 ut*: in Ier. 3, 58, 5 [*antea confert psalm. 25, 4* concilio vanitatis] sedere in concilio -entium et eorum, qui futura non cogitant). **b** *-unt res*: PROP. 2, 33, 23 non audis et verba sinis mea -ere (*sc. nec aliquid proficere; coll. usu p. 1771, 44 sqq. illustrato verba ventis credita intellegunt Shackleton Bailey et Enk 1962 ad l.*; me[a] *Heinsius, ut ad p. 1779, 53 spectet*). ARNOB. nat. 7, 3 quicquid . . . geritur, debet habere causam sui neque ita esse ab ratione seiunctum, ut . . . in vacuis -at inanitatis erroribus.

4 *transfertur ad actionem temerariam, periculi improvidam* (*accedere potest respectus perdendi, dissipandi, cf. p. 1780, 49*): **a** *vario usu*: SEN. dial. 7, 26, 3 vos *stultos* opes, tamquam periculum omne transcenderint . . ., obstupefaciunt; otiosi divitiis -itis nec providetis illarum periculum. 10, 8, 1 re omnium pretiosissima, *sc. tempore*, -itur (2 nemo aestimat tempus; utuntur illo laxius quasi gratuito). 10, 18, 5 dum ille *C. Caesar* pontes navibus iungit et viribus imperi -it, aderat . . . alimentorum egestas. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 24, 8 G. (= PS. AVG. serm. 154, 10) de morte sua -it, qui hoc cogitat: potest mihi extremi temporis indulgentia subvenire (ALC. AVIT. carm. 2, 216 *Eva mălum* naribus . . . labiisque patentibus . . . iungit et ignorans -it de m. futura). SCHOL. Ter. Bemb. Andr. 822 'inlusi vitam filiae': in perniciem filiae incidi vel -si (*v. vol. VII 1, 389, 1 sq.*). **b** *in proverbio* '(de) suo *vel* alieno corio -ere' *i. q. secure agere suo vel alieno periculo* (*v. Otto, Sprichw. n. 432; iocose inflectunt proverbium* MART., TERT.): MART. 3, 16, 4 sq. (*ad sutorem gladiatores dantem*) ebrius es, neque enim faceres hoc sobrius umquam, ut velles c. -ere, cerdo, tuo; -sisti c., sed te . . . memento nunc in pellicula, cerdo, tenere tua (*respicitur simul pecunia per corium parta*). APVL. met. 7, 11, 6 (*asinus ad puellam*) quid, si . . . latrones ceteri persenserint? non rursum recurres ad asinum et rursum exitium mihi parabis? re vera -is de alieno c. *transfertur ad chamaeleontem colores mutantem*: TERT. pall. 3, 3 *p. 1771, 40.*

appendix stilistica ad I: -endi genus vel instrumentum indicatur: **a** *per abl. passim inde a* NAEV. com. 75 pila. **b** *per praepos.*: ad (*cf. etiam p. 1774, 80*): VOPISC. quatt. tyr. 13, 2 ad latrunculos. DON. Ter. Andr. 955 *poeta* -sit ad amphiboliam. RVFIN. hist. 5, 18, 11 ad tabulam et ad tesseras ([*gr. τάβλαις καὶ κύβοις*]. CAES. AREL. serm. 61, 3 p. 258, 10. 89, 4 p. 353, 21 IVDICIVM Pictav. Greg. Tur. Franc. 10, 16 p. 505, 15). AVG. serm. 62, 12, 18 ad lutum. HIST. Apoll. rec. A 13 *rex* dum ⟨cum⟩ suis ad ludum -ret (*excidisse videtur aut* pilae, *cf. rec. B* [*sim. C*] dum cum suis pilae lusum exerceret, *aut* sphaerae, *cf. epit., quam adfert Riese ibid. p. XIII adn. 3*, ludum spere). LVX. anth. 323, 1 -is nec superas . . . ad aleam. cum (*indicatur collusor inde a* POMPON. Atell. 1; *ambiguum* CATVLL. 2, 2. 9 *p. 1770, 45 sq.*): MVTIAN. Chrysost. hom. 16 p. 345/6 cum gladiis pilarum more -ere (*gr. 163 p. 127 σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι*). de (*cum respectu ludificandi v. p. 1777, 9 sqq.*): SEN. contr. exc. 5, 1, 1 -it de suis fortuna muneribus. APVL. met. 7, 11, 6 de alieno corio (TERT. pall. 3, 3). TERT. cult. fem. 1, 9 l. 23 *manus* per singulos digitos de saccis singulis *pecuniae* (*sc. anulis pretiosis*) -it. adv. Hermog. 11, 3 de serpentibus (HIER. c. Lucif. 7 p. 162^{B} AVG. epist. 153, 17). HIER. interpr. Iob 40, 29 de eo *dracone* sicut de ave. *al.* in *cum abl.*: LVCIL. 359 in qua *pila*. CIC. de orat. 3, 171 *p. 1776, 73.* PROP. 2, 6, 4 in qua *meretrice*. OV. met. 2, 246 -it Maeandrus in undis (8, 163). Pont. 4, 3, 49 -it in humanis divina potentia rebus. LVCAN. 10, 455 fixo . . . in hospite. ITALA Bar. 3, 17 (Rem. *al. et var. l. Vulg.*) in avibus. *al.* in *cum acc.* (*cum respectu illudendi p. 1776, 79 sqq. et 1777, 37. 41*): MANIL. 4, 668 *Libya* portentosos cercopum -it in ortus. CE 340 in hanc tabula(m). per: SEN. epist. 18,7 *p. 1770, 83.* SIL. 7, 423 *p. 1776, 44.* PANEG. 4, 16, 6 ut Herculem ferunt . . . duos angues manu elisisse . . ., sic tu, imperator, in ipsis imperii tui cunabulis . . . per saevissimorum regum famosa supplicia -bas. super *cum acc.: v. p. 1777, 17.*

II *transitive* (*reflexive p. 1780, 36, mediopassive p. 1780, 27 et fortasse p. 1780, 35. pro obi. est enuntiatum relativum p. 1782, 9. 26. 27, exempla obiecto carentia v. sub I; variat in contextu cum usu intrans. l. 83. p. 1779, 24*): **A** *cum obi. exteriore*: **1** *cum respectu ludibrii i. q. ludibrio habere, ludificare*: **a** *in univ.* (*sc. sive praevalente colore irrisionis [maxime sub β] sive admixto colore fraudis, qui plene elucet sub c*): *α -untur animantia* (mortalitas *pro* mortales AMM.): PLAVT. Asin. 730 nec quid dicatis scire nec me cur -atis possum. :: satis iam delusum censeo; nunc rem, ut est, eloquamur. Bacch. 642 erum . . . ut ego . . . -si lepide, ut ludificatust; callidum senem callidis dolis compuli . . ., mi omnia ut crederet. Capt. 877 abi in malam rem, -is me (Mil. 324 *p. 1770, 34.* Most. 1080 abi, -is me . . .; iocaris tu nunc ⟨is⟩tu⟨c⟩). Cas. 685 -o ego hunc facete; nam . . . omnia huic falsa dixi. 688 Cist. 367. Curc. 326 vide, ne me -as. :: . . . haud mentior. Men. 824 profecto -it te hic; non tu tenes? :: iam . . . satis iocatu's. Trin. 896 -am hominem probe. CAECIL. com. 244 ut me hodie ante omnes comicos stultos senes versaris atque ut -sseris (iusseris *trad., corr. Langen et Bücheler*; elusseris, emunxeris *alii*) lautissime. TER. Andr. 787. Haut. 824 (SCHOL.: deludis, decipis). Eun. 269 nebulonem hunc certumst -ere (SCHOL. Ter. Bemb.: inridere). Ad. 639 aliquantisper. 697. AFRAN. com. 49 diutius. CIC. Flacc. 76 (*75* Pergameni te deriserunt) tu -i te non intellegebas, cum tibi haec verba recitabant: 'clarissimum virum . . .'?

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mihi crede, -bant. fin. 2, 2 sophistas ... -sos videmus a Socrate; is enim ... interrogando elicere solebat eorum opiniones *eqs.* nat. deor. 1, 123 'liber est Epicuri de sanctitate'. -imur ab homine non tam faceto quam ad scribendi licentiam libero *eqs.* Att. 15, 22 quousque -emur? ad Q. fr. 2, 10, 2 eum ... -si iocose satis ..., togam sum eius praetextam ... magno hominum risu cavillatus. HOR. sat. 2, 5, 58 num furis an prudens -is me obscura canendo? OV. am. 3, 3, 20 mecum -sos ridet inulta deos *puella.* 3, 7, 77 (*ad amatorem vigore defectum*) quid me -is? PHAEDR. app. 21, 10 se -sum intellegens. LVCAN. 4, 725 aspidas ut Pharias cauda sollertior hostis *ichneumon* -it. SVET. Aug. 86, 2 -ens malum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius *M. Antonii.* ARGVM. Plaut. Mil. 1, 9 custos hos *amantes* videt ..., ridiculis (ridicule is *Seyffert*) ..., quasi sit alia *puella,* -itur. Persa 5 ita intricatum -it ... Dordalum. AMM. 14, 11, 29 versabiles eius *fortunae* motus ..., qui -unt mortalitatem nunc evehentes quosdam in sidera, nunc ad Cocyti profunda mergentes. *al.* β *-untur res*: CIC. de orat. 1, 50 oratio *ornata,* si res non subest ab oratore percepta et cognita, aut nulla sit necesse est aut omnium irrisione -atur. 2, 238 ea facillime -untur, quae neque odio magno nec misericordia maxima digna sunt (*postea*: materies ... ridiculorum. *antea*: ridetur; vulnerari; inludi). fam. 7, 5, 3 illo vetere verbo meo, quod ... iure -sisti. TIB. 1, 2, 91 (*89* rides mala nostra) qui iuvenum miseros -sisset amores. CLAVD. 26, 567 *hostis Geticus* foedera fallax -it et alternae periuria venditat aulae. MVTIAN. Chrysost. hom. 27 p. 407/8 -is in rebus non -endis (laudaris ... laudandis *trad., corr. Wilhelmsson, Stud. 72, coll. gr. 253 p. 191 παίζεις ἐν οὐ παικτοῖς πράγμασι. cf. p. 1777, 11 sq.*).

b *praevalente colore frustrationis i. q. frustrari, ad irritum redigere*: α *-untur res*: ① *actiones ipsius -entis, sc. non proficientis, inconsiderate agentis, -endo operam perdentis*: PLAVT. Capt. 344 nihil est ignotum ad illum mittere: operam -seris (*al. v. vol. IX 2, 666, 46 sqq., addas*: AMBR. hex. 6, 2, 8. 6, 3, 13 spir. 1, 9, 102). ② *actiones, studia sim. alterius, quae cum qualibet ratione tum morando, delitescendo, fugiendo irrita fiunt* (*-itur vel ipsum studium, conatus sim. vel res, cuius impetus ad irritum redigitur. accedit* irritus SEN.): SEN. Ag. 17 irritus redeunte totiens -itur saxo labor *Sisyphi.* VAL. FL. 3, 555 hoc pueri spes -sa (pueris perfusa *vel* pueri spes fusa *trad.*) modo est. 5, 110 Sinope ... blandos ... Iovis quae -serat ignes ...: deceptus amatae fraude deae nec solus Halys nec solus Apollo. SER. SAMM. 810 ut nullus medicinam -serit (cl(a)userit, duxerit *var. ll.*) error. AMM. 27, 12, 11 delitescentes regis multiformes -sere conatus. AMBR. in psalm. 36, 9, 2 nisi vulnus ille *David* (*I reg. 18, 11*) sinuati corporis inflexione -sisset (*cf. Ov. met. 12, 104* elusa ... vulnera sentit *taurus*). HEGES. 1, 22,2 (*antea: Aristobolus* interemtus infectum negotium reliquit) ita -sae sunt dispositiones Caesaris (*Ios. bell. Iud. 1, 184 φθάνει δ' ὁ φθόνος ... τὰς Καίσαρος ἐλπίδας*). 1, 40, 8 ut effugio poenae -rentur. 4, 1, 2 per septem menses obsidionem -serant. PRVD. c. Symm. 1, 655 (*in imag.*) lateris sinuamine flexi -ere ..., iactu pereunte sagittas. COD. Theod. 2, 27, 1, 7 si ... longa debitoris absentia ... novatio iusta -atur. 3, 5, 4 nubtias maturando vota sua diutius -i non passa est (ARATOR act. 1, 247 votum spes -sit avarum *mendicantis* cumque negat *Petrus* meliora parat). ENNOD. dict. 27, 2 p. 504, 14 *Hercules angues necans* venena -sit in cunis. MAXIM. eleg. 4, 46 fallax studium -it imago *somnii* suum (*sc. dormientis et amatam adesse gestientis*).

β *-untur animantia eorumque coetus vel membra* (*sc. ita ut eorum vota, studia, conatus sim. ad irritum redigantur. quo frustratio pertineat, indicatur fere per abl.; per* in *cum abl.* Ov. epist. 16 [17], 196): LVCR. 4, 1101 ut bibere in somnis sitiens cum quaerit et umor non datur ..., sic in amore Venus simulacris -it amantis nec satiare queunt spectando corpora coram *eqs.* VERG. ecl. 6, 19 senex spe carminis ambo -serat (Aen. 1, 352 multa malus simulans vana spe -sit amantem [SERV.: decepit]. CLAVD. 28, 367 Africa venturi -sit spe principis urbem. *cf. supra l. 35. 49*). Aen. 11, 427 multos alterna revisens -sit et in solido rursus fortuna locavit ([SERV.: decepit]. PRVD. psych. 525 [*queritur Avaritia se vinci*] cassos -it f. lacertos. *cf.* CE 1422, 5 more suo -ens homines fors). TIB. 1, 8, 71 Marathus quondam miseros -bat amantes ...; nunc omnes odit fastus *eqs.* (*spectat ad aspernandos vel differendos amatores ut*: PRIAP. 50, 2 me puella -it et nec dat mihi nec negat daturam. Ov. met. 3, 403 [*393* spreta] -serat hic *Narcissus* nymphas. NEMES. ecl. 4, 7. COMM. instr. 1, 11, 7. *cf. et l. 71*). Ov. epist. 16 (17), 196 *Hypsipyle et Ariadne* in non exhibitis utraque -sa toris. met. 7, 770 *fera canes* sequentes effugit et coetum (cetum *trad.*; celeri *Haupt, alii alia coni.*) non segnior alite -it. fast. 3, 685 *Anna* deum *Martem* promisso -it inani et ... dubia spem trahit usque mora (*de eadem* 3, 693 -is *Minervae* amatorem *Martem*). VITR. 2 praef. 1 Dinocrates ab his *aulicis morantibus* se existimans -i. SEN. Med. 748 urnis quas foratis inritus -it labor, Danaides. Phaedr. 1232 me -at amnis ora vicina alluens *ut Tantalum.* epist. 70, 3 alium *nautam* ... venti segnes -unt ac detinent ..., alium pertinax flatus celerrime perfert. PETRON. 123 vers. 193 *glacies* vestigia -sit decepitque pedes. 132, 8 vers. 8 nec iam poteram *mentulam abscidere* ..., namque illa ... confugerat in viscera; ... furciferae ... timore -sus ad verba ... fugi. SIL. 7, 15 *Cunctator* lento Poenum moderamine -sit. AMM. 26, 8, 3 hostem ... frustra sequentem. 30, 1, 16 (*12* evanuit cogitatum hoc casu) cum -si iam revertissent. *al.* *huc pertinere videntur*: CIL IV 9008 omnes -sero; sum Max(imus). CE 465 A, 7 (*saec. II ex.*) saepe feras -si *ludis circensibus.*

c *praevalente colore fraudis* (*v. quae ad a monuimus. fere cum abl. instr.*): TER. Eun. 386 an id flagitiumst, si ... eas *meretrices* itidem fallam, ut ab illis fallimur? an potius haec patri aequomst fieri, ut a me -atur dolis? (PRVD. perist. 10, 181 *deae ut Europa, Leda* saepe -untur d., amasionum conprimuntur fraudibus). CIC. fin. 4, 75 ambiguo -imur (*cf.* ARNOB. nat. 5, 1 p. 247, 12 M. verborum ambiguitatibus [*p. 249, 5* decepisti me]). VERG. Aen. 1, 408 quid natum ... falsis -is imaginibus? (ENNOD. carm. 2, 102, 2 se ... falsis -sit i. opusc. 3, 29 p. 338, 5 i. somniorum. *cf.* HOR. carm. 3, 27, 40 *me* -it imago vana, quae ... somnium ducit [CLAVD. 27, 21. *v. etiam p. 1779, 51*]. Ov. epist. 16[17], 47 *Ledae* falsa sub imagine -sae). 7, 442 te ... veri ... effeta senectus ... falsa vatem formidine -it (7, 453. 10, 632). HOR. carm. 3, 4, 5 auditis *Calliopam*? an me -it ... insania? audire ... videor ([SCHOL.: decipior]. SEDVL. op. pasch. 1, 21 quae tanta mentes -it i.? [carm. pasch. 1, 245 dementia]). TIB. 1, 6, 9 *Deliam* ipse ... docui, quo posset -ere pacto custodes. Ov. am. 1, 3, 22 quam *Ledam* fluminea -sit adulter ave (*item Iuppiter sive Apollo aliena forma indutus amatam fallit*: 1, 10, 4 in falsa ... ave. met. 6, 113 [*103* elusam]. 6, 124. ARNOB. nat. 5, 21 p. 275, 19 M. *Proserpinam filiam* sub obtentu fero mollissimis ... amplexibus. FVLG. myth. 1 praef. p. 10, 21 imbre mendaci. p. 11, 10 virginali figmento. *v. etiam* PRVD. *et* Ov. epist. *supra*). epist. 16 (17), 144 sum rudis ad Veneris furtum nullaque ... -simus arte virum (ars 3, 332 cui *poetae comico* ... pater vafri -itur a. Getae). ars 1, 643 -ite ... solas impune puellas; hac magis est una fraude pudenda fides; fallite fallentes (*spectat ad periuria amantium*). 2, 258 -sa maritali Gallica veste manus (fast. 2, 357 v. deus -sus fallentes lumina vestes non amat). Pont. 2, 8, 71 aut ego me fallo nimiaque cupidine -or, aut spes exilii commodioris adest. SEN. Herc. f. 671 fulgor ... dubius solis adflicti ... -it aciem. dial. 1, 6, 3 (*loq. deus*) animos inanes velut longo fallacique somnio -si (*cf.* PETRON. 128, 6 vers. 1 nocte ... somnia -unt errantes oculos [frg. 30, 1 (vers.) mentes -unt volitantibus umbris]. *v. etiam l. 8 sq.*). VAL. FL. 6, 13 quos *Achivos* malus hospitio iunctaque ad foedera dextra -serit Aeetes. SIL. 3, 74 ni praesaga meos -unt praecordia sensus (*cf.* 11, 571 falsa ut praesagia nostra sint, oro, mensque augurio -atur inani). QVINT. decl. 259 p. 58, 26 invicem -imur. 306 p. 200, 1 captione. TERT. nat. 1, 16, 2 nostram quoque con⟨sci⟩entiam -imus. *al.* *reflexive*: QVEROL. p. 52, 24 R. ipse sese -sit in omnibus. ENNOD. carm. 2, 102, 2 *v. supra.*

2 *vario respectu*: **a** *pro obi. est id, quo quis -ens se delectat*: AFRAN. com. 222 (*nisi pertinet ad 1 a*) datatim uxorem ut -as (*in re amatoria ut*: Ov. ars 1, 91 *in theatris* invenies, quod ames, quod -ere possis, quodque semel tangas, quodque tenere velis). ITALA Iob 40, 24 (Ambr. paenit. 1, 13, 64) -es (*var. l.* inludes) eum *draconem* sicut avem, ligabis eum sicut passerem puer? (*huc traximus coll. p. 1770, 48; ad diabolum illudendum refert Ambr. l. c.; gr. 40, 29 παίξῃ ... ἐν αὐτῷ*, HIER. interpr. Iob 40, 29 de eo, *Vulg.* illudes ei). *tam de supplemento quam de structura dubitantes addidimus*: INSCR. Ital. III 1, 267 arma haec, quae cernis, princeps lu⟨dend⟩o fui (*ed.*; ludicro *Solin in plagulis sec. Holland, Phil. Woch. 47, 1927, 542 sq.*). **b** *pro obi. est id, quod quis -endo perdit vel in medio ponit* (*synon.* ponere ANTH.): HOR. sat. 2, 3, 172 (*ad filios, quorum alter prodigus, alter avarus est*) te talos, Aule, nucesque (*pro divitiis puerorum habitas*) ferre sinu laxo, donare et -ere vidi (*sc. quia improvide tractas vel pro pignore ponis*), te, Tiberi, numerare, cavis abscondere tristem. PAVL. dig. 11, 5, 4, 2 repetitio eius, quod in alea -sum est. ANTH. 497 (*inter monosticha de ratione tabulae*) -suri nummos animos quoque ponere debent (*vix* nummos *ab inf.* ponere *pendet*).

c *pro obi. est chlamys fere per lusum imaginibus acu pictis ornata* (*sec. Verg. georg. 2, 464* inlusas ... auro vestis): NEMES. cyn. 91 chlamys aurato multum subtemine -sa (*var. l.* -so).

B *cum obi. interiore* (multum *sim. v. sub I. variat in contextu cum ablativo l. 72*); *significatur, quid quis per ludum agat, efficiat, loquatur*: **1** *-itur quolibet modo*: **a** *generatim*: α *usu communi* (*pignus, quod in medio ponitur, indicatur per abl.* SVET. Nero 30,3. *subauditur respectus ludibrii l. 64 sqq.*): TER. Eun. 586 *pro eunucho ad virginem veni*; consimilem -serat iam olim ille *Iuppiter Danaen gravidam faciens* ludum (HOR. carm. 3, 29, 50 fortuna ... l. insolentem -ere pertinax [PORPH.: veteribus usitatum elocutionis genus 'l. -ere' sicut 'vitam vivere' *eqs.*]. BOETH. cons. 2, 2, 9 W. [*loq. Fortuna*] hunc continuum l. -imus. *passive*: ADNOT. Lucan. 5, 402 *in Albano monte* ludi -untur a consule. *cf.* lusum -ere: GELL. 18, 13, 4 [*v. sub* lusito]. PHILO quaest. in gen. 4, 188 EVGRAPH. Ter. Eun. 586). LVCIL. 1135 trigonum (*cf. Hor. sat. 1, 6, 126* lusum ... trigonem). HOR. sat. 2, 3, 248 par impar (EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 4 vel talis vel p. i.). 2, 3, 252 utrumne in pulvere, trimus quale prius, -as opus an *eqs.* (CARM. de mens. 2, 36 *lacerta filo religata* mobile -it o. [*cf. Petron. 80, 9 vers. 2* calculus in tabula mobile ducit opus]. PAVL. NOL. carm. 20, 305 quod de sue mirum -sit o. Felix. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 19[A] non o. irritum -simus, qui fastidia lectionis remedio brevitatis exclusimus. *v. etiam p. 1782, 31 sq.*). CARM. pop. Suet. Aug. 70, 2 -it assidue aleam (*alia exempla cum acc. et abl. v. vol. I 1521, 25 sqq.*). Ov. ars 3, 357 non stulte latronum proelia -at (*respicitur ludus latrunculorum ut*: MART. 14, 18, 1 bella l.). STAT. Theb. 9, 786 dum ... hic vero desaevit pulvere Mavors, proelia -e domi (Ach. 1, 40 AVSON. Mos. 212. *v. l. 80. cf. p. 1781, 18 et* CLAVD. 8, 539 simulacra ... Martia. SIDON. carm. 2, 41 pugnam -unt iaculis). MART. 3, 67, 9 (*ad nautas cessantes*) tam placidas vagi (*i. otiosi*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

son. 17, 9 p. 326 P. *dissimulavit Lais se Myronem agnovisse*; volens -o frui sic est adorta callidum: *eqs.* 337 p. 156, 16 libello Technopaegnii nomen dedi, ne aut -um laboranti aut artem crederes defuisse ludenti. Qverol. p. 5, 8 R. in -is ... atque dictis antiquam nobis veniam exposcimus (*postea*: ex ioco). Mart. Cap. 3, 222 (vers.) 'cur ... non fateris ni figminis figura nil posse comparari?' his me Camena vicit: 'fugis?' :: 'iugabo -um' (*sc. vera per allegoriam venustam proferens. vix recte ipsum carmen intellegitur p. 633, 75*). Schol. Ter. Bemb. Eun. 250 ⟨ad⟩miror: ⟨di⟩xit lud⟨o⟩. *β de poesi vel meton. de poemate* (*de argumento poeseos* Sen.): Lvcil. 1039 cuius vultu (*dat.*) ... -o ac sermonibus nostris ... hunc, reddebamus honorem. Verg. ecl. 7, 17 posthabui ... illorum mea seria (*i. curam pecorum*) -o; alternis igitur contendere versibus ambo coepere (Serv. cantilenae. Schol. Verg. Veron. Musarum o⟨peribus⟩). Hor. epist. 1, 18, 66 tuum laudabit ... -um (*cf. v. 40* poemata panges). 2, 2, 142 sapere est abiectis utile nugis et tempestivum pueris concedere -um ac non verba sequi fidibus modulanda Latinis, sed *eqs.* Sen. epist. 104, 15 Maeander, poetarum omnium exercitatio et -us. Pers. 5, 16 doctus et ingenuo culpam defigere -o (*opp. 5* robusti carminis). Gell. praef. 20 ut ea *scripta* ... neve adeat ... profanum volgus a -o musico diversum. Avson. 336, 89 p. 205 P. (*in carminis fine*) hic ... ne -us numero transcurrat inerti *eqs.* 340 B, 2 p. 159 (*alloq. artem*) Pacato ut studeat -us meus, esto operi dux. 350, 3 p. 206, 14 nuptias quondam eiusmodi -o (*i. centone*) descripserat *Valentinianus.* Schol. Hor. sat. 1, 10, 37 ('haec ego ludo') verecunde poetae versus suos -os appellant. Clavd. carm. min. 30, 147 Pierius labor et veterum tibi carmina vatum -us erat. *γ de fabula* (*cf. p. 1783, 54. 1790, 22*): Hor. ars 226 ita commendare ... satyros, ita vertere seria -o. 405 -usque repertus *est carminibus iam inventis.* Avg. civ. 2, 8 p. 62, 19 D. tantum nefas (*i. deorum adulteria*) per humanos -os confictum est (*cf.* l. 21 haec sunt scaenicorum tolerabiliora -orum, comoediae scilicet et tragoediae).

c *luditur amando* (*adicit* Veneris Ser. Samm.; *cf. p. 1788, 5*): Plavt. Bacch. 116 quis istic *in domo Bacchidis* habet? :: Amor, Voluptas, Venus, Venustas, Gaudium, Iocus, -us, Sermo, Suavisaviatio ([*per prosopopoeiam*]. *cf. seriem similem* Pseud. 65 nostri amores ..., iocus, -us, sermo, suavisaviatio, compressiones artae amantum corporum *eqs.* [*comprehenduntur 69* harunc voluptatum ... omnium]). Rud. 426 (429) non licet ... bellam belle tangere ? :: otium ubi erit, tum tibi operam -o et deliciae dabo. Catvll. 61, 210 ille ... siderum ... subducat numerum prius, qui vostri numerare volt multa milia -i; ludite ut lubet et brevi liberos date. Liv. 26, 50, 5 si frui liceret -o aetatis, praesertim in recto et legitimo amore *eqs.* Ser. Samm. 911 veniente calore *febris quartanae* ... -um Veneris munusque petendum (*cf. Plin. nat. 28, 83* quartanas finiri coitu). Maxim. eleg. 3, 76 *parentes* dant vitiis furtisque locum, dant iungere dextras et totum -o concelebrare diem. 5, 67 placido noli ... parcere -o. 5, 136 (*puella ad mentulam*) non tibi semper iners, non mollis convenit actus mixtaque sunt -is fortia facta tuis.

d *luditur corpore movendo*: *α de saltatione*: Plavt. Pseud. 1278 (*1273* orant me⟨d⟩ ut saltem, *1275* incessi ludibundus) ubi circumvortor, cado; id fuit naenia -o. Stich. 734 alium -um nunc volo.:: vin amicam huc evocemus? ea saltabit. Cic. Att. 1, 16, 3 *numquam* turpior in -o talario consessus fuit ([*propter sing. ab 1 segregavimus dubitanter; ad rem v. Altheim, RE IV A 2061, 42 sqq.*]. off. 1, 150 adde huc [*ad artes non probandas*] ... saltatores totumque -um t. Fronto p. 153, 6 v. d. H. [p. 160 N.]. Cassiod. chron. II p. 132, 450 [talanum *trad.; emend. Mommsen*]. *cf.* Qvint. inst. 11, 3, 58 -orum talarium licentia). Sen. contr. 9, 2, 8 quid ... referam ... -orum genera, saltationes et illud dedecoris certamen, praetorne se mollius moveret an meretrix? Sil. 3, 349 haec (*sc. saltatio et cantus*) requies -usque viris, ea sacra voluptas. Stat. Ach. 1, 319 hasne *puellas* inter simulare choros et bracchia -o nectere ... grave est? *de bacchantibus sim.*: Acc. trag. 250 (*e Bacchis*) tripudiantem in circulis -o (*contextu fortasse lacuna depravato*; ludere *Scaliger*). Liv. 39, 15, 7 concessum -um et lasciviam credere esse *Bacchanalia.* Stat. Theb. 2, 74 insomnem -o ... educere noctem. 9, 612 thiasi -usve protervae noctis. Avien. orb. terr. 753 producit noctem -us sacer, aera pulsant vocibus et ... sola calcibus urgent *Bacchae.*
β de corporis viribus pertemptandis (*cf. II B; fortasse huc* Vopisc. Car. 19, 3 -um Sarmaticum, *de quo nihil notum est [non ad p. 1784, 45]; quaedam sub f allata etiam huc spectare videntur*): Varro frg. Non. p. 56, 31 alio in genere sunt -i velites Galli, Germani petauristae (*sunt qui* ludii *intellegant*). Verg. ecl. 9, 39 huc ades, o Galatea! quis est nam -us in undis? (*Theocr. 11, 62 τί ποχ' ἁδὺ κατοικεῖν τὸν βυθόν.* Serv. voluptas). Aen. 5, 593 Teucrum nati ... texunt ... fugas et proelia -o (*cf.* 6, 643 contendunt -o et fulva luctantur harena. Val. Fl. 4, 607 -o volitans cum turma superbo pulvereis exsultat equis. Sil. 13, 230 -o committere equestris ... pugnas). Ciris 150 cum lapsa e manibus fugit pila ..., procurrit virgo; quod uti ne prodita -o ... solvisset corpore pallam! Prop. 3, 14, 3 quod non infames exercet corpore -os inter luctantes nuda puella viros *Spartae eqs.* Pavl. Fest. p. 10 agonium, id est -um *eqs.* (*nisi ad 1 ut*: Avg. ver. relig. 118 nulli ... victo -i agonistici placent). Petron. 73, 5 alii ... anulos de pavimento conabantur tollere aut ... cervices post terga flectere et pedum extremos pollices tangere; nos, dum illi sibi -os faciunt, *eqs.* Lavs Pis. 188 haeret in haec populus spectacula *gymnica Pisonis* totaque -os turba ... suos ... reliquit. Val. Fl. 1, 423 securo celebrantem *Pollucem* litora -o, *sc. caestibus.* Stat. Theb. 6, 674 hic semper amori -us erat (*sc. disci iactus*). Ach. 2, 156 in nubila condere discos et liquidam nodare palen et spargere caestus -us erat requiesque mihi. *al. de animalibus* (*v. etiam p. 1791, 80*): Verg. georg. 4, 105 quom incerta volant caeloque examina *apium* ludunt ..., instabilis animos -o prohibebis inani.

e *luditur convivando* (*huc fortasse etiam p. 1788, 27; cf. p. 1788, 4*): *α usu vario*: Lvcil. 1070 serus cum e medio -o ac bene potus recessit (*Krenkel*; secus cum eo m. ac -o *trad.; restit. alii aliter*). Cic. Verr. II 3, 62 nisi forte existimatis eum in vino ac -o (*Peterson*; lucro *vel* lustro *trad.*; lustris *vel* luxu *tempt. alii*) non risisse. Lvcr. 4, 1131 convivia, -i, pocula crebra, ..., serta parantur. Verg. georg. 3, 379 noctem -o ducunt *eqs.* (Clavd. carm. min. 25, 97. *item nocte luditur*: Verg. Aen. 9, 338 si ... aequasset nocti -um in lucemque tulisset. Val. Fl. 1, 251 -o ... educite noctem. 5, 443 -us ... et cantus taedaeque in nocte iugales). Hor. sat. 2, 2, 123 *post cenam* -us erat ... potare. Cvrt. 5, 1, 37 convivales -i tota Perside regibus purpuratisque cordi sunt (6, 2, 6. 8, 4, 29. 8, 6, 14. *cf.* Heges. 1, 9, 3 ut de epulari -o sese in arma excitent [*gr. 1, 88 ἐν ταῖς εὐωχίαις, Ps. Rufin.* epulae]). Val. Fl. 1, 294 iam ... mero -oque modus positique quietis conticuere toris (Stat. Theb. 5, 195 dapibus -oque ... fit m.). Sil. 15, 273 festo ... agitant convivia -o. Svet. Cal. 32, 1 -o ... et epulis dedito *Caligulae.* *β de spectaculis convivio inserendis* (*cf. p. 1783, 54 sqq. 1789, 26 sqq.*): CE 55, 10 (*aet. Catulli?*) nobilium -os decoravi choro. Vitr. 6, 7, 3 *aedificare* oecos ... ita ampla magnitudine, uti faciliter in eo quattuor tricliniis stratis ministrationum -orumque operis locus possit esse spatiosus. Val. Max. 9, 1, 5 immanibus epulis apparatissimos interponi -os. Cvrt. 6, 2, 5 satietatem epularum -is interpellabat non contentus artificum, quos e Graecia exciverat, turba. Petron. 68, 4 ecce alius -us: servus ... proclamavit *versus Vergilii.* Sil. 11, 429 varias ... per artis scenarum certant epulas distinguere -o (*postea de tibiae, citharae sonitu, de cantu*). Ivv. 11, 179 nostra dabunt alios ... convivia -os: conditor Iliados cantabitur (*antea de obscaenis conviviorum delectamentis*). Ivst. 9, 4, 1 *Philippus* non -os inter epulas adhibuit. 12, 3, 11 *Alexander* convivium ... iuxta regiam magnificentiam -is exornat.

f *ludunt pueri* (*adulescentes* Cic., *virgines l. 49 sqq.; quaedam p. 1789, 67 allata etiam huc spectant; cf. etiam p. 1788, 5 sqq.*): Cic. rep. 1, 67 ut ... senes ... ad -um adulescentium descendant (*fusius Plato rep. 563ᵃ εὐτραπελίας τε καὶ χαριεντισμοῦ ἐμπίμπλανται μιμούμενοι τοὺς νέους*). Verg. Aen. 7, 380 *turbinem* pueri magno in gyro vacua atria circum intenti -o exercent (Porph. Hor. epist. 2, 2, 197 pueri -o i. insatiabiliter utuntur his feriis. Clavd. 20, 510). 9, 606 venatu invigilant pueri ..., flectere -us equos et spicula tendere cornu (*sim. ludunt pueri armis*: Clavd. 7, 23 regum ... exuviae tibi [*Honorio puero*] -us erant. Sidon. carm. 2, 138 -us erat puero ... sagittas ... tractare manu *eqs.* epist. 3, 3, 2 tibi ... equus, arcus -o fuere. Merob. poet. 125 temptavit pugnas tenerosque ad proelia -os imbuit). Hor. carm. 3, 4, 11 -o fatigatum ... puerum. Sen. Phaedr. 304 iuvencus virginum stravit sua terga -o (*item ludit Europa*: Porph. Hor. carm. 3, 27, 27/28 ad -um audax. *de aliis virginibus*: Stat. Ach. 1, 208 virgineos coetus et litora persona -o. Avson. Mos. 233 ignorato fruitur virguncula -o *speculi.* Clavd. rapt. Pros. 3, 162 virgineo ... -o). Capitol. Ver. 2, 9 *Verus puer* fuit ... nimis laetus et omnibus deliciis, -is, iocis ... aptissimus. Spart. Sept. Sev. 1, 4 in prima pueritia ... nullum alium inter pueros -um nisi ad iudices exercuit, cum ipse ... ordine puerorum circumstante sederet ac iudicaret (*cf.* ludere ad *p. 1778, 35*). Schol. Hor. sat. 2, 3, 248 ('ludere par impar') -us est micantium puerorum (ars 417 ['occupet extremum scabies'] scabies -us p. est; habes in Suetonio Tranquillo [*cf.* frg. p. 346, 4] 'qui novissimus scabiosus'. *ibid. iterum*). Ambr. obit. Valent. 15 -o iuventutis. Rvfin. Orig. in gen. 7, 3 p. 73, 25 -us infantiae. *al. meton. de re, quacum luditur* (*cf. l. 44 et* ludicrum): Avg. conf. 1, 19, 30 furta etiam faciebam ..., ut haberem quod darem pueris -um suum mihi, quo pariter utique delectabantur, tamen vendentibus (*sequitur notione communi*: in quo etiam -o fraudulentas victorias ... saepe aucupabar, *sed vis metonymica illustratur postea*: a nucibus et pilulis et passeribus ad ... aurum, praedia, mancipia ... transeunt).

B *notione aucta vel deflexa*: 1 *cum respectu ludibrii, sc. de actione illudendi, fraudandi sim.* (*qui respectus etiam compluribus locis A1aβ allatis subest; sed huc traximus exempla, ubi accedit structura eius qui [quod] ludibrio est*): a *plur.* (*numerus ipse indicat hunc usum cum A1 cohaerere, quod maxime elucet l. 74 sqq.*): *α* -os facere (reddere Ter., exhibere Sen.) *alicui*: Plavt. Cas. 761 credo neque ... Olympiae neque usquam -os tam festivos fieri, quam hic intus fiunt -i ludificabiles seni nostro et nostro Olympioni vilico. Merc. 225 miris modis di -os faciunt hominibus mirisque exemplis somnia in somnis danunt (= Rud. 593, *ubi add.*: ne dormientis quidem sinunt quiescere). Most. 427 -os ... vivo ... seni faciam, quod credo mortuo numquam fore (*sc. -os funebres*). Truc. 759 (*Diniarchus ad Phronesium*) tibi, inlecebra, -os faciam clamore in via, quae adversum legem accepisti a plurimis pecuniam; ... apud ... magistratus faxo erit nomen tuum (*nisi ad p. 1787, 19*). Ter. Andr. 479 *Davus* me (*sc. Simonem*) si inparatum ... adortus esset, quos mihi -os redderet! (*cf. 493* fallere ... dolis). Sen. epist. 42, 5 scis quos ... tibi exhibuerit -os, quam multa in caput suum casura temptaverit (*is, quem putaveras in tua potestate esse*).

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β -os facere *aliquem (aliquid l. 22; per variationem* -os dimittere *l. 24) notione q. e. ludificare* (*locutio* -os facere [*cf. p. 1787, 21*] *ita coaluisse videtur, ut etiam alterum obi. recipiat et in struct. pass. acc.* -os *retineat* [*cf.* animum adverto, indicium facio *vol. VII 1, 1147, 45,* manum inicio *ibid. 1613, 70 sqq.*]): Plavt. Amph. 571 (*Amphitruo ad Sosiam*) rogasne . . . etiam, qui -os facis me? (*565* ludificari, *589* ista . . . mendacia). Aul. 253 (*245* abiit neque me certiorem fecit; fastidit mei *eqs.*) video . . . te me arbitrari . . . hominem idoneum, quem senecta aetate -os facias. Bacch. 1090 (*loquitur Nicobulus*) ego omnis longe antideo stultitia; . . . hocine me aetatis -os bis factum esse indigne? ([*1094* Chrysalus me miserum spoliavit]. *passive ut*: 1100 [*idem in eadem re*] me hoc aetatis ludificari, ⌊immo edepol sic -os factum⌋ [*secl. Ritschl*]. Pseud. 1168 *v. infra.* Argvm. Plaut. Most. 7 [*3* senem . . . ludificatur Tranio] -osque [-usque *B*²] rursum fit senex). Capt. 579 non equidem me Liberum, sed Philocratem esse aio. :: quid est? ut scelestus . . . nunc . . . ⟨te⟩ -os facit! (*cf. 584* ne quid tu huic temere insistas credere). Epid. 706 quomodo me -os (-o *P; cf. infra l. 37*) fecisti de illa . . . fidicina! Persa 803 uritur cor mi. :: da illi cantharum, extingue ignem, . . . caput ne ardescat. :: -os me facitis, intellego. Pseud. 1167 exploratorem hunc faciamus -os . . ., (1168) adeo donicum ipsus sese -os fieri senserit. Rud. 470 nusquam . . . illam video; -os me facit. 900 *Gripus, qui piscatum iit* et operam -os facit (*Prisc.*, dat *codd. Plaut.; v.* o. ludere *vol. IX 2, 662, 46 sqq.*) et retia, ut tempestas est nunc *eqs.* Symm. epist. 4, 34, 3 itane me -os facis, ut *eqs.* *inde per variationem* -os dimittere *aliquem* (*sc.* -os *ex acc. obi. transisse in acc. praedic. videtur*): Plavt. Rud. 791 senex, si te umquam in urbe offendero, numquam . . . quisquam me lenonem dixerit, si te non -os pessumos dimissero (*minus probabiliter Marx ad l. imaginem intellegens magistri pueros non ad -um, sed ad vapulandum dimittentis*).

b *sing.*: Cic. Att. 12, 44, 2 aut Druso -us est suggerendus aut utendum Tusculano (*si recte hic attulimus locum non satis perspicuum; aliter, sc.* '*we must give Drusus a game*', *Shackleton Bailey ad l. p. 409*). Gell. 7, 16, 1 *indoctus quidam Catulli versus inepte explicans,* cum in Lycio . . . ambularemus, -o ibi et voluptati fuit (*dat. fin. ut*: Paneg. 3, 1, 4 eo tempore, quo . . . milites saepe anteactis temporibus -o habiti praesens stipendium flagitarent. Rvstic. Conc.ˢ I 4 p. 59, 32 synodum -o fecerunt Aegyptiaci *eqs.* [*l. 35* quis umquam comoediae scriptor talem fabulam finxit? *alia versio Conc.ˢ IV 1 p. 133, 31* ludunt synodum Aegyptiaci. *cf. variam lect. supra l. 17*]). 13, 3, 1 risu . . . atque -o res digna est, cum plerique grammaticorum adseverant 'necessitudinem' et 'necessitatem' . . . differre *significatu* (Serv. Aen. 12, 764 *p. 1759, 68*). Qverol. p. 57, 18 R. si vivorum neglexisti gratiam, etiamne mortuis manus intulisti ad -um et ludibria? *fortasse huc spectat varia lect.* Ps. Avg. serm. ed. Mai 42, 1 meos -i facere (*v. p. 1765, 72*).

2 *in locutione q. e.* '-um dare *alicui*' *de occasione, facultate sim. ludendi, quae cui praebetur*: Plavt. Bacch. 1083 nimis nolo desidiae ei dare -um. Cas. 25 eicite ex animo curam atque alienum aes; ne quis formidet flagitatorem suum; -i sunt, -us datus est argentariis (*luditur cum significatu spectaculorum publicorum*). Cic. Cael. 28 datur . . . huic aliqui -us aetati, et ipsa natura profundit adulescentiae cupiditates (42 detur aliqui -us a., sit adulescentia liberior [*sic papyrus et codex rescriptus; variam lect. codd.* detur aliquid a. *praeferunt Klotz aliique, ne vitiose videantur iterata quae sequuntur ibid.* cum . . . dederit aliquid temporis ad -um aetatis]). Hor. carm. 3, 12, 2 amori. Argvm. Plaut. Stich. 2, 7 Sticho -us datur.

3 *de rebus actionibusve minoris momenti vel difficultatis, nugis sim.* (*in locutionibus fere praedicativis; ponitur homo pro eius actionibus* Ter.): **a** -us est (*copula supplenda* Gratt. *et* Sil. *infra*): Ter. Eun. 300 hic vero est qui si occeperit *amare,* -um iocumque dices fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit (Lvcil. 110 sq. [*de itinere*] verum haec -us ibi, susque omnia deque fuerunt, susque et deque fuere, inquam, omnia -us iocusque: illud opus durum *fuit,* ut Setinum accessimus finem *eqs.* Liv. 28, 42, 2 -us et iocus fuisse Hispaniae tuae videbuntur. Lact. inst. 2, 18, 3 si . . . imitatio non res potissimum seria, sed quasi -us ac iocus est. *cf.* Cic. Flacc. 12 *Graecis* iusiurandum iocus est, testimonium -us). Cic. de orat. 2, 72 omnium ceterarum rerum oratio . . . -us est homini non hebeti . . .; in causarum contentionibus magnum est quoddam opus. Sil. 16, 572 cui -us nullam cursu non tollere dammam ([*nisi ad A 2*]. *item cum inf.*: Arnob. nat. 6, 12 p. 321, 25 M. usque adeo -us est simulacra ista confingere, nomina illis tamquam propria dedicare *eqs.* 6, 13 p. 323, 18 usque adeo -us est et puerilis adfectio sigillaria ista formare *eqs.* Avg. serm. 278, 3, 3 si . . . cito rediret homo ad pristinam beatitudinem, -us illi esset peccando cadere in mortem). Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 4, 96 moenia sua -um fore machinis Romanis (*gr. παιδιάν*). Prvd. perist. 5, 64 tormenta . . . atque ipsa poenarum ultima mors Christianis -us est. *genus pronominis pro subi. adhibiti congruit cum praedicativo* (*cf. p. 1788, 57*): Cic. dom. 125 (*respicitur consecratio*) si est illud ratum . . ., tua domus . . . Cereri est consecratum; sin ille -us fuit, quid te impurius? Gratt. 525 possent Aetnaeas utinam se ferre per arces, qui -us Siculis *equis.* **b** *vario usu*: Cic. Verr. II 5, 181 C. Marium, C. Caelium vidimus non mediocribus . . . laboribus contendere, ut ad istos honores pervenirent, ad quos vos *nobiles* per -um et per neglegentiam pervenistis. Arnob. nat. 1, 47 quanta sint . . . haec *miracula* vel exilitatis cuius repperientur et -i (*gen. qual. si recte trad.*; repperietur exinde *coni. Löfstedt, Eranos 10, 1910, 8*). 2, 64 si tantum sapientia praevales, ut ea quae offeruntur a Christo -um atque ineptias nomines *eqs.* Avien. orb. terr. 385 in . . . procellosos lembum convertere fluctus -um habet *gens.* Hier. epist. 24, 3, 1 *Asella* ieiunium pro -o habuit, inediam refectionem (54, 13, 5 *iuxta*: orationem pro deliciis).

appendix locutionum praedicativarum ad I: **1** -us est: *cum subst. vel pron.: v. sub B 3a; praeterea* Plin. paneg. 82, 8 Clavd. 7, 23 carm. min. 30, 147. *cum inf.*: Hor. sat. 2, 2, 123 Stat. Ach. 2, 156 Arnob. nat. 6, 12 p. 321, 25 M. 6, 13 p. 323, 18 Ivvenc. 2, 52 Avg. serm. 278, 3, 3 Sidon. carm. 2, 138. **2** *structura sine copula: cum inf.*: Verg. Aen. 9, 606 flectere -us. Sil. 16, 572 Clavd. 3, 328. *cum pron.*: Gratt. 525 *p. 1791, 80.* Val. Fl. 3, 56 *p. 1788, 57.* Sil. 3, 349 *p. 1789, 59.* **3** *varia: dat.* -o: esse Gell. 7, 16, 1 Sidon. epist. 3, 3, 2. habere Paneg. 3, 1, 4. facere Rvstic. Conc.ˢ I 4 p. 59, 32 (*v. etiam var. lect. p. 1791, 17*). *? gen.* -i: repperiri Arnob. nat. 1, 47 (*v. p. 1791, 84*). facere Ps. Avg. serm. ed. Mai 42, 1 (*v. p. 1765, 72*). *acc.* -um (*aliter* -os facere *aliquem sub B 1aβ*): habere *cum inf.* Avien. orb. terr. 385. pro -o: habere Hier. epist. 24, 3, 1. 54, 13, 5.

II *eo quod ad seria praeparat, exercet*: **A** *significatur genus disciplinae ad formandos rudes institutum vel ipse locus, ubi id fit* (*de coetu hominum qui in -o degunt p. 1793, 30*): **1** *strictius in -o discuntur*: **a** *litterae, artes liberales* (*sc. apud grammaticum passim, apud rhetorem e. g. l. 37. 57. 70. cf.* Ps. Ascon. div. in Caec. p. 199, 19 omnem . . . scholam -um dixere Romani, et magistri -i dicuntur qui primas litteras docent. Gloss. *σχολή. διδασκαλεῖον. usus originem explicat* Fest. p. 347 scholae dictae sunt non ab otio . . ., sed quod ceteris rebus omissis vacare liberalibus studiis pueri debent, ut etiam -i appellantur, in quibus minime luditur, ne tristi aliquo nomine fug⟨iant pueri suo fungi mu⟩nere [*supplevit Scaliger*]. *dubitat de hoc veriloquio* [*fortasse Stilonis, cf. frg. 59 F.*] Qvint. inst. 1, 6, 34): Plavt. Bacch. 129 (*ad Lydum paedagogum*) non omnis aetas, Lyde, -o convenit (*vix ad I A 2; cf. 148* iam excessit mi aetas ex magisterio tuo). Merc. 303 (*iocose*) hodie ire in -um occepi litterarium: . . . ternas (*litteras, sc.* '*amo*') scio iam (Persa 173 ovis si in -um iret, potuisset iam fieri, ut probe litteras sciret. *cf.* Afran. com. 94 remeare in -um. Edict. cens. de rhet. [Suet. rhet. 25] ad quos *rhetores* iuventus in -um conveniat. *ibid.* in -os itare [Plin. nat. 9, 25]. Avr. Fronto p. 27, 7 v. d. H. [p. 28 N.] ut in -um tuum pedem introferam). Cato or. frg. 49 (205 M.) pueris in -o stellos (*corruptum*; stilos *Roth, alii aliter*) pasceolos furare (*item* in *cum abl.* Pompon. Atell. 75 in -o . . . non docentem condiscipulos, verum *eqs.* Cic. de orat. 2, 100 hoc in -o non praecipitur. orat. 144. fam. 9, 18, 4 sella tibi erit in -o tamquam hypodidascalo proxima. Varro ling. 6, 61 dictata in -o [Hor. sat. 1, 10, 75 an tua . . . vilibus in -is dictari carmina malis?]. Nep. Att. 10, 3 Gell. 13, 31, 9. Ivst. 23, 4, 9 eidem in -o inter coaequales discenti. *al.*). Edict. cens. de rhet. (Suet. rhet. 25) qui *rhetores* eos -os habent. Cic. div. in Caec. 47 magister -i (*eodem ordine*: CIL I² 2705, 6 Val. Max. 6, 5, 1. 6, 9 ext. 6 Lex met. Vipasc. [CIL II 5181] 57. *al.; plur. esse* magistri -i, *non* -orum *monet* Char. gramm. p. 137, 17 sqq. B.; -i magister: Cic. nat. deor. 1, 72. Mart. 7, 64, 7 -ive m. 9, 68, 1 -i scelerate m. 10, 62, 1. 12, 57, 5. Tert. idol. 10 p. 39, 22 [*pro una voce editum ut ibid.* p. 39, 28 Isid. orig. 1, 4, 12. Gloss. *γραμματοδιδάσκαλος. χαμαιδιδάσκαλος.* ⟨magister⟩ litterarum]. Ivst. 21, 5, 8). Manil. 28 e -o atque pueritiae disciplinis . . . in militiae disciplinam profectus est *Pompeius* (*cf.* Svet. gramm. *infra*). de orat. 3, 94 (*93* quos *rhetores* ego censor edicto meo sustuleram) cum impudentiae -us esset. orat. 47 declamatorem aliquem de -o. fam. 9, 18, 1 -um aperuisse (*v. p. 1794, 10*). ad Q. fr. 3, 4, 6 ducens . . . mecum Ciceronem meum in -um discendi, non lusionis. Varro ling. 9, 15 pueros in -um mittunt, ut discant quae nesciunt verba quemadmodum scribant (Hor. sat. 1, 6, 72 noluit in Flavi -um me mittere *pater.* Porph. vita Hor. p. 1, 10). Liv. 3, 44, 6 in tabernaculis litterarum -i erant (*v. p. 1524, 25*). Sen. epist. 94, 9 si -um litterarium intraveris *eqs.* (*adde* Plavt. Merc. 303 *supra.* Plin. nat. 9, 25. Qvint. inst. 1, 4, 27 litterarii paene ista [*sc. verborum genera, numeri sim.*] sunt -i et trivialis scientiae. Tac. ann. 3, 66, 3 Othoni litterarium -um exercere vetus ars fuit. *al. v. p. 1529, 40 sqq.*). Plin. nat. 9, 25 in -um ferebat *delphinus puerum.* Svet. gramm. 4, 10 quosdam e grammatici statim -o transisse in forum (*cf.* Hier. in Hab. 3, 14—16 l. 1010 *dum* in grammaticae -o exercerer). rhet. 28, 1 Epidius . . . -um dicendi aperuit docuitque *eqs.* *al.* *iunctura fere abundanti*: Act. Archel. 37, 12 in -is scolaribus.

b *ars psallendi, saltandi sim.*: Plavt. Rud. 43 eam vidit ire e -o fidicinio domum. Ter. Phorm. 86 in -um ducere et reducere *citharistriam* (*de eadem*: 88 in quo haec *puella* discebat -o, exadversum ilico tonstrina erat). Scip. min. or. frg. (30 M.) Macr. Sat. 3, 14, 7 eunt in -um histrionum; discunt cantare . . .; eunt . . . in -um saltatorium inter cinaedos virgines puerique ingenui (*ibid. iterum. inde* Macr. Sat. 3, 14, 4). *ibid.* plus . . . in eo -o vidi pueris virginibusque quingentis.

c *ars gladiatoria* (*cf.* Isid. orig. 18, 52, 1 amphitheatrum locus est spectaculi, ubi pugnant gladiatores; et ⌊inde -um gladiatorium dictum, quod in eo iuvenes usum armorum . . . condiscant⌋ [⌊ ⌋ = Gloss.ᴸ I Ansil. Lv 239]. II Philox. Lv 45a -us [*i.* -is]: palaestris): *α usu vario*: Lvcil. 1274 Samnis in -o ac rudibus cuivis satis asper (*item cum abl.*: Cic. Catil. 2, 9 est [Att. 7, 14, 2 Sen. dial. 4, 8, 2 Plin. nat. 11, 144.

[Kuhlmann]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

al.]. POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 *gladiatorem* defodit in -o. CAES. civ. 1, 14, 4 Caesar in -o habebat *gladiatores. al.*). POLLIO Cic. fam. 10, 32, 3 depressus in -um *miles* (*item cum acc.*: SEN. contr. 10, 4, 18 coiciunt [GAIVS inst. 1, 13]. QVINT. decl. 260 p. 67, 11 si ... venisset in -um atque arenam [302 p. 192, 2]. PLIN. epist. 10, 31, 2 damnati [TERT. spect. 19 p. 20, 26 VLP. dig. 48, 19, 8, 11 coll. Mos. 11, 7, 4. *al.*]. Ps. QVINT. decl. 9, 12 vendîderunt. CALP. decl. 52 secuta *virtus*. VLP. dig. 48, 19, 8, 12 dari [FIRM. math. 8, 17, 2 COD. Theod. 9, 18, 1]. *al.*). Ps. CIC. epist. ad Oct. 9. HOR. epist. 1, 1, 3 (*in imagine*) donatum iam rude quaeris, Maecenas, iterum antiquo me includere -o? ars 32. LIV. perioch. 95 *tot* gladiatores Capuae ex -o Lentuli profugerunt (VELL. 2, 30, 5 profugientes [*de eadem re*]. VAL. MAX. 2, 3, 2 doctoribus gladiatorum arcessitis. SVET. Dom. 4, 1 potestatem ... bina paria e suo -o postulandi. *al.*). SEN. contr. 3 praef. 13 totum aliud est pugnare, aliud ventilare; hoc ita semper arbitratum est scholam quasi -um esse, forum arenam. SEN. clem. 2, 6, 2 donabit lacrimis maternis filium ... et -o eximet *sapiens*. nat. 7, 31, 3 (*de effeminatis*) alius genitalia excidit, alius in obscenam -i partem fugit et ... infame armaturae genus (*i. retiarii; explicat Housman, Class. Rev. 18, 1904, 398*) ... legit. MART. 5, 24, 4 Hermes et gladiator et magister, Hermes turba sui tremorque -i. QVINT. inst. 8, 5, 12 quem saepius a -o redimerat soror (*eadem praep.*: OROS. hist. 5, 24, 1 a -o ... diffugerunt [*pendet e* LIV. *supra*]). decl. 302 p. 191, 4. Ps. QVINT. decl. 9, 8 neque ... ita me efferabat -us. 9, 9 emissus -o. *al.* TAC. hist. 2, 62, 2 ne equites Romani -o et arena polluerentur. SVET. Iul. 31, 1 -um gladiatorium ... aedificaturus (*cf.* CIL VI 31917 -um gladiatorium ... exstructum [XIV 3014, 12]. ORIGO Rom. chron. I p. 146, 20 *a Domitiano* multae operae publicae fabricatae sunt: atria VII, ... -os IIII [*inde* HIER. chron. a. Abr. 2105 -um matutinum *tantum memorans. Romae -os IIII esse adfirmant etiam* CVRIOS. = REG. urb. p. 104, 9 N.]). *al.* *de ipsa familia gladiatorum* (*huc pertinet, si recte restituitur*: CIC. Att. 4, 4ª, 2 emisti -um praeclarum [locum *trad.*; *λόχον Bosius, quam coniecturam post alios defendit Milns, Hermes 96, 1968, 506 sqq.*]): IVV. 6, 82 nupta senatori comitata est Eppia -um (-ium *var. l.*) ad Pharon. *β per structuras indicantur homines* (armamentarium *l. 46*) *ad -um pertinentes*: ex -o: CIC. Att. 1, 16, 5 per unum servum et eum ex gladiatorio -o confecit totum negotium. SVET. Cal. 32, 2 murmillonem. Dom. 17, 2 quidam. *gen.* -i: CIL X 1685 (*aetate Augusti?*) procur(ator) -i famil(iae) glad(iatoriae) Caesaris Alexandreae ad Aegyptum (TAC. ann. 11, 35, 3 Sulpicius Rufus -i p. CIL XI 5213 *Hadriani aetate*. INSCR. Dessau 9002 *M. Aurelii aetate. al. in titulis; graece e. g.* IG X 2, 486 *ἐπιτρόπου λούδων*). VI 10171 (*saec. I*) med(icus) lud(i) mat(utini) (10172 *bis*. 10173. *cf.* INSCR. graec. Rom. Cagnat 1, 182 *ἰατρὸς λού(δου) ματ(ουτίνου)*). II 1085 (*Pertinacis aetate*) subproc(uratori). 4519 tabul(ario). VI 352 comm(entariensis). 7659 prov(ocatori) spat(ario) ⟨lud(i) m⟩ag(ni) ... prov(ocator) ⟨spat(arius)⟩ lud(i) mag(ni). 10164 praepositus armamentario -i magni. 10165 curssori. 10166 dispensatori. 10167 eq(ues) vet(eranus). 10168 pegniario. *ibid.* familia (10170 secunda rudis familiae gladiatoriae Caesaris -i magni. PAP. Corp. 145, 15). 10169 retiario. *ibid.* murmillo.
ad -um: INSCR. Année Epigr. 1972 n. 574 (*saec. II in.*) proc(uratori) a voluptatibus et ad -um matutinum (*gr. ibid. ἐπίτροπον ἐπὶ τῶν ⟨ἀπο⟩λαύσεων καὶ λούδου μα⟨του⟩τίνου*).

appendicula determinationum ad c indicantium: -i genus vel nomen: CIC. Catil. 2, 9 in -o gladiatorio (*et saepe; v. vol. VI 2, 2008, 62 sqq.; cf.* familiae gladiatoriae *l. 38. nec non* PAP. Lips. 57ʳ, 11 [*a. 261*] *λούδου μονομάχων*). SEN. epist. 70, 20 in -o bestiariorum (*cf.* 70, 22 in -o bestiario). CIL VI 10172 (*saec. I*) medicus -i matutini (*v. vol. VIII 507, 12 sqq.*). INSCR. Année Epigr. 1955 n. 225 (*Traiani aetate*) proc. -i magni (CIL XI 5213 *Hadriani aetate* [*inde suppletur* 5214]. INSCR. Dessau 9002 *M. Aurelii aetate.* CIL XIV 2922 *Commodi aetate.* II 1085 *Pertinacis aetate.* CVRIOS. [= REG.] urb. p. 76, 11 N. FORMA urbis [CIL VI 36619 *ad* 29844] frg. 4. *ceterum saepius in* CIL [*e. g.* VI 10164–10170]). VLP. dig. 48, 19, 8, 11 in -um venatorium (48, 19, 8, 12). CVRIOS. urb. p. 75, 12 N. -um ... Daticum (REG. *ibid.* Gallicum; *sed* Daticum [*var. l.* Daci-, *quae praefertur vulgo*] *addit* p. 76, 11, *ubi* CVRIOS. -um magnum). CIL II 4519 tabul(ario) -i Gallic(i) et Hisp(anici) (*huc, sc. de -o urbis Romae, l. 64 et, si recte suppletur,* CIL VI 9470).
-i patronum: Ps. CIC. epist. ad Oct. 9 Iulianos gladiatores, egentes reliquias Caesaris -i (PLIN. nat. 11, 245 C. Caesaris. GELL. 12, 5, 13. *cf.* PLIN. nat. 11, 144 Gai principis. CIL VI 352 [*huc si sic iungend.*] -i ... Caesarii [*lacuna intercedente*]). HOR. ars 32 Aemilium circa -um faber (PORPH. Aemilii L[a]epidi -us gladiatorius fuit). LIV. perioch. 95 ex -o Lentuli ([*inde* OROS. hist. 5, 24, 1]. FLOR. epit. 3, 20, 3 PANEG. 2, 23, 2). VAL. MAX. 2, 3, 2 C. Aureli Scauri.

2 *laxius vel in imagine respiciuntur*: a *lupanar sim.*: PLAVT. Asin. 226 (*215* hic noster *lenarum* quaestus aucupi simillimust) haecine te esse oblitum, in -o qui fuisti tam diu! :: tua ista culpa est, quae discipulum semidoctum abs te amoves. QVINT. inst. 6, 3, 51 cuius matrem dixit (CIC. Font. frg. 3), dum vixisset, -um, postquam mortua esset, magistros habuisse (*explicat* QVINT. dicebantur ... infames feminae convenire ad eam solitae; ... hic '-us' per tralationem dictum est). TERT. nat. 2, 10, 6 (*de Larentina*) ⟨mulier⟩ de lenonio -o iactitat se ... Herculi functam (*antea*: scortum ... meritorium fuit; *vix recte actio ludendi intellegitur p. 1154, 50*). b *varia*: TER. Hec. 203 sq. in eodem ... omnes *socrus* mihi videntur -o doctae ad malitiam; et ei -o, si ullus est, magistram hanc *Sostratam* esse satis certo scio. CIC. de orat. 2, 89 ut forum sibi -um putaret esse ad discendum, magistrum autem quem vellet eligeret. 2, 94 Isocrates magister ist⟨e orat⟩orum (*emend. Kumaniecki*) omnium, cuius e -o ... meri principes exierunt. 3, 35 ex eodem quasi -o summorum in suo cuiusque genere artificum et magistrorum exisse discipulos dissimiles inter se *eqs.* (Brut. 32 Isocrates, cuius domus cunctae Graeciae q. -us quidam patuit atque officina dicendi. fam. 9, 18, 1 quod, ut Dionysius tyrannus *expulsus* ... Corinthi dicitur -um aperuisse, sic ego ... amisso regno forensi -um quasi habere coeperim [*cf. 9, 16, 7* Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo]). SEN. epist. 71, 6 relinque istum -um litterarium philosophorum, qui rem magnificentissimam ad syllabas vocant. GELL. 13, 5, 3 erant tunc in eius *Aristotelis* -o boni multi, sed praecipui duo, Theophrastus et Menedemus. Ps. PROSP. carm. de prov. 771 apostolico doctus caelestia -o.

B *spectat ad ipsam actionem exercitandi* (*nisi ad I trahere malis; cf. p. 1783, 78. 1789, 67 sqq.*): CIC. Cael. 11 ut exercitatione -oque campestri tunicati uteremur (RVF. FEST. 28 cum ... -os ... c., ut hosti sollicitudinem demeret, ... agitasset). de orat. 2, 84 videant, quid velint, ad ludendumne an ad pugnandum arma sint sumpturi; aliud enim pugna et acies, aliud -us campusque noster desiderat (*cf.* DON. Ter. Phorm. 347, 2 in officio militari omne negotium vel pugna vel -us est). LIV. 7, 33, 2 in -o ... militari, cum velocitatis viriumque inter se aequales certamina ineunt *eqs.* MANIL. 4, 227 sunt quibus et simulacra *pugnae* placent et -us in armis ... discuntque per otia bellum.

appendix: 1 *homoeoprophora* (*v. etiam sub 2*): NAEV. com. 112 libera lingua loquemur -is Liberalibus. PLAVT. Asin. 13 lepos -usque (*cf.* Pseud. 743 lepide ... meo me -o lamberas). Bacch. 129 *v. p. 1792, 32.* Capt. 770 laudem, lucrum, -um. Merc. 846 laetitiam, -um (VERG. Aen. 8, 717). CIC. har. resp. 23 -os ad luctum conferre. SALL. Iug. 66, 2 -um et lasciviam (OV. fast. 5, 332 *acced.* liberiorque iocus. LIV. 39, 15, 7. CELS. 3, 24, 5 lusu, ioco, -is [*Targa,* lusui coludis *FV,* clauso loco uti -is *J*], lascivia). STAT. Theb. 5, 195 -o ... licenti (*cf.* QVINT. inst. 11, 3, 58 -orum ... licentia). PAVL. PELL. 56 libertas -usque et laetior aetas. 2 *iungitur cum vocibus eiusdem radicis* (*iuncturas cum ludere v. sub verbo*): PLAVT. Cas. 761 -i ludificabiles. CIC. ad Q. fr. 3, 4, 6 in -um discendi, non lusionis. TERT. nat. 1, 10, 47 -i... lusum (*v. etiam* CELS. *sub 1*). QVEROL. p. 57, 18 R. -um et ludibria (SALV. gub. 6, 58). 3 *pendent structurae variae* (*cf. etiam determinationes p. 1784, 4 sqq. allatas*): HOR. carm. 4, 2, 42 concines ... urbis publicum -um super impetrato ... Augusti reditu. MANIL. 4, 227 -us in armis. SPART. Sept. Sev. 1, 4 -um ... ad iudices (*v. p. 1790, 54*). CLAVD. rapt. Pros. 3, 206 cauti ... per atria -i.

deriv.: 1. ludarius, ludiarius, ludicer.

compos.: *?* ludifacio, ludifico(r), ludivagus; simpludiarea (funera). *cf.* diludium. *Kuhlmann.*

luēcula, -ae *f.* *a* lues *deminutive.* GLOSS. V 603, 45 -a: parva lues.

luēla, -ae *f.* *a* luere. *i. q. expiatio*: LVCR. 3, 1015 metus in vita poenarum pro male factis est ... scelerisque luela (*sic codd.*, luella *Lachmann, sed v. Brambach, Lat. Orthogr. 1868, 258 sq. et Sommer, Handb.²·³, 205*).

***luēs,** -is *f.* [*de veriloquio nihil constat. Sch.*] *de origine et notione*: PAVL. FEST. p. 120 -s est diluens usque ad nihil, tractum a graeco *λύειν* (*cf.* NON. p. 52, 5 -s a rebus solvendis proposita [proprie posita *susp. Lindsay. affertur* MACER hist. 21]. GLOSS.ᴸ IV Plac. L 32 -es ... sordes dicuntur elui dignae. GLOSS. IV 256, 22 -s: pestis morbus diluvium). ISID. orig. 4, 6, 19 *pestilentia* et -s a labe et luctu vocata *eqs.* *de formis earumque usu: sing.: nom.* -s *legitur saepissime* (*cf.* PROB. app. gramm. IV 198, 15 -s non -is. *inter feminina in* -es: GRAMM. suppl. 74, 15. 116, 30, *in* -is *ibid.* 61, 17 adn.); *nom.* -is *exstat* PANEG. 8, 18, 1 (*M,* -es *Itali, edd.*). PRVD. ham. 249. psych. 508 (*utrobique metro probatur; codd. variant ut etiam* perist. 3, 26 c. Symm. 1, 5, *sed* psych. 558 *omnes* -es *praebere affirmat Bergman, cf. Lavarenne, Langue de Prud., 45*). COMM. instr. 1, 26, 13 (*sed* -es *quantitate neglecta* apol. 846. 899). CYPR. GALL. exod. 299 *et hic illic in var. l.* *gen.* -is (*cf.* CHAR. gramm. p. 46, 20 B. -s ... -is) *raro inde a* CYPR. Demetr. 5; *forma* -es GREG. TVR. Iul. 46 a p. 582, 2 (*similia congessit Bonnet, Lat. de Grég., 121*). *acc.* -em *invenitur* CARM. ARV. 4–6 (-e *vel* -ae *trad.*) *et inde a* SEN. trag., VAL. FL. *abl.* -e *utuntur* MACER hist. 21 SEN. Oed. 859 CYPR. Demetr. 10. *al.*; -ē *nusquam metro probatum conicitur tamen ab edd. quibusdam in versu suspecto* MANIL. 5, 515 (*v. Housman ad l.*). *dat. non invenitur.* *plur. nom. et acc.* -es *perraro inde a* MANIL. 2, 640. CYPR. Demetr. 2 (*vix sing.*). unit. eccl. 10 Ps. AVR. VICT. epit. 16, 3, *dat. et abl. non exstant, gen. non nisi* GLOSS.ᴸ IV Plac. L 32. *masc. fortasse* LVCIF. non conv. 9 p. 17, 29 *v. s. II A.* *in versibus legitur in* CARM. ARV. (*? p. 1795, 23*) *et inde a* VERG., OV., *frequentant* SEN. trag., LVCAN., VAL. FL., SIL., CLAVD.; *in oratione soluta raro inde a* MACRO, CIC., SEN. epist., COLVM., PLIN. nat., TAC. [*confunditur in codd. cum* lux VERG. Aen. 3, 139 PASS. Mar. Iac. 12, 7 AMBR. in psalm. 39, 8. *al.* (-s *restit.* AMM. 23, 6, 76), labes SOL. 47, 1 (luues *M; v. p. 770, 79*). COD. Iust. 4, 65, 8. *e coni. dub.*: SEN. dial. 11 (12), 11, 6 sincerus animus ..., -is ipse expers (*Ellis,* levis i. e. *trad.; v. p. 1216, 18 sqq.*). EDICT. impp. Diocl. et Max. coll. Mos. 15, 3, 8 ut ... stirpitus amputari labes

[Maltby]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Kübler*, malis *vel* mali *codd.*, *cf. vol. VIII 187, 12*; -s *Mommsen*) haec nequitiae ... possit. CYPR. GALL. num. 44 morborum quis dira -s (*Mayor*, tabes *codd.*) corruperat artus. ALC. AVIT. epist. 26 p. 57, 14 labes (lis *var. l.*, *unde* luis *Peiper*) ista metuenda est.]

significatur aliquid (aliquis) statum integrum dissolvens, destruens, contaminans vel ipsa dissolutio, destructio (*cf.* SYNON. Cic. p. 433, 21 -s. tabes. labes. exitium. calamitas. clades. pestis. pestilentia. pernicies. GLOSS. *φθορά. φθίσις. λύμη.* pestis, mortalitas, pernicies): **I** *de rebus* (*prosopopoeias v. sub II B*): **A** *usu sollemni respiciuntur varia perniciosa, destruentia sim. (fere incorporea, sc. actiones sim. praeter locos l. 21. p. 1796, 25 allatos), quae afficiunt*: **1** *corpus vel res corporeas* (*animum una cum corpore* VERG. *et* SEN. Tro. *sub b, de utriusque morbis* PRVD. perist. 2, 222 confer alternas -es: carnisne morbus foedior an mentis et morum ulcera?): **a** *respiciuntur morbi sim. fere contagione vulgati* (*cf. p. 1797, 58 et* SYNON. Cic. p. 448, 24 valetudo ... morbus ... infirmitas ... -s. pestis. GLOSS. pestis, morbus. morbus vel aegritudo): *α de pestilentia* (*et hominum et animalium* [GRATT. 369 DICT. 1, 19 PROB. Verg. ecl. praef. p. 324, 24. *al.*] *et plantarum* [VERG. Aen. 3, 139 COLVM. 1, 4, 3 Ps. QVINT. decl. 12, 4 Ps. RVFIN. in Am. 4, 7–8. *al.*]. *de re corporea, qua pestilentia efficitur l. 62, fortasse etiam l. 26. cf.* GLOSS. *λοιμός*): Ⓘ *exempla varia* (*selecta inde a* TERT.): CARM. ARV. (CE 1) 4–6 neve -e(m) rue(m) Marmar sins incurrere in pleoris (*huc traxit post alios Norden, Priesterbücher 123 sqq.; de Lua dea accipit Bickel, Rhein. Mus. 89, 1940, 31. formam verbi intellegunt alii, sc. textum aliter distinguentes*). MACER hist. 21 nequaquam sui lavandi reluant arma -e (*cf. p. 1794, 54 sqq.; sunt qui liquorem intellegant, sed vix conferri potest* PETRON. *sub B*). VERG. Aen. 3, 139 subito cum tabida membris, corrupto caeli tractu, miserandaque venit arboribusque satisque -s et letifer annus (GLOSS. tabida -s: morbo plena sive corrupta). OV. met. 7, 523 (*descriptio pestilentiae*) dira -s ... populis ... incidit. 15, 626 dira -s ... Latias vitiaverat auras pallidaque exsangui squalebant corpora morbo (*de eadem re*: ARNOB. nat. 7, 47 ut ab -is contagio tutam eam *Romam* morbisque pestilentibus praestaret *Aesculapius*. LACT. inst. 2, 7, 13 -e saeviente Aesculapius ... Romam ... pestilentia liberasse). GRATT. 369 *e vitio latenti* emissa -s et per contagia morbi venere in vulgum (*cf. 366* labes, *371* labe). MANIL. 5, 515 non extincta -s semperque recentia flammis (*versum orationis imperfectae alicuius pestilentiae descriptioni attribuit Housman*; -e *alii, sc. ignem intellegentes*). SEN. Oed. 29 (*loquitur Oedipus*) ista Cadmeae -s infesta genti *eqs.* (*cf.* 652 *infra sub II B*). COLVM. 1, 4, 3 gravioris caeli multa remedia priores tradiderunt, quibus mitigetur pestifera -s (*antea*: pestilentis ... agri). LVCAN. 6, 101 turba ... cadentum aucta -s, dum mixta iacent incondita vivis corpora (*97* pestis). VAL. FL. 4, 592 siquem perculerit vicina -s. 5, 15 Tiphyn agit violenta -s (*cf. Apoll. Rhod. 2, 856 μινυηΐδη ... νοῦσος*). SIL. 14, 582 ni ... importuna -s inimicaque pestis ... polluto miseris *Romanis* rapuisset gaudia caelo. MART. 1, 101, 6 ureret implicitum cum scelerata -s. Ps. QVINT. decl. 12, 4 non ... vulgaris illa labes frumenti fuit ...; nova et inaudita abominanda -s *eqs.* CALP. decl. 44 -s orta est. CIL III 5567 (*a. 182*) qui per -em vita functi sunt (*de pestilentia eiusdem aetatis*: CAPITOL. Ver. 8, 1. PS. AVR. VICT. epit. 16, 3 *sub Marco Aurelio* -es crebrae. HIER. chron. a. Abr. 2184 OROS. hist. 7, 15, 5. 7, 27, 7). TERT. apol. 20, 2 fames et -es et locales quaeque clades et frequentiae plerumque mortium vastant (*item in enumeratione calamitatum*: 40, 2 si terra movit, si fames, si -s. anim. 30, 4 CYPR. Demetr. 2. 10 PASS. Mar. Iac. 12, 7. *al.*). PS. GARG. MART. p. 212 *omfacomeli* facit ad omnem aestum aegrotantibus et quos -s possidet. IVST. 32, 3, 9 *cum* comprehensi ... pestifera -e essent. DICT. 1, 19 irane caelesti an ob mutationem aeris corporibus pertemptatis -s invadit *eqs.* AMM. 19, 4, 7 prima species -is pandemos appellatur ..., secunda epidemos ..., tertia loemodes, quae itidem temporaria est, sed volucri velocitate letabilis. 23, 6, 17 -s oriens a ... puteo, cum os eius excesserit, ... terras circumsitas inhabitabiles ... fecisset (*antea*: halitus letalis. *sec. Cass. Dionem 68, 27, ubi πνεῦμα tantum*). CLAVD. 28, 242 taetris collecta cibis annique vapore saeviat aucta -s. OROS. hist. 2, 12, 4 quamvis ... oborta -s ... populum depopulata sit (*cf. Liv. 3, 2, 1* morbo). CAEL. AVR. salut. praec. 60 melioris ⌊aeris -eque⌋ (haberi sedeaque *trad.*) exemtas regiones. GREG. TVR. Mart. 3, 34 populus Turonorum a -e valitudinaria vastabatur (*cf.* tit. de -e, quae cum visicis fit). CE 98, 7 -s ignita. *al.* *in comparationibus*: SEN. Thy. 88 (*loq. Tantalus*) mittor ut ... gravem populis -em sparsura pestis. STAT. Theb. 11, 274 (*Creon ad Eteoclem*) urbem ... ceu caelo deiecta -s ... hausisti. AMM. 23, 6, 76 potandi aviditatem vitantes ut -em. 30, 2, 11 solebat dirae -is ritu grassari per omnia *Maximinus*. OROS. hist. 6, 12, 3 inruit ... Romanus exercitus veluti fortissimo corpori fortior -s. Ⓘ *accedit gen.: rerum vel animantium affectorum* (*sim. invenies sub 2a et b et sub II A*): LVCAN. 2, 200 fames ... subitaeque ruinae aut terrae caelique -s aut bellica clades (ANTH. 223, 15 caeli terraeque [*pendet simul e* VERG. Aen. 3, 139 *supra*]. *an per gen. indicatur origo morbi, cf.* AMM. 23, 6, 17 *supra et* HIL. ad Const. *sub 2b?*). HEGES. 1, 32, 6 p. 62, 29 in terrae motu atque animantium -e. 1, 38, 1 p. 78, 11 populorum (*Ios. antiq. Iud. 15, 300 πάθος ... λοιμικόν*). CLAVD. 15, 514 hominum pecudumque (OROS. hist. 5, 11, 4). SALV. gub. 6, 84 -s erat viventium, foetor ... mortuorum. *rei destruentis* (*cf. fortasse* LVCAN. *supra. ceterum v. etiam l. 35. 55. 82. p. 1797, 4. 10*): AMBR. in psalm. 39, 8 *Aaron* inter vivos ac mortuos medius stetit et serpentem (*adi.*) statuit -em mortis (*cf. num. 16, 48* plaga cessavit). CLAVD. 15, 39 morbi (18, 18).

β de variis morbis sim. (*de putredine* AMM.; *exempla certiora, dubia v. supra*): SEN. Oed. 859 vulneri innatus tumor puerile foeda corpus *Oedipodis* urebat -e (-s *E*). PLIN. nat. 26, 3 non fuerat haec -s (*sc. lichen*) apud maiores ... nostros *eqs.* (*cf.* MART. 1, 78, 2 premeret pestis cum tabida fauces inque suos vultus serperet atra -s. 11, 91, 6 horrida vultus abstulit et tenero sedit in ore -s). STAT. Ach. 2, 162 quae ferro cohibenda -s, quae cederet herbis, edocuit. AMM. 19, 4, 1 pestilentia tot malis accessit verminantium corporum -e tabifica. CAEL. AVR. acut. 2, 30, 162 siquidem vulgus ... dominantia magnis nominibus appellet, ut ... -em deificam vel epilepticam passionem (*cf. chron. 1, 4, 60* sacra *passio*). GREG. TVR. Franc. 4, 5 -s illa, quam inguinariam vocant (*al. v. vol. VII 1, 1581, 57 sqq.*).

γ fere abusive de causa morbi (*aliter de re corporea p. 1795, 62; de qualitate fortasse et p. 1795, 65*): CAEL. AVR. acut. 1 praef. 12 habet *Asclepiades* consuetudinem pro effectu causas ponere. denique -em diffiniens '-s' inquit 'est qualitas insueta in his ubi est locis consistentium animalium, qua ex communi causa facilibus morbis et interfectivis adficiuntur'. etiam nunc -is causam pro effectu sumpsisse perspicitur. causa etenim -is est qualitas, -s autem declivitas in aegritudinem prona atque celerrima (*Bendz*, celeberrima *trad.*) *eqs.*

b *respiciuntur quaelibet actiones vel res perniciosae* (*aqua* SEN. Phaedr. 1017 CLAVD., *ignis l. 38 sqq., machina* SIL. 1, 354): *α efficiuntur venenis sim.*: VERG. Aen. 7, 354 *serpentis* -s udo sublapsa veneno pertemptat sensus *Amatae* atque ossibus implicat ignem (*cf. 375* serpentis furiale malum *et* CLAVD. DON. Aen. *ad l.*: antequam eam furialis -s incendio robustiore flammaret). SEN. Herc. O. 752 membra et Herculeos toros urit -s nescio qua (*e veste Nessi orta ut* 1358 tantane inventa est -s? [*1355* pestis, *1361* flamma]). *β efficiuntur variis modis*: SEN. Phaedr. 1017 consurgit ingens pontus in vastum aggerem ... nec ista ratibus tanta construitur -s: terris minatur (*cf.* CLAVD. *infra*). Tro. 585 propone flammas, vulnera ... variasque pestes undique, et ferrum inditum visceribus istis, carceris caeci -em (*an de morbo aere carceris corrupto effecto?*). LVCAN. 1, 645 urbi generique paratur humano matura -s; terraene dehiscent? *eqs.* 3, 681 edidit ... clades ... pelago diversa -s ([*postea*: ignis ... vivax spargitur. ADNOT.: ignem dicit]. *item de incendio vel igni*: 10, 504 illa -s ... revocavit ... populos. SIL. 7, 356 -s agit atra *boves faces portantes* [*360* Vulcania pestis]. 17, 96 it totis inimica -s cum turbine castris. CLAVD. 20, 33 mox oritur diversa -s: hinc Mulciber ignes sparserat, hinc ... proruperat ... Nereus). 9, 888 quod ius habuisset in ipsum *Catonem* ulla -s? VAL. FL. 2, 291 pro dira -s, pro noctis acerbae exitium! (*de caede, strage sim. ut*: 3, 246 si tanta -s [*Itali*, Iovis *V*] seros durasset in ortus. 6, 400 *equi* diram ... retorquent in socios ... -em *curruum falcatorum aegide perterriti*. SIL. 12, 385 dira inde -s, caeduntque caduntque). SIL. 1, 354 phalarica ..., cui plurima cuspis, vix muris toleranda -s. 5, 108 cum tanta -s vulgusque tremendum (*i. Boii*) ingrueret (*de impetu hostium ut*: 5, 390 incidit attonitis inopino turbine Poenis ... improvisa -s. 12, 184 fertur acerba -s ... effusaeque ruunt inopino flumine turmae *eqs.*). 5, 623 oppida ... tempestas et dira -s stravitque tulitque (*de terrae motu ut* TAC. ann. 2, 47, 2 asperrima in Sardianos -s). STAT. Theb. 10, 854 ceu suprema -s urbi facibusque cruentis aequatura solo turres Bellona subiret. TAC. hist. 3, 15, 1 Britannia Galliaque et Hispania auxilia Vitellius acciverat, immensam belli -em (molem *Faërnus, fort. recte*). ITALA II Petr. 2, 12 (Ps. Aug. spec. 110 p. 640, 6) qui velut pecora ... in -em et perniciem nati ... perient (*gr. εἰς ἅλωσιν καὶ φθοράν, Vulg.* in captionem et in p.). CYPR. mortal. 16 pestis ista et -s (*i. mortalitas*), quae horribilis et feralis videtur, explorat iustitiam. PANEG. 8, 18, 1 si metu *Constantii* ... -s illa (*sc. piratica*) solis Britanniae visceribus intabuit (*v. vol. VII 1, 2066, 77 sqq.*). PRVD. perist. 3, 26 ubi se furiata -s excitat in famulos domini (*de persecutione*).

2 *animum, mores* (*saepius sublucente imagine morbi. ceterum addas p. 1795, 12 sqq.*): **a** *de variis vitiis*: MANIL. 2, 640 *sub Piscibus nati* commutant animos ... et foedera rumpunt ac repetunt, tectaeque -es sub fronte vagantur. SEN. epist. 95, 29 (*philosophia comparatur cum medicina*) adversus tantam morum eversionem omnia conanda sunt; et utinam sic denique -s ista vin[di]catur. PETRON. 124 vers. 245 tanta -s divum quoque numina vicit (*de pavore, ignavia sim. ut* VAL. FL. 3, 373 quaenam ... ista -s [*377* labem]). PLIN. nat. 29, 27 -s morum ... vatem prorsus cottidie facit Catonem. TERT. anim. 57, 2 (*de magia*) multiformem -em mentis humanae, totius erroris artificem, salutis ... animaeque vastatorem. PS. HIL. hymn. 2, 28 genus serpentis adfuit invidia ..., mortis auctor extitit sordida -s (*cf.* CASSIAN. conl. 18, 16, 8 ipsa *invidia* ... est -s, de qua figuraliter dicitur per prophetam [*Ier. 8, 17*]: 'ecce ego mittam vobis serpentes regulos'). PS. DAMAS. epigr. 101, 2 iste salutares fons *ecclesiae* continet ... undas et solet humanam purificare -em (*cf.* HYMN. Ambros. II 20, 18 ut abluat mundi -em *Christus*). TRACT. Pelag. 4 p. 70 credo ... vos ... nostri temporis -em calamitatemque perspicere (*cf.* OROS. hist. 7, 37, 7 fervent ... blasphemiae, vulgo nomen Christi tamquam -s aliqua praesentium temporum probris ingravatur). RVST. HELP. benef. 28 animos ... dones expugnare -em vitiorum. ENNOD. epist. 1, 4, 4 inediam, quam de divinis libris anima inpastus conceperam, marcentibus diu debui tolerare visceribus, donec

[Maltby]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

concepta -s ad vitalia secreta percurreret. MVTIAN. Chrysost. hom. 29 p. 425/6 abiiciamus itaque hanc -em *i. cupiditatem* (*gr. p. 278 λύμην*).
b *de falsa doctrina haereticorum vel paganorum* (*cf. infra l. 38 sqq. 50*): HIL. ad Const. 1, 5, 1 novella ... et teterrima -s, non corrupti aeris, sed exsecrandorum blasphemorum, Arriana effusa est (*de eadem*: trin. 6, 3 emersit ... pestifera et letalis populis ... -s, quae ingenti grassata contagio ruinam ... mortis invexit). trin. 2, 4 praetermitto ... Marcionitas, Manichaeos pestesque ceteras ...: fit ... omnium -s una, dum in audientium sensum praedicantium morbus infunditur. 8, 1 impiae intellegentiae suae -em usque ad ipsam sedem animae demergens *doctrina pestifera* (*antea*: morbidi eloquii ... contagia). SYNOD. Hil. coll. antiar. p. 51, 22 *ne* pestis ac -s animarum hominibus gravissima importetur. Ps. DAMAS. epigr. 78, 6 fides ... respuit insanam pestiferamque -em (lucem *trad.*). PRVD. c. Symm. 1, 5 renovata -s turbare salutem temptat Romulidum (*antea*: credebam ... urbem ... antiqui pepulisse pericula morbi).

B *usu peculiari respicitur status materiae dissolutae, liquidae* (*cf.* tabes): PETRON. 123 vers. 192 incaluere nives; mox flumina montibus altis undabant modo nata, sed haec quoque ... stabant ... et paulo ante -s iam concidenda iacebat.

II *de animantibus* (*cf. comparationes p. 1795, 71. 72. animantium actiones v. supra, huc vergunt p. 1796, 48 sqq. 60 sqq.*): **A** *maledice de hominibus vel animalibus pestiferis*: CIC. har. resp. 24 ut eos ludos haec -s impura polluerit (*de Clodio, cf.* labes *p. 773, 6*). SEN. Herc. f. 358 (*loq. Megara*) iste *Lycus*, nostri generis exitium ac -s. Med. 183 (*loq. Creon*) abolere ... pessimam ferro -em (*i. Medeam*) ... parabam. Oed. 107 dirus ... monstri cinis in nos rebellat, illa nunc Thebas -s perempta perdit (*de Sphinge ut* Phoen. 131 saeva Thebarum -s. *sim. de Harpyis*: VAL. FL. 4, 432 pellere saevam ... -em. 4, 503 hoste novo turbata -s. 4, 529 pulsa -e [*cf.* pestis *4, 491*]. *de strige*: STAT. Theb. 1, 601 haec tum dira -s nocturno squalida passu inlabi thalamis). Phaedr. 905 (*Theseus de Hippolyto*) unde ista venit generis infandi -s? Tro. 853 -em tantam Troiae atque Achivis quae tulit, Sparte (*de Helena ut* 892 pestis, exitium, -s utriusque populi). SIL. 10, 603 in patulis illa horrida campis sit metuenda -s; muros haud fregerit umquam ... Maurus (*de Poenis, nisi de ipso Hannibale ut* 16, 622 non dira illa -s ... moenibus urbis assiliet?). CYPR. unit. eccl. 10 quos designat in psalmis (*1, 1*) spiritus sanctus sedentes in pestilentiae cathedra, pestes et -es fidei (*de haereticis ut*: LVCIF. non conv. 5 p. 11, 25 vos *Arianos* pestes ac -es fidei fugere. 9 p. 17, 29 tu dicis: 'suscipite conpestilentes ac -es tuos' [*trad.*, ut nos *Hartel p. XXXIII*, vestros *Stangl*]. *cf. I A 2 b*). HEGES. 4, 4, 1 erat ... vir, ... indigena populi -s ..., improbitate parem nescius. CLAVD. 3, 24 quo tanta -s (*i. Rufinus*) eruperit ortu. 19, 14 abluto penitus respirant nomine *Eutropii* fasti maturamque -em sanior aula vomit. **B** *per prosopopoeiam ipsius pestis* (*fortasse conferendum nomen deae q. e.* Lua, *v. etiam p. 1795, 24*): SEN. Oed. 652 Letum -sque, Mors Labor Tabes Dolor, comitatus illo (*sc. Oedipode*) dignus, excedent simul. PRVD. psych. 508 stupuit -s improba (*de Avaritia. cf.* 558 huius se specie mendax Bellona coaptat, non ut avara -s, sed Virtus parca putetur). PROSP. epitaph. 1 (*loq. haeresis*) Nestoriana -s successi Pelagianae.

appendix: **1** *iuxtaposita et synonyma potiora*: calamitas: TRACT. Pelag. 4 p. 70. exitium: SEN. Herc. f. 358 Tro. 892. fames (*cf. gr. λιμὸς καὶ λοιμός*): TERT. apol. 20, 2. 40, 2 anim. 30, 4 CYPR. Demetr. 2. IVL. VAL. 2, 7 (*sec. gr.*). 2, 12 (*gr. Hist. Alex. M. I p. 68, 7 Kr. λιμῷ tantum*). *ceterum in enumeratione aliis vocibus interpositis* LVCAN. 2, 200 PASS. Mar. Iac. 12, 7. *al.* labes: GRATT. 369 (*cf. 366. 371*). Ps. QVINT. decl. 12, 4 AMM. 19, 4, 7. morbus: GRATT. 369 (*fere syn. ut* MART. 11, 91, 6 HIL. trin. 2, 4 PRVD. perist. 2, 222 c. Symm. 1, 5). CYPR. Demetr. 5 saevientibus morbis valitudo frangitur, ... humanum genus -is populatione vastatur (*distingui videtur ut* COMM. instr. 1, 26, 13 seu -s invadit aut longo morbo teneris). pernicies: ITALA II Petr. 2, 12 (Ps. Aug. spec. 110 p. 640, 6). pestilentia: ARNOB. nat. 7, 47 (*ibid.* morbi pestilentes). LACT. inst. 2, 7, 13 HEGES. 1, 38, 1 OROS. hist. 2, 12, 4. 3, 5, 1. *al.*, *distinguitur* AMM. 19, 4, 1 *p. 1796, 11*. pestis: Ov. met. 7, 523 (*cf. 553*). SEN. Herc. O. 1358 (*cf. 1355*). Tro. 892. LVCAN. 6, 101 (*cf. 97*). SIL. 7, 356 (*cf. 351. 360*). 14, 582. 17, 96 (*cf. 92*). *et saepe; distincte* SEN. Thy. 88 *p. 1795, 71*. *?* rues: CARM. ARV. (CE 1) 4–6. **2** *epitheta selecta*: abominanda: Ps. QVINT. decl. 12, 4. acerba: SIL. 12, 184. asperrima: TAC. ann. 2, 47, 1. atra: SIL. 7, 356 MART. 1, 78, 2. dira: *v. vol. V 1, 1273, 65 sq.* extrema: CYPR. GALL. num. 405 SVLP. SEV. dial. 3, 14, 3. feralis: CYPR. mortal. 16. foeda: SEN. Oed. 859. furialis: CLAVD. DON. Aen. 7, 355. furiata: PRVD. perist. 3, 26. gravis: SEN. Thy. 88. horribilis: CYPR. mortal. 16. horrida: SIL. 10, 603 MART. 11, 91, 6. ignita: CE 98, 7. impura: CIC. har. resp. 24. insana: Ps. DAMAS. epigr. 78, 6. letalis: HIL. trin. 6, 3. nefanda: IVST. 19, 3, 10. pestifera: COLVM. 1, 4, 3 IVST. 32, 3, 9 HIL. trin. 6, 3 Ps. DAMAS. epigr. 78, 6. saeva: SEN. Phoen. 131 VAL. FL. 4, 432. scelerata: MART. 1, 101, 6. sordida: Ps. HIL. hymn. 2, 28. squalida: STAT. Theb. 1, 601. tabida: VERG. Aen. 3, 139. tabifica: AMM. 19, 4, 1. teterrima: HIL. ad Const. 1, 5, 1. violenta: VAL. FL. 5, 15. *al.*

deriv.: lualis, luecula. *Maltby.*

? **luganium,** -ī *n.* *de veriloquio et de prosodia nihil constat. videtur esse nomen herbae cuiusdam, si recte trad.*: CHIRON 841 (*inter species pulveris ad tussim iumentorum adhibendi*. polugonium *vel* bucranium *Heraeus dubitanter in exemplari suo*).

***lūgeo,** lūxī, -ēre. [*sicut gr. λυγρός, λευγαλέος e radice sensum frangendi, rumpendi* (*e. g. ind. vet.* rujáti), *vellendi* (*theod. vet.* riochan) *exhibente formatum videtur. Sch.*] *de origine*: PAVL. FEST. p. 120 *v. s.* 1. luctus. SERV. Aen. 6, 441 -entes campi quasi lucis egentes (ISID. diff. 1, 227. GLOSS.[L] I Ansil. LV 280, *ubi adicitur* -ere autem dicitur, dum quispiam cum dolore habitum sordidum mutat). *scrib. cum apice* lúgeat CE 1032, 1 (*saec. I*). *de formis: stirpis praes., coniug. tertiae: ?* -go: GLOSS. III 78, 59 (lubo *trad.*). -it: NICET. virg. laps. 40 (*var. l.*). CE 721, 8 (*a. 642; e schedis*). -itis: FIRM. err. 8, 4 (*inter* colitis *et* plangitis, *in clausula dicretica; cf. formam fortasse ut creticum legendam* -etis 2, 7). VVLG. Is. 66, 10 (*var. l.*). -unt: ITALA Is. 61, 3 (Ps. Aug. spec. 23 p. 400, 5). Matth. 5, 5 (aur. *al.* Cypr. testim. 3, 6. *al. nec non* VVLG. *var. l.*). COMM. apol. 949 (*iuxta* plangunt *ut in var. l.* NICET. virg. laps. 16). CE 1173, 1 (*si est genuinum*). -iunt: ITALA Matth. 5, 5 (*non nisi in var. ll.* Hier. in psalm. I p. 104, 19 Caes. Arel. serm. 5, 4. 198, 3. 208, 1). -iam: ITALA II Cor. 12, 21 (*var. l.* Hier. epist. 147, 1, 1). -ite: ITALA Ioel 1, 13 (*var. l.* Ps. Aug. spec. 26). FIRM. err. 8, 3 (*trad. ter; antea* -ete *bis*). VVLG. Iac. 4, 9 *cod. L.* Ps. AVG. serm. ed. Caillau 2, 45, 1. -ĕre: COMM. apol. 480 (*var. l.* gemere). instr. 2, 32, 10 (*dub.*). -ient: VVLG. thren. 1, 4 *var. l.* *de partic. praes. gen. plur. p. 1800, 73. stirpis perf.: forma concisa* -xti CATVLL. 66, 21. *forma secundaria* -guit ITALA Ier. 23, 10 (Wirc.). Os. 10, 5 (cod. 176). *partic. fut.*: -xuri CIL IX 1724. *?* -ctura CE 564, 6 (*e schedis, quae exhibent* luctu raper aequom). *supinum* -ctum *affert* PRISC. gramm. II 487, 18 *sine exemplo; sed ibid.* 492, 25 a '-xi' ... '-ctum' ... exigit ratio ..., sed auctoritas deficit. NOT. Tir. 59, 40 sq. -et. -xit. *legitur inde a* PLAVTO, EPITAPH. Plaut. Gell. 1, 24, 3, RHET. Her., CIC. [*confunditur in codd. cum* ungere HOR. epod. 17, 11; *cum* plangere CYPR. mortal. 21 p. 310, 14. *falso tradi vid. pro* lubet SALL. (?) rep. 2, 3, 3; *pro* fugere COMM. instr. 2, 27, 3; *pro* iugere SVET. frg. p. 251, 2 (*v. vol. VIII 985, 70*).]

fere i. q. **πενθεῖν** (GLOSS.; *quod ubi gr. respondet, non adnotavimus. iuxta ponuntur saepe* dolere, flere, maerere *sim.*; SERV. auct. Aen. 11, 211 *distinguuntur* maerere, flere, plorare, plangere; *postremo*: -ere etiam cum habitus mutatione. *plus est quam* queri CIC. Brut. 157):
I *-ent animantia, sc. fere homines* (*cf. Plin. nat. 7, 5* uni *homini* animantium luctus est datus. *-ent imago p. 1799, 17*, luxuria *p. 1800, 22*, Comoedia *l. 51 regiones l. 60 sqq. p. 1799, 53, dei e. g. l. 80, animalia* Ov. trist. 2, 390 [*sc. luscinia quondam homo ut item, iuxta hirundinem*, SEN. Ag. 676]. PLIN. nat. 8, 157 *equi* amissos -ent dominos [*addas* ITALA Os. 4, 3 *et* NICET. *sub II A*]. *arbor quondam homo* Ov. met. 10, 142. *causa luctus est plerumque mors propinquorum, sed etiam quaelibet res adversa ut amissio rei* PLAVT. *sub A 1, exilium* CIC. Sest. 29. 32. *al.* Ov. trist. 4, 3, 39): **A** *propter quodlibet malum*: **1** *magis respicitur affectus animi* (*selecta inde a* CIC.; *quaedam ut l. 59 sqq., p. 1799, 3 et fortasse 1799, 7 ad 2 a referri possunt*): PLAVT. Merc. 251 (*narratur somnium*) ego ... -ere atque abductam illam *capram ab haedo* aegre pati (conqueri *var. l.*). EPITAPH. Plaut. Gell. 1, 24, 3 postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia -et ..., dein Risus, Ludus ... conlacrimarunt. RHET. Her. 4, 45, 58 (contentio est, per quam contraria referentur; *affertur exemplum*) vos huius incommodis -etis, iste rei publicae calamitate laetatur. CIC. inv. 2, 79 (*exemplum rationis*) *Horatia* hostium mortem -bat, fratrum neglegebat ([*ibid. iterum in exemplo iudicationis; de eadem re* LIV. 1, 26, 4 sic eat quaecumque Romana -bit hostem]. Cluent. 201. Sull. 31 coniuratorum poenam m.que. Phil. 12, 25 Tusc. 1, 30 Cato 73. Ov. trist. 4, 3, 39 utinam -enda tibi non vita, sed esset mors mea. TAC. ann. 13, 19, 3. *al.*). Verr. II 3, 207 -ent omnes provinciae, queruntur omnes liberi populi (*regiones pro hominibus ut*: Sest. 145 me -enti patriae ... reddiderunt. VERG. Aen. 6, 441 -entes campi, *in quibus ei sunt qui infelici amore perierunt*; sic illos nomine dicunt [*cf.* STAT. Theb. 7, 98 nos te -enti, puer, infitiamur Averno]. 11, 287 Graecia. LIV. 25, 36, 16 Hispaniae ipsos *Scipiones* -bant desiderabantque duces). Catil. 2, 2 urbem, quam e suis faucibus ereptam esse -et, quae quidem mihi laetari videtur, quod *eqs.* Mur. 89 ut Gallia ... eundem -entem, maerentem, exulem videat. Sull. 31 ad -endos coniuratos relictus. 89 cum his necessariis -ere (iungere *var. l.*) suam calamitatem. Planc. 101 hos pro me -ere, hos gemere. de orat. 2, 193 *histrio quosdam versus* flens ac -ens dicere videbatur. Brut. 8 ut, quamquam essent multo magis alia -enda, tamen hoc doleremus *eqs.* 157 si ... volumus singulas res desiderare, non modo querendi, sed ne -endi quidem finem reperiemus. Tusc. 1, 83 quid ego nunc -am vitam hominum (*sc. malis plenam*)? 3, 70 qui *philosophi* non putant -endum viris (*antea*: aegritudine). 3, 83 aegritudinis est ... angi, -ere, maerere (*cf. 4, 16* luctus). carm. frg. 40, 2 B. nos decebat ... domum -ere, ubi esset aliquis in lucem editus (*Eurip. frg. 449 τὸν φύντα θρηνεῖν. cf.* MELA 2, 18 -entur apud quosdam *Thracas* puerperia natique deflentur). fam. 4, 1, 1 ut quam honestissime -amus *sc. bello inter Caesarem et Pompeium coorto. al.* CATVLL. 3, 1 -ete, o Veneres Cupidinesque et quantumst hominum venustiorum; passer mortuus est. 64, 400 exstinctos ... parentes. 66, 21 non orbum -xti deserta cubile, sed fratris ... flebile discidium. LVCR. 3, 886 *nemo est*, qui possit vivus sibi se -ere peremptum (*cf. p. 1801, 50*). VERG. Aen. 2, 85 quem (*Palamedem*) ... cassum lumine -ent. TIB. 2, 4, 43 nec erit,

[Heus]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

qui -at ullus nec qui det maestas munus in exsequias. Ov. epist. 13, 95 infelix, quae *mulier* prima virum -bit ademptum. met. 1, 585 *Inachus* natam ... -et ut amissam. 8, 526 -ent iuvenesque senesque *Meleagro mortuo*. 10, 141 sq. (*Apollo ad Cyparissum in arborem mutatum*) -bere nobis -bisque alios aderisque dolentibus. CE 1032, 1 (*saec. I*) fatales moneo, ne quis me -at. Liv. 34, 32, 12 miseri parentes, quos falso -ent, vivere sciant. Phaedr. 4, 7, 12 -et Aeetae domus. Sen. Ag. 581 (*loq. Clytaemestra*) remeasse *maritum* laetor, vulnus et regni grave -ere cogor. Phaedr. 1145 *Theseus* -et maestos tristis reditus *ex Orco*. Lvcan. 3, 206 quae tua munera (*i. tibiam, sc. inventam*), Pallas, -ent damnatae Phoebo victore Celaenae. *al.*

2 *magis respiciuntur indicia externa, ritus sim.* (*cf.* Cic. Tusc. 3, 62 sunt ... varia et detestabilia genera -endi: paedores, muliebres lacerationes genarum, pectoris, feminum, capitis percussiones. *vide etiam p. 1798, 37*): **a** *varia selecta*: Varro frg. Non. p. 549, 32 ut ... riciniis -rent, funere ipso, ut pullis palliis amictae. Cic. Mur. 88 ut eam imaginem ... parentis sui, quam ... laureatam ... conspexit, ... deformatam ignominia -entemque videat? dom. 26 -ente senatu *exilium meum*, maerentibus bonis omnibus (Sest. 33 civis ... periculum ... -ere senatui non licebit? [*antea*: vestitum mutare]. 52 oppressus senatus, ut ei ne supplicandi quidem ac -endi sit potestas. Pis. 23. Mil. 20 [*ironice*]). Catvll. 39, 5 si ad pii rogum fili -etur, orba cum flet unicum mater. CIL VI 895 (*cf. additamenta* 31 195) mortem eius (*Lucii Caesaris*) iustitio per con⟨sules indicto⟩ omnes -xerunt (Avr. Vict. Caes. 20, 6 i. elogioque). Ov. met. 2, 340 Heliades -ent et ... dant lacrimas et caesae pectora palmis ... Phaethonta ... vocant. 6, 570 *Progne* induitur ... atras vestes et inane sepulcrum constituit falsisque piacula manibus infert et -et non sic -endae fata sororis. fast. 2, 505 (*Romuli umbra ad Proculum*) prohibe -ere Quirites nec violent lacrimis numina nostra suis. Liv. 45, 20, 5 si sordidam vestem habuissent *legati Rhodiorum*, -entium Persei casum praebere speciem poterant. Sen. contr. 10, 1, 12 *patre occiso* sordidatus sum, -o. exc. 4, 1, 1 *luxuriosus quidam*, qui supra flentem patrem censuram -endi postulat (*de eadem re v. p. 1801, 16*). Val. Max. 2, 7, 15 p. 92, 6 *senatus occisorum* corpora sepulturae mandari mortemque -eri vetuit. Sen. apocol. 12, 3 vers. 29 caedite maestis pectora palmis, o causidici ..., vosque poetae -ete novi. Ag. 661 lamentabili -ete gemitu funera. Herc. O. 1879 nunc, Curetes, ... arma Idaea quassate manu; armis illum (*Herculem*) -ere decet. Tro. 68 (*64 Hecuba ad mulieres*: ferite palmis pectora et planctus date!) non rude vulgus lacrimisque novum -ere iubes (*cf.* 82 non indociles -ere sumus). dial. 10, 20, 3 *senex quidam munere liberatus* componi se in lecto et velut exanimem a circumstante familia plangi iussit; -bat domus otium domini senis *eqs.* 12(11), 16, 2 hoc fuit eius (*M. Antoni*) -ere (*sed* ei ut -ret *coni. Alexander, Am. Journ. Phil. 56, 1935, 222 sq.*): viginti legionum sanguine fratri parentare (Iord. Get. 255 non femineis lamentationibus et lacrimis, sed s.). epist. 99, 24 effusissime flere, meminisse *hominis mortui* parcissime, inhumani animi est; ... hoc prudentem virum non decet; meminisse perseveret, -ere desinat (*cf.* Tac. Germ. 27, 1 lamenta et lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt; feminis -ere honestum est, viris meminisse). Octavia 66 me ... parentes raptos prohibet -ere timor fratrisque necem deflere vetat. Cvrt. 10, 5, 17 Persae comis suo more detonsis in lugubri veste ... regem *Alexandrum* vero desiderio -bant. Stat. Theb. 1, 265 aerisoni -entia flumina Nili *propter Osirin*. Tac. Agr. 46, 1 nos ... ab ... muliebribus lamentis ad contemplationem virtutum tuarum voces, quas neque -eri neque plangi fas est. Avr. Fronto p. 13, 8 v. d. H. (p. 17 N.) de funere aliquid dicamus: sciat familia, quemadmodum -at; aliter plangit servus manu missus, aliter cliens *eqs.* Pavl. dig. 3, 2, 9 uxores viri -ere non compelluntur; sponsi nullus luctus est. 3, 2, 23 parentes et liberi ... necnon et ceteri adgnati vel cognati ... -endi sunt; qui autem eos non eluxit, [non] notatur infamia. sent. 1, 21, 14 qui -et, abstinere debet a conviviis, ornamentis, purpura et alba veste. frg. Vat. 321 *puer* minor trimo non -etur, sed sublugetur; minor anniculo neque -etur neque sublugetur. *al.* **b** *tempora luctus definita*: Ov. fast. 3, 134 *Romulus* adsuetos ... numeros (*sc. denos*) servavit in anno: hoc, *sc. decem mensium*, -et spatio femina maesta virum (Sen. dial. 11[12], 16, 1 -entibus viros. Pavl. sent. 1, 21, 13). Liv. 2, 7, 4 matronae annum ... eum -xerunt (Sen. epist. 63, 13 a. feminis ad -endum constituere maiores, non ut tam diu -rent, sed ne diutius *eqs.* Gran. Lic. p. 33, 4 toto a. Vlp. frg. Vat. 321 -endi ... sunt parentes a., item liberi maiores x annorum aeque a.; quem annum decem mensuum esse Pomponius ait [*cf.* Ov. *supra*]. Pavl. sent. 1, 21, 13 parentes et filii maiores sex annis a. -eri possunt, minores mense, maritus decem mensibus. *addas* Sen. dial. 6, 14, 2 *infra*). Fest. p. 154 minuitur populo luctus aedis dedicatione, cum censores lustrum condiderunt ..., privatis autem, ... cum propiore quis cognatione quam is, qui -etur, natus est. Pavl. Fest. p. 97 *post cladem Cannensem* institutum est, ne amplius centum diebus -retur *a feminis*. p. 226 prolugere dicuntur, qui solito diutius -ent. Capitol. Aur. 21, 4 quem (*filium*) non plus quinque diebus -xit. *laxius et fere iocose*: Sen. dial. 6, 14, 2 Bibulus ..., qui toto honoris sui anno ⟨ob⟩ invidiam collegae domi latuerat, postero die, quam geminum funus *filiorum* renuntiatum est, processit ad solita imperii officia ...; tam cito liberorum luctum finivit, qui consulatum anno -xerat.

B *propter peccata commissa*: **1** *in scripturis sacris*: Itala Matth. 5, 5 (aur. *al., sim.* Vvlg.) beati, qui -unt nunc, quoniam ipsi consolabuntur (*cod. k* plangentis; *loco gemino Luc. 6, 21* qui nunc fletis *sec. gr. κλαίοντες. exemplum huc rettulimus cum respectu interpretationum antiquarum, e. g. Hil. in Matth. 4, 4* non orbitates ... maerentibus, sed peccata vetera flentibus). I Cor. 5, 2 (Tert. pudic. 14. *al.*) inflati estis et non -xistis potius, ut auferatur ... qui tale facinus admisit ([*Vulg.* luctum habuistis]. *pergit* Tert. *l. c.*: pro quo -rent? utique pro mortuo; ad quem -rent? utique ad dominum, ut ... auferatur *eqs.* Avg. serm. coll. Morin p. 631, 23 *ad l.* omnis enim peccator -ere debet; quis -etur nisi mortuus? *eqs.*). II Cor. 12, 21 (codd. d r *al.* = Vvlg.) ne iterum cum venero, ... -am multos ex his, qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam. **2** *apud ecclesiasticos* (*omisimus ea, quae apertius e locis supra allatis pendent*): Tert. cult. fem. 1, 1 l. 10 *mulier* ipsam se circumferens Evam -entem et paenitentem. Ps. Hil. hymn. 2, 41 -ere ... me permitte, domine, mala, quae gessi reus ab infantia. Ambr. paenit. 2, 8, 73 quotienscumque peccatum alicuius lapsi exponitur, conpatiar nec superbe increpem, sed -am et defleam. 2, 8, 78 non ... gaudeam super alicuius peccatum, sed magis -am. 2, 9, 88. Pelag. in II Cor. 7, 10 secundum deum ... est 'tristitia' sive sua sive aliena -ere commissa. Avg. agon. 19, 21 multum ... -enda est mens humana, si vincitur a corpore suo. Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 221, 21 -o ... solos, qui ei (*haeretico*) communicaverunt, quod *eqs.* Val. Cem. hom. 1, 8 luxuria actus suos -at. Salv. eccl. 3, 11 pro hominum insipientia -amus. Pomer. 3, 15, 4 ut ... de aliorum peccatis tamquam de nostris misericorditer -amus. Carm. de resurr. 271 miseranda venit -ens sua crimina turba. Fvlg. Rvsp. praedest. 2, 21(22) ut pro peccatis etiam -at, in quibus antea ... gaudebat. Caes. Arel. serm. 47, 7 illud quam -endum et erubescendum est (*sc. quod rustici vini cupidissimi sunt; ibid.*: de illa -enda potatione). *al.*

II *-ent res, fere naturales, quasi animatae*: **A** *agri, viae, loca sim.* (*regiones fere pro hominibus positas v. sub I A 1*): Cic. Verr. II 3, 47 hos *campos* ita vastatos nunc ac desertos videbam, ut ager ipse cultorem desiderare ac -ere dominum videretur (*cf.* Clavd. carm. min. app. 2, 108 *aper* sternebat ... suis -entia rura colonis [suos ... colonos *var. l.; cf. 104* fletam ... colonis Arcadiam. '*quasi mortis rura esse videntur* suis ... colonis' *Birt ad l.*]). Itala Ier. 23, 10 (Wirc., *sim.* Vvlg.) quia a facie istorum *adulterorum* -uit terra, arefacta sunt pabula deserti (Os. 4, 3 [cod. 176, *sim.* Vvlg.] -bit t. cum ... bestiis agri et cum reptilibus *eqs.* Ioel 1, 10 [cod. 175] -at t., quia miserum factum est frumentum *eqs.* [Vvlg. -xit humus]. Vvlg. Is. 24, 4 -xit et defluxit t. 33, 9 -xit et elanguit t. Ier. 4, 28. 12, 4. *cf.* Sen. *sub B*). Ioel 1, 11 (cod. 175) -ete, possessiones, super tritico *eqs.* (*gr. θρηνεῖτε, Vulg.* ululaverunt vinitores super frumento). Vvlg. Ier. 12, 11 posuerunt eam (*vineam*) in dissipationem -xitque super me. thren. 1, 4 viae Sion -ent eo quod non sint qui veniant *eqs.* Am. 1, 2 -xerunt speciosa pastorum et exsiccatus est vertex Carmeli. Nicet. virg. laps. 47 -ete me, montes et colles; -ete me, fontes et flumina ..., -ete me, bestiae silvarum, reptilia terrae et volucres caeli, et omnis anima quae vita frueris. Svlp. Sev. dial. 3, 7, 3 *statim post mortem Martini* rursum incubuit ... tempestas, *quam ille averterat*; adeo sensit et mundus viri ... excessum, ut, cuius vita iure gaudebat, eiusdem mortem -ret. **B** *aliae*: Cic. Sest. 53 cum meum illum casum ... non solum homines, sed tecta urbis ac templa -rent (Pis. 21). Catvll. 66, 52 abiunctae paulo ante comae mea fata sorores -bant (*Callim. frg. 110, 51 Pf. μὲ κόμαι ποθέεσκον*). Lvcr. 5, 1139 *rege occiso* capitis summi praeclarum insigne cruentum sub pedibus volgi magnum -bat honorem. Ov. met. 11, 47 te, *Orpheu*, ... fleverunt silvae, positis te frondibus arbor tonsa comam -xit (*-ent plantae ut*: Epist. Sapph. 151 rami positis -ere videntur frondibus. Itala Is. 24, 7 [Tycon. reg. 4] -bit vitis, -bit vinum *eqs.* [Vvlg. -xit vindemia, infirmata est vitis]. *cf. p. 1799, 5*). Manil. 4, 847 haec quoque signa, *sc. in quibus posita luna deficit*, ... languent ... et velut elatam Phoeben in funere -ent. Sen. Herc. f. 1054 -at aether magnusque parens aetheris ... tellusque *et mare et sol* (*cf.* Lact. inst. 4, 18, 12 mundus ipse et tota mundi elementa -xerunt). Stat. Theb. 9, 657 -entia ... antra *Amphiarao remoto*. Mart. 14, 157, 1 (lanae Pollentinae) pullo -entes vellere lanas (*cf. 14, 158* lana ... tristis. *Colum. 7, 2, 4* pullus atque fuscus *color*). 14, 204, 1 (cymbala) aera Celaenaeos -entia matris amores *sc. Attin.* Vvlg. Is. 3, 26 maerebunt atque -bunt portae eius (*urbis Ierusalem; hunc respicit locum* Hier. hom. Orig. in Is. 3, 3 p. 256, 13 cum -xerint thecae eorum ornamenti filiarum Sion). thren. 2, 8 *cum deus dissiparet muros urbis*, -xit ... antemurale. Prvd. apoth. 442 mortua iam mutae -ent oracula Cumae (*cf. Smolak, Wien. Stud. 83, 1970, 237 sq.*).

partic. praes. **lūgēns**, -entis. *gen. plur. in* -ium *passim; in* -um (*exempla omnia pertinent ad usum infra sub 2 illustratum*): Stat. silv. 5, 5, 40 (*metro firmatur*). Serv. ecl. 5, 22 (*var. l.* -ium). Aen. 11, 93 (*bis; var. l.* -ium *priore loco*). Fvlg. aet. mund. p. 129, 7 (*var. l.* -ium). p. 162, 28 (*in eo capite, quo littera* i *admissa non est*).

1 *pro adi. passim, e. g. p. 1798, 61. 70.*

2 *fere pro subst.* (*exempla certiora; locos, ubi iungitur cum obi., v. supra, e. g.* Liv. *p. 1799, 30. accedit gen. poss.* Vvlg. Is. 57, 18 reddidi consolationes ipsi *populo* et -bus eius. 61, 3 -bus *urbis* Sion): **a** *magis respicitur affectus animi*: Cic. Tusc. 3, 77 si -i persuaseris, non tu illi luctum, sed stultitiam detraxeris. 4, 59 alia est ... -i, alia miseranti aut invidenti adhibenda medicina. Sen. benef. 2, 14, 2 ut frigidam

[Heus]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aegris negamus et -bus ac sibi iratis ferrum . . ., sic *eqs.* 3, 9, 2 -em et quos desiderabat volentem sequi ad vitae consilium reduxisse. dial. 6, 12, 5 *luctum tuum non minuam*, si tibi ingentem -ium numerum produxero; malevolum solacii genus est turba miserorum. 6, 19, 1 movet -em desiderium eius, quem dilexit. epist. 29, 5 facetias, quae risum evocare -bus possunt. 49, 1 dolorem -ium . . . servolus familiaris amisso . . . renovat. *al.* CVRT. 4, 10, 25 inter trepidationem -ium. STAT. silv. 5, 5, 40 (*poeta de se*) ille ego -um mitis solator. *al.* **b** *magis respiciuntur indicia externa, ritus sim.*: OV. epist. 10, 137 adspice demissos -is more capillos. met. 6, 532 (*versu suspecto*) *Philomela* passos laniata capillos, -i similis, caesis plangore lacertis. LIV. 22, 56, 4 adeo . . . urbem opplevit luctus, ut sacrum anniversarium Cereris intermissum sit, quia nec -bus id facere est fas (*quae seq. v. s.* luctus *I A 3 et cf.* 34, 6, 15 Cereris sacrificium -bus omnibus matronis intermissum erat). PAVL. FEST. p. 207 -es . . . diebus luctus in pellibus sunt. SEN. contr. 10, 1, 5 numquid nunc tibi *diviti* iniuriam facio sordidatus? quod reo licet, -i non licet? (*de eodem* 10, 1, 12 *v. supra sub I A 2*). SEN. epist. 99, 21 *erant* in quorum ore amor eminebat *post obitum suorum* remota omni -ium scaena, nihil erat nisi quod veris dabatur adfectibus. PETRON. 134, 7 die feriarum, quo etiam -es rident. TAC. ann. 2, 82, 3 quamquam neque insignibus -ium abstinerent, altius animis maerebant *Germanico mortuo*. SVET. Cal. 13 -is habitu et funus Tiberi prosequens. APVL. met. 8, 6, 2 *Tlepolemo occiso* omnia . . . -ium officia . . . adfinxit *Thrasyllus*. ARNOB. nat. 5, 27 *dei* -ium sumunt sordes et miseriarum insignia. NON. p. 550, 2 *anthracina* est -ium vestis. Ps. AVR. VICT. epit. 1, 13 *Augustus post cladem Vari* veste capilloque ac reliquis -ium indiciis deformis. SERV. Aen. 11, 93 -um mos est prioris habitus inmutatio. 11, 101 non coronati, nec enim -es decebat. SCHOL. Iuv. 3, 214 nec focum in domo nostra fieri patimur, quod et -es observare solent. HIER. in Ier. 2, 44, 1 apud veteres haec erat omnium consuetudo -ium, tondere caesariem. in Ezech. 24, 15/27 l. 1517 calciamenta . . ., quae -es solent abicere. AVG. quaest. hept. 3, 81 p. 301, 26 vestimenta . . . scindere -ium erat antiquorum. *al.*

appendix grammatica: **A** *de genere verbi: usus absolutus vel intransitivus exstat inde a* PLAVTO (*pass. impers.* CATVLL. 39, 5 SEN. contr. exc. 4, 5, 3. *al.*); *accedit obi. acc., tam rerum (maxime condicionum, actionum sim.) quam animantium, sc. usu transitivo, inde a* CIC., *saepe ita, ut nomen plus minusve praedicativum ei adiungatur* (CATVLL. 64, 400 exstinctos . . . -ere parentes. LVCR. 3, 886 VERG. Aen. 2, 85 OV. epist. 13, 95 SEN. suas. 3, 1 OCTAVIA 66. *al.*; *cf. acc. c. inf. infra sub B 3*); *pass. pers.* (*gerund. iam inde a* CIC.): OV. met. 10, 141 FEST. p. 154 VAL. MAX. 2, 7, 15 p. 92, 6 SEN. dial. 6, 26, 3. 12 (11), 17, 5 MELA 2, 18 STAT. Theb. 10, 505 TAC. Agr. 46, 1. *al.*, *cum nomine praedicativo nonnisi* APON. 5 p. 92 qui mortuus homo -batur, asseritur surrexisse ut deus. *inf. praes. act.* -ere *accedente attributo fere pro subst., si recte trad., p. 1799, 43.*

B *qui (quod) -etur, indicatur per*: **1** *casus: abl.* (*potius pro abl. absoluto accipiendum* VERG. Aen. 11, 287 versis . . . fatis): RHET. Her. 4, 45, 58 incommodis. CLAVD. 17, 168 fractis ut -at armis Perfidia (24, 24 Libyci f. -rent cornibus amnes). *acc.: inde a* CIC. (*v. supra sub A*). *dat.*: LVCR. 3, 886 sibi ([*nisi recte cum* peremptum *iunxit Kenney, 1971 ad l.*]. STAT. Theb. 12, 132. CLAVD. 8, 477 gens . . . fracta *est* . . . -etque s. iam rara superstes [*an* s. *pendet ex adi.?*]. *cf.* secum SVLP. SEV. dial. 3, 7, 5). STAT. Theb. 6, 184 (*versu suspecto*). *gen.* (*per graecismum*): SIL. 3, 424 -endam formae . . . Pyrenen (*locos eius structurae congessit Geisau, Indogerm. Forsch. 36, 1916, 250*). *dub., an huc* HIER. *p. 1800, 69* (*locus structurae ambiguae, cf. graec.*). **2** *praepos.*: pro: CIC. Planc. 101 TERT. pudic. 14 p. 248, 18 SALV. eccl. 3, 11 FVLG. RVSP. praedest. 2, 21 (22). MVTIAN. Chrysost. hom. 26 397/398 VITA Caes. Arel. 1, 46. in *cum abl.* (*acc. var. lect.*): ITALA I reg. 15, 35 (Lucif. reg. apost. 2) -bat Samuhel in Saul (*sim.* 16, 1 [*ibid.*]. *utrobique gr. ἐπὶ Σαουλ*, VVLG. Saul *sine praepos.*). Ps. PHILO antiq. 19, 16 in morte. VVLG. I Esdr. 10, 6 in transgressione (in transgressionem *et* transgressionem *nudum var. ll., gr. II Esdr. 10, 6 ἐπὶ τῇ ἀσυνθεσίᾳ. cf. locum geminum l. 69*). Sirach 51, 26 in sapientia (insipientiam *var. l.*). ab: ITALA Ier. 23, 10 (Wirc., *sim.* VVLG.) a facie istorum *malorum* -uit terra (*gr. ἀπό*). propter (*gr. διά cum acc.*): ITALA Os. 4, 3 (cod. 176 = VVLG.). super *cum acc.* (*gr. ἐπί cum acc. praeter* VVLG. III Esdr. 9, 2): ITALA Os. 10, 5 (cod. 176 = VVLG.). apoc. 18, 11 (cod. g = VVLG.). VVLG. III Esdr. 9, 2 -ens s. iniquitates multitudinis (*gr. I Esdr. 9, 2 πενθῶν ὑπέρ. cf. locum geminum l. 62*). Is. 66, 10 Ier. 12, 11. 22, 10. *cum abl.*: ITALA Ioel 1, 11 (cod. 175, *gr. ὑπέρ*). VVLG. Iob 14, 22. de: COMM. apol. 480. POMER. 3, 9, 1 (*antea*: de . . . gaudent *ut* CAES. AREL. serm. 235, 4 GREG. M. in Ezech. 1, 11, 27). 3, 15, 4. **3** *acc. c. inf.* (*cf.* LVCR. 3, 886 *sub I A 1*): CIC. Catil. 2, 2 quam *urbem* . . . ereptam esse -et. IVST. 23, 2, 10 QVEROL. p. 14, 12 R. CLAVD. 19, 4 COD. Iust. 8, 17, 12 pr. **4** *enuntiata secundaria*: quia (*gr. ὅτι*): ITALA Ioel 1, 10 (cod. 175) -at terra, q. miserum factum est frumentum (VVLG. quoniam). quod (*cum pron. praepar.* VVLG. thren. 1, 4): HIER. epist. 22, 19, 3 VVLG. I reg. 6, 19 PASS. Theclae A 29 p. 78, 6. quoniam: VVLG. Ioel 1, 10 (*v. supra*).

C *modus -endi indicatur* (*quae hic desideras, v. sub I A 2*): **1** *per abl. vel praepos.*: VARRO frg. Non. p. 549, 32 riciniis . . ., pullis palliis amictae (*cf.* MART. 14, 157, 1 pullo . . . vellere. SERV. auct. Aen. 11, 287 atra veste. *ibid.*: veste mutata. *addas* CVRT. 10, 5, 17 in lugubri veste. ITALA exod. 33, 4 [Lugd.] in lugubribus). CIL VI 895 (*aet. Augusti*) iustitio . . . ⟨indicto⟩ (AVR. VICT. Caes. 20, 6 i. elogioque). SEN. Ag. 661 gemitu. Herc. O. 1879 armis. dial. 12 (11), 18, 2 irrito dolore (COMM. instr. 2, 32, 15. *cf.* ITALA I Macc. 12, 52 [rec. L = VVLG.] luctu magno. SVLP. SEV. dial. 3, 7, 5 magno . . . maerore). STAT. silv. 3 praef. lacrimis (IORD. Get. 255 non femineis lamentationibus et l., sed sanguine. CE 1375, 16 mixtis l. *cf.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 381 fletibus [CE 1212, 9]). **2** *per adv.*: CIC. p. red. in sen. 12 aperte (*cf.* SEN. Tro. 909 occulte). de orat. 2, 167 pie. Tusc. 3, 72 graviter. fam. 4, 1, 1 honestissime (*cf.* SEN. Ag. 676 digne). LIV. 34, 32, 12 falso (RVFIN. Orig. in gen. 15, 3 p. 130, 26). SEN. epist. 63, 9 miserrime. PLIN. epist. 4, 2, 3 insane. AVG. civ. 8, 3 p. 324, 8 D. publice. in Iob p. 540, 6 animaliter. POMER. 3, 15, 4 misericorditer. *al.*

D *singulariter indicatur quem quis -endo adeat praepos.* ad: TERT. *p. 1800, 8.*

in lusu verborum cum lamentari *v. p. 904, 27; cum* laudare CIC. Phil. 14, 34; *cum* defluere VVLG. Is. 24, 4 -xit et defluxit terra. *iuxta vocabula eiusdem stirpis*: luctus: SEN. epist. 99, 22 post l. tuum -ent. ITALA I Macc. 12, 52 (rec. L = VVLG.) -xit . . . l. magno. Dan. 10, 2 (codd. 175. 176) eram in l. -ens (*gr. ἤμην πενθῶν*, VVLG. -bam): FVLG. aet. mund. p. 129, 7 -entum l. lugubris: CVRT. 10, 5, 17 in l. veste . . . -bant. ITALA exod. 33, 4 (Lugd.) -xerunt in lugubribus (*gr. κατεπένθησαν ἐν πενθικοῖς*).

deriv.: 1. luctus, *?*lugies, lugium, lugubris.

compos.: col-, e-, pro-, sub-, superlugeo. relugeo *?* *Heus.*

***?* lugibo,** -ōnis. *de veriloquio, genere, prosodia nihil constat. nomen herbae cuiusdam, si recte trad.*: PLIN. VAL. 3, 15 recipe -is radices.

***?* lūgiēs,** -ēī *f. a* lugere, *si recte trad.* GLOSS. IV 530, 46 in -em: in luctus (V 303, 17. 602, 19 [luctas *trad.*]. *sed* illuviem: ⟨squalorem⟩ in luctu *temptavit Graevius*; iniugem: iniunctum [*i. non iunctum. cf.* iniuges *vol. VII 1, 1664, 75 sqq.*] *coni. Heraeus, sed postea in exemplari suo dubitanter attulit* lugium). *cf.* lugium.

1. lūgio *v.* lugeo.

[2. lugio (*vel* lugo *?*) *vix recta var. l. pro* iug(i)o SVET. frg. 161 p. 251, 2 (*v. p. 629, 59*).]

[lūgiōsa *falsa var. lectio pro* lucrosa, *v. p. 1718, 66.*]

lūgium, -ī *n.* [*ad* lugere *sec.* gaudium: gaudere. *Sch.*] *i. q. luctus*: COMM. instr. 1, 29, 18 luitur ibi (*in gehenna*) poena spiritalis aeterna; -a sunt semper (*cf. apol. 923* luget in aeternum *nec non Vulg. Matth. 8, 12 al.* fletus et stridor dentium). *cf.* lugies.

1. lūgo *v.* lugeo. **[2. lugo** *v.* 2. lugio.] **lūguber** *v.* lugubris.

[lugubrio *trad. inter verba activa coniug. primae* CHAR. gramm. p. 473, 14 B.; *corruptum potius putes ex* lucubro, *quam conferas verbum* lugubro *ab* lugubris *derivatum, quod testatur e. g. Novum Gloss. mediae Lat. s. v.*]

***lūgubris,** -e. *a* lugere. *compar.* -ior CASSIAN. inst. 12, 26; -ius SALV. gub. 4, 53. GILD. Brit. 26 chron. III p. 41, 11 (*potius vi adverbii*). *superl. deest, fere pro superl.* satis . . . -e COD. Theod. 3, 30, 3, 3. *scribitur* lucu- *in codd. hic illic, e. g.* PLAVT. Cist. 45 (*deficit A*). GREG. TVR. Franc. 5, 34 p. 241, 2 vit. patr. 6, 7 p. 685, 22. 19, 1 p. 736, 28. NOT. Tir. *l. c.* (*post* luctus). lugebr- *cod. A* TERT. scorp. 7 p. 160, 9. *secundae decl.* (*quasi a* luguber) *abl. plur.* -is: CIL VI 12649, 5 GREG. TVR. Franc. 5, 34 p. 241, 2 *cod. A 1* (*exempla posterioris aetatis collegit Norberg, Eranos 41, 1943, 35 sq.*). NOT. Tir. 59, 43. *de prosodia: prima syllaba brevis est* DAMAS. epigr. 40, 2 PRVD. cath. 9, 79, *secunda mensuratur ad libitum. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., ACC., LVCR., VERG. (luctuosus *dactylis abhorrens nonnisi bis apud Hor.*); *in oratione soluta inde a* SISENNA, CIC. (*novies*, luctuosus 27^{ies}), *ceterum e. g. sexies apud* LIV. *et* CVRT. (*utrique deest* luctuosus); *sed usum sub I A illustratum voci* luctuosus *fere alienum esse monemus.*

i. q. luctus plenus, tristis sim. (*cf.* SYNON. Cic. p. 430, 7 *v. s.* luctuosus. GLOSS.^{L} III Abol. LV 13 -em: luctuosum. *vis instrumentalis elucet sub A. accedunt abl. causae p. 1803, 65, fort. etiam p. 1804, 39, limit. p. 1804, 12*): **I** *de rebus*: **A** *quae ad ritum lugendi spectant, luctum indicant; -ia sunt*: **1** *vestimenta, habitus sim.*: **a** *iuxta subst.*: ENN. scaen. 386 -i succincta est stola. TER. Haut. 286 mediocriter vestitam veste -i ([SCHOL. p. 117, 7 luctuosa, tristi, sordida]. SEN. dial. 6, 2, 5 CVRT. 10, 5, 17. 10, 5, 19 Ps. QVINT. decl. 11, 11 VLP. dig. 47, 10, 15, 27 -i . . . aut squalida. FIRM. err. 7, 4. *al.*; *cf.* SISENNA hist. 4, 7 vestitu. GREG. TVR. Franc. 5, 34 p. 241, 2 vestimentis). ACC. trag. 86 mulier funesta veste, tonsu -i. CIC. dom. 59 *filiae meae* sordes . . . -es vobis erant iucundae (p. red. ad Quir. 7). HOR. epod. 9, 28 terra marique victus hostis punico -e mutavit sagum (*cf.* PORPH. deposuit coccinam chlamidem Antonius . . . et accepit -em, id est nigram; et utrum ob luctum victarum partium hoc facit an ut in fuga lateat?). SEN. contr. 9, 5, 1 *puer* vagabatur -i sordidaque praetexta. SEN. Oed. 553 (*cf. 551 sq.* funesto . . . amictu) -is imos palla perfundit pedes *Tiresiae Laium ex inferis suscitaturi*. TAC. ann. 13, 32, 3 post Iuliam . . . interfectam per quadraginta annos non cultu nisi -i, non animo nisi maesto egit *Pomponia*. CAPITOL. Maximin. 31, 1 mulier quaedam . . . occurrit -i habitu (SCHOL. Cic. Bob. p. 138, 8 sordidatus et -i h., ut solent qui pro mortuis inducuntur *in scaenam*. HIER. epist. 54, 16, 3). Ps. AVG. serm. ed. Mai 97, 4 (*de Ninivitis paenit.*) caput suum senex -i cinere perfudit (*cf. Vulg. Ion. 3, 6 rex* sedit in cinere). **b** *neutr. plur.* (*sing.* ITALA Monac.) *pro subst.* (*cf.* GLOSS.^{L} II Abav. LO 17 -ia:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tristi[ti]a, feralia): PROP. 4, 11, 97 numquam mater -ia sumpsi (VLP. dig. 3, 2, 8 [*ex Labeone*] sumere ... et deponere). OV. met. 11, 669 da lacrimas -iaque indue. trist. 4, 2, 73 qua *die* -ia ponam (*cf.* VLP. *supra*). SEN. Herc. f. 626. dial. 11 (12), 16, 2 imposita -ia numquam exuerunt. LVCAN. 2, 365 maesti servat -ia cultus *Marcia*. PS. QVINT. decl. 1, 17 tempori accommodata -ia flammeo revertente mutabis. 10, 8 tum tristiora, -ia, tum squalidae magis placuere vestes. ITALA exod. 33, 4 (Lugd. *al.*) luxerunt in -bus (*gr. ἐν πενθικοῖς*, in -i Monac.; *Vulg.* luxit et nullus ex more indutus est cultu suo). OROS. hist. 2, 14, 10 qui *legati* ... -bus induti misericordiam ... precarentur (*Iust. 4, 4, 1* sordida veste).

2 *lamentationes, carmina sim.* (*cf. B1b*): CIC. leg. 2, 59 L. Aelius 'lessum' quasi -em eiulationem *intellegit*, ut vox ipsa significat. 2, 62 cantus ad tibicinem ..., cui nomen naeniae, quo vocabulo etiam ⟨apud⟩ Graecos cantus -es nominantur (HOR. carm. 1, 24, 2 *amico mortuo* praecipe -es c., Melpomene. *cf.* PORPH. *infra*). Tusc. 1, 30 illa -is lamentatio fletusque maerens ex eo est, quod eum, quem dileximus, vitae commodis privatum arbitramur. CVRT. 3, 12, 3 -is clamor barbaro ululatu planctuque permixtus (10, 3, 5 DICT. 4, 9). 4, 15, 29 -i ululatu et incondito clamore gemituque totam fere aciem ... turbavere (5, 12, 12 laceratis ... vestibus -i et barbaro u. regem deplorare coeperunt. APVL. met. 4, 33, 4 cantus ... laetus hymenaei -i finitur u.). APVL. met. 5, 7, 3 (*2* quam lugetis, adsum) -es voces desinite. PORPH. Hor. carm. 2, 1, 37 nenia -e carmen est, quod in mortuos canitur (HIER. epist. 60, 1, 3 moris quondam fuit, ut ... instar -ium carminum ... pectora concitarent. VVLG. Ezech. 27, 32). IVST. 18, 4, 13 deflens ipsa -ique voce Acherbam ciet. AMM. 22, 9, 15 *in festis Adoneis* ululabiles planctus et -es sonus audiebantur. HEGES. 5, 44, 2 p. 394, 11 hoc (*sc.* 'vae Hierosolymis') tamquam -e atque funereum canticum canens. SIDON. epist. 8, 11, 3 aliquid super decedentis occasu -e componens.

3 dies: DECRET. decur. Pis. de C. Caesare (CIL XI 1421) 26 di⟨em⟩ ... eum, quo die C. Caesar obit, ... pro Alliensi lu⟨gub⟩rem memoriae prodi. SVET. Aug. 23, 2 *ut diem* cladis *Varianae* quotannis maestum habuerit ac -em. ITALA gen. 50, 4 (Lugd.) postquam transierunt dies -es (*gr. αἱ ἡμέραι τοῦ πένθους*, *Vulg.* planctus tempore). ROMVL. fab. 59, 2 (recc. gall., vet.) ut -es illic, *sc. in mausoleo mariti*, ageret dies (*Petron. 111, 4* lugenti. *Phaedr. app. 15, 4* ut ... lugens vitam degeret).

4 *varia*: SEN. Phaedr. 1262 durate trepidae -i officio manus (dial. 6, 3, 1 effusis in officium -e municipiis coloniisque, *ut Drusi cadaver prosequerentur*. TERT. ieiun. 10 p. 287, 23 contenebratus orbis defuncto domino -e fecit officium [*Matth. 27, 45*]). PORPH. Hor. carm. 4, 12, 26 'nigrorum ... ignium' funerum dicit quasi -ium ignium. PS. CYPR. adv. Iud. 5, 3 o diem, *quo Christus mortuus est*, durum et horam flebilem et sollemnitatem -em. FIRM. math. 1, 7, 41 cum -i miseroque omnium fletu *Cicero occisus est*. PRVD. cath. 9, 79 *Christo moriente* sol refugit et -i sordidus ferrugine ... se ... maerens abdidit. VEREC. satisfact. 2 -e fluentum contritis sufferre genis (49 opta⟨n⟩ti ... mihi -⟨b⟩us [*add. Erikson*] ora fluentis tingere). CIL VI 12649, 5 mortuum me ... funerari iussi rebus -is, quibus vivos paravi, lecto, stragulis, forensis, paenula, nigris omnibus. *al.*

B *de quibuslibet rebus tristibus, luctuosis*: **1** *incorporeis, sc. fere actionibus, condicionibus sim.*: **a** *variis*: *α iuxta subst. vel pron.*: PLAVT. Cist. 45 cottidie viro nubit ...; nam si haec non nubat, -i (-e *trad.*) fame familia pereat. CIC. Att. 8, 8, 2 (*Domitius Caesari se tradidit*) o rem lugubrem! HOR. carm. 2, 1, 33 quae flumina -is ignara belli? (LIV. 30, 40, 2 finem ... -i bello impositum. TAC. hist. 2, 46, 3 bellum atrox, -e, incertum. *cf.* AMM. 31, 8, 3 -i bellorum ... eventu). 3, 3, 61 (*loq. Iuno*) Troiae renascens alite -i fortuna tristi clade iterabitur (*de omine ut*: PLIN. nat. 10, 28 *milvos* nihil esculenti rapere umquam ... ferentium ... manibus nisi -i municipiorum inmolantium ostento [*cf. Pausan. 5, 14, 1 τῷ θύοντι οὐκ αἴσιον ... τὸ σημεῖον*]. STAT. Theb. 3, 36 signum -e malorum. *v. etiam* PLIN. *sub 2*). OV. met. 6, 485 *Philomela* successisse duabus id putat ..., quod erit -e duabus (*sc. et Procne et Philomelae*). LIV. 21, 19, 10 Hispanis populis sicut -e ita insigne documentum Sagunti ruinae erunt. 27, 40, 7 terrebat et proximus annus -is duorum consulum funeribus. 30, 43, 12 *navium Romanis traditarum* incendium tam -e fuisse Poenis, quam si ipsa Carthago arderet. VAL. MAX. 2, 8, 7 -es semper existimatae sunt victoriae *bello civili*. 5, 1, 4 *Marcellus* casum eius (*Syracusarum*) -em intuens fletum cohibere non potuit. PLIN. nat. 18, 119 Varro ... flaminem ea (*faba*) non vesci tradit, ... quoniam in flore eius litterae -es reperiantur (*cf. Paul. Fest. p. 87* luctus litterae. *Didymus in Geopon. 2, 35, 6 πένθιμα γράμματα*). MART. 2, 11, 3 -e quiddam ... tacet piger vultus *parasiti non invitati* (*cf. ibid. 6* non ille amici fata luget). TAC. hist. 1, 40, 1 agebatur huc illuc Galba vario turbae fluctuantis impulsu, completis undique basilicis ac templis, -i prospectu. TERT. scorp. 7 p. 160, 9 funestam religionem et -es ritus *deorum paganorum, qui homines immolandos postulant*. CYPR. epist. 43, 4 a vultibus ... vestris -is separatio *in exilio*. FIRM. err. 22, 4 (*ad sacerdotem Osiridis*) unguentum ... reserva mortuis, reserva morituris, ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos -i ac funesto semper mergas exitio. IVST. 16, 5, 3 matronis tam -es nuptiae graviores repentinis funeribus fuere. AMM. 16, 12, 61 post feros -esque terrores. *al.* *β neutr. plur. pro subst.*: SEN. dial. 11 (12), 2, 2 omnes ... luctus illi (*animo matris exilium filii lugenti*) suos, omnia -ia admovebo. HIER. hom. Orig. in Ezech. 9, 5 p. 414, 7 miserabiles Sodomitae ..., miserabiles multumque plangendi, qui tam -ia et tam dira perpessi sunt. *γ* -e (-ius) est, erit: *seq. inf.*: COD. Theod. 3, 30, 3, 3 (*suppl. ex* Iust. 5, 37, 22, 3) nec vero domum vendere liceat ..., in qua maiorum imagines aut videre fixas aut revulsas non videre satis est -e. SALV. gub. 6, 73 -e est referre, quae vidimus. PS. EVSEB. GALLIC. hom. 39, 5 G. quam -e erit homini deum videre *eqs.* *seq.* quod: SALV. gub. 4, 53 illud gravius et -ius, q. peccatis veteribus nova addimus.

b *verbis, vocibus sim.* (*cf. A2 et p. 1803, 70*): CIC. Verr. II 3, 126 'reliquos' ... 'aratores'. reliquos? prope -i verbo calamitatem ... Siciliae significat ([*antea*: reliquos ... non ex bello ... sed ex tuo scelere]. OV. Ib. 99 quisquis ades sacris, -ia dicite verba). Tusc. 3, 46 (*affertur Enn. scaen. 97 sqq.*) praeclarum carmen! est enim et rebus et verbis et modis -e (GREG. M. in Ezech. 1, 9, 32 [*ad 2, 9* lamentationes et carmen et vae] et laetum c. et -e c. dicere possumus). LVCR. 4, 546 *cycni* cum liquidam tollunt -i voce querellam (PHYSIOGN. 78 p. 104, 8 infracta vox et tenuis ac -is tristem, avarum ac suspicacem indicat). 5, 226 *infans modo natus* vagitu ... locum -i complet. SALL. hist. frg. dub. 5 (*potius* CIC. *vel* CATONI *tribuit Maurenbrecher*) nuntiis ... -bus. APVL. met. 8, 7, 2 *Thrasyllus appellavit occisum* amicum ..., fratrem denique addito nomine -i (*sc. Tlepolemi*. lugere *F primitus, id quod emendavit eadem manus*; -iter *Pricaeus*, -e *aut* -i voce *vel* sono -i *Oudendorp*). DAMAS. epigr. 40, 2 (*in persecutione Christianorum*) cum -es cantus tuba concrepuisset.

2 *corporeis*: CIC. Verr. II 1, 58 forum comitiumque adornatum (*sc. statuis sim. a reo furtim raptis*) ad speciem magnifico ornatu, ad sensum cogitationemque acerbo et -i. VAL. MAX. 2, 7, 6 nostra urbs ... imperatorum proprio (*i. filiorum*) sanguine manantes secures ... ex castris publice speciosas, privatim -es ... recepit. PLIN. nat. 16, 154 *smilax* infausta omnibus sacris ..., quoniam sit -is virgine eius nominis ... mutata in hunc fruticem. AMM. 29, 2, 2 *calumniator quidam* ut ... venator multos intra casses -es includebat.

II *de animantibus* (*domibus pro incolis* LIV.) *eorumve animo, vultu sim.* (*sive ritu lugentibus sive qualibet causa tristibus*): OV. epist. 10, 145 (*Ariadne ad Theseum*) has tibi plangendo -ia pectora lassas ... tendo ... manus. met. 2, 334 *Clymene* -is et amens ... totum percensuit orbem. 4, 691 *Andromedae saxo alligatae* genitor -is et una mater adest, ambo miseri. trist. 1, 8, 23 -es vultus *proficiscentis* (SEN. Ag. 922 quaenam ista lacrimis -em vultum rigat pavetque maesta? [*sim.* Phaedr. 990]). LIV. 3, 32, 2 urbs ... exhausta funeribus, multae et clarae -es domus (5, 11, 5 qui amissis liberis ... -es domos habeant). APVL. met. 5, 4, 6 *sorores Psyches* maestae atque -es ... ad parentum ... conspectum ... perrexerant. FIRM. math. 3, 9, 2 *sidera* frequenter ... facient accusari et in custodia constitui, -es tamen semper et sine filiis *eqs.* OPTAT. 5, 10 p. 141, 7 quare nudus et -is venisti (*sc. detracta veste nuptiali sec. Matth. 22, 12*)? PHYSIOGN. 78 p. 103, 12 qui incipiunt a gravi voce et in acutam desinunt, faciles ad fletum ac -i animo sunt.

neutr. pro subst.: **1** *plur. v. supra IA1b et B1aβ.*

2 *acc. sing.* -e *fere pro adv.*: **a** *respicitur color tristis, sc. fuscus*: VERG. Aen. 10, 273 cometae sanguinei -e rubent (*cf.* POMP. gramm. V 246, 29 propter dativum singularem in i exeuntem 'lugubriter' debuerat facere, sed tamen maluit '-e'. SERV. *ad l.* pro 'lugubriter'). VAL. FL. 8, 58 quis rubor iste poli? quod tam -e refulsit sidus?

b *respicitur sonus tristis, horrendus sim.*: SIL. 12, 140 sonitu -e minaci Mulciber immugit (HIER. epist. 14, 11, 1 iudicaturo domino -e mundus immugiet). 17, 106 -e increpitans late circumvolat ardor. AMM. 16, 11, 8 *barbari* ferum ululantes et -e (28, 5, 6). 25, 1, 18 virorum armorumque -e sibilantium fragor (*cf.* 26, 6, 16 fragore scutorum -e concrepantium). 28, 2, 13 -e clamante praecone. 31, 16, 6 *Sarazenus quidam* subraucum et -e strepens. VVLG. Ezech. 32, 18 cane -e super multitudine Aegypti. CYPR. GALL. num. 539 populus -e gemens.

? masc. pro subst.: GLOSS. II 329, 11 *θρηνητής* -is, lamentator (*nonne* -is, *quod interpretamentum abest a ceteris glossis vocis θρ., pertinet ad glossam praecedentem θρηνήσιμος* flebilis*?*).

adv. **lūgubriter** (-ius GILD.). *i. q. luctuose sim.* (*respicitur obitus propinquorum, carorum* APVL., AVG.): **1** *cum verbis vociferandi, plorandi sim.*: APVL. met. 3, 8, 2 *mulieres circa cadavera* plangore sublato se -r eiulantes '...' aiunt. AVG. civ. 2, 21 p. 82, 28 D. illa res publica, quam Cicero ... tam -r deplorat amissam. serm. 361, 9, 9 *nemo nisi insipidus* frumentum *quod seminatur* quasi mortuum atque sepultum -r plangeret, fleret ubertim. CASSIAN. conl. 21, 4, 2 *David* pro his (*inimicis*) domino pie supplicans etiam -r flevit (*II reg. 1, 12*). GILD. Brit. 26 chron. III p. 41, 11 si qua liberius de his, immo -ius ... non tam disceptavero quam deflevero. CAES. AREL. serm. 7, 3 in tantum periculosum est nobis divina praecepta non legere, ut propheta -r clamet: *affertur Is. 5, 13.* *in oxymoro*: APON. 5 p. 105 die, qua -r gaudebat Iudaeus et laetitiae lachrymas in morte Christi fundebant apostoli. **2** *cum aliis verbis*: SCHOL. Stat. Theb. 6, 30 (exutus honoro vittarum nexu) -r indutus. CASSIAN. conl. 24, 6, 3 *monachus, qui impie aedificium spiritale struit, erit* non glorificandus beati cohabitatoris hospitio, sed ruina constructionis suae -r opprimendus. GILD. Brit. 34 chron. III p. 45, 25 *nisi diabolus te a sinu ecclesiae* -r abstraxisset. VEREC. in cant. 8, 3 in quo (*pisce*) proiectum -r *se* fatebatur *Ionas* (*vix referas* -r *ad* f.). *addas* SERV. Aen. 10, 272 *l. 50*. POMP. gramm. V 246, 29 *l. 49*.

vix conferas lugubrio.

luguntulus *v.* lucuntulus. **luis** *v.* lues. *Salvadore-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

luitātum, *p. p. p. verbi* luito (*a* luere) *veriloquii causa ficti, ni fallimur. i. q. solutum*: PAVL. FEST. p. 116 litatum alii solutum, deditum deo, quasi -tum, alii ex graeco a precibus, quas illi *λιτάς* dicunt. *cf.* ? 2. luto.

luitio, -ōnis *f. a* luere. *legitur nonnisi in sermone iuris* (*cf.* GLOSS. -o: iuris verbum). *plur. non occurrit. i. q. actio luendi* (*cf.* GLOSS. II 293, 5 *ἔκτισις*: pensio, -o. III 455, 13 -o: *ἀπόδοσις* [*item* 485, 2]); *solvitur*: **1** *res obligata*: VLP. dig. 34, 3, 1, 1 ad hoc pervenietur (*sc. ut debitum ipsum lucretur is, cui legata sit res pignori data*) exemplo -is *pignoris*: PAVL. sent. 3, 6, 8 si res obligata . . . legata sit, -o ad heredis sollicitudinem spectat. COD. Iust. 8, 30(31) rubr. de -e pignoris (solutione, victione *var. ll.*). 8, 33(34), 3 pr. in pignoribus, quae iure dominii possidere aliquis cupiebat, proscriptio publica et annus -is antiquus introducti sunt. **2** *captivus redemptus* (*locos huc traximus coll. Vlp. dig. 49, 16, 8* priusquam se luant *captivi redempti; ad 3 spectant, si intellegas pretii -em; ad rem v. post alios Levy, Class. Phil. 38, 1943, 159 sqq.*): VLP. dig. 38, 16, 1, 4 etsi fuerit redemptus *filius*, nondum succedunt *nepotes* (succedit, *sc. filius, Mommsen dubitanter*) ante -em (49, 15, 15 patre redempto et a. -em defuncto). **3** *res praestanda* (*v. quae ad 2 monuimus*): COD. Theod. 13, 5, 14 pr. excusandis ... pro denum milium modiorum -e quinquagenis numero iugis in annonaria praestatione.

lullīgo *v.* lolligo.

?lulurio, -āre. *vocem onomatopoeticam dubitanter agnovit Väänänen, Latin vulg. inscr. Pomp.³ 1966, 109, ad* CIL IV 4161 Mussicus lylyriai (*pro* luluriat *accipit Väänänen, sed littera extrema incerta est et spatio quodam a ceteris separata. vix inepte monet idem latere posse etiam vocem* **lyra**, *sc. syllaba prima per errorem iterata*).

1. luma (lū-*?*), -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] *nomen herbae*: PAVL. FEST. p. 120 -a genus herbae vel potius spinae. GLOSS.[L] II Philox. LV 29 (*ex* FEST.) -a: *βοτάνη ὁμοία ἡδυόσμῳ, ἣν τινες ποταμογείτονα καλοῦσ[ε]ιν, ἄλλοι καλαμίνθεν* (*i. -ην. explicationem in margine glossarii addita edidit Goetz* GLOSS. II 125, 5 -a herba ipsa est calamentis).

deriv.: lumarius, lumectum. *?compos.*: lumemulia.

2. luma *v.* linna.

lumārius (lū- *?*), -a, -um. *a* **1.** luma. *adhibetur ad significandum genus quoddam falcium; testatur et explicat* VARRO ling. 5, 137 (*v. sub* lumectum). *Bk.*

lumba *v.* lumbus.

lumbāgo, -inis *f. a* lumbus. -ga GLOSS. **1** *i. q. vitium lumborum*: PAVL. FEST. p. 120 -o vitium et debilitas lumborum. GLOSS.[L] II Philox. LV 35 -ga *ἰσχ[ε]ιάς* [*ὄμματα*] (*perperam additum est e glossa insequenti*). *exempla desunt.* **2** *i. q. lumbus* (*debilitatus?*): DAMIG. lapid. 1 *lapis aëtites* periclitante muliere . . . tritus et super -em eius positus (*gr. ibid. περίαπτε τῷ μηρῷ*), continuo partu liberabitur.

lumbāre, -is *n. et adi.* **lumbāris,** -e. *a* lumbus. *abl.* -i, *var. l.* -e, *v. l. 75.* *legitur fere apud* HIER. (*cf. l. 81 sq.*), Ps. RVFIN.

c *in indicando tempore ponitur pro die* (*cf. l. 47 et* lucifer *p. 1711, 13*): *α apud poetas*: Ⓘ *cum numeralibus* (*hic illic plenius* -n *vel* -a solis, -a dierum): ENN. (?) scaen. 264 si te secundo -e hic offendero (*Ennio vindicavit Scaliger coll. Eur. Med. 352 εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ*). LVCR. 6, 1197 octavo ... candenti -e solis aut ... nona ... lampade (*cf. Thuc. 2, 49, 6 ἐναταῖοι καὶ ἑβδομαῖοι*). VERG. Aen. 6, 356 (*355* tres ... noctes) -e quarto. OV. met. 14, 424 sex ... noctes, totidem redeuntia solis -a. IVVENC. 2, 167 tertia -a solis ([*Ioh. 2, 19* in tribus diebus]. 3, 206 [*Matth. 15, 32* triduo]. DAMAS. epigr. 9 [12 F.], 4 post t. -a s. *cf.* IVVENC. 3, 589 post t. -a [*Matth. 20, 19* tertia die. *sed Iuvenc. 1, 291* lux ... tertia]. AVIEN. Arat. 1396 [*1399* quinta ... lux; *gr. 767 τρίτον ἦμαρ ... πέμπτον*]). 3, 317 bis terna dierum -a (*Matth. 17, 1* dies sex. *cf.* CYPR. GALL. exod. 1064 *nubes Mosen* occulit ... terno bis -e solis [*Vulg. 24, 16* sex diebus]). CYPR. GALL. gen. 273 -a solis septima (*Vulg. 7, 4* dies septem. *item* 306). 1486 decies septena dierum -a (*Vulg. 50, 3* septuaginta diebus. *cf.* lev. 38 septeno in -e [*seq.* axis octavus; *Vulg. 12, 2* septem diebus]). Ⓘ *alia*: CATVLL. 66, 79 optato ... iunxit *vos* -e taeda (*ne -n taedae intellegas, cf. 64, 31* optatae ... luces). 66, 90 placabis festis -bus Venerem. LVCR. 3, 1093 ex hodierno -e (*opp.* mensibus atque annis ... multis ... ante).

β in re forensi (*sec.* dies *per variationem*): COD. Iust. 7, 63, 5, 1 c (*de appellationibus*) ante quartum diem fatalis -is (*syn.* ortus, dies. *v. vol. VI 1, 334, 41 sqq.*).

d *in sermone architectorum et usu inde derivato*: *α praevalente sensu foraminis* (*opp.* lux *l. 18; locutiones* -n habere, relinquere *ambigue dici vix negaverimus, cf. e. g. infra l. 67. 68*): Ⓘ *aedium, conclavium sim.* (*dub.*: CATO agr. 14, 2 [*v. p. 1823, 81*]. VLP. dig. 1, 18, 6, 5 -e unico vel brevi suppellectili ad aliorum usus translatis [*sunt, qui cubiculum fenestra unica illustratum intellegant*; homine *Hotoman*]): LEX par. fac. Put. (CIL I² 698) 1, 10 in eo pariete medio ostiei -n aperito (*cf.* VITR. 4, 6, 1 -n ... thyretri. *ibid.* -i valvarum); latum p(edes) VI, altum p(edes) VII facito (CIC. Att. 2, 3, 2 Cyrus *architectus* aiebat ... *διαφάσεις* l. -bus non tam esse suaves [*opp.* fenestrarum angustias]. VITR. 6, 3, 6 compluvii -n l. ... relinquatur. *cf.* 4, 6, 1 latitudo -is [4, 6, 3 *opp.* -n altum, altitudine -is. 4, 6, 4]). VARRO ling. 9, 58 *cubicula* -n habere debent ([*antea*: fenestram non habet. *cf.* rust. 3, 5, 3]. VITR. 5, 10, 1. 6, 3, 10 *oeci* habent ... -a fenestrarum valvata, uti ... per spatia f. viridia prospiciantur [6, 6, 2. *cf.* 4, 2, 4 si ... f. fuerint -a relicta; ... -um spatia fuisse]. 6, 6, 3). VITR. 4, 6, 1 si erit -n ab imo ad sedecim pedes (*seq.* superior pars -is contrahatur). 5, 10, 4 labrum ... sub -e faciundum videtur, ne stantes circum suis umbris obscurent lucem. *et saepius apud eundem*. APVL. met. 2, 23, 5 conclave ... obseratis -bus umbrosum (*antea*: foribus obseptis). PANEG. 11, 11, 3 (*trad.* limina, *v. p. 1406, 20*). *tropice in doctrina oculorum* (*cf.* fenestra *vol. VI 1, 480, 45 sqq.*, fores *ibid. 1065, 10 sqq. 22 sqq.*): CIC. nat. deor. 3, 9 duo -a ab animo ad oculos perforata. Ⓘ *rerum variarum* (*respectu illuminationis evanido fere i. q. apertura; vix recte huc trahitur* MAR. VICTOR aleth. 3, 765 *v. p. 1811, 2*): VITR. 8, 6, 4 ad copiam aquae -n fistularum constituatur (*item in arte aquae ducendae* [*v. Callebat, Rev. Phil. III 48, 1974, 327*]: PLIN. nat. 31, 57 [putei *Vitr. l. c. 3*]. FRONTIN. aq. 27, 2. 29, 1 area, id est -e [29, 2]. 36, 4 -e, id est capacitate *calicis* [105, 4. 5. *ad rem cf. vol. III 165, 27 sqq.*]). VAL. FL. 1, 129 tenues subiere latentia cerae -a (*i. rimas navis*). CE 1552 A, 87 (*saec. II ?*) lapis ... foratus -bus multis.

β praevalente sensu ipsius claritatis, sc. aedificiorum vel conclavium (*opp.* ostium *et* fenestra *l. 48*, foramen *l. 69; saepe per plur., ita quidem, ut claritatem singulorum locorum respici passim appareat, notio foraminum nusquam probari videatur; voce q. e.* lux *omnino spreta adamatur in doctrinis iurisconsultorum, ubi pressius distinguitur* sol *l. 64*, prospectus PAVL. dig. 8, 2, 16 *ex Alfeno* [*cf.* VLP. dig. 8, 2, 15. 39, 1, 5 pr. *ex Iuliano*]): CIC. dom. 115 *Clodius* a Q. Seio contendit, ut sibi domum venderet; cum ille id negaret, ... se -bus eius esse obstructurum minabatur (Brut. 66 [*tropice*]. *cf.* CIL X 787 [*a. 2 a. Chr.*] ius -um opstruendorum *inter pilas aedis*). de orat. 1, 173 -um ... iura (CIL *l. c.* GAIVS epit. 2, 1, 3. *cf.* VITR. 1, 1, 10 GAIVS dig. 8, 2, 2). 1, 179 *Buculeius* cum aedes L. Fufio venderet, in mancipio -a, uti tum essent, ita recepit; Fufius autem ... mutari -a putabat (*cf.* IVLIAN. dig. 8, 2, 22. POMPON. dig. 8, 2, 23 pr. '-a, quae nunc sunt, ut ita sint'). opt. gen. 5 (*tropice*) earum ... rerum [ut aedificiorum] memoria est quasi fundamentum, -n actio. VARRO rust. 3, 5, 5 aviarium, quod est coniunctum cum maiore ostio, -e inlustriore. 3, 9, 6 *fenestrae* ut -n praebeant multum (OV. fast. 6, 166 -n thalamis ... fenestra dabat. PLIN. epist. 5, 6, 38 *in zothecula* undique fenestrae, et tamen -n obscurum umbra premente [*cf.* 7, 21, 2]. RVFIN. Orig. princ. 1, 1, 6 p. 21, 3 fenestris ... vel quibuslibet -um brevibus receptaculis. *al.*). VITR. 1, 1, 4 per opticen in aedificiis ab certis regionibus caeli -a recte ducuntur. 1, 2, 7 cubiculis ... ab oriente -a capiuntur (1, 4, 2. *cf.* PAVL. dig. 8, 2, 4 ut vicinus -a nostra excipiat). 5, 1, 7 spatia ... per intercolumnia -bus sunt relicta. 6, 3, 2 compluvia ... erecta non obstant -bus tricliniorum (VLP. dig. 8, 5, 6 pr.). 6, 3, 11 -a ..., parietum altitudinibus si non obscurabuntur, faciliter erunt explicata (*v. vol. IX 2, 166, 29 sqq.*). 6, 4, 1 triclinia ... ad occidentem ... spectent, ideo quod vespertino -e opus est uti (*infra*: usus *cubiculorum et bibliothecarum* ... matutinum postulat -n. *cf.* 6, 6, 7 usus -um. VLP. dig. 7, 6, 1, 4 utilitates et servitutes ... -um [PAVL. dig. 8, 2, 4 COD. Theod. 4, 24 LEX Burg. Rom. 17, 6]). 6, 6, 6 -n erit sine impeditione (*antea*: -n ... sumere. *cf.* VLP. dig. 8, 2, 15 -is impedimentum. 8, 2, 17 pr. si ... id, quod ponitur, -n quidem nihil impediat, solem autem auferat). *al.* SEN. dial. 6, 22, 6 *Cordus* iussit -n omne praecludi et se in tenebras condidit (*cf.* MARCELL. dig. 8, 2, 10 ut non penitus -n recludatur, sed tantum relinquatur, quantum *eqs.* [*inde* PAVL. dig. 7, 1, 30 *ut aedes* modicum -n ... habeant]). epist. 86, 8 ut ... -n admitterent *rimae in muro balnei exsectae* (CVRT. 7, 3, 9 foramine relicto). COLVM. 8, 7, 1 locus ... minimi -is. POMPON. dig. 8, 2, 23 pr. si ita sit cautum 'ne -bus officiatur' (*saepe apud iurisconsultos, praeter digesta* COD. Iust. 3, 34, 1 *a. 211*. INST. Iust. 2, 3, 1. 4). *et passim in digestis*.

2 *signorum nocturnorum* (*collective*: OV. carm. frg. 2, 3 tot ... simulacra ... dare -a nocti. SEN. Thy. 795 nocturna ... -a [*sing. de luna*: SIL. 9, 170 FIRM. err. 17, 1]. LVCAN. 4, 282 STAT. Theb. 3, 63. *al.*): a *lunae*: *α *in univ.* (*dub.* ENN. *p. 1811, 76*): CATO orig. 77 lunae aut solis -e (VARRO Men. 203 CIC. nat. deor. 2, 50. 2, 95 l. ... -um varietatem tum crescentis tum senescentis. OV. fast. 1, 438 ad l. -a. VITR. 9, 1, 16. *al.*). CIC. Arat. 247 cum ... nec pleno stellas superarit -e luna. carm. frg. 11 (de consul.), 18. Tusc. 1, 68 lunam ... adcretione et deminutione -is quasi fastorum notantem ... dies. div. 2, 10 luna ... suo -e an solis utatur (*cf.* CATVLL. 34, 16 notho [LVCR. 5, 575 *opp.* suam ... lucem]. LVCR. 5, 715 proprio. *sim. passim*). LVCR. *saepe* (*sing. praeter* 5, 770 -bus). VERG. Aen. 3, 151 *Penates* visi ... in somnis, multo mani-

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

festi -e, qua se . . . fundebat luna (*aliter* SERV.: cum nimbo suo, *ubi* qui circa deos solet videri *add. auct.*). **3**, 645 tertia iam lunae se cornua -e complent. 4, 80. 7, 9. PROP. 1, 3, 32 luna moraturis sedula -bus (*33* radiis). OV. epist. 17 (18), 59 luna . . . praebebat -n eunti *Leandro tamquam lucerna* (*cf.* SIL. 15, 563 ducem . . . viae tacito sub -e Phoeben). *et passim.* *β in numerandis diebus mensis lunaris*: PLIN. nat. 11, 196 murium iocusculis fibrae ad numerum lunae in mense congruere dicuntur totidemque inveniri, quotum -n eius sit (*ad rem cf. 2, 109 et* 29, 59 cum lunae -e fibrarum numero crescente *eqs.*). 18, 132 quotā lunā . . . nix prima ceciderit, si totidem -um die . . . serantur *napi.* *γ in indicando mense* (*cf.* -n menstruum FIRM. math. 1, 10, 14. 4, 1, 10 MART. CAP. 8, 862 *et* -a mensis ARATOR act. 2, 1133): IVVENC. 1, 51 donec quinque . . . complerent -a lunam (*Luc. 1, 24* mensibus quinque. *pendere videtur a* VERG. *l. 2*).

b *stellarum* (*de luce vel de ipsis stellis; aliter* ENN. *p. 1812, 6*): CIC. Arat. 37 *Vergiliae* tenues parvo . . . -e lucent (*gr. 254 ἀφεγγέες, cf. 28* parvas tenui cum luce). **49** -is expers *altera pars Cycni* (*seq.* lucibus, -n). 107 rutilo cum -e claret . . . Canis, stellarum luce refulgens. 135 labitur Argo . . . sine -e (*gr. 349 ἀνάστερος, opp.* clara cum luce). 175 e multis . . . his *stellis* duo late -a fulgent (*gr. 396 ἀστέρες*). 380 pandens inlustria -a *Virgo* (*de partibus signi ut*: 464 Aurigae -a [-e *var. l.*]. frg. 9, 3 [*de Dracone*] e . . . oculis [*cf. p. 1817, 72*] duo . . . -a flagrant atque uno mentum . . . sidere lucet [*gr. 55 ἀστήρ*]. MANIL. 1, 322 *Coronae* [*320* luce . . . varia]. 4, 553 Scorpius . . . cum tollet -a caudae. GERM. frg. 4, 157 sagittiferi . . . -a signi). *et saepius in eodem opere.* Q. CIC. carm. frg. 1. CATVLL. 62, 2 Vesper Olympo . . . -a tollit (*poetice per plur. de eodem* VERG. georg. 1, 251 SIL. 12, 250, *de Capra* SEN. Med. 313). 66, 66 Virginis et . . . Leonis -a. VARRO ling. 7, 76 *Lucifer* habet -n diffusum. VERG. Aen. 10, 275 OV. met. 14, 847. 15, 847 animam *Caesaris* . . . -n capere atque ignescere. MANIL. 1, 376 quae . . . sidera . . . quaeque . . . -a (sidera *G*). 1, 756 stellarum turba . . . crasso -e candet. *al.* GERM. *et* SEN. *philos. saepe.* PLIN. nat. 2, 62 (*de planetis*) -um occultationumque ratio. SIL. 15, 677 sparsa micant stellarum -a caelo (AVIEN. Arat. 1754 AMBR. hex. 2, 4, 15. *cf.* LACT. inst. 2, 5, 25 -bus astrorum [6, 20, 7]. HIL. trin. 2, 27 novum . . . stellae -n). *et passim.*

c *cometarum tamquam facum*: MANIL. 1, 834 diversas . . . per facies accensa feruntur -a. 1, 902 SEN. nat. 1, 1, 5. 7, 5, 3 (*ex Charmandro*). 7, 17, 3 (*ex Apollonio Myndio; syn.* luce). FRONTIN. strat. 1, 12, 6. *v. etiam vol. III 1782, 44.*

3 *fulminis*: LVCR. 6, 173 volucri loca -e tingunt nubes. 6, 284 coruscis omnia -bus lustrans loca . . . ardor. VERG. Aen. 8, 392 ignea rima micans percurrit -e nimbos. OV. met. 11, 522 praebent . . . micantia -n fulmina. MANIL. 1, 863 fulgura . . . tremulum vibrantia -n. SEN. Ag. 497 (*antea*: lucis). nat. 2, 57, 1 fulgurat, cum repentinum late -n emicuit. 3, 27, 10 intercursu -is diri; crebra enim micant fulmina (VAL. FL. 3, 132). LVCAN. 1, 532 sparso -e lampas. VAL. FL. 1, 572 *fax* in frontibus *Tyndaridarum* haesit . . . -nque innoxia fundit purpureum (*pendet a* VERG. Aen. 2, 683 *v. p. 1816, 49*). PLIN. epist. 2, 17, 22 *cubiculum* non fulgurum -n . . . sentit. *al.*

4 *arcus caelestis*: SEN. nat. 1, 3, 4 si ex -e (*sc. quod sole efficitur*) umbraque constaret (*1* lucem, *3* fulgorem, *4 infra* lucis). CLAVD. carm. min. 29, 7 quo -e floreat arcus (*cf. 28, 4* luce).

5 *nimbi divini: v. p. 1812, 41.*

B -n *non caeleste*: **1** *strictius pertinet ad ignem*: **a** *lucendi gratia accensum* (*saepe de ipsis -is instrumentis, opposita voce q. e.* lux PRVD. cath. 5, 141, *promiscue* LVCR. *l. 68 sqq.*): *α usu generali*: Ⓘ *specimina varia*: PLAVT. Curc. 95 (*loq. Phaedromus paratragoedans*) occultemus -n (*9* cereum. *cf.* 119 -n hoc vide [*quasi caelum, v. vol. VI 3, 2706, 84 sqq. 2707, 55 sqq.*]). ENN. ann. 35 anus attulit . . . -n (VARRO ling. 6, 4 SEN. contr. 7, 5, 2. 6. *al. cf.* CIC. phil. frg. V 99 inferre [*v. vol. VII 1, 1374, 20 sqq. 71*]. TIB. 1, 2, 38 prope . . . ferte [1, 9, 42 PROP. 2, 32, 10. VAL. MAX. 1, 7, 7 intro. *al.*]). 156 candida -a lucent (*v. p. 1696, 55*). 323 lychnorum -a bis sex (*alia afferuntur s. v.* lychnus). LVCIL. 817 -n auferte (*cf.* PROP. 2, 15, 4 sublato -e [SEN. dial. 5, 36, 3 e conspectu]. IVV. 9, 105 tollito -n [PLIN. epist. 7, 27, 9]). LVCR. 2, 26 iuvenum simulacra . . . lampadas . . . retinentia . . ., -a nocturnis epulis ut suppeditentur. 4, 450 lucernarum florentia -a flammis. 5, 295 (*post descriptionem solis*) nocturna tibi, terrestria quae sunt, -a, pendentes lychni claraeque . . . taedae . . . properant . . . (298) suppeditare novom -n . . . nec loca lux inter quasi rupta relinquit (6, 791. 900 VERG. Aen. 7, 13. LVCAN. 8, 463 gratum n. -e montem *Phari*. TAC. ann. 15, 44, 4 ut . . . in usu⟨m⟩ n. -is urerentur *Christiani. al.*). CIC. fin. 3, 45 obscuratur . . . luce solis -n lucernae (div. 2, 120. PLIN. nat. *saepe.* APVL. met. 5, 22, 2. 5. *al.; cf. l. 67*). ac. 2, 61 *ignium* uti -e licebat *Cimmeriis.* div. 1, 79 noctu -e apposito (TAC. ann. 2, 31, 2. *cf. p. 1816, 18 et* OV. epist. 18 [19], 35 ponimus [*ibid.* 151. VITR. 7, 3, 4 ignis aut plura -a sunt ponenda *in conclavibus*]). VERG. Aen. 6, 594 non . . . faces nec fumea taedis -a (*sim.* 7, 457. 9, 75). 9, 189 -a rara micant *in castris* (*160* flammis. *166* ignes). CIRIS 344. MORET. 14 (*10* lucernam). 21. HOR. carm. 3, 6, 28 -bus remotis. epist. 1, 2, 35 ni posces ante diem librum cum -e (OV. fast. 2, 351 PLIN. epist. 7, 27, 7). PROP. 4, 3, 14 *fax nuptialis* traxit ab everso -a nigra rogo. 4, 8, 59 -a sopitos turbant elata Quirites (SEN. Ag. 569. *cf.* STAT. Theb. 3, 142 attollens [FRONTIN. strat. 3, 12, 1 *syn.* ostenturus]. silv. 3, 5, 101 -a . . . tollit Pharus *Caprearum* aemula lunae). *et saepe.* *de ministris faces tenentibus*: CIC. Att. 16, 13, 1 -a dimiseramus. *ambigue in comparatione cum sideribus facta p. 1811, 59. al., in describenda gemma q. v. lychnis p. 1817, 17.*

Ⓘ *locutiones praepositionales*: ad (*cf. infra l. 33 sqq.*): VARRO Men. 489 anates . . . nocte nigra ad -a lampadis sequeris (*plur. ut*: VERG. Aen. 8, 411 *femina* famulas . . . ad -a longo exercet penso [*cf.* georg. 1, 291 seros hiberni ad -is ignes]. OV. met. 4, 220. PLIN. nat. **33**, 70 lucernarum [33, 81]. SVET. Iul. 37, 2 Cal. 45, 1. TERT. nat. 2, 11, 4 candelae). OV. fast. 2, 743 -n ad exiguum. PHAEDR. 4, 11, 2 TERT. pudic. 7 p. 232, 6. *al.* cum (*aliter p. 1815, 80*): LIV. 33, 28, 3 discurrentium c. -bus (*plur. ut*: TAC. ann. 14, 8, 1 SVET. Cal. 6, 1. ITALA II Macc. 4, 22 [recc. LX = VVLG.] facularum [*gr. μετὰ δαδουχίας*]). SEN. nat. 5, 15, 1 (*ex Asclepiodoto*) c. multo -e (AMM. 21, 10, 1). VAL. FL. 5, 348 geminae c. -e taedae. sine: CVRT. 8, 1, 50 (*sing.*). CAPITOL. Gord. 23, 2 s. -bus accensis.

β speciatim: Ⓘ *tropice vel per comparationem*: ENN. scaen. 399 homo, qui erranti . . . monstrat viam, quasi -n de ⌊suo -e accendat, facit⌋ (suae -e accendit facis *Hartmann. per polyptoton ut*: TERT. apol. 21, 12. *cf.* OV. ars 3, 93 quis vetet adposito -n de -e sumi . . .?). CIC. Cato 36 *mens atque animus*, nisi tamquam -i oleum instilles, exstinguuntur senectute. Tim. 31 deus . . . ⌊solem quasi⌋ (*om. gr.*) -n accendit. PVBLIL. S 19 suum sequitur -n semper innocentia ([*i. in itinere non indiget face, v. Friedrich ad l.*; innocentiam *Bothe*]. PLIN. epist. 3, 18, 3 *principe laudato* posteris velut e specula -n, quod sequantur, ostendere). SEN. epist. 88, 45 illi non praeferunt -n, per quod acies derigatur ad verum (PLIN. epist. 5, 17, 4 -n . . ., quod sibi maiores sui praetulissent, posteris ipse praeferret. *ceterum cf. p. 1821, 5. 78*). TERT. pall. 4, 9 alius extinguit sua -a, alius non sua accendit. Ⓘⓘ *in definienda vespera* (*cf.* LIV. 35, 30, 10 primo vespere, ut -a . . . conspexere): BELL. Afr. 56, 3 nocte iam -bus accensis . . . perfugiunt (89, 5 circiter . . . -bus a. CENS. 24, 6 tempus, quod dicimus '-bus a.': antiqui 'prima face' dicebant [*v. vol. VI 1, 402, 36 sqq.*]). HOR. sat. 2, 7, 33 serum sub -a prima venire convivam (SCHOL.: prima -a dicuntur in initio noctis accensa). epist. 2, 2, 98 lento . . . ad -a prima duello (PORPH.: usque ad lucernam, id est ad vesperam. *cf.* TERT. coron. 3 l. 29 ad -a . . . frontem signaculo terimus. PALLAD. hist. mon. I 19 p. 297^{A} ad vespertinum -n [*gr. p. 92, 5 B. ἐν τῷ λυχνικῷ*]). TERT. apol. 39, 18 post aquam manualem et -a.

Ⓘⓘ *in appellandis diebus festis* (*sc. qui -bus accensis insignes sunt; ad interpretationes allegoricas cf. usum in capitis alterius parte II illustratum*): RVFIN. Greg. Naz. orat. 3 ('de -bus'), 1, 2 sanctus . . . hic -um dies (*sc. epiphania*) . . . de baptismo quidem Christi sumit exordium — est enim 'verum -n *eqs.*' (Ioh. 1, 9) —, efficit autem meam purgationem et reparat illud -n, quod . . . per peccatum . . . obteximus. CASSIOD. Ios. antiq. 12, 325 (319 accenderunt -a super candelabrum) hactenus hanc festivitatem (*sc. encaenia*) celebramus vocantes eam -a, eo quod . . . -n colendae religionis apparuit.

b *in univ.*: LVCR. 1, 663 ignis . . . -n iacit. 2, 674 unde ignem iacere et -n submittere possint *ea, quae cremantur.* 6, 162 *lapidibus invicem percussis* -n exsilit et . . . scintillas dissipat ignis. VERG. georg. 2, 432. Aen. 2, 683 de vertice visus Iuli fundere -n apex (*inde* VAL. FL. *p. 1815, 47 et sensu tropico* SIL. 16, 126 duret capiti *Masinissae* per saecula -n *flammae* [*sc. splendor gloriae, cf. p. 1821, 9*]). 7, 76. MORET. 9 cinis obductae celabat -a prunae (*cf.* AVIEN. Arat. 1776 -a prunis summa rubent [*paulo aliter gr. 1041 sq.*]). PROP. 3, 4, 11 -a Vestae (*cf.* OV. fast. 6, 436 *Vesta* assiduo -e cuncta videt [*ambigue, v. p. 1818, 71*]). OV. ars 2, 442. met. 2, 331 *pro sole* incendia -n praebebant. SEN. Oed. 308 *flamma* subito refulsit -e. *al.* *? de materia incensa*: MANIL. 1, 746 (*de Phaethonte*) vaga dispersi fluitarunt -a currus ('*fragmenta flagrantia*' *Wageningen*; fragmina *Bentley, Housman*).

2 *latius vel hyperbolice*: **a** *de splendore pulchro, nobili, reverendo sim.* (*hic illic ita, ut lux aliena velut solis, caeli, lunae aut repercussa aut similis dicatur*): *α animantium*: Ⓘ *hominum, deorum* (*aliter p. 1812, 41 sqq.; per comparationem* CORIPP. Iust. 4, 245 sacri -is instar . . . aspectus; *de splendore oculorum v. sub IIA*): VERG. Aen. 1, 590 (*588* clara . . . in luce refulsit *Aeneas nube scissa*) nato genetrix -n . . . iuventae purpureum . . . adflārat (*inde* AVSON. 354, 6 p. 212 P. *cf.* GLOSS. -n i.: aetatis decus). SIL. 7, 195 nitentem -e purpureo frontem *Bacchi* (*de eodem*: AVIEN. orb. terr. 1130 blandi -is igne os hilarat [*Dionys. periheg. 949 μειδιόων*]). ITALA psalm. 4, 7 (Veron. *al.* = VVLG.; *cf.* 43, 4. 88, 16) -n vultus tui, domine ([*Hier. psalt. sec. Hebr.* lucem]. MART. CAP. 7, 728 maiestas . . . v. ipsius -e renidebat *in Arithmetica.* VEN. FORT. carm. 6, 1, 102 -a gemmarum superasti -e v.). 103, 2 (Sangerm. *al., cf.* VVLG.) amiciens te -e sicut vestimentum (*Veron.* lucem, *Hier. l. c.* luce). OPT. PORF. carm. 18, 25 (*7* sol, *in Constantino compellando*) -e muriceo venerandus dux erit ut Sol. Ps. PHILO antiq. 12, 1 cum perfusus esset -e invisibili *Moyses* (*seq.* vicit -e faciei sue splendorem [*antea*: -n] solis et lune. *cf. Vulg. exod. 34, 29 sqq. de facie Moysis cornuta*). *?* CYPR. GALL. exod. 1121 *oleum* vertice summo liquitur et crasso perfundit -e membra (unguine *Peiper; ad epitheton cf. p. 1815, 31*). *spectat ad cutem candidam*: FIRM. math. 1, 10, 8 *regiones glaciales* gentes . . . nitido faciunt -e splendidi candoris ornari.

Ⓘⓘ *animalium*: MANIL. 1, 416 (*si recte trad.*) Anguis squamea dispositis imitatur -a flammis (tergora *Bentley, Housman; cf. p. 1817, 8*). CLAVD. carm. min. 27, 36 iam breve decrescit -n *Phoenicis* ('*fulgor*' *Burmannus, cf. contextum et 20* lux; *oculos intellegit Birt vix recte*).

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

β rerum: Ⓘ *variarum*: VERG. Aen. 8, 22 aquae tremulum ... -n ... sole repercussum aut ... imagine lunae (*cf.* ALC. AVIT. carm. 5, 133 nec -e prisco Nilus [*sc. sanguine rubens*] agit proprium, quem sumpsit fonte, nitorem). ENNOD. carm. 1, 9, 148 lilia pro nitidae funduntur -e calcis. Ⓘⓘ *gemmarum, argenti, auri*: PROP. 2, 16, 44 flavo -e chrysolithos (*cf.* OV. met. 2, 110 chrysolithi positaeque ... gemmae clara repercusso reddebant -a Phoebo). OV. met. 2, 4 argenti ... radiabant -e valvae. MANIL. 5, 511 aurea Phoebeis certantia -a flammis *i. dona aurea in templis posita* (*cf.* APVL. met. 9, 19, 1 monetae -a [*antea*: auri ... splendor flammeus]. CARM. de resurr. 218 radiati -is aurum. *sim. al.*). TERT. cult. fem. 1, 2 l. 11 -a lapillorum, quibus monilia variantur (ISID. sent. 3, 48, 6). ANTH. 21, 41 multiplici gemmas radiantes -e (*cf.* PRVD. perist. 2, 299 gemmas corusci -is. MART. CAP. 2, 114 gemmae -e [VEN. FORT. carm. 6, 1, 102 vita Hil. 6, 19]. *sim. saepe*). PRVD. psych. 858 hyacinthi. CARM. de resurr. 215 zmaragdus ... lapis micantia -a fundit. PRISC. periheg. 326 flammae similis ⌊splendenti -e⌋ lychnis (*om. Dionys. periheg. 329. cf.* 1072 [*1071* lucem]). CORIPP. Iust. 4, 116 sedes auro gemmisque superba, -n habens sine sole suum. Ⓘⓘⓘ *florum* (*cf. l. 4*): COLVM. 9, 4, 4 caelestis -is (*SA*[1], num- *cett.*) hyacinthus (*'sc. candidus?' Heine in plagulis, cf. p. 1816, 80; aliter vol. VI 3, 3127, 29*). 10, 97 varios, terrestria sidera, flores, candida leucoia et flaventia -a caltae *eqs.* 10, 258 loti gemmantia -a promunt. CARM. de resurr. 203 (*contextu obscuro; cf. 202* lucem). *?* CE 610, 11 (*suppletur*). Ⓘⓥ *armorum, ferri sim.*: LVCAN. 7, 215 miles ... adverso Phoebi radiatus ab ictu ... perfudit -e colles. VAL. FL. 3, 100 -e ferri (STAT. Theb. 9, 802 DRAC. satisf. 139. *cf.* STAT. Ach. 1, 861 adverso radiavit -e ferrum). SIL. 1, 467 iacit igneus hastae dirum -n apex ac late fulgurat umbo (*in describendo Hannibale ut*: 1, 496 propior vicino -e fulsit. 2, 211 aerati radiavit -is [tegminis *van Veen*] umbo. 4, 327 radiantem tegminis orbem extulit et magno percussit -e campos). 2, 167 gemmata ... -a peltae *Asbytes*. STAT. Theb. 5, 666 *armati Lycurgum* multo praestringunt -e (SCHOL.: armorum -e [*sequuntur nugae*]). AMM. 16, 10, 8 ordo ... armatorum, clipeatus atque cristatus, corusco -e radians, nitidis loricis indutus. CLAVD. 1, 94 formidato clipeus Titana lacessit -e (*Stat. Theb. 3, 226* lux. *6, 666* luce). Ⓥ *vestimentorum*: STAT. silv. 3, 2, 124 notus ... maioris -e (*Nohl*, numine *vel* munere *codd.*) clavi *sc. tribunus laticlavius* (*cf.* 4, 5, 42 contentus ⟨artae⟩ -e purpurae. QVINT. inst. 8, 5, 28 adferunt -n [*i. splendorem decusque*] clavus et purpurae loco insertae. TREB. Claud. 17, 6 clamydes veri -is limbatas). TERT. pall. 1, 1 tunicae fuere ... in fama de ... -is concilio (*ed. Iunii al.*, cons- *codd., quod def. Kroymann; cf. Gerlo ad l. et pudic. 8 p. 234, 3* conciliasse temperamenta colorum *in vestibus*). AMM. 23, 6, 84 indumentis ... -e colorum (*cf.* CHALC. *sub b*) fulgentibus vario.

b *t. t. de claritate picturae* (*plerumque opp.* umbra): PLIN. nat. 33, 159 *illo genere silis* utuntur ad picturae umbras ...; hoc autem (*sc. lucido*) ... ad -a utuntur (*cf. ibid.* 160). 33, 163. 35, 29 (*distinguitur* splendor). 35, 97 (*coni. Mayhoff*). 35, 131 QVINT. inst. 12, 10, 4 PLIN. epist. 3, 13, 4. TERT. adv. Hermog. 2, 1 (*tropice*). CHALC. transl. p. 50[E] quae in picturis substernitur infectio decolor ad colorum -a (*cf. l. 42*) subvehenda.

c *de inflammatione morbosa* (*cf.* lux *Lucr. 6, 1146 nec non* fulgor *vol. VI 1, 1516, 82*): AMM. 30, 6, 3 suffectus igneo -e *Valentinianus moribundus*.

II *speciatim de virtute oculorum vel de ipsis oculis, sc. hominum, deorum, numinum nec non animalium* (VERG. *p. 1819, 5 et deinde saepe in poesi, paulo aliter* CIC. *l. 72; in prosa primum* SEN. benef. 2, 29, 1 [*promiscue*]. nat. 3, 16, 5 COLVM. *l. 84.* PLIN. nat. 9, 142). *veterum doctrinae*: AVG. nat. bon. 41 p. 875, 17 oculi sine aliquo -e -n videre non poterant, unde ... -a nominantur. ISID. orig. 11, 1, 36 oculi vocati, ... quia occultum -n habeant ...; oculi autem idem et -a; et dicta -a, quod ex eis -n manat vel quod ... clausam teneant lucem *eqs. cf. Wilpert, RAC I 957 sqq. ambigue de oculis siderum*: CIC. Arat. 479 (*sed v. l. 72*). LVCR. 5, 778 OV. epist. 17 (18), 74 MANIL. 2, 259. *al.; similiter ludunt* OV. met. 3, 420 geminum, sua -a, sidus. MART. 4, 42, 7 PANEG. 3, 6, 4. *iuxta* -a *caeli*: OV. met. 10, 293 ad -a -n attollens. *cf. l. 79. p. 1818, 35 et facete dictum* AMBR. in Luc. 4, 64 *Theotimus oculos amissurus* 'vale', inquit 'amicum -n' (*v. Weyman, Rhein. Mus. 70, 1915, 152*). *aliae notiones immiscentur in capite altero, imprimis p. 1821, 62. 69.*

A *expresse significantur visus vel splendor*: **1** *subiuncta voce q. e.* oculi (*vice versa l. 79*): **a** *plur.* -a oculorum: CIC. Arat. 479 *Hydrae* cervicem atque o. ardentia -a (*gr. 698 μέτωπα. an i. 'stellas' ut p. 1815, 20?*). LVCR. 4, 824. 836. 6, 184. 1181 NEP. Timol. 4, 1 GELL. 10, 17, 1. 14, 4, 2 (*ex Chrysippo*). ARNOB. nat. 2, 39 AMBR. exc. Sat. 1, 36. *al.* **b** *sing.* -n oculorum *vel* oculi (*cf. p. 1821, 62*): LVCR. 4, 1143. ITALA psalm. 37, 11 (Veron. *al.* = VVLG.; *Hier. psalt. sec. Hebr.* lux). FIRM. math. 6, 15, 22. 7, 20, 3 (*hinc emendatur* 6, 31, 30). PALLAD. 1, 3 HIL. in Matth. 5, 4. 7. *al. ordine inverso*: HIL. trin. 12, 53 erexi in coelum tuum hos -is mei ... oculos.

2 *distinctis oculis* (*minus certa v. p. 1818, 27 sqq.*): **a** *sing.*: LVCR. 3, 414 si tantula pars oculi media illa (*sc. pupula*) peresa est, occidit ... -n tenebraeque secuntur. VERG. georg. 4, 451 ardentes oculos *Protei* ... -e glauco (*respicitur splendor ut*: OV. am. 1, 8, 16 gemino -n ab orbe *magae* venit. COLVM. 7, 12, 4 oculis *canis* acri -e radiantibus. *vix huc pertinet* CVLEX 222, *v. p. 1819, 38*). OV. met. 1, 720 (*ad Argum*) quod ... in tot -a (*i. oculos*) -n habebas (*per polyptoton ut*: SIDON. epist. 3, 13, 5 -a ... -e carentia. VEN. FORT. carm. 7, 11, 10 cur ... non pariter -a -n habent?). fast. 2, 845 oculos sine -e movit *Lucretia*. CELS. 6, 6, 9[B] si ... restitutus oculus in sedem suam non est ..., scire oportet -n esse amissum. *al.* **b** *plur.*: FIRM. math. 1, 10, 11 diversis -bus colorantur *oculi*.

B *immiscetur sensus oculorum*: **1** *praemonenda*: **a** *testimonia* (*cf. p. 1817, 58 sqq. et* GLOSS.): CHAR. gramm. p. 37, 7 B. (*inter neutra pluralia*) '-a' *ὀφθαλμοί*, apud Vergilium '-n' legimus (*sc. Polyphemi. sim.*: EXC. Bob. gramm. I 550, 8 DIOM. gramm. I 328, 10 GLOSS. II 390, 50). SERV. auct. Aen. 8, 153 (*v. infra l. 33*) '-e' ... pro '-bus', id est oculis. AVG. in euang. Ioh. 35, 3 oculi nostri -a dicuntur; et unusquisque ita iurat, tangens oculos suos, per -a sua: 'sic vivant -a mea'; usitata iuratio est (*sim.* serm. 4, 5, 6 unusquisque iurat: 'per -a mea' [*cf. l. 30*]). **b** *discernuntur singula*: VERG. Aen. 3, 635 solum (*cf.* OV. met. 4, 775 unius [*al.*]. PLIN. nat. 11, 150 altero [*al.*]. SIL. 4, 610 dextro. STAT. Theb. 9, 753 alio). OV. met. 1, 625 centum (*cf.* STAT. silv. 5, 4, 11 mille. CLAVD. 21, 312 centeno). 12, 314 duo (VVLG. iud. 16, 28. *cf.* PLIN. nat. 11, 150 utrisque [VLP. dig. 3, 1, 1, 5. *sing.*: PAVL. NOL. carm. 23, 234 AVIAN. fab. 22, 15]. SIL. 6, 220 gemino [6, 274. 9, 593]. LACT. opif. 8, 17 amborum. VEN. FORT. vita Germ. 25, 76 gemello).

2 *exempla plus minusve ambigua, sc. quae visum, obtutum sim.* (*fere per sing., cf.* visus) *vel oculos visu fungentes* (*fere per plur., cf.* oculi) *respiciunt ipsis quidem numeris hic illic metri gratia variatis, v. p. 1810, 67 sqq. distinctius opp.* oculi (*cf. p. 1817, 80 sqq.*): VERG. Aen. 4, 364 *Dido* volvens oculos ... pererrat -bus *Aeneam* (*sed* 10, 447 -a volvit obitque ... omnia visu. *plur. ut*: OV. epist. 12, 38 abstulerant oculi -a nostra tui [*cf.* 16 (17), 80. *sed* met. 14, 372 per ... tua -a ..., quae mea ceperunt]. *al.* SEN. Ag. 714 nutant -a et ... torquentur oculi [*cf.* LVCAN. 5, 213 torquet ... oculos totoque vagantia caelo -a]. VAL. FL. 8, 60 oculos et -a torva. *al.*). 8, 153 os oculosque loquentis ... lustrabat -e (*cf.* SEN. Herc. f. 219 oculos ... -e ... intuens). *v. etiam l. 51. 55.*

a *sub certa specie*: *α respicitur caecitas* (*sing. fere de luce caeli oculis recepta accipi potest, in lusu verborum ponitur l. 43*): TRAG. inc. 214 (ENN. *?*) pater me (*sc. Phoenicem ?*) -e orbavit (VAL. MAX. 8, 13, 5 *Appius* orbatus -bus [*plur. ut*: SVET. Nero 37, 1 Vesp. 7, 2 VLP. dig. 3, 1, 1, 5. *al.*]. *cf.* OV. met. 3, 517 -is ... orbus [14, 189 *de Polyphemo*. Ib. 260 SEN. Oed. 997. -bus: PLIN. nat. 7, 141. *al.*]. PLIN. nat. 7, 124 orbitate -is [MAX. TAVR. serm. 35, 2 M. -um]). CIC. dom. 105 -a amisit (Tusc. 5, 114 NEP. Timol. 4, 1. *al.; per sing. inde a* CELSO *supra l. 6*). har. resp. 38 oculos ... non perdidisti ...; an tibi -is obesset caecitas plus quam libidinis? (-um: CYPR. mortal. 10 p. 302, 26 FIRM. math. 4, 12, 9. *cf.* OV. epist. 17 [18], 74 caecum ... -n [*ambigue, sc. Lunae.* -a: ARNOB. nat. 1, 50 LACT. inst. 4, 15, 7. *al.*]). LVCR. 6, 1211 perdebant -a ([*Thuc. 2, 49, 8 ὀφθαλμῶν*]. OPT. PORF. carm. 18, 5 torva Getas ... -a perdit *sc. moriens. al.*). HOR. epod. 17, 44 *Castor et Pollux* adempta vati *Stesichoro* reddidere -a (*sing.*: VERG. Aen. 3, 658 *Polyphemo*. OV. met. 3, 337 [*cf.* 335 damnavit -a nocte]. Ib. 271 IVVENC. 2, 411. PRVD. psych. 482 -e adempto effossisque oculis. tituli 190 *opp.* recipit visum). VERG. Aen. 3, 663 -is effossi (LVCAN. 2, 185 FLORENT. dig. 18, 1, 43, 1. *cf.* OV. ars 1, 339 fodis ... -a [STAT. Theb. 11, 615]). OV. ars 1, 337 inania -a *Phoenicis*. met. 13, 772 -n ... rapiet tibi *Polyphemo* ... Vlixes (LVCAN. 3, 713 *oculis expulsis* stat -e rapto. MART. 4, 30, 10. *cf.* OV. Pont. 1, 1, 57 erepta). fast. 6, 204 *Appius* multum animo vidit, -e captus erat (LIV. 9, 29, 11 -bus [*plur. ut*: SEN. contr. 7, 4, 8 an nescitis dici 'captos -bus'? *et saepe*]. DYNAM. vita Max. 16 l. 356 G.). Pont. 1, 1, 57 -a reddunt *dei* (*antea* HOR. *l. 49, postea saepe, per sing. e. g.* AVG. civ. 22, 8 p. 573, 26 D. *cf.* CELS. 6, 6, 37[B] -n receperunt [*al., per plur. nonnisi* PORPH. Hor. epod. 17, 44 *sec.* HOR.]. TERT. adv. Marc. 4, 36 p. 547, 15 restituit -a [*al., ubique plur.*]. *sim. saepius*). *al.* *β respicitur actio spectandi, explorandi sim.* (*adamatur a poetis, deest in prosa ante* DECL. in Catil.): CATVLL. 64, 86 *Ariadna Thesea* cupido conspexit -e ([92 declinavit -a]. PAVL. NOL. carm. 27, 245). 64, 233 invisent -a colles (*cf.* OV. epist. 6, 72 longius adsueto -a nostra vident [trist. 3, 5, 49 NEMES. cyn. 135. *al.*]). 64, 408 *dei non iam* tales dignantur visere coetus nec se contingi patiuntur -e claro (*nisi cum parte interpretum lux diurna intellegenda est*). VERG. Aen. 2, 754 *vestigia* -e lustro (8, 153 VAL. FL. 4, 248. 7, 334). 4, 364 (*v. supra l. 28*). HOR. carm. 4, 3, 2 quem ... placido -e videris (OV. epist. 15 [16], 37 *opp.* animo. fast. 6, 436 [*ambigue, v. p. 1816, 54*]. trist. 2, 513 -bus ... tuis [*plur. ut*: PRISC. periheg. 1030]. SEN. Med. 232 -e inmisso. LVCAN. 9, 638 recto ... -e. *al.*). OV. met. 2, 787 obliquo ... -e cernens (IVVENC. 1, 618. *al.; plur.*: CARM. de aegr. Perd. 187 rectis -bus). 3, 439 spectat inexpleto ... -e formam (9, 27. STAT. silv. 5, 2, 124 [re-: Theb. 3, 377. 10, 887]. *al. cf.* OV. met. 6, 66 spectantia -a [trist. 4, 3, 44]). 11, 468 (*467* oculi) insequitur ... -e pinum. PERS. 3, 80 *philosophi* figentes -e terram (STAT. silv. 5, 1, 140 Ach. 1, 584). SIL. 17, 456 *Herius* quaerebat ... morienti -e fratrem (*cf.* MART. 6, 58, 5 tuos quaerebant -a vultus). STAT. Theb. 11, 527 voltus rimantur acerbo -e (CLAVD. rapt. Pros. 3, 441, *ubi taedam intellexit Burmannus*). silv. 1, 1, 87 vix -e fesso explores (SEDVL. carm. pasch. 4, 201; *op. pasch. 4, 16* visibus). 1, 4, 119 MART. 9, 25, 2. DECL. in Catil. 39 fortunas -bus ... consignantes (*cf. 62* oculi). PANEG. 3, 23, 5 securis con-

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

templari astra -bus. *al.* γ *respicitur motus vel immobilitas*: CATVLL. 64, 92 *Ariadna* non ... declinavit -a ([86 conspexit -e]. VERG. Aen. 4, 185 nec dulci declinat *Fama* -a somno [PAVL. NOL. carm. 31, 120 CYPR. GALL. gen. 912. *cf.* AVSON. 363, 14 p. 90 P. in ... somnum]. VAL. FL. 3, 69). VERG. georg. 3, 433 *anguis* flammantia -a torquens (Aen. 7, 449 PROP. 1, 21, 3. *al.*, *etiam cum praeverbiis; per sing.*: OV. met. 6, 515 -n detorquet). Aen. 1, 226 *Iuppiter* Libyae defixit -a regnis (OV. epist. 20[21], 115. *cf.* defixus -a *vol. V 1, 341, 46. 48 et* figere *vol. VI 1, 718, 53. 63* [*sing.*: OV. trist. 4, 2, 29]). 2, 173 -bus ... arrectis *in Palladio* (*vix i. q. palpebris*). 2, 405 (*inde* CIRIS 402 PRVD. perist. 5, 235) *Cassandra* ad caelum tendens ardentia -a (INSCR. christ. Diehl 1756, 2 [vers.]. *cf.* HIL. trin. 10, 53 intenti -is [SVLP. SEV. epist. 2, 4 -bus intentis]). 4, 332 *Aeneas* immota tenebat -a (CVLEX 189 torva. *al.*). 4, 369 num -a flexit? (OV. met. 8, 864. *al. cf.* CIRIS 260 deflectunt [OV. met. 7, 789 PETRON. 105, 9 ARATOR act. 2, 253]. PRVD. ham. 734 reflexo -e). 5, 847 vix attollens ... -a (OV. met. 10, 293 -n. *al. cf.* PROP. 2, 30, 10 tollere [OV. met. 14, 840. *al.*]. OV. met. 15, 580 sustulit ... -n). 6, 300 *Charonti* stant -a flamma (OV. met. 6, 304 immota. STAT. Theb. 10, 693). 8, 438 Gorgona ... vertentem -a (OV. met. 5, 232. VEN. FORT. carm. 6, 5, 254 verso -e. *cf.* VERG. Aen. 12, 172 conversi -a. OV. met. 2, 470 obvertit ... cum -e mentem. *sim. al.*). 12, 220 (*inde* STAT. Theb. 10, 63) demisso -e (OV. epist. 15[16], 227. STAT. Theb. 7, 463 demisit -a somnus. silv. 1, 2, 12 -a [*Itali*, -e *codd.*] demissam. Ach. 1, 795. *cf.* Theb. 12, 469 submittere [ENNOD. carm. 1, 9, 107 summisso -e]). CVLEX 255 *Eteocles et Polynices* ferunt ... -a corpus alter in alterius (OV. trist. 3, 9, 22 CALP. ecl. 1, 24. *cf.* CVLEX 291 rettulit [OV. met. 7, 789]. OV. epist. 12, 38 abstulerant [STAT. Theb. 7, 508]. *sim. al.*). PROP. 1, 1, 3 *Amor* mihi ... deiecit -a (STAT. Theb. 4, 588 deiecto -e. PS. QVINT. decl. 19, 4 p. 339, 16 mersis ... deiectisque -bus [SVLP. SEV. dial. 1, 14, 5]. *al.*). OV. epist. 3, 11 iactantes -a. *al.* SEN. Ag. 714 incerta nutant -a (dial. 5, 10, 3 *morbo adveniente* i. -n [*falso vol. VII 1, 880, 72*] nervorumque trepidatio est). *et saepius.*

b *usu vario* (*exempla selecta*): ACC. trag. 275 speciem amisi -is conspiciendi (-ent *trad.*) insolentia. LABER. mim. 75 (*74* oculos effodere) *Democritus* radiis solis aciem effodit -is (-um VAL. MAX. 1, 8 ext. 14 SEN. Herc. f. 652. 1042. *et saepe. cf.* OV. rem. 801 acuentes -a rutas). LVCR. 3, 364. 3, 410 (*408* lacerato oculo) ne totum corrumpas -is orbem (*sing.* -n *ut*: CVLEX 222 -is orbes [*verbis aliter coniunctis splendorem intellegit Leo, sed cf.* ARNOB. nat. 5, 26 vers. = *Orph. frg. 52 K.* HIL. Macc. 187]. OV. met. 1, 740 fit -is artior o. *Ius* [o. *collective ponitur ut* 2, 752]. 14, 200 VAL. FL. 6, 245 STAT. Theb. 9, 749. *plur.* -a: CHALC. transl. p. 45[C] orbes -um). TIB. 1, 2, 35 parcite -bus *i. nolite aspicere* (OV. met. 5, 248. *cf. Prop. 4, 9, 53* parce oculis). PRIAP. 36, 4 -e ⟨est⟩ Venus paeto. TAC. hist. 4, 81, 2 vim -is (*cf.* PS. QVINT. decl. 1, 4 -um virtus). APVL. met. 2, 8, 3 (*de capillo*) pars ista corporis ... prima nostris -bus occurrit (*cf.* ARNOB. nat. 5, 27 obiectum -i conspectuique divino). *al.*

3 *exempla in meram notionem oculi vergentia, primitus praecipue cum respectu somni (potius ambigue supra l. 3. 23), mortis, fletus; usum sub 2 illustratum imprimis in locutionibus* -a tegere, claudere *sim. quodammodo servari, sed pluralem analogia fultum vocis q. e.* oculi (*syn. passim*) *multo praevalere monemus. opp.* visus (*sim.* lux *p. 1811, 33*, -n *p. 1818, 2*): VERG. Aen. 10, 447 SEN. nat. 1, 3, 8 STAT. silv. 4, 6, 34. *al.* *cf.* LACT. opif. 8, 17 -um visus (-is: CHIRON 68 [-is *om. Veg. mulom. 2, 16, 3*]. 71. SYMPH. 219 visūs).

a *sing.*: α *collective de binis* (*fere in poesi per abl.*): CIC. Arat. 313 quantos radios iacimus de -e nostro (*gr. 541 ὀφθαλμοῖο, quae vox respondet etiam* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 378 maximum eius *dei* -n invictamque dexteram). OV. epist. 20 (21), 201 tecto simulatur -e somnus. trist. 3, 2, 20 imber -e ... manat (*cf.* VEN. FORT. carm. 8, 3, 210 -e fudit aquas. *ibid.* 252 -is ... aquis). LVCAN. 9, 1044 *Caesar* sicco -e campos viderat Emathios ([*sublucet usus p. 1818, 71 tractatus*]. STAT. silv. 5, 3, 35 MART. 10, 80, 5 CLAVD. 15, 130 ARATOR act. 1, 356). STAT. silv. 3, 1, 95 tot saxa imitantia vultus ..., tot scripto viventes -e ceras (*recte explicavit Vollmer ad l.*). CLAVD. 6, 9 (*de pullis aquilae*) refugo torsit qui -e visum (*seq.* oculis, acie). 20, 314 *struthocamelus* stat -e clauso (ENNOD. carm. 2, 81, 10 *contextu vix perspicuo*). *dub.*: CLAVD. *p. 1816, 83*. MART. CAP. 6, 571 (-a *Eyssenhardt probabiliter*). SEDVL. carm. pasch. 4, 107 (-a *var. l.*). β *de singulis*: VERG. Aen. 3, 635 -n terebramus ... ingens, quod ... solum sub fronte *Polyphemi* latebat. *et saepe; cf. p. 1818, 16 sqq.*

b *plur.*: α *de binis vel pluribus* (*usu imprimis poetico, apud prosae scriptores non obvio ante* CELS., SEN. *philos.; in iuratione vulgo usitata teste* AVG. *p. 1818, 13*): CATVLL. 51, 12 geminā teguntur -a nocte ([ὀππάτεσσι *Sappho*]. VERG. georg. 4, 414 incepto tegeret cum -a somno *Proteus*. OV. fast. 3, 596 opposita ... veste. trist. 4, 3, 44 texissent digiti -a nostra tui. CE 993, 3 [*ante a. 23*]. *cf.* OV. met. 9, 391 [*390* oculis] contegat [CE 1168, 4]. APVL. met. 9, 11, 6 obtectis). 64, 122 devinctam -a somno (*inde* CIRIS 206). 64, 188 languescent -a morte (*cf.* 64, 220 languidā [*v. p. 924, 23 sq.*]. LVCAN. 4, 170 languentia [*v. p. 921, 45*]). 64, 242 in assiduos absumens -a fletus. 66, 30 tristi (*i.* trivisti) -a ... manu. 68, 55 maesta neque ... tabescere -a fletu cessarent. LAVREA epigr. vers. 6 *lymphae* infuso -a rore levant (*10* oculis quae medeantur aquae). LVCR. 3, 367 (*368* oculis). 4, 721 laedere ... -a (*718* acies, *720* oculis). VERG. georg. 4, 496 condit ... natantia -a somnus (*v. vol. IV 151, 69 sqq.*). Aen. 4, 244 *Mercurius* -a morte resignat (*cf.* STAT. Theb. 3, 129 signant). 5, 856 *Somnus Palinuro* natantia -a solvit (10, 418. LVCAN. 8, 106 in lacrimas. STAT. Theb. 10, 303 morientia -a solvit *Somnus* [CE 1142, 11 fatis]. *al.*). 10, 746 (*cf.* 12, 310) oculos ... urget somnus, in aeternam clauduntur -a noctem (*v. vol. III 1305, 25 sqq.; in prosa*: PS. QVINT. decl. 2, 19 p. 36, 14 SVLP. SEV. dial. 1, 15, 5. 6). *al.* ?CVLEX 173 (-e *codd. plur., def. Leo*). MORET. 107 lacrimantia *fumo* -a terget (*sim.*: OV. met. 13, 133 STAT. silv. 1, 2, 93. 3, 3, 7). TIB. 1, 1, 66 de funere ... -a ... sicca referre domum (LVCAN. 8, 108 RVT. NAM. 1, 166. *cf.* PROP. 3, 6, 17 siccabat -a [SER. SAMM. 201]). 1, 2, 2 occupet ut fessi -a victa sopor (OV. epist. 15 [16], 102 ars 3, 648 rem. 500 met. 1, 684. GERM. frg. 4, 106 [num- *codd.*]. *al.*, *cf. l. 20*). *al.* LYGD. 4, 22 pressit languentis -a sera quies (OV. ars 3, 648 SEN. Ag. 493 LVCAN. 8, 615. *al. cf.* OCTAVIA 117 oppressit). PROP. 2, 12, 23 caput et digitos et -a nigra puellae. *al.* OV. epist. 18 (19), 25 lacrimae per ... -a manant. met. 12, 268 figitur ... Gryneus in -a ... eruiturque oculos. *saepe apud eundem.* CELS. 6, 7, 1[A] *aurium* usum proximum a -bus natura nobis dedit (*antea*: oculis). SEN. nat. 1, 3, 8 visum ... remittit ⟨aqua⟩, quia ... radios -um ... reflectit. *et passim.* β *peculiariter de unico*: PANEG. in Mess. 57 *Polyphemus* victa ... foedatus -a baccho (*cf. Prop. 3, 12, 26* tuae ..., Polypheme, genae).

CAPVT ALTERVM: *in imagine et translate* (*exempla tropica ab usu proprio minus recedentia aptis capitis prioris locis subiunximus*):

I *usu profano et communi*: **A** *praevalente respectu praeclaritatis, decoris, ornamenti sim.*: **1** *de rebus*: **a** *t. t. rhet. de figuris orationis* (*poematum l. 54. 55; gr. σχῆμα, syn.* insigne, flos, forma; *nonnumquam* quasi *addit* CIC., *velut scintillas vel oculos dicit* QVINT.; *ad usum l. 79 sqq. illustratum transeunt imprimis l. 43 sq. 53. 54; ipsam rem uberius tractavit Martin, Antike Rhetorik, 1974, 270 sqq.*): RHET. Her. 4, 23, 32 si raro interseremus has exornationes ..., commode -bus distinctis inlustrabimus orationem. CIC. de orat. 2, 119 ut certis dicendi -bus ornentur *argumenta*. 3, 96 ut sint quasi in ornatu disposita quaedam insignia et -a. 3, 201 est quasi -bus distinguenda et frequentanda omnis oratio sententiarum atque verborum (Brut. 275 v. et s. illa -a, quae vocant Graeci *σχήματα*, quibus tamquam insignibus *eqs.* orat. 95 FRONTO frg. Bischoff, Sitz. Ber. Münch. Ak. 1958, 2 p. 20. *cf.* verborum: CIC. orat. 67. 134. 227. part. 19 quasi -a. FRONTO p. 90, 29 *et* 144, 6 v. d. H. [p. 97 *et* 150 N.]. ARNOB. nat. 1, 59. sententiarum: CIC. orat. 85 QVINT. inst. 9, 2, 102 HIER. adv. Rufin. 1, 30). 3, 205 personarum ficta inductio, vel gravissimum -n augendi. *ibid.* his fere -bus inlustrant orationem sententiae. Brut. 66 Origines eius *Catonis* quem florem aut quod -n eloquentiae non habent? (GELL. 13, 25, 12 *verba orationis Catonianae* sunt e. Latinae ... -a quaedam sublustria. *cf. p. 1821, 1*). 233 nullus flos ... neque -n ullum *in oratione Crassi.* orat. 135 orationis -a et quodam modo insignia (181 quasi quaedam forma et -n o. *eqs.* [*seq. σχήματα*]. QVINT. inst. 8, 5, 34 haec -a o. velut oculos quosdam esse eloquentiae credo. 8, 6, 7. 9, 1, 25). *saepius in rhetoricis.* ac. 2,43 definitiones ... et partitiones et horum -bus utens oratio. QVINT. inst. 8, 5, 2 -a ... praecipueque in clausulis posita sententias *vocare solemus.* 8, 5, 29 -a illa non flammae, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris. *al.* TAC. dial. 22, 3 *in prioribus Ciceronis orationibus* pauci sensus apte et cum quodam -e terminantur. FRONTO p. 201, 18 v. d. H. (p. 212 N.) novissimos in epigrammatis versus habere oportet aliquid -is. GELL. 2, 23, 3 *comoediarum* Graecarum ... facetiis atque -bus obsolescunt *Latinae*. MART. CAP. 5, 509 qua *ratione copiose ornateque dicendi* in singulis verbis -n appareat. *in veste Rhetoricae* (*cf. p. 1817, 35*): MART. CAP. 5, 426 *peplum* omnium figurarum -e variatum cunctorum schemata praeferebat.

b *de urbibus*: CIC. Manil. 11 Corinthum ..., totius Graeciae -n. Sull. 33 urbem hanc ..., -n gentium (*cf. Catil. 4, 11* lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium. *item de Roma*: LACT. inst. 7, 25, 8 qui ... -n illut effodiat, cuius interitu mundus ipse lapsurus est). LIV. 34, 32, 5 Argos et Lacedaemonem, duas clarissimas urbes, -a quondam Graeciae. PLIN. nat. 5, 120 Ephesum, alterum (*post Zmyrnam*) -n Asiae. EDICT. imp. Constant. de civit. Hispell. (CIL XI 5265) 11 urbes, quas in -bus provinciarum [h]ac regionum omnium species et forma distinguit[ur].

c *varia* (*hic illic accedit* quasi): α *strictius indicatur decus distinguens, summum* (*exempla satis certa*): CIC. p. red. in sen. 8 hoc specimen virtutis, hoc indicium animi, hoc -n consulatus sui fore putavit *Lentulus*, si me mihi ... reddidisset. Brut. 59 ut ... hominis decus ingenium, sic ingeni ipsius -n est eloquentia. fin. 3, 10 honestum ... quasi virtutis -n. nat. deor. 1, 79 *Alcaeo naevus in articulo pueri* -n videbatur (*opp.* macula). ad Q. fr. 2, 9(8), 3 praediorum ... mihi vicinum Marium (*i. vicinitatem Marii*) -n esse. *ironice de cogitationibus ineptis* (*vix huc pertinet p. 1821, 27*): CIC. ac. 2, 107 illa sunt -a duo, quae maxime causam istam continent; primum enim negatis *eqs.*

β *latius indicatur quaelibet praestantia*: Ⓘ *orationis sim.* (*cf. sub a*): CIC. de orat. 3, 161 verbum ... translatum -n adferre orationi *potest* (*cf.* 3, 166 *et 3, 24* luce verborum, *syn.* ornatum). QVINT. inst. 3, 1, 20 praecipuum ... -n sicut eloquentiae, ita praeceptis quoque eius dedit ... Tullius (*cf.* 10, 5, 16). 3, 8, 65 et Philippicas Demosthenis ... video eminere virtutibus et Ciceronis sententiae (*eqs.*) ... clarum ...

[Ehlers]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eloquentiae -n ostendunt (RVFIN. Greg. Naz. orat. praef. 7. *pressius p. 1820, 43*). 12, 9, 5 dicendi -n. Ⓘ *aliarum rerum*: CIC. fin. 5, 58 virtutis ... beataeque vitae ... serius -n apparet (Lael. 27 quasi -n aliquod probitatis et v. [*v. Seyffert-Müller ad l.*]. fam. 12, 5, 3. VAL. MAX. 3, 2, 2 metu patriam solvit *Cloelia*, viris puella -n v. praeferendo [*quasi facem*]. *cf. p. 1820, 74 et* CIC. Lael. 100 SEN. benef. 4, 17, 4). Tusc. 2, 58 *honestatis* quasi -n aliquod (*cf.* SEN. benef. 4, 22, 2 *honesti* pulchritudo animos ... delenitos admiratione -is ac fulgoris sui rapit). 3, 2 naturae (*antea*: igniculos). fam. 4, 3, 2. SALL. Iug. 85, 23 maiorum gloria posteris quasi -n est (*cf. p. 1816, 23. 25 et* VAL. MAX. 4, 4 ext. 1 *Socrates* ad clarissimum gloriae -n excessit). OV. trist. 1, 9, 13 Fortunae -a *cum radiis solis comparata* ('*auram et felicitatem*' *Burmannus*). *al.*

2 *de hominibus* (*translatio ad deos facta ne p. 1811, 61 quidem probatur*): **a** *vi sollemni, sc. fere honorifice dictum* (*per ironiam l. 18. 25; sublucent imagines variae*): CIC. Catil. 3, 24 -a civitatis exstincta sunt (Vatin. 26. Phil. 11, 24 -n et decus. Cato 35 PANEG. 12, 20, 3. *al.*). Sull. 5 ornamenta ac -a rei publicae (prov. 22 Mil. 37 Phil. 2, 37. VELL. 2, 99, 1 -n et caput). Mil. 21. 33 -n curiae *Sex. Clodius* ([*alludit ad notionem q. e.* '*fax*', *v.* ASCON. *ad l. et dom. 102* fax ac furia *Clodius*]. VAL. MAX. 9, 4, 1). Deiot. 15 omnium gentium atque omnis memoriae clarissimum -n exstinguere *sc. Caesarem* (*cf.* SIL. 6, 130 Italae ... -n gentis [DRAC. Romul. 8, 238]). Phil. 2, 51. 2, 54 imperi populi Romani decus ac -n *Pompeius* (5, 39. VELL. 2, 52, 3 effossum [*tamquam oculus, v. vol. V 2, 196, 66 sqq.*]. VAL. MAX. 2, 1, 10. CORIPP. Iust. 1, 149 decus i. -n virtusque Latini). 11, 13 illa castrorum M. Antoni -a (*ironice, item*: 11, 14 -n et decus illius exercitus). fin. 2, 70 negat Epicurus — hoc enim vestrum -n est — quemquam *eqs.* (*'strong point' explicat Reid, cf. p. 1820, 77*). off. 3, 66. VERG. Aen. 11, 349 -a tot cecidisse ducum (*cf.* CVLEX 335 Atrides ..., Argivum [*vix n. adi.*] -n. STAT. silv. 1, 4, 40 patrum equitumque. RVFIN. Orig. in lev. 7, 4 p. 383, 16 duobus -bus apostolorum, Paulo et Petro. *sim. al.*). OV. Pont. 4, 16, 42 Pieridum. EPICED. Drusi 347 -a rerum (*opp.* volgus. *cf.* LIV. 1, 39, 3 -n ... rebus nostris dubiis futurum *Servium Tullium, cui puero caput arsit*). 410 mergi Stygia nobile -n (*tamquam sidus*) aqua. MANIL. 4, 766 *Rhodos* tum ... domus vere Solis ..., cum caperet -n magni sub Caesare (*i. sub persona Tiberii exulantis*) mundi (PANEG. 4, 12, 3. HYMN. Ambros. I 8, 8 *de martyribus*. PRVD. c. Symm. 1, 545. VEN. FORT. carm. 3, 7, 3 [*de Petro et Paulo ut*: ARATOR act. 2, 1219 *syn.* sidera. INSCR. christ. Diehl 1764, 1 vers.]. CORIPP. Iust. 2, 171 Iustinum Sophiamque pares duo -a m. [*de eisdem* 3, 71 duo -a]. *cf. sub II*). VAL. MAX. 3, 8, 7 -a nostrae urbis. 5, 8, 4 -n ac decus patriae (INSCR. christ. Rossi II 113 n. 78, 8 -n p., ... decus omne. *cf. l. 67*). 7, 5, 2 togatae potentiae. PLIN. nat. 35, 60 artis. SIL. 9, 532 Libyae. DECL. in Catil. 4 temporum suorum. GELL. 14, 3, 11 Socraticae amoenitatis. INSCR. Année Epigr. 1933 n. 101 (= 1934 n. 259) orbis sui claris -bus Diocletiano et Maximiano (CONC.^{S} I 5 p. 317, 28 Basilio, Gregorio aliisque -bus o. terrarum [*Migne gr. 83, 1272^{C} φωστήρων*]). PANEG. 2, 46, 2 senatus ... -a (11, 12, 2 LACT. mort. pers. 8, 4 PRVD. perist. 2, 517). OPT. POEF. carm. 12, 15 iustitiae -n. MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 28 ecclesiae ... -a (CASSIOD. in psalm. 9, 39 l. 646 FACVND. defens. 7, 7, 21. 40. 8, 6, 11. *cf.* AVG. c. Iulian. 2, 10, 35 catholica -a [c. Iulian. op. imperf. 4, 73]). *al.*

b *vi familiari, sc. amatorie dictum* (*cf.* HIER. epist. 52, 5, 7 'mel meum, -n meum meumque desiderium' et ceteras ineptias amatorum ... in comoediis erubescimus, in saeculi hominibus detestamur): *α allocutiones*: TIB. 3, 19, 12 (*ad amicam*) tu nocte vel atra -n *sc. mihi es* (*cf.* APVL. met. 5, 13, 5 [*loq. Psyche ad Cupidinem*] nil officiunt mihi ... tenebrae: teneo te, meum -n). CIL IV 1970 Noete -n, va(le). MART. 1, 68, 6 Naevia lux ..., Naevia -n, have. 11, 29, 3 cum me tua -a dicis, *Phylli*. PEREGR. Aeth. 23, 10 domnae, -n meum (*bis*). ENNOD. epist. 6, 7, 1 p. 153, 18 vos, -a mea, deus servet incolumes. CE 755, 6 tu -n avorum, tu decus omne tuis, te flent orbati parentes. -n oculorum: VVLG. Tob. 10, 4 fili mi, ... -n o. nostrorum. HIST. Apoll. rec. A 45 tu es -n o. meorum. *β alia*: OV. epist. 17(18), 86 (*Leander Heroni*) ut procul adspexi -n, '... illa meum' dixi 'litora -n habent'. SEN. Herc. f. 1251 (*Amphitryon ad Herc.*) unum -n afflicto malis temet reserva (*Eur. 531 φάος*). STAT. silv. 4, 8, 15 tanta ... -a das patriae (*an ad l. 41?*). HIL. AREL. vita Honorat. 11 l. 3 spoliari se ... -e suo metuunt *propinqui*. CIL VI 1342 Annia Regilla ... -n domus. *al.* *imagine oculi sublucente* (*dubitaverimus de iunctura* duo -a RVRIC. epist. 2, 40 p. 425, 13 CIL VIII 23245): PAVL. FEST. p. 183 'orba' est, quae patrem aut filium quasi -n amisit (*Isid. orig. 10, 200* quasi oculis amissis. *cf.* ALC. AVIT. carm. 3, 383 quod ... orbato redeant nova -a [*i. filius perditus*] patri). QVINT. inst. 6 prooem. 6 mihi filius minor ... alterum ex duobus eruit -n (*sc. moriendo*). HIER. epist. 3, 3, 2 (*1* oculis). VEN. FORT. carm. 6, 5, 254. 261.

i. q. σελήνη (Gloss.): **I** *nomen sideris* (*usus in metonymian vergentes invenies sub B3b sc. de lumine, sub C2a et C3 sc. de tempore, sub C4 sc. de nocte; metaphoras v. sub D*): **A** *in universum* (*varia notabilia selecta*): **1** *locutiones magis minusve proverbiales*: Plavt. Asin. 198 diem aquam solem -am noctem, haec argento non emo (*sc. quia sunt communia, cf.* Petron. 100, 1 sol omnibus lucet; -a . . . etiam feras ducit ad pabulum). Petron. 62, 3 -a lucebat tamquam meridie. Avg. discipl. 8, 9 quantum habebis, tantus eris; frange -am et fac fortunam (*explicat Otto, Sprichw. n. 977*). Vvlg. Sirach 27, 12 stultus sicut -a inmutatur (*graece affert Basil. hex. 6, 10 p. 144ᴬ ὁ ἄφρων κτλ., inde* Evstath. Basil. hex. 6, 10, 8 secundum proverbium: 'sine voce -a mutatur' [*interpretem ἄφωνος pro ἄφρων ὡς legisse suspicatur Garnerius*]). **2** *comparationes* (*exempla selecta*): Verg. Aen. 6, 454 *Didonem* adgnovit . . . per umbras obscuram, qualem primo qui surgere mense aut videt aut vidisse putat per nubila -am. Hor. carm. 1, 12, 48 micat inter omnis Iulium sidus velut inter ignis -a minores (*similia colligunt Nisbet-Hubbard ad l.; item respicitur splendor stellas superans*: Stat. silv. 1, 4, 37. 2, 6, 37 illius unus ante decor quantum praecedit clara minores -a faces. Clavd. 1, 22 Boeth. cons. 1 carm. 5, 7). 2, 5, 20 albo sic umero nitens, ut pura nocturno renidet -a mari (*item respicitur color*: Lygd. 4, 29 candor erat qualem praefert Latonia -a. Ov. am. 2, 5, 38 met. 4, 333. *al.*). 4, 2, 58 vitulus . . . fronte curvatos imitatus ignis tertium -ae referentis ortum (*item de cornibus*: Ov. met. 9, 783. *ceterum comparatur forma -ae crescentis*: Cvrt. 6, 4, 16 *litora* sinum faciunt -ae maxime similem *eqs.* Colvm. 4, 25, 1 [*describitur falx vinitoria*]. Plin. nat. 8, 62 *pantheris* similem -ae esse maculam. 8, 184 [*de macula Apis ut* Amm. 22, 14, 7]. Mart. 2, 35, 1. Frontin. strat. 1, 5, 1 vallum in modum cavae -ae duxit. *al.*). Stat. silv. 4, 8, 31 *talis virgo est inter duos fratres,* qualis caeli facies, ubi . . . admovere iubar mediae duo sidera -ae (*item de puellis*: Vvlg. cant. 6, 9 pulchra ut -a. Clavd. 10, 243 haec modo crescenti, plenae par altera -ae). Mart. 8, 50 (51), 8 (*describitur phiala*) sic alligat orbem, plurima cum tota lampade -a nitet (*cf.* Apvl. met. 11, 3, 4 super frontem *Isidis* plana rutunditas in modum speculi vel immo argumentum -ae candidum lumen emicabat). *al.* **3** *allegoriae, imagines sim.*: Gavdent. serm. 3, 3 G. -am . . ., id est ecclesiam, quae in pace crescit, in persecutione minuitur (*cf.* Ambr. epist. 18, 24 *-a* propheticis oraculis species ecclesiae figuratur. Hier. tract. in psalm. I p. 166, 6. Rvfin. Orig. in gen. 1, 5 p. 7, 17 sicut . . . -a de sole percipere dicitur lumen . . ., ita et e. suscepto Christi lumine *eqs.* Orig. in num. 23, 5 p. 217, 24 Avg. in psalm. 10, 3. *sim. saepe*). Avg. in psalm. 10, 12 -am synagogam . . . intellegere. 60, 8 l. 28 -a . . . figurate in scripturis pro mutabilitate huius mortalitatis ponitur (*sim.* 88 serm. 2, 5 Greg. M. in euang. 2, 2. *al.*). 102, 9 l. 42 significat nobis resurrectionem. Macr. Sat. 1, 19, 17 -a *Τύχη*, quia corporum praesul est quae fortuitorum varietate iactantur. Ps. Orig. hom. in Matth. 2, 2 p. 248, 19 sol sum . . ., ait *Iesus,* incorruptibilis et -a iustitiae *eqs.* (*sec. Mal. 4, 2, ubi* sol iustitiae *tantum*). *al.*

B *agitur de eius natura et potestate* (*ad rem v. Gundel, RE XVI 76 sqq.*): **1** *de positione, motu, permutationibus*: **a** *exempla varia* (*specimina pauca; v. etiam appendicem sub 1. rem fusius tractant e. g.* Lvcr. 5, 705 sqq. Vitr. 9, 2 Plin. nat. 2, 42 sqq., *singulos status enumerant* Chalc. comm. 37. Fav. Evl. 12, 4 W. = p. 8 H. [*graece, cf.* Mart. Cap. 7, 738]. Isid. nat. 18, 7 orig. 3, 54, 1): Acc. trag. 100 quot -a circlos annuo in cursu institit. Varro ling. 7, 16 in caelo tribus viis movetur, in altitudinem et latitudinem et longitudinem. frg. Gell. 3, 10, 6 die duodetricesimo -a ex quo vestigio profecta est, eodem redit (*item indicatur tempus circuitus*: Vitr. 9, 1, 5 Plin. nat. 2, 44 Iren. 1, 17, 1 [1, 10 H.]. Chalc. comm. 70. 144. *al.*). Cic. rep. 6, 17 in infimo . . . orbe -a radiis solis accensa convertitur (*cf.* Tim. 29. div. 2, 91 quanta humilitate -a feratur terram paene contingens, quantum absit a . . . Mercuri stella *eqs.* Vitr. 9, 2, 3 Hyg. astr. 4, 14 p. 115, 21. *al.*). ac. 2, 123 caelum, solem, -am . . . stare censet *Hicetas* (*contra e. g.* Lvcr. 4, 395 sol . . . manere et -a videntur in statione, ea quae ferri res indicat ipsa). nat. deor. 2, 50 iam solis annuos cursus spatiis menstruis -a consequitur, cuius tenuissimum lumen facit proximus accessus ad solem, digressus autem longissimus . . . plenissimum; neque solum eius species ac forma mutatur tum crescendo, tum defectibus in initia recurrendo, sed etiam regio *eqs.* Hor. carm. 4, 7, 13 damna . . . celeres reparant caelestia -ae (*v. Fraenkel, Mus. Helv. 22, 1965, 66 sqq.*). Prop. 3, 5, 28 qua venit exoriens, qua ⌊deficit⌋, unde coactis cornibus in plenum menstrua -a redit ('*occidit' intellegunt multi; an* exoriens *et* deficit *-am novam et extremam respiciunt ut p. 1836, 64. 84? Camps versum 27 ad solem refert*). Sen. dial. 6, 18, 2 nocturnam -ae successionem . . . modo occultam, modo toto ore terris inminentem. Plin. nat. 2, 80 in quadrato solis dividua est, in triquetro seminani ambitur orbe, inpletur autem in adverso *eqs.* *al.* **b** *observandi sunt certi status vel positiones, qui adiuvant vel nocent* (*specimina paucissima; cf. p. 1832, 7. 20 sqq.*): Cato agr. 29 *stercus* evehito -a silenti (*cf. p. 1836, 17*). 37, 4 nisi intermestri -aque dimidiata ne tangas materiem. Varro rust. 1, 1, 5 Solem et -am, quorum tempora observantur, cum quaedam seruntur et conduntur. 1, 37, 1 quaedam facienda in agris potius crescente -a quam senescente . . .; (2) ego istaec . . . non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum servo, ne [de]crescente -a tondens calvos fiam (*corr. Keil sec.* Plin. nat. 18, 321). Verg. georg. 1, 276 ipsa dies alios alio dedit ordine -a felices operum (*seq. exempla*). Colvm. arb. 15 plenam -am observabimus, cum erit in signo Leonis *eqs.* Scrib. Larg. 16 da⟨n⟩tur ex eo -a decrescente . . . coclearia tria. Plin. nat. 18, 321 sqq. necessaria adicientur de -a . . .; namque Vergilius etiam in numeros -ae digerenda quaedam putavit Democriti (*i. Boli Mendesii, v. Cumont, Antiq. Class. 2, 1933, 259 sqq.*) secutus ostentationem (*seq. enumeratio praeceptorum*). *talia saepissime, maxime apud scriptores rei rusticae et in praeceptis medicorum. hunc usum respicere videntur*: Petron. 30, 4 altera *tabula habebat* -ae cursum . . .; et qui dies boni quique incommodi essent, distinguente bulla notabantur. Stat. Theb. 3, 558 *in auguria adhibentur* astrorum . . . vices numerataque semina -ae (*var. l.* semita. *status -ae intellegit Snijder, comm. 1968 ad l.; aliter* Schol.: propter spumam magicae sarti).

[Maltby-Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *de defectione*: **a** *ipsius -ae* (*fusius e. g.* LVCR. 5, 762sqq. PLIN. nat. 2, 47sqq. CHALC. comm. 87sqq., *sermones de defectione* MAX. TAVR. hom. 100 serm. 30M.; *v. etiam sub 6b*): CATO orig. 77 quotiens -ae aut solis lumine (*dat.*) caligo aut quid obstiterit. VARRO Men. 231 eclipsis quando fit, cur -a laboret (*al., v. p. 807, 38sqq. et cf.* -ae laborres: VERG. georg. 2, 478 [*v.* SERV. auct. *ad l.*]. *al., v. p. 793, 17sqq.*). RHET. Her. 3, 22, 36 solis eclipsis magis mirantur quam -ae (EPIST. Alex. l. 26 *et* 345H. HYG. astr. 1 praef. p. 21, 12. *al.*). CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 18 cum claram speciem concreto lumine -a abdidit *eqs.* rep. 1, 23 quod serena nocte subito candens et plena -a defecisset *eqs.* (*al., v. vol. V 1, 333, 24sqq. et cf.* CIC. Cato 49 defectiones ... -ae ... praedicere [*v. vol. V 1, 289, 28sqq. 43sqq.*]. LIV. 26, 5, 9 in defectu -ae [*v. vol. V 1, 292, 36sqq. 49sqq.*]. *aliter p. 1836, 84*). div. 2, 17 obscurari *-am* (LIV. 44, 37, 7 SEN. nat. 7, 1, 3. *al.; cf.* SEN. nat. 6, 3, 3 obscuratio [CHALC. comm. 87 ISID. nat. 21, 3]. 7, 25, 3 obumbretur [ISID. nat. 21, 3 = SVET. frg. p. 213, 1sq.]. VVLG. Ioel 2, 10 sol et -a obtenebrati sunt. 3, 15 obtenebricata sunt). LVCR. 5, 751 -ae ... latebras (*cf.* SEN. nat. 6, 3, 3 -a ... aut parte sui aut tota delituit. PLIN. nat. 2, 47 occultari -am ... terrae obiectu). 5, 768 languescere (TAC. ann. 1, 28, 1). OV. met. 4, 333 rubenti, cum frustra resonant aera auxiliaria, -ae (*cf.* 7, 207 labores aera tuos minuant. LIV. 26, 5, 9. PLIN. nat. 2, 54 in -a veneficia arguente mortalitate et ob id crepitu dissono auxiliante. IVV. 6, 443. *al.*). LIV. 44, 37, 6—9. CVRT. 4, 10, 2—6. *al.* **b** *solis*: ENN. ann. 163 soli -a obstitit et nox (OV. met. 4, 202 tibi quod -ae ... imago obstiterit, palles. CHALC. comm. 87. *al.*). CIC. progn. frg. 1, 1 cum -a ... Hyperionis officit orbi. rep. 1, 25 cum tota se -a sub orbem solis subiecisset (*cf.* LIV. 37, 4, 4 cum -a sub orbem solis subisset [PLIN. nat. 37, 165]). *ibid.* solem -ae oppositu solere deficere (*cf.* nat. deor. 2, 103 opposita soli radios eius et lumen obscurat [*sim.* div. 2, 17]. SEN. nat. 1, 12, 1 soli se opponat). LVCR. 5, 753 cur -a queat terram secludere solis lumine. SEN. benef. 5, 6, 5 quibus *diebus* sol intercursu -ae vetetur omnes radios effundere (*cf.* PLIN. nat. 2, 47 interventu. *ibid.* interpositu. 2, 49 intercedente -a. PS. APVL. Ascl. 18 interiectu). PLIN. nat. 2, 46—56. *al.*

3 *de lumine eiusque origine vel effectu*: **a** *exempla varia selecta*: CIC. de orat. 3, 178 ut -a ... solis lumen accipiat (*cf.* rep. 6, 17 *p. 1830, 47.* nat. deor. 1, 87. LVCR. 5, 705 -a potest solis radiis percussa nitere *eqs.* VERG. georg. 1, 396. VITR. 9, 2, 3 -am ⟨non⟩ suum propriumque habere lumen, sed esse uti speculum *eqs. sim. saepius*). div. 2, 10 -a ... suo lumine an solis utatur? (*sim. ambigitur de origine*: LVCR. 5, 575 sive notho fertur loca lumine lustrans sive suam proprio iactat de corpore lucem. 5, 705—731). LVCR. 5, 302 solem -am stellasque ... ex alio atque alio lucem iactare subortu *eqs.* SEN. nat. 1, 2, 2 lux solis aut -ae ... recedere illum (*aera*) in circulos cogit (*de coronis ut*: 1, 2, 10 noctibus fere circa -am ... notabuntur, interdiu raro. 1, 8, 5. 7, 12, 8 PLIN. nat. 2, 98 AVIEN. Arat. 1528sqq.). 1, 3, 1 arcus nocte non fit aut admodum raro, quia -a non habet tantum virium *eqs.* (*cf.* APVL. mund. 16). LVCAN. 5, 425 -a suas iam fecerat umbras (*cf.* CLAVD. DON. Aen. 1, 605 p. 120, 19 solis umbra vel -ae). *al.*

b *notione deflexa ponitur fere pro ipso -ae lumine*: **α** *exempla ambigua*: VARRO rust. 1, 7, 2 *plantis suo loco positis* minus officit aliud alii ab sole ac -a et vento. VERG. Aen. 4, 513 messae ad -am quaeruntur ... herbae ([*nisi cum* SERV. et SERV. auct. *de observatione status, ut spectet ad 1b*]. COLVM. arb. 15 noctu ad -am putabimus. PETRON. 103, 5. 104, 5 nocte ad -am radebantur. PLIN. nat. 21, 62 siccari. 31, 123. CIL IV 3884 scr(ipsit). IVV. 10, 21. *cf. p. 1837, 6*). 6, 270 quale per incertam -am sub luce maligna est iter in silvis (*resp. 268* per umbram. *aliter* SERV.: 'incertam' incipientem, id est minorem significat [*sim.* CLAVD. DON. *ad l.*]. *cf. fortasse p. 1836, 24, sed v. etiam sub β*). PROP. 3, 16, 15 -a ministrat iter *amanti* (*cf.* IVV. 3, 286 me quem -a solet deducere vel breve lumen candelae). OV. epist. 10, 17 -a fuit (fast. 2, 697. LIV. 5, 28, 10 -a pernox erat [21, 49, 9. 32, 11, 9]). CELS. 1, 4, 1 -am vitare. SCRIB. LARG. 13 quo neque sol neque -a accedit. VAL. FL. 3, 196 brevis hanc *hastam* ... prodidit et piceo ... refulsit -a polo (SIL. 9, 108 fraternus ... -a prodente retexit ... sese ... umbo. *cf.* STAT. Theb. 2, 532 -ae tremor errat in armis). *al.* **β** *exempla audaciora*: VERG. Aen. 2, 340 addunt se socios Rhipeus et ... Epytus, oblati per -am ([SERV. auct.: agniti per -ae splendorem]. SCHOL. Iuv. 6, 311 ['-a teste moventur'] nocte per -am. *v. etiam l. 56*). 3, 152 se plena per insertas fundebat -a fenestras (*cf.* OV. Pont. 3, 3, 5 intrabat -a fenestras).

4 *de forma, magnitudine aliisque qualitatibus* (*pauca selecta; de forma v. etiam appendicem sub 2a*): CIC. ac. frg. 6 -ae quae liniamenta sint ..., cuius et nascentis et inseniscentis alias hebetiora alias acutiora videntur cornua (*al., v. vol. IV 969, 56sqq.*). ac. 2, 123 habitari ait Xenophanes (*immo Anaxagoras*) in -a eamque esse terram multarum urbium et montium (*sim.* LACT. inst. 3, 23, 12, *qui pergit*: dixit intra concavum -ae sinum esse aliam terram *eqs. ceterum cf.* VARRO ling. 5, 69 est ... terra ut physici dicunt. SCHOL. Stat. Theb. 2, 58 philosophi -am terram esse dicunt). nat. deor. 2, 103 est ... maior quam dimidia pars terrae (*item agitur de magnitudine*: LVCR. 5, 575 -a ... nilo fertur maiore figura quam ... esse videtur *eqs.* PLIN. nat. 2, 49 si terra maior esset quam -a. 2, 58. HYG. astr. 4, 14 p. 118, 7 -am minorem esse sole. *al.*). LVCR. 5, 69 -ai ... globum (*al., v. vol. VI 2, 2051, 66sqq. et cf.* HOR. epist. 1, 12, 18 orbem [MANIL. 1, 208 rotundum. PLIN. nat. 2, 80 dimidios. APVL. met. 11, 1, 1. *al.*]). *al.*

5 *de viribus et effectibus, quibus afficit terrestria* (*de effectu luminis v. sub 3*): **a** *quolibet modo, maxime umore, frigore sim.* (*exempla selecta*): CIC. nat. deor. 2, 119 *ut* -a ... graviditates et partus adferat maturitatesque gignendi (*cf.* div. 2, 91 cum ... ortus nascentium -a moderetur. VARRO ling. 5, 69 ab luce eius, qua quis conceptus est usque ad eam, qua partus quis in lucem, ⟨l⟩una iuvat. *ibid.*: nascentium dux. *de vi certae positionis in nativitate*: CIC. div. 1, 85. 2, 94. 2, 98 [*Romae urbis ut* SOL. 1, 18]. OV. Ib. 212 -a ... non apto solque fuere loco. MANIL. 2, 726. 729. *et saepius*). VARRO rust. 1, 7, 4 sol ac -a coquunt *arbores* (*cf.* VITR. 2, 4, 3 ab sole et -a et pruina concoctae resolvuntur *fossiciae*). VERG. georg. 3, 337 saltus reficit iam roscida -a (PLIN. nat. 18, 277 per se r. quotiens alget, ... cadentes pruinas congelat. CLAVD. 24, 288. *item rorem efficit*: PLIN. nat. 18, 282 si ... roscidum frigus aspersit, ... puerperium necat. 20, 1 aquas ... -a pariente. *al., v. etiam l. 27. p. 1836, 53sqq.*). PLIN. nat. 14, 136 *vina* exposita sub diu ... verberari sole, -a *eqs.* 21, 84 *ceram* sub diu siccant sole -aque. VAL. FL. 2, 287 urebat -a pruinis *ratem* (ITALA psalm. 120, 6 [Veron. *al.* = VVLG.] per diem sol non uret te neque -a per noctem [*explicat* HIL. *ad l.* ut ... -a frigore adurat]). *al.*

b *efficit incrementum vel deminutionem*: **α** *variorum* (*de praeceptis et regulis hinc ortis v. sub 1b*): LVCIL. 1201 -a alit ostrea et inplet echinos, muribus fibras et iecur addit (*item afficit animalia eorumve partes*: CIC. nat. deor. 2, 50 *v. infra.* div. 2, 33 ut cum -a pariter crescant pariterque decrescant *ostrea conchyliaque.* HOR. sat. 2, 4, 30 MANIL. 2, 94 PLIN. nat. 1, 11, 76. 2, 109 soricum fibras respondere numero -ae. 2, 221. 9, 18. 11, 196. *al.*). CIC. nat. deor. 2, 50 ab ea manant et fluunt, quibus et animantes alantur augescantque et pubescant maturitatemque adsequantur quae oriuntur e terra (*sim. de plantis*: GELL. 20, 8, 7 [*e Plutarcho*] cepetum ... congerminat decedente -a *eqs.* SCHOL. Hor. carm. saec. 16 semina ... -ae humore nutriuntur. HIER. tract. in psalm. I p. 166, 3 aiunt, quando crescit -a, crescere et fructus ..., et quando minuitur, ... minui. *al., v. etiam l. 11sqq.*). PLIN. nat. 2, 110 iumentorum quorundam in oculis morbos cum -a increscere ac minui (*item afficit morbos*: 11, 149. SER. SAMM. 1010 dubiae per tempora -ae conceptum, talis quem saepe ruina profudit [*de morbo comitiali ut*: IVVENC. 1, 446. 3, 359 PELAGON. 404 tit. CHIRON 330. *al.*]). 31, 78 crescens cum -a noctibus *sal.* AVG. civ. 21, 5 p. 496, 16D. *selenitis* candorem cum -a crescere atque deficere. *al.* **β** *aestuum maritimorum* (*rem fusius tractant e. g.* PLIN. nat. 2, 212sqq. AMBR. hex. 4, 7, 30 [*sim.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 11, 2sqq.]): VARRO rust. 3, 17, 9 qua aestus bis cotidie ab exorta -a ad proximam novam introire ac redire ... posset. CIC. nat. deor. 2, 19 *possentne* aestus maritimi ... ortu aut obitu -ae commoveri? (*item agitur de causa*: div. 2, 34 MANIL. 2, 90 MELA 3, 2 LVCAN. 10, 204 SIL. 3, 59. *al.*). CAES. Gall. 4, 29, 1 accidit ut esset -a plena, qui dies maritimos aestus maximos in oceano efficere consuevit (*cf.* SEN. nat. 3, 28, 6 solet aestus aequinoctialis sub ipsum -ae solisque coitum ... maior undare). GELL. 14, 1, 3 oceanus quasi -ae comes cum ea simul senescit adolescitque (*cf.* 14, 1, 4. APVL. mund. 19 menstruis cursibus -ae detrimenta et accessus fretorum atque aestuum deprehenduntur. VEG. mil. 4, 42). *al.*

c *efficit vel indicat tempestatem* (*exempla selecta; rem fusius tractant* VARRO frg. Plin. nat. 18, 348sq. VERG. georg. 1, 424—437 PLIN. nat. 18, 347 AVIEN. Arat. 1444—1542. ISID. nat. 38, 2sq. [= SVET. frg. p. 235, 7sqq., *e Nigidio, Arato, Verg.*]): VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 si plenilunio per dimidium pura erit, dies serenos significabit (*cf.* VERG. georg. 1, 433. SEN. suas. 3, 1 *si* plena lucis suae est splendensque ... adsurgit in cornua, imbres prohibet. PLIN. nat. 18, 347. AMBR. hex. 4, 9, 34 -am certe quartam, si pura fuerit ..., dare reliquis diebus ... indicium serenitatis existimant). *ibid.* si rutila, ventos (*cf.* VERG. georg. 1, 430 si ... suffuderit ore ruborem, ventus erit. LVCAN. 5, 549 ventorum ... notam rubuit. *al.*). *ibid.* nigrescens imbres *significabit* (*cf.* SEN. suas. 3, 1 *si* occupata nubilo sordidiorem ostendit orbem suum, non ante finit *imbres* quam *eqs.* PLIN. nat. 18, 347. *al.*). VERG. georg. 1, 353 *aestus, pluvias, ventos* ut certis possemus discere signis ..., pater statuit, quid menstrua -a moneret (*cf.* 1, 424 si ... solem ad rapidum -asque sequentes ordine respicies, numquam te crastina fallet hora. AVIEN. Arat. 1401 omnia certis indiciis tibi -a dabit). SEN. suas. 3, 1 sive ita natura disposuit *vices tempestatum* sive, ut ferunt, -a cursu gerit ... sive ne -ae quidem ista potentia est. *al.*

6 *apparet specie, condicione minus solita, naturam superante*: **a** *per prodigia*: CIC. div. 1, 97 cum tres -ae *visae essent* (*item apparent plures*: LIV. 22, 1, 10 [*inde* OROS. hist. 4, 15, 1] duas interdiu. PLIN. nat. 2, 99 [*cf.* 1, 2, 32]. CLAVD. 18, 6 OROS. hist. 4, 15, 12). LIV. 22, 1, 9 pugnantem ... cum -a solem (*inde* OROS. hist. 4, 13, 1). 22, 1, 12 Capuae speciem ... fuisse -ae ... inter imbrem cadentis. SVET. Dom. 16, 1 ut ... -a se ... cruentaret (*cf.* VVLG. Is. 24, 23 erubescet. Ioel 2, 31 vertetur ... -a in sanguinem [*inde* act. 2, 20]. apoc. 6, 12 CORIPP. Ioh. 6, 161). VVLG. Ios. 10, 13 steterunt ... sol et -a. *al.* **b** *per artem magicam* (*hic illic de -ae defectione* [*e. g.* OV. am. 2, 5, 38 MART. 12, 57, 17], *quam veneficiis effici putabant, cf.* PLIN. nat. 2, 54 *p. 1831, 21. ad rem v. Tupet, Magie dans la poésie lat. 1976, 92sqq.*): VERG. ecl. 8, 69 carmina vel caelo possunt deducere -am (*al., v. vol. V 1, 279, 17sqq.*). HOR. epod. 5, 46 sidera excantata voce Thessala -amque caelo deripit (17, 78 polo). PROP. 2, 28, 37 -a negat totiens descendere caelo (SEN.

[Maltby-Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Herc. O. 468 carmine . . . mago. PETRON. 134, 12 vers. 8). 4, 5, 13 *lena* audax cantatae leges inponere -ae. OV. am. 1, 8, 12 purpureus -ae sanguine vultus erat (*cf.* 2, 1, 23 sanguineae . . . cornua -ae. met. 14, 367 niveae vultum confundere -ae). 2, 5, 38 cantatis -a laborat equis. medic. 42 quamvis aliquis . . . removerit aera *auxiliantia*, numquam -a suis excutietur equis. met. 7, 207 (*loq. Medea*) te . . ., -a, traho (*cf.* PLIN. nat. 30, 7 ambages feminarum detrahentium -am). SEN. Herc. O. 526. VAL. FL. 6, 447 quamvis Atracio -am spumare veneno sciret *Medea* (*cf.* 7, 330 quae sanguineo -ae destrinxit ab ore [ira *trad.*]. APVL. met. 1, 3, 1 magico susurramine . . . -am despumari). *sim. al.*

C *usui est dividendis vel indicandis temporibus* (*v. etiam IIC*): **1** *generalia quaedam* (*pauca selecta*): CIC. Verr. II 2, 129 suos dies mensisque congruere volunt cum solis -aeque ratione *Graeci*. Tusc. 1, 68 -am . . . adcretione et deminutione luminis quasi fastorum notantem . . . dies. Tim. 32 *efficitur* mensis . . ., quando -a lustrato suo cursu solem consecuta est (*de eadem re*: VARRO ling. 6, 10 MANIL. 3, 517 VITR. 9, 1, 5. *et saepius*). LVCR. 5, 1437 sol et -a suo lustrantes lumine circum perdocuere homines annorum tempora verti. OV. fast. 3, 121 annus erat, decimum cum -a receperat orbem (*cf.* LIV. 1, 19, 6 *Numa* ad cursus -ae in duodecim menses discribit annum *eqs.* CENS. 20, 4. *al.*). CVRT. 8, 9, 36 *Indi* -ae cursu notant tempora, non, ut plerique, cum orbem sidus inplevit, sed cum se curvare coepit in cornua *eqs.* GAVDENT. serm. 1, 4 G. secundum -ae . . . cursum numerantur in scripturis divinis dies. *al.*

2 *indicat mensem lunarem*: **a** *-a ponitur fere pro mense, cursu menstruo* (*notabiliora; exclusimus ea, quibus apparet notio sideris circumeuntis, ut* HOR. carm. 2, 18, 16 novae . . . pergunt interire -ae. PLIN. nat. 18, 217 *annis* octonis . . ., centesima revolvente se -a): CIC. fin. 2, 101 omnibus mensibus vicesimo die -ae dent *pecuniam ad epulas* ([*sec. Epicur. frg. 217 ἑκάστου μηνὸς ταῖς εἰκάσι*]. PLIN. nat. 7, 161 -ae dierum, ut VII atque XV. 18, 228 HIER. in Ezech. 29, 17—21 l. 1016. THEOPHIL. ALEX. praef. 3 quartum decimum diem -e eiusdem . . . mensis [*gr. τῆς τεσσαρισκαιδεκαταίας κατὰ σελήνην. infra*: quarta decima -a]. *al.*; *aliter sub IIC1*). GELL. 15, 2, 3 *convivia agitare* hebdomadibus -ae (*al., v. vol. VI 3, 2578, 20 sqq.*). AVG. civ. 20, 22 p. 463, 2 D. ('mensis ex mense' (*Is. 66, 23*) tamquam -a ex -a. PASCASIN. Leo M. epist. 3, 2 communes annos apud Hebreos duodecim tantum -as, hoc est dies CCCLIIII habere; embolismos vero -as tredecim habere *eqs.* (*sim.* ISID. nat. 6, 4 duodecim lunares menses . . .; -as tredecim). ISID. nat. 1, 5 dum in annum XII -ae CCCLIIII dies habeant. **b** *locutiones poeticae menses numerantes*: VERG. Aen. 3, 645 tertia iam -ae se cornua lumine complent, cum vitam in silvis . . . traho. PROP. 2, 20, 21 septima iam plenae deducitur orbita -ae, cum *eqs.* OV. epist. 2, 3 cornua cum -ae pleno semel orbe coissent. 2, 5. 11, 48. met. 2, 344 -a quater iunctis implerat cornibus orbem (*sim.* 7, 531 fast. 2, 175). 8, 11. 10, 479 per . . . novem erravit redeuntis cornua -ae. 11, 453 fast. 2, 447. SIL. 3, 67 puer . . . bissenos -ae nondum compleverat orbes. STAT. silv. 5, 3, 30 MART. 9, 31, 3. IVVENC. 1, 51 donec quinque cavam conplerent lumina -am (*Luc. 1, 24* mensibus quinque). AVIEN. orb. terr. 901 AVSON. 333, 14 p. 27 P. 394, 3 p. 252 SIDON. epist. 8, 9, 5 vers. 18 PAVL. PELL. 32 CE 397, 2. 902, 3. 1388, 13 (*a. 577*). 1535 A, 1.

3 *indicat diem mensis lunaris*: **a** *exempla varia* (*notabiliora*): CIC. Att. 10, 5, 1 de die nihil sane potest scribi certi praeter hoc: non ante -am novam (CAES. Gall. 1, 50, 5). PLIN. nat. 18, 132 quota -a praecedente hieme nix prima ceciderit. AMBR. epist. 23, 4 observare gentilicio more, ut qua -a quid adoriendum sit iudices *eqs.* 23, 18 'quartodecimo die mensis primi' (*exod. 12, 18*): diem pro -a dicit (*ibid. infra*: naturalis usus nationum exterarum -am pro diebus appellat). MARCELL. med. 2, 13 si dies Martis . . . in has -as inciderit. *al.* *usu inter respectum ipsius sideris eiusve formae et respectum diei fluctuante*: COMPVT. cod. Col. prol. 4 p. 229 quota -a in initio mundi facta est. p. 230 eadem -a passus est dominus noster . . ., quam -am fecerat in principio mundi *eqs. al. ibid.* **b** *accedunt numeri diem indicantes* (*aliter de forma p. 1836, 22. 51*): prima: VARRO rust. 1, 37, 1 COLVM. 8, 7, 4 SCRIB. LARG. 12 PLIN. nat. 2, 56. *et saepe.* secunda: PLIN. nat. 18, 324. 28, 225. tertia: CIL I² 2511 (*a. 67 a. Chr.*). SALL. hist. frg. 3, 27 PLIN. nat. 18, 324. 350. *al. sim. saepe, inveniuntur omnes numeri usque ad tricesimum; talia frequentantur in praeceptis rei rusticae et compositionibus medicamentorum (cf. B1b supra; multa congessit Ahlquist, Stud. Chiron. 1909, 141 sq.), numeri nonnulli etiam in computis paschalibus, imprimis decimus quartus* (*nota plur. de diebus -ae plenae* VICTOR. pasch. chron. I p. 679, 24. *accedit* paschalis DIONYS. EXIG. pasch. 7). *in titulis*: CIL I² 2511 (*v. supra*). IV 4182. III 1051 (*a. 205*). 5938 (*a. 231*). INSCR. christ. Diehl 3391 (*a. 269*). *et saepius; exempla congessit usumque tractavit Galieti, Bull. Comm. Arch. Roma 48, 1920, 73 sqq. ceterum saepissime occurrit abl. temp., praepos.* in *invenimus* DAMIG. lapid. 11 in prima -a.

? **c** *loco corrupto accedit* iana (*vel* Iana): VARRO rust. 1, 37, 2 sq. quem ad modum . . . -a quadripertita ? . . . (3) numquam rure audisti . . . octavo ⌊lanam⌋ -am et crescentem et contra senescentem *eqs.* (⌊⌋ *trad. ut ibid. iterum*; ianam *vel* Ianam [*sc. iuxta* ianus] -am *initium -ae significare putat Svennung, Unters. Pallad. 260*; Ianam *i. Dianam legitur vulgo, quod reprobat Latte, Röm. Religionsgesch. 60, 2*).

4 *usu minus technico indicat tempus nocturnum*: **a** *fere i. q. spatium temporis, quo -a apparet* (*nisi fallimur*): STAT. silv. 4, 6, 17 o bona nox! iunctaque utinam Tirynthia -a! (*cf. e. g. Ov. trist. 2, 402* noctes cui *Alcumenae* coiere duae). **b** *i. q. nox, non nisi in explicationibus grammaticorum vix probandis*: SERV. georg. 1, 425 (*v. p. 1832, 65*) Donatus dicit '-as' noctes accipiendas; sed male; non enim signa . . . ex nocte, sed ex -a colligimus. 3, 337 ('saltus reficit iam roscida -a') -a: nox (*item* GLOSS.L I Ansil. LV 323). Aen. 2, 255 ('tacitae per amica silentia -ae') aut more poetico noctem significat aut physica ratione dixit, *sc. quod sphaera eius minime sonat* (*Vergilius silentium noctis ad -am transtulisse videtur; nonnulli conferunt p. 1836, 17, sed, quoniam -a lucet versu* 340, *-am decrescentem vel nubibus obscuratam intellegunt; v. post alios Austin ad l. p. 119 sq.*). 4, 80 'obscura -a': id est nox (*alias explicationes temptat* SERV. auct.).

D *transfertur ad res corporeas -ae formam exhibentes*: **1** *simulacra ipsius -ae arte facta*: CIC. rep. 1, 22 ut soli -a totidem conversionibus in aere illo quot diebus in ipso caelo succederet (*in sphaera Archimedis ut* nat. deor. 2, 88 LACT. inst. 2, 5, 18). HOMER. 870 (*in clipeo Achillis*) -a cava et nitida lustraret lampade caelum. SVET. Cal. 45, 1 *coronas* distinctas solis ac -ae siderumque specie. APVL. met. 11, 4, 1 *in veste Isidis* stellae . . . coruscabant earumque media semenstris -a flammeos spirabat ignes. *huc pertinere videntur*: CIL IX 3146 (*in ara*) -am argent(eam) . . . posit. X 1598 -as cum gemmis. **2** *varia*: CALP. ecl. 6, 45 *in cervice cervi* pendulus apri dens sedet et nivea distinguit pectora -a (*cf. p. 1840, 15 et* SIDON. carm. 7, 192 albentes . . . sub gutture -as *suis* frangere). PLIN. nat. 37, 13 in eo *alveo lusorio e gemmis facto* fuit -a aurea pondo *tot.* STAT. Theb. 6, 289 Alcmena . . . tergemina crinem circumdata -a. silv. 5, 2, 28 te, clare puer, genitum sibi curia sensit primaque patricia clausit vestigia -a (*cf.* lunula *sub 2 et* IVV. 7, 192 [*versu spurio?*] adpositam nigrae -am subtexit alutae. ISID. orig. 19, 34, 4 patricios calceos Romulus repperit . . . adsuta . . . -a: hos soli patricii utebantur; -a autem in eis non sideris formam, sed notam centenarii numeri significabat *eqs.*).

II *nomen deae* (*sub A1a inseruimus locos, qui sideri divinitatem tribuunt; ceterum nonnulla sub I allata simul huc pertinere haud mireris, cf. e. g. p. 1830, 9. 32. 67. 1831, 21. 1833, 5*): **A** *quolibet respectu*: **1** *inter deos est, dea (deus sub b) habetur*: **a** *fem.*: PLAVT. Bacch. 255 Volcanus, -a, Sol, Dies, dei quattuor. CIC. ac. 2, 119 erit ei *Stoico* persuasum etiam solem -am stellas . . . deos esse (*sim. in philosophorum doctrinis*: nat. deor. 1, 27 soli et -ae . . . divinitatem dedit *Alcmaeo*. 1, 34 *de Xenocrate. al.* TERT. nat. 2, 2, 14. *al.*). CAES. Gall. 6, 21, 2 deorum numero . . . ducunt *Germani* . . . Solem et Vulcanum et -am. PAVL. FEST. p. 95 -am et solem inter hos deos (*geniales*) computabant. APVL. Socr. 2 p. 119 neque de -a neque de sole quisquam Graecus aut barbarus facile cunctaverit deos esse. *al.* **b** *masc.* Lunus (*nomen fictum videtur ad significandum deum peregrinum* Sîn, *v. Drexler apud Roscher, Lex. griech. röm. Myth. II 2689. iocose* TERT. apol. 15, 1 [*inter titulos mimorum*] masculum -am. *an huc* INSCR. Vermaseren, Corp. inscr. Mithr. n. 1321 deo -e *?* [*sed v. vol. V 1, 890, 16 sqq.*]): SPART. Carac. 6, 6 cum . . . Carras -i (iuni *P ante corr.*) dei gratia venisset. 7, 3—5 *fusius de eodem.*

2 *eadem est (habetur) ac Diana, Proserpina, al.*: CATVLL. 34, 16 o Latonia . . ., tu Lucina . . . Iuno . . ., tu potens Trivia et notho es dicta lumine -a (*cf.* CIC. nat. deor. 2, 68 Dianam . . . et -am eandem esse putant *Graeci* . . .; eadem est . . . Lucina *eqs.* 3, 51 Dianam putant. VARRO ling. 5, 68. 7, 16 *Diana* ab eo dicta Trivia, quod . . . vel quod -a dicitur esse, quae in caelo tribus viis movetur. LYGD. 4, 29 Latonia -a. *sim. saepius. de* Iana -a VARRO rust. 1, 37, 3 *v. p. 1833, 77*). VARRO ling. 5, 68 *-am* Epicharmus Enni (*frg. var. 59*) Proserpinam quoque appellat, quod solet esse sub terris (PAVL. FEST. p. 99 Hecate: Diana eadem putabatur et -a et P. PORPH. Hor. carm. 3, 22, 4. *al.*). 5, 69 ab Latinis Iuno Lucina dicta *eqs.* (FIRM. err. 17, 2 SCHOL. Hor. carm. saec. 14. *al.*, *adde* CIC. *l. 52*). CIRIS 305 alii, quo notior esses, *Britomarti*, Dictynnam dixere tuo de nomine -am (*al., v. Onom. vol. IV 143, 4 sqq.*). OV. fast. 3, 657 sunt, quibus haec *Anna* -a est, quia mensibus impleat annum. ARNOB. nat. 3, 34 Dianam Cererem -am caput esse unius dei (SERV. georg. 1, 5). AVG. civ. 7, 15 p. 292, 32 D. Venerem esse etiam -am volunt. 7, 16 p. 294, 20 Minervam . . . vel summum aethera vel etiam -am esse dixerunt (*item* p. 295, 2).

3 *exempla varia selecta, sc. mythologiam vel prosopopoeiam illustrantia* (*de vultu v. p. 1833, 3. 4. 1836, 10 sq.*): VARRO Men. 92 -ae bigas (*item de curru vel equis*: OV. rem. 258 in niveis -a vehetur equis. medic. 42 *v. p. 1833, 5.* FEST. p. 149 mulus ⟨vehiculo -ae habetur, quod tam⟩ ea sterilis sit *eqs.* [*suppl. ex* PAVLO]. STAT. Ach. 1, 620 scandebat roseo medii fastigia caeli -a iugo. *al., v. etiam vol. II 1982, 52 sqq. IV 1522, 4 sqq. V 2, 736, 79 sqq.*). CIC. Tusc. 1, 92 num . . . eum *Endymionem* curare censes, cum -a laboret *eqs.* (*eundem amat*: LYDIA 41 *v. infra.* OV. am. 1, 13, 44 ars 3, 83 trist. 2, 299 MELA 1, 86. *al.*, *contra* Endymion amasse dicitur -am SERV. georg. 3, 391). nat. deor. 3, 58 *Dionysum* quartum Iove et -a *natum* (*fortasse subest confusio cum* Semele [*v. Pease ad l.*] *ut* GLOSS. III 291, 32. *alios filios memorant*: SERV. Aen. 6, 667 *Musaeum.* SERV. auct. Aen. 8, 295 *leonem Nemeum* [*cf.* HYG. fab. 30, 2]. HYG. fab. geneal. 1, 28 *Pandiam*). VERG. georg. 3, 392 Pan . . . captam te, -a, fefellit (*cf.* SCHOL. Veron. *ad l.*). LYDIA 41 -a, tuus tecum est: cur non est et mea mecum? -a, dolor nosti quid sit: miserere dolentis (*item invocatur ab amante*: PROP. 3, 20, 14 longius in primo, -a, morare toro). SEN. Thy. 840 non . . . demet nocti -a timores vincet-

[Maltby-Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

que sui fratris habenas *eqs.* STAT. silv. 5, 3, 30 me . . . -a videt (MART. 8, 21, 10). AMM. 17, 5, 3 rex regum Sapor, particeps siderum, frater Solis et -ae (23, 6, 5). HYG. fab. geneal. 1, 12 ex Hyperione et Aethra Sol -a Aurora. *al.*

B *in veneratione, cultu sim.*: **1** *de aedibus vel feriis* (*de templis urbanis v. Wissowa, RE XIII 1808 sq.*): VARRO ling. 5, 68 *-a* dicta Noctiluca in Palatio; nam ibi noctu lucet templum. FAST. ann. Iul. Pinc. Aug. 24 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 48) -ae in Graecost(asi). Caeret. Mart. 31 (*ibid.* p. 66) -ae (*cf.* Praen. *ad eundem diem* [p. 125] -ae in Ave⟨n-tino⟩. *de eodem templo*: OV. fast. 3, 884 Aventino -a colenda iugo. LIV. 40, 2, 2 ex aede -ae, quae in A. est. VITR. 5, 5, 8 *v. sub 2*. TAC. ann. 15, 41, 1 quod Servius Tullius -ae . . . sacraverat. VIR. ill. 65, 5 OROS. hist. 5, 12, 8). VITR. 1, 2, 5 Soli et -ae aedificia sub divo hypaethraque constituentur. TREB. Gall. 6, 2 templum -ae Ephesiae. PHILOCAL. fast.Aug. 28 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 253, *cf. comm. ibid.* p. 503) Solis et -ae c(ircenses) (*eorundem* templum *memorat* CVRIOS. [= REG.] urb. p. 91, 3 N.).
2 *varia*: VARRO ling. 5, 74 *Tatius aras* vovit . . . Soli, -ae, Volcano *eqs.* rust. 1, 1, 5 invocabo . . . illos XII deos, qui maxime agricolarum duces sunt: . . .; secundo Solem et -am *eqs.* (*item invocatur vel adoratur*: VERG. Aen. 9, 403 suspiciens altam -am . . . sic voce precatur: 'tu, dea, *eqs.*' HOR. carm. saec. 36 audi, -a, puellas. OV. Ib. 74. APVL. apol. 31, 9 solebat ad magorum cerimonias advocari . . . -a. EPIST. Alex. l. 348 H. FIRM. math. 1, 10, 14. VVLG. deut. 4, 19 ne . . . videas solem et -am . . . et errore deceptus adores ea [*sim.* 17, 3]. DRAC. Romul. 10, 395 -am manibus tensis . . . precatur. *ab amantibus p. 1834, 82 sq.*). VITR. 5, 5, 8 *echea* de manubiis ad aedem -ae dedicavit *Mummius*. PLIN. nat. 8, 1 solis . . . ac -ae veneratio *elephantis* (*cf.* 8, 215 novam exsultatione adorari *a simiis*). TERT. spect. 9 bigas -ae sanxerunt (*cf.* ANTH. 197, 17). SPART. Hadr. 19, 13 *simulacrum* facere -ae molitus est. EPIST. Alex. l. 305 H. duas Solis et -ae arbores (l. 329. *al.*). PRISCILL. tract. 1, 28 unguentum . . . maledicti Soli et -ae . . . consecrandum. *al.* *in titulis*: CIL I² 549 -a (*in speculo, imagini deae adscribitur*). II 4458 -ae Augustae sacrum (III 3920. 4793. *al.*). III 1097 -ae luciferae (INSCR. Année Epigr. 1972 n. 388 [*in ara*]. INSCR. numm. Mattingly-Sydenham IV 1 p. 273 n. 379. *al. in nummis saec. III*). VI 30975 (*a. 1*) ⟨So⟩li, -ae, Apol⟨lini, Dia⟩nae *eqs.* *al., sc. fere iuxta alias divinitates, v. Wissowa, RE XIII 1810, 18 sqq.*

C *in indicatione temporis (aliter sub IC) -ae consecratur*:
1 *dies hebdomadis* (*sc. feria tertia sec. rationem antiquiorem, secunda sec. posteriorem. ad rem v. Gundermann, Zeitschr. dt. Wortforsch. 1, 1900, 175 sqq.*): **a** *forma genetivi, sc. fere in iunctura* dies -ae (*ordine inverso* CHRONOGR.; dies *subaudiatur e. g. l. 45, 48*): CIL IV 1306 d(ie) -aes (*si recte legitur*). 8863 (*index nundinarius*) dies Sat(urni) Sol(is) -ae *eqs.* III 5938 (*a. 231*). VI 13602. INDEX nundin. Inscr. Ital. XIII 2 n. 52 Satur(ni) Solis -ae Martis. INSCR. christ. Diehl 4392 (*a. 373*). *al. ibid., v. indicem vol. III 311*. CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 44 -ae dies c(ommunes). -ae dies horaque eius cum erit nocturna sive diurna, stercus in agro mittere . . . utile est. p. 50 sqq. lun(ae) (*indicatur feria anni incipientis*). FILASTR. 113, 1 est haeresis, quae dicit nomina dierum, Solis -ae *eqs.* AVG. in psalm. 93, 3 l. 8 secunda feria, quem saeculares diem -ae vocant. MARCELL. med. 8, 59 die -ae illud facias. Ps. EVSEB. GALLIC. hom. 19, 3 G. ut Solis, -ae . . . appellationibus dies vocitarent. ISID. nat. 3, 1 dies solis prima feria nuncupatur . . .; item -is (-ae *var. l.*) proinde secunda feria. **b** *formis variis*: AVSON. 372, 6 p. 97 P. proxima fraternae succedit -a coronae. 374, 5 p. 108 Mavors imberbos et calvos -a adamasti. ANTH. 488, 2 vindicat . . . feriam sibi -a secundam. ISID. nat. 3, 2 (= SVET. frg. p. 161, 2) *dicimus diem* secundum a -a (*item* orig. 5, 30, 6). CIL V 5051 -ae (*in serie septem deorum ut* XIII 2869. *de horum imaginibus v. Wiggers, RE Suppl. XIV 944 sqq.*). **2** *hora*: CHRONOGR. a. 354 chron. I p. 42 v *hora* noct(urna) lun(ae). *sim. ibid. saepius, addas l. 47.*

appendix *iuncturarum notabiliorum, quae pertinent*: **1** ***ad*** *motum, ortum, obitum*: PLAVT. Amph. 274 exorta est (*al. v. vol. V 2, 1571, 32 sqq. [aliter p. 1836, 64]. ceterum cf.* orior: LIV. 22, 1, 10 VITR. 9, 2, 2 SEN. epist. 73, 6. *al.*; *subst.* ortus: CIC. nat. deor. 2, 19 [*opp.* obitus *ut* div. 1, 128]. LIV. 44, 37, 7 [*opp.* occasus *ut* MELA 3, 2]. *al.* exortus: PLIN. nat. 2, 212. 18, 318 [*opp.* occasus]). VARRO ling. 5, 68 e⟨a⟩t (*al., v. vol. V 2, 644, 11. 15. cf.* VARRO ling. 9, 25 redit [*al.*]. rust. 1, 27, 1 circumiens. LVCR. 5, 618 spatium . . . obire. VITR. 9, 2, 4 subit sub radios solis [*sim.* PLIN. nat. 2, 76. *al.*]. SEN. epist. 93, 9 solem . . . praetereat. PLIN. nat. 28, 94 transeunte [30, 96. *al.*]. Ps. CENS. frg. 3, 2 ambit . . . terram. *subst.* circumitus: CIC. nat. deor. 2, 155 SEN. benef. 4, 23, 1. coitus *sc. -ae solisque*: SEN. nat. 3, 28, 6 PLIN. nat. 2, 56. *al.* ambitus: PLIN. nat. 2, 215. *al.*). *ibid.* movetur (7, 16 CIC. nat. deor. 2, 44 SEN. benef. 6, 20, 1. *al.*; *cf.* motus: CIC. rep. 1, 22 div. 1, 128. *al.*). 9, 25 fertur (CIC. div. 2, 91 LVCR. 4, 395. 5, 575. *al.*). frg. Plin. nat. 18, 349 surget (VERG. georg. 1, 396. Aen. 6, 454 primo . . . mense. OV. fast. 2, 500 [*var. l.* fulgebat]. LVCAN. 5, 546. *al.*). CIC. progn. frg. 1, 1 means (*al., v. vol. VIII 786, 15 sqq. et cf.* PLIN. nat. 30, 96 transmeante. *subst.* meatus: LVCR. 1, 128. 5, 76. 774 LVCAN. 9, 6. *al.*). rep. 6, 17 convertitur (*cf.* nat. deor. 2, 51 conversio). nat. deor. 2, 50 -ae . . . cursu (2, 69 Tim. 29. VARRO rust. 1, 5, 4 menstruum. *et saepe. cf.* CIC. Tim. 29 curriculum [GELL. 3, 10, 6. *al.*]. PROP. 1, 3, 31 praecurrens -a fenestras. VITR. 9, 1, 5 per ea signa *percurrens* [9, 1, 6 circulum]. SEN. Thy. 842 curvo . . . limite currens [LVCAN. 9, 693 per . . . signa. PLIN. nat. 2, 86. *al.*]. benef. 6, 23, 3 decurrere [*i. currere ut* CYPR. epist. 37, 2]. AMM. 28, 4, 24 polum discurrens). 2, 103 vagatur (MANIL. 5, 7 PLIN. nat. 2, 66. *cf.* pervagari: VITR. 9, 1, 5. 9, 2, 3 circulum. *adi.* vaga: HOR. sat. 1, 8, 21 STAT. silv. 1, 4, 37. 3, 3, 55 CE 902, 3. noctivaga: STAT. silv. 3, 5, 101). LVCR. 5, 575 loca lumine lustrans (5, 1437 mundi . . . templum. SIL. 8, 174 terras. *al.*). 5, 1190 volvi (MANIL. 1, 226). 5, 1206 *viae* (AVSON. 368, 30 p. 95 P. *cf.* AMM. 20, 3, 2 iter menstruum). VERG. Aen. 1, 742 errantem. 4, 81 lumen . . . obscura . . . premit (*i. occidit*). AETNA 231 orbita -ae (PROP. 2, 20, 21). HOR. sat. 1, 8, 21 protulit os (*i. surgit. paulo aliter* PETRON. 127, 1 os extra nubem . . . proferre). OV. met. 10, 449 fugit . . . caelo. MANIL. 1, 200 *volitare*. 3, 590 nascens ('*surgens*' *explicat Housman; ad mundum refert Wageningen. aliter infra l. 67*). STAT. Ach. 1, 620 scandebat . . . fastigia caeli. *al.*

2 *ad permutationes, status*: **a** *epitheta, indicantia*: **α** *-am novam vel extremam* (*addas* prima *p. 1833, 64*, obscura *p. 1837, 19*): CATO agr. 29 -a silenti (40, 1. 50, 1 PLIN. nat. 16, 190. 18, 314. 318. 28, 77. 37, 155. *cf. l. 57 et p. 1834, 6*). VARRO ling. 6, 10 novam (rust. 3, 17, 9 ab exorta -a ad proximam n. *al.* CIC. Att. 10, 5, 1 CAES. Gall. 1, 50, 5 HOR. carm. 2, 18, 16. *et passim; cf.* GLOSS. n. -a: *νεομηνία. superl.* novissima: PLIN. nat. 2, 56. 78. 216). *ibid.* eo die potest videri extrema (rust. 1, 37, 1 OV. met. 2, 117 PLIN. nat. 18, 322) et prima (*al. in indicatione diei, v. p. 1833, 64*). SEN. dial. 6, 18, 2 occultam (PLIN. nat. 2, 58). PLIN. nat. 18, 322 intermenstrua. SER. SAMM. 1010 dubiae (*cf.* RVT. NAM. 1, 434 dubitanda). FIRM. math. 4, 1, 10 synodica (*sc. cum sole ut* 6, 31, 76. *al.*). CLAVD. 28, 541 rudem. DRAC. laud. dei 1, 665 caeca (*si recte restituitur ex Eugenio*). **β** *plenam* (*addas* decima quarta *p. 1833, 71*): CATO agr. 37, 4 plena (VARRO rust. 1, 37, 1 CIC. rep. 1, 23. *et passim; cf.* GLOSS. -a p.: *πανσέληνος. πληροσέληνον. superl.* plenissima: OV. met. 7, 181 ISID. nat. 1, 3. plena lumine: FIRM. math. 2, 7, 3. *al.*). MART. 8, 50(51), 8 plurima cum . . . -a nitet. APVL. met. 11, 4, 1 semenstris (GLOSS. -a medii mensis). CLAVD. 21, 219 tota. AVG. in psalm. 88 serm. 2, 5 l. 29 (*sec.* psalm. 88, 38) perfecta (EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 5). POL. SILV. fast. Ian. 13 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 264) completa. *addiderimus*: OV. met. 7, 268 -a pernocte (*quod non fit nisi -a plena, cf.* GLOSS. quae lucet tota nocte. *item*: LIV. 5, 28, 10. 21, 49, 9. 32, 11, 9 GERM. 194. *al.*). **γ** *ceteros status* (*selecta; numeros v. p. 1833, 63 et l. 22. 51 sq.*): CATO agr. 37, 4 dimidiata (PLIN. nat. 18, 323. *cf.* OV. met. 3, 682 dimidiae [*al. v. vol. V 1, 1204, 79 sq.*]. COLVM. 2, 10, 15 semediata [dimidiata *recc.*]. PLIN. nat. 2, 80 dividua [APVL. Socr. 1 p. 117]. CHALC. comm. 37 sectilis. MART. CAP. 7, 738 medilunia. EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 5 semiplena). HOR. sat. 2, 8, 32 minorem (SCHOL. crescente -a. *cf.* SERV. Aen. 6, 270 *v. p. 1831, 57*. '*novam*' *vel* '*decrescentem*' *explicant viri docti*). PLIN. nat. 8, 215 cava (*i. decrescens. al. v. vol. III 716, 60 sqq., adde* Ps. CENS. frg. 3, 2). APVL. Socr. 1 p. 117 corniculata (MART. CAP. 7, 738. *cf.* CHALC. comm. 37 bicornis [AVSON. 325, 42 p. 111 P.]. AMM. 14, 2, 2 cornuta. 20, 3, 1 corniculantis [22, 14, 7]). *ibid.* protumida (*cf.* FIRM. math. 4, 1, 10 amficyrtos. CHALC. comm. 37 dimidiato maior [MART. CAP. 7, 738 quae dicitur *ἀμφίκυρτος*]). AVG. doctr. christ. praef. 5 veterem (MARCELL. med. 8, 49. *al.*). in epist. Ioh. 1, 13 ostenditur hominibus tertia -a (*item cum numero formam indicante*: OROS. hist. 7, 4, 15 HYD. chron. II p. 30, 191 GREG. TVR. Franc. 4, 9). *al.* *addiderimus*: PROP. 2, 17, 15 in triviis sicca requiescere -a (['*rore non cadente*', *quod fit maxime -a decrescente, explicat Shackleton Bailey, Class. Quart. 41, 1947, 90*]. PLIN. nat. 17, 57 decrescente ac s. 17, 112 *v. infra*). PLIN. nat. 17, 57 -a sitiente (17, 112 s. ⌞hoc est sicca⌟ [*del. Detlefsen*]. *utrumque locum hausit e* CATONE *sc.* agr. 29. 40, 1 *v. l. 17*).

b *verba* (*addidimus subst. affinia*): CATO agr. 31, 2 -a decrescente (*saepe, v. vol. V 1, 219, 11 sqq.*). VARRO rust. 1, 37, 1 crescit (*saepe, v. vol. IV 1178, 64 sqq.; cf.* OV. epist. 2, 5 orbe recrevit. COLVM. 8, 11, 11 -ae incremento [PLIN. nat. 11, 149. *al., v. vol. VII 1, 1046, 14 sqq.*]). *ibid.* senescente (1, 37, 3. 1, 64 CIC. nat. deor. 2, 95 div. 2, 33 LIV. 44, 37, 7. *al.*; *cf.* CIC. ac. frg. 6 insenescentis. PETRON. frg. 27, 4 -ae . . . senectus. PLIN. nat. 7, 155 senio [ISID. nat. 7, 7]). 3, 17, 9 ab exorta -a (*sc. nova ut*: COLVM. arb. 3, 3 CENS. 18, 2 CHALC. comm. 71. *cf.* OV. met. 8, 11 orientis. ITIN. Anton. Plac. recc. AB 38 egrediatur. *ibid.* rec. A introierit. *de quolibet ortu v. p. 1835, 63*). frg. Plin. nat. 18, 349 nascens (CIC. ac. frg. 6 HOR. sat. 2, 4, 30 carm. 3, 23, 2. *al.*; *cf.* GREG. M. moral. 30, 45 renascitur). LVCR. 5, 748 gignitur et . . . deletur. TIB. 2, 4, 18 orbem complevit (*cf.* OV. met. 2, 344 implerat . . . orbem [11, 453 fast. 2, 175. *v. etiam vol. VII 1, 630, 50 sqq.*]. 7, 531 explevit . . . orbem [AVIEN. Arat. 1753]. AVG. epist. 55, 6 repleri). *ibid.* recurrit (ITIN. Anton. Plac. rec. A 38 [rec. B praecurrente]. *cf.* PROP. 3, 5, 28 in plenum . . . redit [OV. met. 10, 479]). OV. epist. 2, 5 latuit (PLIN. nat. 2, 42). met. 7, 531 tenuata retexuit orbem (STAT. silv. 5, 3, 30 ter relegens . . . terque ora retexens). 15, 312 minimos . . . recessit in orbes (MANIL. 1, 527. *cf.* GELL. 20, 8, 7 decedente [*opp.* adolescente]). fast. 2, 447 resumebat . . . nova cornua. SEN. suas. 3, 1 adsurgit in cornua. CVRT. 8, 9, 36 se curvare coepit in cornua. PLIN. nat. 2, 58 minuatur (*al., v. vol. VIII 1036, 13. 1039, 77. 1042, 68. cf.* DAMIG. lapid. 40 minorante -a [REGVLA mag. 33, 25 in circulo minorata]. ANON. med. ed. Piechotta 171 perminuat). MART. 8, 50(51), 8 alligat orbem. 9, 31, 3 peregerat orbes. TAC. Germ. 11, 1 inchoatur (*cf.* AVG. civ. 15, 14 p. 86, 22 D. coepta. RVT. NAM. 1, 124 incipiat). GELL. 20, 8, 5 deficiente ([*opp.* crescente *ut* FIRM. math. 1, 4, 9 DRAC. satisf.

[Maltby-Flury]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

235]. FIRM. math. 2, 7, 3. 2, 13, 4 minuta id est deficiens. *al.* EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 8. ISID. orig. 3, 55 *opp.* nascentem. *cf.* AMBR. hex. 1, 3, 10 menstrua -ae defectione. *aliter p. 1831, 10*).

3 *ad lumen, colorem* (*v. etiam p. 1833, 2 sqq. 9*): CATO orig. 77 -ae ... lumine (VARRO Men. 203 CIC. nat. deor. 2, 50. 95. OV. fast. 1, 438 ad -ae lumina. *et saepius. cf.* luceo *p. 1693, 16 sqq.*, lucesco *p. 1703, 25 sq.*, lucidus *p. 1705, 35 sqq.*, lux *p. 1912, 27 nec non* AMM. 26, 9, 9 praelucens). VARRO frg. Plin. nat. 18, 348 pura (VERG. georg. 1, 427 [*433*]. HOR. carm. 2, 5, 20 AMBR. hex. 4, 9, 34). *ibid.* rutila (*cf.* HOR. sat. 1, 8, 35 rubentem [carm. 2, 11, 10 PROP. 1, 10, 8. OV. met. 4, 333 sub candore. SEN. nat. 7, 27, 1. *al.*]. PLIN. nat. 18, 347 rubicunda. AVIEN. Arat. 1488 rubescat [ISID. nat. 38, 2]. *sim. al.*). *ibid.* nigrescens (*cf.* SEN. nat. 7, 27, 1 lividus illi et ater color. PLIN. nat. 18, 347 nigra). 18, 349 flammea. CIC. rep. 1, 23 candens (*al. v. vol. III 234, 69 sqq. et cf.* candidus *p. 239, 75 sqq.*, candor *p. 246, 19 sqq.*). LVCR. 5, 705 nitere (HOR. carm. 2, 11, 10 rubens. *cf.* PLIN. nat. 8, 2 nitescente [AVIEN. Arat. 229]). 5, 708 fulsit (*al., v. vol. VI 1, 1508, 34 sqq. 1512, 69 et cf.* fulgesco *p. 1513, 76*, fulgor *p. 1515, 38 sqq. nec non* MANIL. 2, 729 refulsit [GERM. 194 VAL. FL. 3, 197]). VERG. Aen. 4, 81 obscura (*v. vol. IX 2, 169, 2 sqq.; i. nova -a: ibid. p. 167, 66, addas* CHALC. comm. 37 *nec non* HOR. epist. 1, 12, 18 obscurum -ae ... orbem). 8, 23 radiantis (EPIST. Alex. l. 146 H. *cf.* OV. met. 4, 99 radios). HOR. carm. 2, 5, 20 renidet ... mari (*cf.* OV. epist. 17[18], 77 repercussae ... imagine -ae. PLIN. nat. 37, 104 repercussum -ae). OV. met. 7, 193 aurea (10, 449 AVIEN. Arat. 514. *al.*). Ib. 74 micas (*cf.* APVL. met. 11, 1, 1 praemicantis). VITR. 7, 9, 2 splendores et radios inmittere (*cf.* 7, 9, 4 -ae splendorem [APVL. met. 6, 29, 8. *al.*]. 9, 2, 2 mittere splendorem. SEN. suas. 3, 1 splendens [PLIN. nat. 18, 347. *al.*]. TAC. ann. 1, 28, 2 splendidior. PRISC. periheg. 310 splendescere). SEN. nat. 7, 27, 1 palleat (LVCAN. 5, 546[*549*] pallens [HIER. epist. 69, 6, 1]. *cf.* BOETH. cons. 1 carm. 5, 7 pallida). *al.*

deriv.: lunaliter, lunaris, lunaticus, luno (lunatus), lunula.

compos.: illunis, *?* interlunis; il-, medilunius; inter-, novi-, plenilunium; *?* obscuroluna.

cf. Onom. *Maltby-Flury.*

lūnāliter *adv.* *a* luna. *i. q. modo lunam sequente, luna effecto*: PRISC. LYD. solut. 6 p. 69, 21 Rubrum mare ... est quidem quando redundat estque quando recessum exspectat, et redundantia quidem -r quantum differt in plus et minus.

***lūnāris**, -e. *a* luna. NOT. Tir. 68, 99. *legitur inde a* CIC., VARRONE, OV.

B *per ellipsin i. q. poenas -ere*: Prvd. c. Symm. 1, 473 sponsus foedera *nuptialia* . . . intercepta *a tyranno* gemens (*i. quia gemuerat*) . . . dura inter vincla -bat (Schol. pro solvebat. *part.* gemens *vix pro obi. substitutum esse contendas, ut sensus sit 'gemitum expiabat'; cf. 1, 476* morte maritalis dabat indignatio poenas). Romvl. fab. 39, 8 (cod. F recensionis gall.) suspectus esse debet qui aliquem laesit$_{L}$; videat, ne$_{]}$ aliquando $_{L}$-at$_{]}$ ($_{L]}$ *om. codd. ceteri ceteraeque recc.*). Gloss.^{L} V Abba lv 20 -is: persolvis poenas (*sed ad* Verg. georg. 4, 454 [*v. sub IB1a*] *dubitanter referunt edd.; eandem habes* Gloss. V 572, 7. *ceterum huc referre possis etiam glossas p. 1841, 41 allatas*). *?* **C** *i. q. commissa persolvere, expiare, v. p. 1843, 39.*

deriv.: luela, luitatum (luito), luitio.

compos.: circum- (*cf.* Gloss. *s. v.*), 2. de-, di- (*cf. IB s. v.*), 2. e-, reluo, solvo.

2. luo, (*?* lutus), luere. *ex* abluo, 1. eluo *sim. retrograde. huc referendum* Not. Tir. 82, 16 *?* (*cf. p. 1841, 4*). [*e coni. dub.* Lvcr. 6, 800 Ov. fast. 1, 292. *vix huc pertinent* Val. Fl. 3, 407 (*v.* 1. luo *IC 2*), Gloss. *p. 1841, 23.*] *i. q. lavare*: Sil. 11, 22 maior qua Graecia . . . Ionio -itur *mari* (*nisi recte coniecerunt quidam* lav- *vel* all-). Marcell. med. 4, 3 si caput inde (*i. furfuribus*) . . . in balneo -atur. CE 1036, 6 obitum (*i. sepulcrum; addas hunc locum vol. IX 2, 69, 72*) nostrum fletibus usque -unt (fluunt *trad. ut videtur; cf. Bücheler in app.*). Gloss. -it: solvit, lavat vel expendit. dat, lavat, commissa persolvit vel mortalitas. II 351, 7 *κλύζω*: -o. 410, 28 *πλύνω*: -o, luto, labo. *? p. p. p.* lutus *v. p. 1048, 73.*

pro compositis vix recte ponuntur il-, inter-, obluo *vol. VII 1, 393, 31. 2221, 56. IX 2, 118, 4.* *Bk.*

lupa *v.* lupus.

lupal, -ālis *n.* *si genuinum, cf. cum* lupanar. Gloss.^{L} II Abav. lv 20a -l lupanar (Gloss. V 544, 21. 602, 62). *errorem scribae suspicatur Mountford,* lupa lupana *temptat Heraeus in exemplari suo.*

lupāna, -ae *f. et inde ut vid.* **lupānus,** -a, -um. [lupana *a* lupanar *retrograde formatum. Sch.*] **1** *f. pro subst. i. q. meretrix* (*certiora exempla; ad* lupanar *relegavimus locos dub.* Ps. Qvint. decl. 14, 3. 14, 12 Cypr. epist. 62, 2 Ps. Cypr. spect. 5, 4 Lact. inst. 3, 21, 4, *de quibus egit post alios Niedermann, Arch. lat. Lex. 11, 1900, 271 sq.*): Cypr. hab. virg. 12 fugiant castae virgines et pudicae incestarum cultus, habitus inpudicarum, -arum (lupanarium *edd. vet., pro gen. vocis* lupanar *accepit Hartel in indice*) insignia, ornamenta meretricum. Hier. epist. 117, 7, 3 quando in publico quasi per verecundiam operit faciem, -arum (luparum *unus e codd.*, lupanarium *edd. vet.*) arte id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest. Gloss. II 592, 34 scortum: -a (*coni. v. d. Vliet, Arch. lat. Lex. 9, 1896, 303*; lupanar *trad., sed ad* lupanar *1 a β referre dubitamus. an* lupanar⟨ia⟩ *coll. p. 1847, 84?*). IV 362, 22 -a: meretrix (lupa *var. l., quae praefertur* Gloss.^{L} II Abav. lv 23). **2** *adi. i. q. meretricius*: Comm. instr. 2, 18, 22 vos matronae bonae vanitatis fugite decorem: in⟨cestas in⟩ feminas congruet cultura -a (*v. app. crit. apud Dombart, qui versum suppelvit coll.* Cypr. hab. virg. 12 [*citatum supra sub 1*] vestium insignia . . . non nisi prostitutis et impudicis feminis congruunt).

***lupānar,** -āris *n. et* **lupānārium,** -i *n.* (lupānāria, -ae *f. v. l. 23*). [*a* lupa *formatum sicut* Bacchanal *a* Baccha, *cf. Niedermann, Zeitschr. vergl. Sprachf. 45, 1913, 349 sq. Sch.*] *derivatur a* lupa: Lact. inst. 1, 20, 2 *Romuli nutrix* fuit . . . Faustuli uxor et propter vulgati corporis vilitatem lupa . . ., id est meretrix, nuncupata est; unde etiam -r dicitur (*sec. Liv. 1, 4, 7. sim.* Ps. Avr. Vict. orig. 21, 2 Serv. Aen. 1, 273 Schol. Hor. sat. 1, 2, 126 Avg. civ. 18, 21 p. 283, 22 D.). Serv. Aen. 3, 647 Prisc. gramm. II 222, 5 Isid. orig. 18, 42, 2. *al.* *formae certae secundae decl. (sc. retrograde e plur.* lupanaria *formatae): neutr. nom., acc.* -ium: Vlp. dig. 4, 8, 21, 11 Ps. Cypr. spect. *ter* (*v. infra l. 73 sqq.*). Gloss. II 413, 57; *abl.* -io: Vlp. dig. 5, 3, 27, 1 (*ibid. acc. plur.* -ia). 23, 2, 43 pr., *falso trad.* Sen. contr. 2, 4, 9 (*sc. per dittographiam*). *vix huc* Ps. Ambr. *sub voce* lupanaris. *fem.*: Cvrios. urb. p. 105, 10 N. -iae *tot* (*inter* pistrina *et* latrinae publicae; Reg. urb. -ia). Not. Tir. 35, 78 -r. *legitur singulis locis apud* Plavt. *et* Catvll., *saepius inde a* Sen. rhet. (*in versibus apud* Mart., Ivv., Prvd., Drac.), *cum vox q. e.* 2. lustrum *hac notione temporibus antiquioribus saepius usurpata* (*sexies apud* Plavt. *et* Cic.) *post* Liv. *perraro inveniatur.*

i. q. πορνεῖον, fornix, lustrum sim. (*cf.* Non. p. 333, 10 lustra etiam -a dicuntur. Synon. Cic. p. 425, 9 fornix . . . -r, speleum *eqs.* Gloss. -r: *πορνεῖον*. domus meretricis. habitatio meretricum. statio meretricis. ubi meretrices habitant[ur]. locus ubi scortum est vel prostibulum sive ubi meretrices consistunt. taberna. cella meretricis. domus meretricum vel theatrum. *sim. al.*): **1** *vi originaria respicitur prostitutio corporis* (*mulierum nec non cinaedorum* [*e. g. l. 82*]): **a** *usu vario*: *α praevalente respectu loci*: Plavt. Bacch. 454 in -i accubat. Sen. contr. 1, 2, 1 deducta es in -r, accepisti locum, pretium constitutum est, titulus inscriptus est. 1, 2, 4 honorem habitum aurium maiestatisque vestrae velim quod necesse est in hac causa nominare -r, lenonem, meretricios quaestus. *et saepe.* Val. Max. 3, 5, 4 lingua eius (*nepotis Hortensii*) tam libidini cunctorum (cunnorum *Gertz*) inter -a prostitit quam avi . . . in foro excubuerat (*item opp.* forum 7, 7, 7). 9, 1, 8 -i . . . domi suae instituto Muniam et Flaviam . . . et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit (*cf.* Svet. Cal. 41, 1 -r in Palatio constituit, distinctisque et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuique starent. Lampr. Heliog. 24, 2 -a domi amicis . . . exhibuit. *v. etiam l. 70*). Sen. nat. 1, 16, 6 in quaedam (quodammodo *var. l.*) -r quoque verecundum est (*cf.* Avg. civ. 14, 18 p. 41, 13 D. verecundia naturali habent provisum -a ipsa secretum). Colvm. 1, 8, 2 socors . . . genus id mancipiorum, otiis, campo, circo, theatris, aleae, popinae, -bus consuetum. Petron. 7, 4 per medium -r fugere coepi (*antea*: fornicem). Mart. 9, 5(6), 9 pudor esse per te, *Domitiane*, coepit et -i. Qvint. inst. 5, 10, 39 occidisti adulterum, quod lex permittit, sed quia in -i, caedes est (*in eadem quaestione* 7, 3, 6. 10). decl. 385 p. 430, 12 in -i venditare ancillam. *al.* Ps. Qvint. decl. 15, 7 exclusus ante -ium fores . . . pervigil amator. *al.* Ivv. 6, 121 *Messalina* intravit calidum veteri centone -r. 6, 132 -is tulit ad pulvinar odorem (Schol. obscenum odorem -is pertulit ad lectum maritale⟨m⟩). Tac. ann. 13, 25, 1 lascivia, qua Nero itinera urbis et -a et deverticula veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat. 15, 37, 3 crepidinibus stagni -a adstabant inlustribus feminis completa et contra scorta visebantur nudis corporibus. Svet. Tib. 58 nummo . . . effigiem *Augusti* impressam latrinae aut -i intulisse. Calp. decl. 5. Apvl. met. 7, 10, 3 -is spurci sordidique . . . nomine (*antea*: fornicis . . . mentionem). 10, 21, 1 Min. Fel. 25, 11. Tert. apol. 35, 4 honesta res est sollemnitate publica exigente induere domui tuae habitum alicuius novi -is (*sim.* idol. 15 p. 49, 15. *cf.* coron. 13 l. 54 a saeculo coronantur et -a et latrinae *eqs.*). anim. 34, 5. Vlp. dig. 4, 8, 21, 11 in aliquem locum inhonestum . . ., puta in popinam vel in -ium. 5, 3, 27, 1 et pensiones . . . venient *in hereditatem*, licet a -io perceptae sint: nam et in multorum honestorum virorum praediis -a exercentur. 23, 2, 43 pr. palam quaestum facere dicemus non tantum eam, quae in -io se prostituit. Cypr. ad Donat. 10 libidinum probra vel -bus prostituta. epist. 55, 26 -r ingressus. mortal. 15. Ps. Cypr. spect. 5, 4 confitebitur per -ium, per prostitutarum nuda corpora *ad spectaculum venisse* (lupanarum *var. l., quam praeferunt Wölfflin, Arch. lat. Lex. 8, 1893, 8 sq. aliique, sc. ad* lupana *referentes, sed cf. falsam lectionem p. 1847, 48*). 5, 5 in -ium ducere (-r *var. l., quam praeferunt edd., quos sequi noluimus coll. l. 73 et p. 1847, 48*). Lampr. Comm. 3, 7 vespera etiam per tabernas ac -a volitavit (*sim.* Capitol. Ver. 4, 6). Arnob. nat. 2, 42 *mulieres* in -bus promptae, in fornicibus obviae. Lact. epit. 61, 6 non . . . satis est, si aut alieno toro aut -i abstineas (*cf. inst. 6, 23, 15*). Edict. impp. Val., Theod. et Arc. coll. Mos. 5, 3, 2 *cinaedos* omnibus eductos, pudet dicere, virorum -bus. Hier. in Os. 4, 10/12 de rationali homine *fornicatio* brutum efficit animal, ut ganeas et -a et libidinum lustra sectetur. Prvd. perist. 14, 25

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

publicum (Max. epist. Migne suppl. 1, 1093). *et saepe.* *β accedente respectu hominum in -i versantium, sc. meretricum, lemunon sim.* (*hucine locus obscurus* Gloss.^{L} I Ansil. Lv 335 **-r**: scortum meretricum*?*): Plin. nat. 30, 15 utinam ... potius ... deos consuluisset quam -bus atque prostitutis mandasset inquisitiones eas *Nero*. Ps. Qvint. decl. 14, 3 paupertatem in -ium (lupanarum *var. l., Lehnert; at v. Reitzenstein, Stud. zu Quint. gröss. Dekl. 1909, 34*) obsequia transtuleram (*cf.* 15, 2 -i noctibus diebus⟨que⟩ deserviens. Apvl. met. 7, 9, 6 cum -i servierit). 14, 12 si patior miser illas -ium (lupanarum *var. l.*) insultationes. 15, 4 non pudet ergo quod vacatis -ium querelis et ad vos deferuntur amantium rixae? Tert. apol. 40, 14 balneis et cauponis et -bus operantibus. Cypr. epist. 62, 2 *pro virginibus captivis non* tam vincula barbarorum quam lenonum et -ium (lupanarum *unus e codd.*) stupra deflenda sunt. Lact. inst. 3, 21, 4 matrimonia ..., inquit *Socrates*, communia esse debebunt (*cf. Plato rep. 457^{c} τὰς γυναῖκας ... εἶναι κοινάς*): scilicet ut ad eandem mulierem multi viri tamquam canes confluant ... aut ... expectent, ut vicibus tamquam -r (*def. Stangl, Rhein. Mus. 70, 1915, 240 sq.*; lupa *unus e codd.*, lupanam *Weyman*) obeant. *γ accedente respectu actionum vel vitae -i propriae* (*huc fortasse spectat* Gloss.^{L} I Ansil. Lv 333 [in]meretric⟨at⟩io): Tert. anim. 27, 4 benedictus status *concubitus* ..., excessus vero maledictus, adulteria et stupra et -a. Lact. inst. 6, 20, 22 addixit certe sanguinem suum vel ad servitutem vel ad -r. Rvfin. Greg. Naz. orat. 3, 4, 4 non apud nos -r Veneris et meritorium mysterium ducitur, cuius ... turpitudo consecrationi est (*gr. Ἀφροδίτης πορνικὰ μυστήρια. cf.* Prvd. perist. 10, 230 meretrix Adonem vulneratum scaenica libidinoso plangit adfectu palam, nec te -r Cypridis sanctae movet? [*de moribus meretricis accipit Lavarenne*]). Prvd. perist. 14, 55 quod ... castum -r nec violabile experta victrix virginitas *Agnetis* foret. Ennod. epist. 8, 35, 2 quod secuta est relictis dei cultoribus -is vice coniugium.

b *hyperbolice et maledice*: *α in allocutione, praedicatione pro convicio est*: Catvll. 42, 13 (*ad moecham*) o lutum, -r, aut si perditius potes (potest *recc.*) quid esse. Apvl. apol. 74, 6 *Herennius* est ... libidinum ganearumque locus (lutus, lutum *coni. viri docti*), lustrum, -r. *β varia*: Amm. 29, 2, 7 *Heliodorus* ad -r (*i. aulae partes mulieribus destinatas*), quo ... liberius versabatur, cubiculariis officiis praepositus, assidue propalam ventitabat. Hier. epist. 22, 6, 1 quae prostituerunt membra Christi, et mutaverunt templum sancti spiritus (*i. corpus*) in -r (*sec. I Cor. 6, 15. 19*). Salv. gub. 7, 15 sq. *in Aquitania* paene unus gurges omnium gula, paene unum -r omnium vita; et quid dicam de -bus? minoris quippe esse criminis etiam -r puto ...; pauca ferme sunt -a et paucae, quae in his se ... damnavere meretrices. (16) apud Aquitanicas vero quae civitas in ... nobilissima sui parte non quasi -r fuit? 7, 103 -r fecit e mundo *Socrates* (*respicit eandem rem ac* Lact. *sub aβ*). Drac. Orest. 650 *Aegisthus* regalia tecta potentum et delubra ducum vel pulvinaria regum crimine prostituens gaudet fecisse -r.

2 *tropice respiciuntur quaelibet turpitudines, peccata*: Ps. Cypr. spect. 6, 2 (*de spectaculo*) concurritur in illud pudoris publici -ium (lupanarum *falso cod. Z*), ad obscenitatis magisterium. Hier. c. Lucif. 1 p. 155^{A} *Luciferi sectator* asserebat ... mundum esse diaboli et, ut iam familiare est eis dicere, factum de ecclesia -r. 9 p. 164^{B} per meretricum -a (*i. haereses; opp.* virginis tuae, *i. ecclesiae*, integritatem). Vvlg. Ezech. 16, 24 (*ad Hierusalem idola colentem. sim.* 16, 31. 39) aedificasti tibi -r et fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis (*LXX loco primo οἴκημα πορνικόν, sed Symm. et Theod. πορνεῖον ut etiam LXX postea.* Hier. *ad* 16, 24 quomodo ... aedificaverit sibi -r et in omni via signum transeuntibus posuerit, ut venirent ad scortum *eqs. ad* 16, 31 est ... alia fornicatio spiritalis, quando ... haereticis iungimur et aedificamus -r nostrum. *cf. etiam* Petr. Chrys. serm. 115 p. 516^{A} praeceps ad idolorum -a convolavit *synagoga meretricis ornatu legi occurrens*). Chrysost. repar. laps. p. 402a 26 animas, quae de superna generositate ... in istud praesentis vitae -r ac prostibulum deciderunt (*gr. τὸ τοῦ ... βίου χαμαιτυπεῖον*). Vincent. Ler. 23, 15 sit ... impiorum ac turpium errorum -r, ubi erat ... castae et incorruptae sacrarium veritatis. Petr. Chrys. serm. 5, 4 (*comparatur gentilitas cum filio prodigo Luc. 15, 13*) hinc est quod luxuriosus per desiderium saecularis eloquentiae, per scholarum -a, per trivia sectarum, dissipavit dei patris ... substantiam.

deriv.: lupana (-us), lupanaris, lupanarius. *cf.* lupal.

1. lupānāria *v.* lupanar. **2. lupānāria** *v.* lupanarius.

lupānāris, -e. *a* lupanar, *cf.* lupanarius. *i. q. meretricius*: Apvl. met. 9, 26, 1 quae ... larem mariti -i maculasset infamia iamque perdita nuptae dignitate prostitutae sibi nomen adsciverit. Ps. Ambr. epist. 1, 7 (*praefectus ad Agnetem*) aut cum virginibus deae Vestae sacrifica, aut cum meretricibus scortaberis in contubernio -i ([*infra ter subst.* lupanar, *ut vix gen. vocis* lupanarium *intellegas*]. Pass. Bonos. [BHL 1425] 10 in c. -i concludi). Basil. ad fil. p. 62, 12 non metuas ... verba venenata mulierum -ium (-um *var. l.*).

lupānārium *v.* lupanar.

lupānārius, -a, -um. *a* lupanar, *cf.* lupanaris. [*falsa var. l.* -os Cvrios. (= Reg.) urb. p. 75, 4 N., *v.* 2. luparius.] **1** *adi. i. q. meretricius, impudicus*: Vita Eugen. 14 *ut feminae* castitatem generosissimam ad -am ignominiam provocares? (*rec. vet. ed. Mombr. p. 395, 10* ad lupanaris ignominiam). Greg. Tvr. Franc. 6, 13 cum esset adultera et alium in amore -o, exoso marito, diligeret *uxor Ambrosii*. **2** *fem. pro subst. i. q. meretrix* (*cf.* Gloss. V 308, 53 **-a**: meretrix): Evseb. Emes. serm. 7, 15 p. 186, 10 cum maritus ancillam aut -am sibi (*i. uxori*), quae legitime nupta est, praeponit. Gloss.^{L} III Abstr. Lv 23 -a: mulier enim ⟨in⟩cesta lupa dicta, ⟨id⟩ est meretrix, de qua hoc vocabulum sumptum est (*inde decurtatum videtur* Gloss.^{L} I Ansil. Lv 339 -a: mulier enim lupa dicta est meretrix [*sim.* Gloss. V 114, 19. 219, 23]. *fortasse etiam* Gloss. V 219, 25 -a: ludibriosa meretrix, de qua hoc vocabulum sumptum est *nec non* IV 535, 28 -a: mulier). Gloss. II 413, 54 *πόρνη*: -a scorta meretrix fornix. Gloss.^{L} Corp. L 285 lup[e]a: meretrix vel lupinaria (*i.* -pan-).

lupānus *v.* lupana. *Salvadore.*

lupāria *et* **lupārina** *v.* 1. luparius.

1. lupārius, -a, -um. *a* lupus. [*formae romanicae a M.-L. 5168 allatae potius novatae sunt quam vocem servant. St.*] **1** *masc. pro subst. i. q. venator luporum*: Serv. georg. 1, 139 constat ... -os carnibus tinctis veneno lupos necare. CIL IX 6173 Fortunato Caesaeris n. ser(vo) -o (*vix nom. propr.*). **2** *fem. (subst. an adi.?) nomen herbae*: Gloss. III 568, 19 -a herba, unde lupi moriuntur (*item* 592, 1. 613, 50 [*corr. manus altera ex* luparina]. 625, 45). *cf. André, Lex. des termes de botan. (s. v.) et infra* lycoctonon.

? **2. lupārius,** -a, -um. *a* lupa, *cf.* lupanarius. *i. q. ad lupas pertinens*: Cvrios. (= Reg.) urb. p. 75, 4 N. -os (*sc. vicos? recc.* lupanarios *utrobique. ad* 1. luparius *refert linguas q. d. romanicas vix recte respiciens Nordh, Prolegomena ..., Diss. Göteborg 1936, 10 sq.*).

lupāta, lupātī *v.* lupatus.

lupatria, -ae *f.* [*vox contumeliosa sermonis vulgaris; et* lupa *et λαικάστρια, πορνεύτρια sim. videntur subesse. Sch.*] *significari videtur mulier ad omnia attendens, quam nihil fugit* (*conviciose dictum*): Petron. 37, 6 (*loq. libertus quidam de Trimalchione eiusque uxore*) ipse nescit, quid habeat, adeo saplutus est; sed haec -a providet omnia, est (*Müller, ed. 1965*; et *trad.*) ubi non putes.

lupātum *v.* lupatus.

lupātus, -a, -um. *a* lupus. *legitur inde a* Verg. Hor.; *in prosa nonnisi apud* Sol., Fvlg., Hier., Ennod. *et gramm.*

1 *i. q. asperis aculeis quasi lupinis dentibus instructus* (tener *tamen in fabula* Stat.: *cf. p. 1856, 76*): **a** *adi.*: Hor. carm. 1, 8, 6 cur neque ... inter aequales equitet, Gallica nec -is temperet ora frenis.

b *neutr. (masc.) pro subst.* lupāta (-ī), -ōrum *de ipsis frenis equorum* (*cervorum* Mart., *grypum* Sidon. carm. 2, 308. 22, 68. *cf. vol. VI 1, 1292, 63 sqq. et ad rem Lafaye apud Daremberg-Saglio s. v.* frenum. *formae neutr., sc. subaudienda voce* frena: *plur.* -a Germ., Mart., Porph., Sidon., *sing.* -um *non nisi* Serv. auct. [*ficta a gramm. vid., cf.* -us *infra*]; *masc., sc. subaudienda voce* freni: *plur* -os Sol., -i Isid., Gloss., *sing.* -us Gloss., *cf.* -um *supra; ceterum adhibetur forma ambigua* -is): *α proprie: explicationes*: Porph. Hor. carm. 1, 8, 6 -a ... frena sunt aspera (*affertur* Verg. *l. cit.*). Serv. georg. 3, 208 '-is': frenis asperrimis; dicta autem -a a lupinis dentibus, qui inaequales sunt, unde etiam eorum morsus vehementer obest (*inde* Isid. orig. 20, 16, 2). Serv. auct. et aliter: -um freni genus est, quo temperantur ora, quae ductui repugnant. Gloss.^{L} I Ansil. Lv 344 -a: frena duriora inaequalium et asperrimorum dentium ad domandos equos -a dicuntur. 346 -i: freni; alibi per duas o inveni (*obscurum*). 347 -is: frenis aculeatis. 348 -i: freni uncinis aereis asperati[s]. Gloss. -is: frenis. V 621, 1 -us: frenum Sarracenorum. Gloss.^{L} Corp. L 293 -is: bridelsum (*anglosax.*). *exempla auctorum*: Verg. georg. 3, 208 *equi nondum domiti* negabunt ... duris parere -is (Ov. am. 1, 2, 15 asper equus d. contunditur ora -is). Germ. 212 *Equus sidus* spumanti mandit ... ferus ore -a (-o *trad.*). Lvcan. 4, 758 *aqua deficiente equis* sicca ... sanguineis durescit spuma -is (*in eadem condicione* Stat. Theb. 4, 730 [737] siccis illidunt ora -is, ora catenatas procul exsertantia linguas). Sil. 1, 217 *equos Numidarum* flectit non cedens virga -is (*215* gens inscia freni). Stat. Theb. 6, 303 Neptunus ... primus teneris laesisse -is (teneri *Garrod vix recte*) ora *Arionis equi* et ... domitasse ... fertur verberibus parcens. Mart. 1, 104, 4 mordent aurea ... -a cervi *in spectaculo amphitheatri* (*5* frenis ... domantur ursi). Sol. 45, 13 *equus dominum falsum perditurus* adeo sprevit -os, ut de industria cernuatus *eqs.* (*Plin. nat. 8, 158* domitis frenis, ne regi possit). Hier. adv. Pelag. prol. 1 p. 495^{A} *animi perturbationes* quasi infrenes equos quibusdam -is coerceri. Prvd. psych. 191 *Superbia incedit*, nec minus ... sonipes ... superbit impatiens madidis frenarier ora -is. Clavd. 1, 82 cornipedes rigidis ... docet servire -is (carm. min. 47, 2). 5, 354 equites ... poscentia cursum ora reluctantur pressis sedare -is (rapt. Pros. 2, 194 *currus Ditis*). carm. min. 7, 2 (*describitur quadriga marmorea*) paribus ... -is unanimes frenantur equi. Sidon. carm. 2, 308 lauro cui (*Apollini*) grypas ... docta -a ligant (*de eisdem* 22, 68 laurea). 23, 389 tensis ... -is. Drac. Romul. 7, 94 vulnera despiciens absentibus ora -is ingerit *equus circi avidus*. Merob. poet. 81 *in curru Enyus* ⟨cri⟩spatis ... -is. *β translate* (*cf. comparationem* Hier. *supra*): Avson. 322, 76 p. 265 P. *pueros erudivi*, quamquam imperium cervice negarent ferre nec insertis praeberent ora -is. Ennod. carm. 2, 124, 5 vincula sentiret (*Hartel*, nesciret *trad.*) *mula*, ni vocis stricta -is perderet auditu luxuriem generis (*cf. Claud. carm. min. 18, 10* frenorum ... vicem lingua virilis agit). dict. 9, 5 p. 451, 22 *tristitiae* non datur duris solvere colla laboribus, ut studiorum -is ora decorentur.

2 *i. q. ad lupum pertinens* (*fere pro* lupinus, *quia scriptori opus*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

erat voce, quae careret littera N): Fvlg. aet. mund. p. 173, 19 *Christus ovem* ex -is (lupinis *S*) morsibus eripit fugitivam.

v. Onom.

spatgangitus **lupellus** Gloss. III 186, 49. *nomen piscis gr. σπαταγγίτης vel σπατάγγιος latere coni. Bücheler sec. σπατάγγης* (*cf.* spatangius *et Papendick, Fischnamen . . ., Diss. Königsberg 1926, 39*). *a* lupus *deminutive* (*cf. ibi IC1*).

lupia, -ae *f.* *a* lupus *?* (*cf. ibi IIA*). Gloss. III 568, 25 -a: malva asinina (592, 11. 613, 40. 625, 57). *vocabulum restituit André, Latomus 14, 1955, 520 sq. (inde Lex. de termes de botan. s. v.) in* Ps. Dioscor. Vind. 3, 153 p. 160, 14 *ubi νωπτα, νόπτα, λόπτα trad. (ἰωνία Wellmann), inter nomina herbae q. e. ὀνοβρεχίς.*

[**lupiatu** *falso tradi videtur* Gloss. III 568, 26; liquatum *coni. dubitanter Goetz, v. vol. III 1669, 80.*]

lupīcūda, -ae *f.* *a* lupus *et* cauda (cuda *v. vol. III 625, 4 sq.; tamquam vox una traditur, sed cf.* caballi cuda *iuxta* cuda caballina, cauda caballi). *nomen herbae* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): Gloss. III 546, 33 flomus -a sive (lupicu la sunt *trad.*) piscatoria (*sim.* 632, 20. *item dicitur esse eadem herba ac* piscatoria 594, 6. 616, 1. 627, 57, *eadem ac φλομίς vol. VI 1, 455, 33*). 587, 60 *v. vol. II 2026, 26.*

lupido *v.* lupulus.

lupillus (*vel* -um*?*), -i *m. (n. ?).* *a* lupinum (-us) *deminutive. i. q. lupinum* (*cum respectu delectationis, voluptatis dictum*): Plavt. Stich. 691 hoc conviviumst pro opibus nostris satis commodule nucibus, fabulis, ficulis, . . . -o, comminuto crustulo.

v. Onom.

lupīna *v.* lupinum.

lupīnāceus, -a, -um. *a* lupinum (-us). *i. q. ex lupinis confectus*: Ps. Apvl. herb. 21 l. 6 cum lumento -o (-acio *trad.; de eadem re* Misc. Tir. p. 58, 22 cum lomento lopinatio).

lupīnārium *v.* lupinarius *sub 2b.*

lupīnārius, -a, -um. *a* lupinum (-us). **1** *adi. i. q. ad lupinos conservandos vel coquendos sim. aptus*: Cato agr. 10, 4 dolia, quo vinacios condat, x, amurcaria x, . . . -um I (*sed* ⟨labrum⟩ -um *supplevit Iucundus sec.* 11, 3 labrum eluacrum I, solium I, labrum -um I).

2 *pro subst.*: **a** *masc.* -us, -ī *i. q. negotiator lupinorum vel pultis ex eis confectae*: CIL IV 3423 Felicio -us ([*idem, ni fallimur, audit* lupinipolus *ibid. 3483*]. *item in inscr.*: Edict. praef. urb. de fraud. [CIL VI 31893] d 13 Surinus lupin(arius) [*vix* lupin(ipolus)]. Inscr. Dessau 7494[a] ⟨l⟩upinarius). Lampr. Alex. 33, 2 corpora omnium constituit vinariorum, -orum (popinariorum *Casaubonus*), caligariorum. **b** *neutr.* -um, -ī: Gloss. III 196, 61 *θερμοπωλεῖον* -um ([*var. l.* lupanarium]. 268, 17 [*trad.* lupercarium]. *interpretem vocis gr. priorem partem male intellexisse* [*sc. θέρμος pro θερμός*] *suspicatur Heraeus in exemplari suo. cf.* thermipolium *et p. 1850, 18*).

lupīnipōlus, -i *m.* *a* lupinum *et πωλεῖν* (*cf.* bibliopola *sim.*). *i. q. negotiator lupinorum vel pultis ex eis confectae*: CIL IV 3483 (*v.* lupinarius *sub 2a*). *vix huc etiam* Edict. praef. urb. de fraud. (CIL VI 31893) d 13 (*v. ibid.*).

***lupīnum,** -i *n. et* ***lupīnus,** -i *m.* (*?* lupīna, -ae *f. l. 76*). [*cum* lupus *coniungendum videtur. Sch.*] *vox a gr. λύπη, λυπεῖν derivari videtur* Isid. orig. 17, 4, 7. *scribitur in codd.* luppi- Ps. Dioscor. Vind. 2, 109 p. 184, 20 *et* 22 (*litt. graecis ut* Pap. Corp. 278, 25). Gloss. II 327, 61. lopi- Oribas. eup. 4, 8, 4 Aa p. 534. *?* lup *in titulis p. 1850, 44. saepe genus distingui non potest. formae sine dubio neutr.* (*testatur* Non. p. 211, 32 *allato* Varrone rust. 1, 13, 3): *inde a* Catone, Varrone, Celso, Colvm., Petron., Plin. nat.; *plur.* -a *non occurrit. masc.: sing.* (-us): Cato agr. 96, 1 Scrib. Larg. 144 Mart. 5, 78, 21 Pallad. 1, 6, 14 vet. med. 3, 5 Dioscor. 2, 92 Oribas. syn. 4, 1, 2 eup. 2 T 2 Gloss. *cf.* Ps. Dioscor. Vind. 2, 109 p. 184, 22 *-ουμ ἀγρέστεμ. plur.* (-i, -os): Ov. medic. 69 Colvm. 6, 25, 1 Petron. 14, 3 Calp. ecl. 3, 82 Plin. nat. 22, 154 Ser. Samm. 184. *al.* *legitur inde a* Catone, Varrone, Verg.; *abiit in sermonem gr. λουπῖνος Hippiatr. gr. I p. 388, 12* (*rec. cod. M in apparatu; cf. etiam λουπινάριον ibid. II p. 135, 18. 21*). ['*lupinus albus*' *L.: it.* lupino. *cf. M.-L. 5170. Battisti-Alessio III 2288. St.*]

i. q. θέρμος (Gloss.; *quae vox ubi respondet infra non notatur*), *nomen herbae* ('*-us albus*' *L., cf. de eodem colore* pallentes Ov. medic. 69). *ad quod genus herbarum pertineat, disputabatur apud iurisconsultos, v.* Pavl. dig. 50, 16, 77 frumentum . . . id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse; -um vero et fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur; quae Servius apud Alfenum in frumento contineri putat. *distinguuntur genera*: silvestris Plin. nat. 22, 154. 156; montanus Ps. Apvl. herb. 111. Gloss. III 578, 42 (*gr.* t(h)ermos or(e)inos); agrestis Dioscor. 2, 92 p. 216, 20 (*gr. 2, 109, 2 ἄγριος θέρμος, quod respondet etiam* Ps. Dioscor. Vind. 2, 109), Gloss. III 577, 57 (*gr.* t(h)ermos or⟨einos⟩ *ut* Gloss. med. ed. Heiberg p. 85, 8, *ubi* lupinam *trad.*); nostratus Dioscor. 2, 92 p. 216, 6 (*cf. ibid.* p. 216, 20 nostro), *at respondet gr. 2, 109, 1 ὁ ἥμερος* (*ut etiam ibid. 2. transtulisse videtur interpres per errorem vocem ἡμέτερος. oppon.* agrestis, *v. supra*). *herba fusius tractatur* Colvm. 2, 10, 1—3 Plin. nat. 18, 133—136. 22, 154 sqq. *cf. Steier, RE XIII 1845 sqq. André, Lex. des termes de botan. s. v.*

I *respicitur magis planta* (*sing. collect. tantum*): Cato agr. 5, 8 rapinam, pabulum -umque serito (Plin. nat. 17, 259). 34, 2 quae *terra* aquosa non erit, ibi -um bonum fiet. 37, 2 quae segetem stercorent fruges: -um, faba, vicia (*ibid. iterum; de eadem re*: Varro rust. 1, 23, 3 -um, cum [do]minus siliculam cepit . . ., pro stercore inarare solent. Colvm. 2, 2, 13. 2, 10, 1. 2, 13, 1 [*ex Sasernarum libro*]. *al.* Plin. nat. 18, 187. 257 Pallad. 1, 6, 14). 54, 2 acus . . . ⟨de⟩ vicia vel de -o, item de ceteris frugibus, omnia condito. orig. 122 alae ex lup⟨ino⟩ leg⟨umine⟩ ([*videtur supplendum,* lug *trad.*]. Stilo frg. [5 F.] Serv. auct. georg. 1, 75; *utroque loco lacunoso, v. vol. I 1468, 23 sqq.*). Varro ling. 9, 34 (*exemplum analogiae naturalis*) *ex -o nasci* -um. rust. 1, 31, 5 ad scapum -i . . . ut haereat *vicia capreolis.* Verg. georg. 1, 75 *campus, unde* tristis . . . -i sustuleris fragiles calamos silvamque sonantem (Serv. auct. amari, cum in gustu ⟨amarum sit⟩ triste [*sim.* Avg. epist. 180, 3 in euang. Ioh. 43, 6 Isid. orig. 17, 4, 7]. *cf. infra l. 81 et* Calp. ecl. 3, 82 ferales). Colvm. 2, 7, 1 -um (*inter legumina ut* 2, 10, 1 Plin. nat. 18, 57 Isid. orig. 17, 4, 2. *cf.* Gloss.[L] I Ansil. lv 356 -um: genus leguminis). 2, 11, 4 unam radicem habet (Plin. nat. 18, 47 silvae exstirpandae rationem Democritus prodidit, -i flore . . . macerato sparsisque radicibus). Plin. nat. 18, 57 *caulis* unus et -o. 18, 185 quoniam evincit herbas -um, occatur tantum. *al.* *accentu vocis graecae θερμός perperam in prima syllaba posito* Itala Ier. 31, 2 (Hier. *ad l. et* in Is. 65, 8). *in nomine herbae* (*eiusdem ac* radicis lanariae *p. 916, 21 sq.?*): Gloss. III 195, 32 strucion (*i. στρούθιον*): radix -i (*item* 273, 65).

II *respiciuntur magis fruges*: **A** *proprie* (*sing. collect. saepe*): **1** *generatim*: Cato agr. 54, 3 modium -i macerati *dabis pecori ad pabulum* (Varro rust. 1, 13, 3 lacum esse oportet, ubi maceretur -um, item alia, quae demissa in aquam ad usum aptiora fiunt [*sim.* Colvm. 1, 6, 21]. Colvm. 2, 10, 1. 6, 3, 4. 8 Plin. nat. 18, 136. *cf.* Colvm. 11, 2, 101 semodio macerato . . . -i). 60 bubus cibaria annua in iuga singula -i modios cxx *eqs.* (*sim.* Varro rust. 1, 23, 1. 2, 1, 17). Hor. sat. 2, 3, 182 in cicere atque faba *populo distribuendis* bona tu perdasque -is (*sunt pro cibo hominum modestiorum ut*: Colvm. 2, 7, 1. 2, 10, 1 famem . . ., si sterilitas annorum incessit, hominibus . . . propulset. Petron. 14, 3. 66, 4. Plin. nat. 35, 102 *Protogenes* cum pingeret eum *Ialysum* traditur madidis -is vixisse, quoniam ⟨sic⟩ simul et famem sustineret et sitim nec sensus nimia dulcedine obstrueret. Mart. 5, 78, 21. *al.; cf. infra 2b*). Colvm. 2, 10, 3 qui *vermes* simulatque oscilla -orum adederunt, pars enasci non potest (*in eadem re* Plin. nat. 18, 136 umbilicum). 2, 12, 4 -i modii decem obruuntur una *opera*, occantur una, metuntur una. 10, 115 *radix quaedam* madido sociata -o, ut Pelusiaci proritet pocula zythi. arb. 14 *contra formicas* -um terito . . . eoque imam vineam circumlinito. Plin. nat. 12, 38 *pomum quoddam* -o simile (*item comparatur* 13, 141). 15, 30 *oleum ex* -is *conficitur* (*cf.* 23, 94 therminum e -is, *sc. oleum*). 17, 260 aqua . . . -i decocti circumfusa pomis prodest. 18, 135 ab omnibus animalibus amaritudine sua tutum (18, 304. *cf. infra l. 62*). CIL IV 2657 b (*in amphora*) lup(inos) (*sic geminam* 9420 *solvit Della Corte; an latet nomen* L. V. P., *v. ibid. p. 746 c ?*). Edict. imp. Diocl. 1, 19 sq. L. -i crudi *quantum.* -i cocti *quantum.* Prob. Verg. georg. 3, 382 Scythium quidam interpretantur -i colorem, quidam hibiscum ('*loco obscuro*' *vol. VI 3, 2691, 30*). Marcell. med. 23, 71 -o similes siliquas adfert *capparis.*

2 *speciatim*: **a** *adhibentur in usu medico* (*fusius* Plin. nat. 22, 154—156. *numerantur fruges* Ser. Samm. 184): Cato agr. 96, 1 oves ne scabrae fiant: . . . aquam, ⟨in qua⟩ -us deferverit *eqs.* ([*inde* Colvm. 7, 4, 7 sucus excocti -i. Plin. nat. 23, 75 cum decocto -orum. Pallad. vet. med. 34, 1]. *sim. adhibetur decoctum*: Cels. 4, 24, 1 *contra lumbricos.* Plin. nat. 22, 154 sqq. Pelagon. 28. *al.*). Ov. medic. 69 nec tu pallentes dubita torrere -os (*cf.* Plin. nat. 20, 20 ad levigandam cutem in facie totoque corpore utuntur *rapo* mixta farina . . . -i). Cels. 2, 33, 5 calfacit . . . ex qualibet farina cataplasma . . . vel fabae vel -i (*al. v. vol. VI 1, 283, 54 sqq.; cf.* farra -i: Ser. Samm. 82. pollen: Veg. mulom. 1, 44, 5 Cael. Avr. chron. 4, 8, 128. pulverem: Pelagon. 167 Veg. mulom. 2, 63. 3, 10, 2. 4, 3, 11). 4, 24, 2 edisse . . . -um . . . prodest *contra lumbricos.* Colvm. 6, 25, 1 semicrudi conteruntur, et offae faucibus *boum* ingeruntur *contra lumbricos.* Plin. nat. 22, 154 amari contra aspidas valent (Pallad. vet. med. 3, 5 Marcell. med. 22, 14 Theod. Prisc. eup. faen. 6. 12. *al.; cf. supra l. 43*). 32, 87 *alcyonei genera* lentigines tollunt cum -o *eqs.* Ser. Samm. 184 alia tu septem numero septemque -os . . . dabis. Marcell. med. 19, 4 (*fortasse una cum* Plin. med. 1, 18, 5. *v. p. 1851, 11*). Oribas. eup. 4, 8, 4 Aa p. 534 (*sim.* La) robeos (*i.* rubeos) . . . facis capillos, -is si corticem tollas *eqs.* *al.* **b** *sunt exempla rerum minimi pretii* (*cf. supra l. 30 sqq. et Otto, Sprichw. n. 978*): Hor. epist. 1, 7, 23 vir bonus et sapiens (*sc. non prodigus*) dignis ait esse paratus nec tamen ignorat, quid distent aera -is (*pro nummis ludentium sunt ut*: CIL XIII 10017, 38 [*in vasculo, contextu dubio*] -os decem dabunt). Ivv. 14, 153 tunicam mihi malo -i quam si me . . . laudet vicinia . . . exigui ruris paucissima farra secantem. **c** *respicitur magnitudo ad illustrandas mensuras*: Cels. 5, 25, 5 *medicamentum praeparatur*, et quod -i magnitudinem habet . . . diluitur (Scrib. Larg. 152. 170 Plin. nat. 20, 190 Marcell. med. 26, 10. 27, 6. 18). 5, 28, 14[c] *ulcera quaedam* magnitudine vix umquam -i modum excedunt. Scrib. Larg. 144 da[n]tur *tantum potionis* quantum -us (*inde* Marcell. med. 26, 2). Carm. de pond. 12 semina sex alii . . . attribuunt scriplo, lentis vel grana bis octo aut totidem speltas numerant tristesve -os bis duo (*vix recte -os singulos usu technico mensuras esse statuit Hultsch, Metrologie[2] 150, 4; ad epitheton cf.* Verg. *sub I*).

B *per similitudinem de capsulis* (*in superstitione medicinali praeter*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Greg. Tvr.): Marcell. med. 8, 45 qui *lapisculi* si -o aureo includantur (8, 50 intra bullam vel -um a. 29, 51 in -o a. vel tubulo. Ps. Theod. Prisc. add. p. 273, 14. 276, 4. Greg. Tvr. glor. mart. 83 inclusos in -o a. sacros cineres). 15, 52 cor lacertae . . . -o argenteo clausum (*Plin. nat. 30, 36* in argenteo vasculo).

deriv.: lupillus, lupinaceus, lupinarius.

compos.: lupinipolus.

1. ˣlupīnus, -a, -um. *a* lupus (Prisc. gramm. II 79, 18). *legitur inde a* Plavto, *?*Ennio, Rhet. Her., Cic. [*francog. vet. et med.* louvin; *cat.* llobí. *cf. M.-L. 5170. Wartburg V 456. St.*] [*loco dub. interpret.* Plin. med. 1, 18, 5 *ad lichenas* hibisci radix cum glutine -o (*var. l.* lixivio. '*an* cum gl. ⟨et⟩ -o*?*' *André in plagulis. Plin. nat. 26, 21* cum glutino *tantum. Marcell. med. 19, 4* cum -o. *ad gluten ex animalibus sumptum vix conferri potest* gl. taurinum).]

i. q. ad lupum pertinens, quod lupi est sim.: **I** *usu communi*: **A** *varia*: Plavt. Cas. 971 (*loq. senex, qui inter mulierem et servum nescit qua fugiat*) hac lupi, hac canes; -a scaeva (*sc. servus*) fusti rem gerit; . . . permutabo ego illuc nunc verbum vetus: hac ibo, caninam scaevam (*sc. mulierem*) spero meliorem fore. Enn. (*?*) sat. 16 -o exspectans impetu *cibos* (-o i. e. *trad.*). Hil. in Matth. 6, 4 (*ad 7, 15 p. 1856, 20*) in multis vestitu ovium rabies -a contegitur (Petil. Aug. c. Petil. 2, 73, 163). Prvd. perist. 1, 98 daemones, qui -o capta ritu (rictu *var. l.*) devorant praecordia. Avg. c. Petil. 2, 73, 164 p. 105, 3 ovina pellis est in Christi laudibus, -us fructus in maledicis dentibus (*alluditur ad Matth. 7, 15 p. 1856, 20 ut* Hil. *supra et* Avg. psalm. c. Don. 30[36 L.] maledictum cor -um contegunt ovina pelle *pseudoprophetae*. 31[37 L.] schisma est in -o corde. Vincent. Ler. 25, 8 manente luporum ferocia deponunt -am speciem. Leo M. serm. 52, 3 Iudas non iam ovina pelle velatus, sed -o furore manifestus). Romvl. fab. 63, 7 (rec. gall.) -i catuli (*rec. vet.* c. luporum). Petr. Chrys. serm. 168 p. 641^{B} -is ululatibus credit ovis.

B *partes corporis*: **1** *respicitur pellis*: Rhet. Her. 1, 13, 23 ei (*sc. qui matrem necaverat*) damnato statim follicu⟨lo⟩ lupin⟨o⟩ os ⟨obvolutum est⟩ (*suppl. codd. E; loco gemino Cic. inv. 2, 149* folliculo *tantum*). Prop. 4, 10, 20 *Romulo erat* galea hirsuta compta -a iuba. Plin. nat. 28, 257 dens lupi adalligatus infantium pavores prohibet . . ., quod et pellis -a praestat (Edict. imp. Diocl. 8, 27 L. p. -a infecta. 8, 28 eadem confecta [*gr. δέρμα λύκειον. sed 8, 35* pellis lupi cervari]. Char. gramm. p. 119, 17 B. Avg. c. mend. 6, 12 p. 484, 6 -is amictae *oves Christi* p. Plac. med. 23, 6 rec. *β. cf.* Marcell. med. 8, 107 lapis . . . in -a pellicula subligatus [26, 59]). **2** *respiciuntur ceterae partes*: Cic. Catil. 3, 19 (*de effigie*) *Romulum* lactentem, uberibus -is inhiantem (Prvd. c. Symm. 2, 395). Plin. nat. 28, 142 Masurius palmam -o adipi dedisse antiquos tradidit (28, 172). 28, 216 vitiis *sedis* medetur . . . fel -um ex vino. Ser. Samm. 395 iecoris . . . fibra -i (Marcell. med. 22, 12 *inter ingredientia non ex animalibus sumpta, itaque herbam quandam significari putat Niedermann in indice specierum; at cf. vol. VII 1, 246, 61 sq.*). Ivl. Val. 3, 54 *monstrum quoddam Scyllae simile instructum* caninis capitibus -isve ([*gr. Hist. Alex. M. I p. 131, 14 Kr.* ⟨*προτομαὶ*⟩ . . . *λύκων. de eadem re Epit. Alex. 30 erat pars* altera lupi]. Clavd. Don. Aen. 7, 685 p. 100, 26 'lupi de pelle galeros' . . . rapta pellis ex -is c. [lupi in c. *trad.*]). Serv. auct. Aen. 4, 458 postes unguine -o oblini. *ibid.* -o lacte nutriti. Pelagon. 134 setam verrinam et pilum -um . . . in licio suspendes. Avg. c. Petil. 2, 78, 174 p. 108, 9 ubi autem ventum fuerit ad examen, -i dentes operiri non possunt *pelle ovina. addas var. lect.* rictu Prvd. perist. 1, 98 *sub A. fere pro subst.*: Gloss. III 316, 58 *λυκ(ε)ία* -a (*sc. caro; fortasse et* III 499, 20. 529, 9).

II *technice in nominibus herbarum*: **A** uva -a *i. q. solanum. στρύχνος*: Pelagon. 12 Chiron 446. *al.* (*v. sub* uva). **B** faba -a *i. q. ὑοσκύαμος*: Ps. Apvl. herb. 4 l. 26 adn. (*v. vol. VI 1, 34, 75 sqq*).

v. Onom.

2. lupīnus *v.* lupinum.

? **lupio,** -īre. *vox onomatopoetica.* Svet. frg. 161 p. 251, 2 milvorum *est* -ire vel lugere ([*falsa var. l. pro* iugere. *cf. supra p. 629, 59*]. Anth. 762, 24 milvus hians . . . -it [*nisi conicitur* iugit *ut vol. VIII 985, 72*]). *cf. supra voces* iugilo. iugio. 2. linguo. *?* linugio.

lupor, -ārī. *a* lupa. *i. q. lupae more quaestum facere, scortari* (*cf.* Non. p. 133, 11 -ari ut scortari vel prostitui [*afferuntur* Atta, Lvcil.]): Lvcil. 207 divos . . . precemur: consilium fassi placent (*sc. divos ?*), tu [ne] (placeatne *L. Müller, alii alia*) impune -eris (superbis *trad.*). Atta com. 3 cum meretricie (meretric(a)e e *fere trad.*) nostro ornatu per vias -antur (quam m. em -antur nostro *eqs. Ribbeck*).

lupula, -ae *f.* *a* lupa *deminutive. fere i. q. mulier amoris aemula, malevola, striga sim.* (*cf. Thomas, Studien zur lat. u. gr. Sprachgesch. 1912, 90*): Apvl. met. 3, 22, 6 (*loq. Fotis ad Lucium*) *te* inermem vix a -is Thessalis conservo (*sc. cupientibus a te amari*); hunc alitem factum ubi quaeram, videbo quando? 5, 11, 4 (*loq. Cupido ad Psychen de sororibus eius*) perfidae -ae . . . insidias tibi comparant (*de eisdem 5* lamiae; *12, 3* Furiae; *de altera sorore 5, 27, 5* in sororis sceleratas nuptias aemula). *v. Onom.*

? **lupulus,** -ī *m.* *a* lupus *deminutive (cf. lupus II A), si recte restituitur et ad nomen herbae q. e. 'humulus lupulus' L. refertur*: Gloss. III 547, 42 lupulo: ummo (*desunt litt. tres*) iceo. 584, 26 lupido i. humolonus.

v. Onom. *B.*

ˣlupus, -ī *m.* (*gen. commune v. l. 9 sqq.*). [*vox prisca; forma gr. λύκος proxime accedit*; -p- *pro* -qu- *sicut in vocibus* bos, hirpus *originem rusticam indicat. Sch.*] *de origine*: Pavl. Fest. p. 6 -us . . . venit ex Graeco *λύκος* (*sim.* Isid. orig. 12, 2, 23, *sed pergit*: alii -os vocatos aiunt quasi leopos, quod quasi leonis, ita sit illi virtus in pedibus; unde et quidquid pede presserit non vivit). *scribitur* lupp- Pap. Corp. 40, 1. 4 Gloss. III 16, 55; lo- *e. g.* Oribas. syn. 9, 18, 15 Aa p. 312 Not. Tir. 108, 86; *litteris graecis λοῦπος* Plvt. quaest. Rom. 68. Pap. Corp. 275, 1 (*si recte suppletur*). *de genere*: Fest. p. 150 hunc frontem . . . antiqui dixerunt et rursus hanc -um (*sim.* p. 286 [*allato* Enn. ann. 68]. Pavl. Fest. p. 60). Pavl. Fest. p. 6 quod nomen (*sc.* agnus) apud maiores communis erat generis, sicut et -us (*cf.* Serv. Aen. 8, 641 *dixit* lupam, cum artis *grammaticae* sit hic et haec -us. auct. 2, 355 apud veteres -us promiscuum erat [*laudatur* Enn. ann. 68]). Qvint. inst. 1, 6, 12 *eruditi* respondent non esse paria (*sc.* lepus *et* -us, *cf. l. 20*), quia lepus epicoenon sit, -us masculinum, quamquam Varro . . . -um feminam dicit Ennium Pictoremque Fabium secutus (*cf.* Serv. gramm. IV 435, 22 -us . . . transit in aliud genus, ut -us, lupa; lepus lepa non facit. *sim. al.*). *generis communis exempla non exstant praeter l. 39 sq. et 73. ad similium verborum declinationes dissimiles significandas laudantur* -us *et* lepus: Varro ling. 8, 34. 8, 68. 9, 91 Qvint. inst. 1, 6, 12. *al.* Not. Tir. 108, 86. *legitur inde a* Naev. (*v. infra l. 73*), Plavto (*sub IA2 et 3*), Enn.; *abiit in sermonem gr. λούπους, -οδος* (*Hippiatr. II p. 165, 20*). [*val.* lup; *it.* lupo; *raet. or.* lof, *occ.* luf; *francog.* loup; *prov. vet.* lop, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llop; *hisp.* lobo; *port.* lobo. *cf. M.-L. 5173. Battisti-Alessio III 2288 sq. Wagner II 45. Wartburg V 457 sqq. Corominas III 116. Machado² II 1428. St.*] [*falso trad.* -us *pro* later *et* lutum *in glossis contaminatis* Gloss. III 190, 32 *et* 268, 41 *πλίνθος, πηλός*: -us. *ceterum valde dubii sunt loci infra sut II B et C laudati.*]

I *nomen animalium*: **A** *i. q.* '*canis lupus*' (*ad rem v. e. g. Keller, Thiere des class. Alterthums 1887, 158 sqq.; gr. respondet λύκος* [*item* Pavl. Fest. p. 119 Plvt. quaest. Rom. 68 Avg. civ. 18, 17 p. 277, 15 D. *al.*]; *cf.* Pavl. Fest. p. 106 irpum dicunt Samnites *-um* [*vocem Sabinis tribuit* Serv. Aen. 11, 785]. *usurpatur sing. collect.* Varro rust. 2, 9, 1. 3, 12, 3 Verg. georg. 3, 537 *et saepe. accedit ad subst. p. 1856, 71*): **1** *proprie* (*inclusimus simulacra -orum sub g*): **a** *in universum* (*exempla pauca selecta*): Enn. ann. 68 (*respici videtur nutrix Romuli Remique*) -us femina feta (70 Fab. Pict. hist. 4 Varro frg. Quint. inst. 1, 6, 12). Catvll. 108, 6 non . . . dubito, quin . . . *vorent Comini mortui* intestina canes, cetera membra -i (*cf.* Hor. epod. 5, 99 insepulta membra different -i. Ov. epist. 11, 92 [*de fetu*] *mea* viscera . . . edenda -is. met. 7, 550 non illa *corpora lue peremptorum* canes avidaeque volucres, non cani tetigere -i. Ib. 172. *sim. saepius. fortasse huc pertinet etiam* Tib. 1, 5, 54 a saevis ossa [*corporum e sepulcris erutorum?*] relicta -is). Varro ling. 7, 104 (*103* multa ab animalium vocibus tralata in homines) ut Porcii ab -o: volitare ululantis (= *Porc. Lic. carm. frg. 7. cetera de voce -orum v. in appendice ad A*). rust. 2, 4, 5 aiunt -os . . . trahere *sues* usque ad aquam, quod dentes fervorem carnis ferre nequeant. 2, 9, 1 *oves caprasque* -us captare solet, cui opponimus canes defensores. Cic. nat. deor. 1, 97 canis nonne similis -o? . . . at mores in utroque dispares. Verg. Aen. 7, 688 fulvos . . . -i de pelle galeros (*cf.* 11, 681 caput ingens oris hiatus et malae texere -i cum dentibus albis. Ov. met. 12, 381 tempora tecta gerebat pelle -i). Ov. met. 3, 214 de . . . -o concepta Nape (*sc. canis; cf.* Plin. nat. 8, 148 e tigribus eos *canes* Indi volunt concipi . . .; hoc idem e -is Galli [*inde* Isid. orig. 12, 2, 28 lycisci . . . canes nati ex -is et canibus]). Plin. nat. 8, 80 in Italia . . . creditur -orum visus esse noxius vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad praesens (*eadem narrant explicatores p. 1854, 43 allati nec non* Sol. 2, 35 Ambr. hex. 6, 5, 26 in Luc. 7, 48 in psalm. 118 serm. 10, 24, 2. *cf. proverbium ad p. 1854, 55 relegatum; remedium,* ne -us noceat *exhibet* Plac. med. 8, 3 rec. *α*). 10, 23 simile quiddam *accipitrum* -i ad Maeotim paludem faciunt; nam nisi partem a piscantibus suam accepere, expansa eorum retia lacerant (*non ad C1 pertinere monstravit de Saint-Denis in ed. ad l.*). 28, 263 rumpi equos, qui vestigia -orum sub equite sequantur. Edict. aed. cur. (Vlp. dig. 21, 1, 40) ne quis canem, . . . -um, ursum . . . (*continuatur ibid.* 21, 1, 42), qua vulgo iter fiet, ita habuisse velit, ut cuiquam nocere . . . possit. Porph. Hor. epist. 2, 2, 28 in tutela Martis est -us (*sim.* Ps. Avr. Vict. orig. 20, 4. Serv. auct. Aen. 2, 355. *cf. p. 1857, 22*). Marcell. med. 20, 78 (*ad bene digerendum*) ventrem tuum perfricans dices ter: -us ibat per viam, per semitam; cruda vorabat, liquida bibebat. *et saepe. titulus fabulae praetextae Naevii*: Fest. p. 270 Na⟨e⟩vius in -o (*respicitur lupa Romulum Remumque nutriens. vix recte hunc titulum restituit Ribbeck etiam* Cic. Cato 20 *pro* Ludo *i. Lydo; v. post alios E. Fraenkel, RE Suppl. VI 627*). *-i Scyllae* (*alioquin plerumque canes appellati, v. vol. III 256, 55 sqq.*): Verg. Aen. 3, 428 virgo pube tenus, postrema immani corpore pistrix delphinum caudas utero commissa -orum (*432* canibus resonantia saxa. Serv. Aen. 3, 420 canes . . . et -i ob hoc ex ea nati esse finguntur, quia ipsa loca plena sunt monstris marinis et saxorum asperitas illic imitatur latratus. *huc spectat* Gloss.^{L} I Ansil. de 607 delphinum -orum: quia -i ex parte delphini sunt). Coripp. Ioh. 1, 214 siluit . . . Scylla . . ., latratus siluere canum, non ora -orum compulit unda ciens ululantia reddere saxa.

[Lanciotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *pro deo colitur* (*conferasne* Liv. *sub g allatum?*): Cic. nat. deor. 3, 47 cur barbarorum deos repudiemus? boves igitur et equos, . . . canes, -os, faelis . . . in deorum numerum reponemus. Macr. Sat. 1, 17, 40 Lycopolitana Thebaidos civitas . . ., quae pari religione Apollinem itemque -um, hoc est *λύκον*, colit, in utroque solem venerans, quod hoc animal rapit et consumit omnia in modum solis ac plurimum oculorum acie cernens tenebras noctis evincit (*ad rem v. Kees, RE XIII 2311, 20 sqq.*).

c *contra naturam mansuetus vel timidus est*: Verg. ecl. 5, 60 (*Daphnis in numero deorum collocatur*) nec -us insidias pecori *meditatur*. 8, 52 nunc (*cum puella me deseruit*) et ovis ultro fugiat -us *eqs.* georg. 3, 537 non -us insidias explorat ovilia circum (*lue grassante ut*: Sen. Oed. 149 non -os cervi metuunt rapaces). Hor. carm. 3, 18, 13 inter audacis -us errat agnos *die festo Fauni*. Ov. met. 1, 304 *in diluvio* nat -us inter oves (*versum affert* Sen. nat. 3, 27, 13 sq. *vituperans poetam lascivientem; locum imitatus est* Drac. laud. dei 2, 386 cum grege fit tractura *aquarum* -us). fast. 2, 85 sq. saepe sequens agnam -us est a (hac *var. l.*) voce *Arionis* retentus, saepe avidum fugiens restitit agna -um (*cf. Orpheo canente*: Sen. Herc. O. 1058 nec dammae trepidant -os. Fronto p. 53, 17 v. d. H. [p. 58 N.] *contextu mutilo*. Clavd. rapt. Pros. 2 praef. 26). Stat. Theb. 1, 626 *corpus monstri interfecti* inpastae fugistis aves . . . oraque sicca ferunt trepidorum inhiasse -orum. Itala Is. 11, 6 (Iren. 5, 33, 4. *al.*, *sim.* Vulg.) *cum Messias venerit*, compascetur -us cum agno (*sim.* 65, 25 *ibid.*). Coripp. Ioh. 7, 487 mansuescunt corda -orum *verbo sacerdotis Christiani cuiusdam*. *cf. adynata sub 3 allata.*

d *de hominibus in -os conversis*: *α sua voluntate, sc. de versipellibus, λυκανθρώποις* (*ad rem v. Kroll, RE Suppl. VII 423 sqq.*): Verg. ecl. 8, 97 his *herbis et venenis* ego saepe -um fieri et se condere silvis Moerim . . . vidi (Serv. auct.: est enim opinio quosdam homines artibus quibusdam in -os mutari). Prop. 4, 5, 14 *lena* audax cantatae leges inponere lunae et sua nocturno fallere terga -o. Ov. met. 7, 271 *Medea inter varia medicamina addit* in . . . virum soliti vultus mutare ferinos ambigui prosecta -i. Mela 2, 14 Neuris statum singulis tempus est, quo si velint in -os, iterumque in eos qui fuere mutentur (*inde* Sol. 15, 2. *eadem narrat Herodot. 4, 105*). Petron. 62, 6 *miles* circumminxit vestimenta sua et subito -us factus est (*de eodem* 62, 7. 11. *cf. 13* versipellem). Plin. nat. 8, 80 (*cf.* 1, 8, 34 de -is; unde fabula versipellium) homines in -os verti rursusque restitui sibi falsum esse confidenter existimare debemus (*narrat deinde* 8, 80 sq. *fabulas de gente Arcadica Anthi cuiusdam et de Demaeneto Parrhasio; eadem refert Varroni tribuens* Avg. civ. 18, 17, *qui ibid.* 18, 18 *docet phantasticum, non verum hominis corpus daemonum opera in animalis effigie apparere posse*). *β qualibet ratione*: Verg. Aen. 7, 18 formae magnorum ululare -orum, quos hominum ex facie . . . induerat Circe in vultus . . . ferarum (*item mutati sunt a Circa*: Ov. met. 14, 255 mille -i mixtique -is ursique [mixtae . . . ursae *var. l.*] leaeque. Stat. silv. 1, 3, 86 Boeth. cons. 4 carm. 3, 13). Ov. met. 1, 237 fit -us *Lycaon* et veteris servat vestigia formae; canities eadem est *eqs.* (*de eodem*: Hyg. astr. 2, 4 p. 34, 16. *cf. B3*). Hyg. fab. 188, 4 *Neptunus* procos *Theophanes* in -os convertit. Clavd. 5, 484 *Rhadamanthys poenae nomine* truculentos ingerit ursis praedonesque -is. Avg. civ. 18, 18 p. 279, 31 D. *homines ab* daemonibus Arcadibus in -os solere converti (*cf. l. 38*).

e *in prodigiis sim.* (*cf. etiam* Liv. *sub g*): Verg. georg. 1, 486 per noctem resonare -is ululantibus urbes *non cessaverunt Caesare interfecto* (*item penetrant in oppida*: Liv. 3, 29, 9 in Capitolio [32, 29, 2]. 27, 37, 3. 32, 29, 2. 33, 26, 9. 41, 9, 6 Obseq. 43 *al.* Sil. 13, 130 qui *-i* . . . urbem, miserabile bello prodigium, intrarant. Capitol. Maximin. 31, 3 Clavd. 18, 2 Oros. hist. 4, 4, 2. *cf. etiam* Ivst. *infra*). Hor. carm. 1, 22, 9 me silva -us in Sabina . . . fugit inermem, quale portentum *eqs.* Liv. 10, 27, 8 cerva fugiens -um . . . inter duas acies decurrit; . . . cerva ad Gallos, -us ad Romanos cursum deflexit *eqs.* 21, 46, 1 -us intraverat castra laniatisque obviis ipse intactus evaserat. 21, 62, 5 in Gallia -um vigili gladium ex vagina raptum abstulisse (*eadem fere* Val. Max. 1, 6, 5). Obseq. 33 grex -orum limites (*i. terminos*) . . . dissipavit (*eadem narrat* Oros. hist. 5, 12, 2). Pavl. Fest. p. 244 pedestria auspicia nominabant, quae dabantur a vulpe, -o . . . ceterisque animalibus quadrupedibus (*cf.* Rvfin. Orig. in num. 16, 7 p. 150, 23 auguribus . . . aut -i ferunt omina aut vulpes *eqs.*). Plin. nat. 8, 83 eundem *-um* in fame vesci terra inter auguria; ad dexteram commeantium praeciso itinere si pleno id ore fecerit, nullum [h]ominum (omnium *cod. l*) praestantius (*verba* inter auguria *ad enunt. sequens traxit post alios Ernout fortasse recte*). Ivst. 23, 4, 9 *Hieroni* in ludo . . . discenti -us tabulam . . . eripuit. *al.*

f *-orum partes corporis vel excrementa adhibentur in arte medica vel magica* (*cf. p. 1852, 71*): Hor. sat. 1, 8, 42 ut . . . -i barbam variae cum dente colubrae abdiderint furtim terris *Canidia et Sagana*. Ov. met. 7, 271 *v. sub d.* Scrib. Larg. 123 ad tumorem et dolorem iocineris . . . facit bene -i iecur . . . arefactum ([*ad eundem morbum*: Plin. nat. 28, 197. *al.*; *cf.* Marcell. med. 22, 34 ad epaticos . . .: ficatum -i . . . siccabis *eqs.* Oribas. syn. 9, 18, 15 Aa p. 312 lopi epar siccus]. Plin. nat. 28, 193 tussim . . . sanat [*item* Plin. med. 1, 23, 7 Marcell. med. 16, 39]. 28, 230 pthisicis medentur i. -i . . ., suis . . . laridum. Marcell. med. 20, 67 *dolorem* stomachi sanat). Plin. nat. 11, 166 *dens* -i dexter caninus in magicis (magnis *trad.*) habetur operibus (*cf.* 28, 257 dens -i adalligatus infantium pavores prohibet *eqs.*). 28, 157 veneficiis rostrum -i resistere inveteratum aiunt ob idque villarum portis praefigunt. 28, 167 -i excrementis circumlini suffusiones prodest, cinere eorum cum Attico melle inungui obscuritates (*item adhibetur ad oculos* Marcell. med. 8, 68 -i fimus. *cf.* Plin. nat. 28, 178 in excrementis eorum *-orum* plerumque inveniri ossa; haec adalligata *sanant dentes* [*eadem medentur colo* 28, 211. Marcell. med. 29, 24 fimum -i et ossa. *al.*]). 28, 178 magnum remedium est *contra dolores sim. dentium* . . . in -orum capitis cinere (Plac. med. 8, 2 rec. *a* caput -i subpositum sub pulvino, dormiet aeger). 28, 228 *febres*, quae certo dierum numero redeunt, oculus -i dexter salsus adalligatusque *arcet* (Plac. med. 8, 4 rec. *a* febres nocturnas vel diurnas discutit. 8, 5 rec. *a* glaucoma extenuat *eqs.*). *al.*

g *simulacra -orum eorumque partium* (*cf. -um in lapidem versum*: Ov. met. 11, 406 lapidis color indicat illum iam non esse -um): Liv. 22, 1, 12 Romae signum Martis Appia via ac simulacra -orum sudasse (*cf. p. 1857, 22*). Plin. nat. 10, 16 *praeter aquilam olim* -i, minotauri, equi aprique singulos ordines *militum* anteibant. Macr. Sat. 1, 20, 14 pars . . . laeva cervicis (*tricipitis animantis*) rapacis -i capite finitur. 1, 20, 15 praeteritum tempus -i capite signatur, quod memoria rerum transactarum rapitur et aufertur. Grom. p. 309, 2 L. terminus . . . si branca(m) -i habuerit facta(m), arborem peregrinam significat.

h *de sidere* (*ad rem cf. Boll, Sphaera 1903, 408*): Firm. math. 8, 29, 13 extra partes Sagittarii oritur Falcis, -us (-us, lepus *pars. codd.*), Aquarius minor et Ara; . . . in ore -i quicumque habuerit horoscopum, erit saltator (*ibid.* in ipso -o. in sinistro pede -i. in dextro pede -i).

2 *locutiones plus minusve proverbiales* (*quae hic desideras, quaeras sub 3; ceterum cf. Otto, Sprichw. n. 979—990*): Plavt. Asin. 495 -us est homo homini, non homo, quom qualis sit non novit. Cas. 971 uxor obviamst: nunc ego inter sacrum saxumque sum nec quo fugiam scio; hac -i, hac canes (Hor. sat. 2, 2, 64 hac urget -us, hac canis, aiunt [Porph. significat ex una parte luxuriam, ex alia avaritiam imminere]). Poen. 648 (*lenoni insidiae parantur*) canes compellunt in plagas lepide -um (lycum *P; proverbium gr. confert Otto, Sprichw. n. 980*). 776 compositast fallacia, ut eo *auro* me privent . . .; -o agnum eripere postulant; nugas agunt. Pseud. 140 ut mavelis -os (induellis -us *P*) apud ovis quam hos domi linquere custodes (linquere *post* ovis *exhibet P. cf.* Ter. Eun. 832 scelesta, ovem -o commisisti [Don. dilatum tot occasionibus proverbium *eqs.*]. Cic. Phil. 3, 27 o praeclarum custodem ovium, ut aiunt, -um. Ov. ars 2, 364 plenum montano credis ovile -o. *cf. p. 1860, 36*). Stich. 577 eccum tibi -um in sermone: praesens esuriens adest (*cf.* -us in fabula: Ter. Ad. 537 em tibi autem! :: quidnamst? :: -us i. f. Cic. Att. 13, 33a, 1 de Varrone loquebamur: -us i. f. Pomp. gramm. V 311, 32. *cum proverbio de -o hominibus vocem adimente [v. l. 55] confundunt explicatores*: Don. Ter. Ad. 537 [*inter alias interpretationes*]. Serv. ecl. 9, 54. *al.*). Ter. Phorm. 506 id quod aiunt, auribus teneo -um; nam neque quo pacto a me amittam neque uti retineam scio ([Don. Graecum proverbium *τῶν ὥτων ἔχω τὸν λύκον· οὔτε γὰρ ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι*]. Varro ling. 7, 31 Svet. Tib. 25, 1. Qverol. p. 58, 16 R. neque uti fallam neque uti confitear scio. *cf.* Hier. c. Ioh. 6 quasi a. -um apprehenderis, nec tenere potes nec audes dimittere). Varro (*?*) frg. Non. p. 68, 21 (*excidit nomen auctoris*) abstemius est, immo scit, quo rete leporem teneat, -um non teneri. Verg. ecl. 7, 52 hic tantum Boreae curamus frigora, quantum aut numerum -us aut torrentia flumina ripas (Serv. auct. subauditur 'ovium' vel similium; . . . totum proverbialiter dictum est). 9, 54 oblita mihi tot carmina; vox quoque Moerim iam fugit ipsa: -i Moerim videre priores (*cf. Theocr. 14, 22 οὐ φθεγξῇ; λύκον εἶδες. ad rem v. p. 1852, 58; confunditur cum* -us in fabula *l. 40 sqq.*). Hor. epist. 1, 16, 50 cautus . . . metuit foveam -us accipiterque suspectos laqueos et opertum miluus hamum. Qverol. p. 18, 23 R. *divitibus* nolo invideas . . .; saepe condita -orum fiunt rapinae vulpium (*rem illustrat* Romvl. fab. 56).

3 *comparationes et parabolae sim.* (*subiunximus adynata in calce utriusque partis; ceterum cf. etiam 2 et 4*): **a** *variae*: Plavt. Capt. 912 quasi -us esuriens . . . ne in me faceret impetum *parasitus* (Stich. 605 tuam heriditatem inhiat quasi e. -us. *cf. l. 39 nec non p. 1855, 72*). Agroec. frg. 1 quasi -us ab armis valeo, clunes infractos fero (*sic Paul. Fest. p. 61*, desertos gero *Non. p. 197, 1, coniecerunt alii alia; loquiturne servus fustibus caesus?*). Rhet. Her. 4, 34, 46 (*exemplum similitudinis*) cum canes funguntur officiis -orum, quoinam praesidio pecuaria (pecua *var. l.*) credemus? Verg. ecl. 2, 63 torva leaena -um sequitur, -us ipse capellam . . ., te Corydon, o Alexi: trahit sua quemque voluptas (*cf.* Sen. rem. fort. 10, 4 mel muscae secuntur, cadavera -i . . .: praedam sequitur ista *amicorum* turba, non hominem). 3, 80 triste -us stabulis, . . . nobis Amaryllidis irae. Aen. 2, 355 inde, -i ceu raptores . . ., quos improba ventris exegit caecos rabies . . ., per hostis vadimus (*inter similitudines affert* Qvint. inst. 8, 3, 72). 11, 811 velut ille . . . continuo in montes sese avius abdidit . . . occiso . . . -us . . . iuvenco . . .; haud secus *fugit Arruns* (*item comparatur fuga -i* Stat. Theb. 4, 363). Hor. epod. 7, 11 (*respicitur bellum civile*) neque hic -is mos nec fuit leonibus umquam nisi in dispar feris. 15, 7 iurabas . . ., dum pecori -us *esset* . . . infestus . . ., fore hunc amorem mutuum (*cf. p. 1855, 26 sqq.*). sat. 2, 1, 52 (*50* ut quo quisque valet suspectos terreat) dente -us, cornu taurus petit (*cf.* 55 ut neque calce -us quemquam neque dente petit bos). carm. 1, 15, 30 quem *Diomedem* tu, cervus uti vallis in altera visum parte -um . . ., fugies (*cf.* Ov. met. 11, 772 fugit nymphe, veluti perterrita fulvum cerva -um

[Lanciotti]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[Stat. Theb. 5, 166]. fast. 3, 646 currit ut auditis territa damma -is). Ov. am. 1, 8, 56 (*lena ad puellam*) certior e multis *amatoribus* ... rapinast: plena venit canis de grege praeda -is. ars 2, 148 *qui amare volunt, ne asperi sint*; odimus accipitrem, quia vivit semper in armis, et pavidum solitos in pecus ire -os. met. 14, 778 *Sabini* tacitorum more -orum ore premunt voces et ... invadunt *Romanos* (*cf.* Stat. Ach. 1, 705 *Vlixes et Diomedes* procedunt, gemini ceu ... -i: ... penitus rabiemque minasque dissimulant humilesque meant, ne nuntiet hostes cura canum). trist. 3, 5, 35 (*31* quo quisque est maior, magis est placabilis irae) corpora magnanimo satis est prostrasse leoni ..., at -us et turpes instant morientibus ursi (*cf.* Stat. Theb. 12, 740 *Theseus fugientes non trucidat*; sic iuvat exanimis ... praeda canesque degeneresque -os: magnos alit ira leones). 5, 7, 46 *Getae* quam ... -i saevae plus feritatis habent (*cf.* Sen. dial. 4, 15, 4 istae feritate liberae gentes leonum -orumque ritu ... servire non possunt). Ib. 44 pax erit haec nobis ..., cum pecore infirmo quae solet esse -is. Pomp. Trog. Iust. 38, 6, 8 (*oratio Mithridatis*) ut ipsi ferunt conditores suos lupae uberibus altos, sic omnem illum *Romanorum* populum -orum animos inexplebiles sanguinis ... habere (*cf. infra l. 76*). Sen. epist. 19, 10 (*Epicuri frg. 542*) antea ... circumspiciendum est, cum quibus edas ..., quam quid edas ...; nam sine amico visceratio leonis ac -i vita est. Val. Fl. 3, 635 *Hercule amisso* mentem pars maxima *Argonautarum* flatu erigit ..., ut ... tum gestit aper reboatque superbis comminus ursa -is, cum sese ... leo condidit antro (*cf.* Stat. Theb. 11, 30 ut cum ... leo ... abit; rauci tunc comminus ursi, tunc avidi venere -i rabieque remissa lambunt degeneres alienae vulnera praedae). *al.* *adynata* (*cetera habes l. 62 et p. 1860, 53, sed cf. etiam p. 1853, 8 sqq. 1854, 79*): Dirae 4 ante -os rapient haedi, vituli ante leones ..., quam non mea libera avena ... dicat (dicam *codd. optimi*) tua facta, Lycurge. Hor. carm. 1, 33, 8 prius Apulis iungentur capreae -is, quam turpi Pholoe peccet adultero. Sen. Phaedr. 572 ante ... ora dammis blanda praebebunt -i, quam *eqs.* **b** *-us et oves vel ovile* (*cf. locos ambiguos* Hor. epod. 15, 7 Ov. ars 2, 148 Ib. 44 *ad a relegatos*): Plavt. Truc. 657 (*loq. Strabax pecuniam pro ovibus acceptam ad meretricem delaturus*) fuit ... Mars meo periratus patri, nam oves illius hau longe absunt a -is (*ludit cum notione sub* lupa *1a illustrata*). Verg. Aen. 9, 59 *Turnus* lustrat equo muros ...; ac veluti pleno -us insidiatus ovili cum fremit ad caulas ...; ille asper et improbus ira saevit in absentis (*sim.* Ov. met. 5, 627 Pont. 1, 2, 20 Sil. 7, 129 Stat. Theb. 10, 43. Evcher. laud. her. 38 [*comparatur diabolus*]). 9, 566 *Turnus* arripit ipsum: ... qualis ubi ... agnum Martius a stabulis rapuit -us (*cf.* Ov. trist. 1, 6, 10 ut ... incustoditum captat ovile -us. 4, 1, 80 ut ... rapax pecudem, quae se non texit ovili, ... per silvas fert ... -us). Hor. epod. 4, 1 -is et agnis quanta sortito optigit, tecum mihi discordia est. 12, 26 *eam quae te amat* fugis, ut pavet acris agna -os (*sim.* Ov. ars 1, 118 met. 1, 505). Ov. met. 6, 528 *Philomela* tremit velut agna pavens, quae saucia cani ore excussa -i nondum sibi tuta videtur (*sim.* trist. 1, 1, 78). fast. 2, 800 *Lucretia* tremit, ut ... parva sub infesto cum iacet agna -o. trist. 3, 11, 12 cincta ... montanis ut pavet agna -is, sic ego ... *a barbaris* saeptus terreor. Pont. 2, 7, 11 (*7* nimio ... ignosce timori) saepe canem longe visum fugit agna -umque credit ...; (*15*) sic ego *eqs.* Sil. 7, 718 *Poeni Minucium circumventum dimittere coguntur*; ceu ... rapuit cum Martius agnum ... -us; ... tum ... *insequente pastore* sibimet metuens ... reiectat praedam. Itala Matth. 10, 16 (cod. a *al.* = Vvlg.) ego mitto vos sicut oves in medio -orum (*sim.* Luc. 10, 3 *ibid.; cf.* Ivvenc. 2, 457 pergite nunc ut oves, durorum praeda -orum). Ioh. 10, 12 (cod. b *al.* = Vvlg.) ego sum pastor bonus; ... mercennarius ... videt -um venientem et dimittit oves et fugit (*alluditur saepius ad locum, e. g.* Tert. fug. 11, 2 Avg. epist. 228, 6). Cypr. epist. 60, 2 p. 692, 23 *adversarius* unum primo adgressus ut -us ovem secernere a grege ... temptaverat. Max. Tavr. serm. 90, 2 M. semper ... gregem ovium insidiator -us sequitur, semper christianum coetum diabolus deceptor incu⟨r⟩sat. *adynata* (*v. etiam supra l. 26*): Vvlg. Sirach 13, 21 si communicabit -us agno aliquando, sic peccator iusto. Coripp. Ioh. 4, 384 Antalan cuiquam bello temptare licebit? terreat ergo -um pascens in vallibus agnus!

4 *sublucente saepe imagine (cf. sub 3) transfertur ad:* **a** *homines vel daemones eorumque animum:* *α infestantes, rapaces, saevos sim.* (*cf.* Avg. c. Iulian. 6, 7, 20 in sanctis libris -i malos significant, oves autem bonos. Salon. in eccles. p. 1012[A] quomodo bestia vocatur *is, qui mandata dei non custodit*? si est crudelis, ... leo est ..., si autem raptor est, tigris vel -us *eqs.*): Ⓘ *quoslibet*: Plavt. Trin. 170 me apsente ... aedis venalis hasce inscripsit litteris. :: adesurivit magis et inhiavit acrius -us *eqs.* (et *del. Hermann. cf. p. 1854, 63*). Lvcil. 826 veteratorem illum, vetulum -um Annibalem. Hor. carm. 4, 4, 50 dixit ... Hannibal: 'cervi, -orum praeda rapacium, sectamur ultro, quos ... effugere est triumphus' (*sim. de Romanis*: Liv. 3, 66, 4 occaecatos -os intestina rabie opprimendi occasionem esse *putaverunt Aequi et Volsci*. Vell. 2, 27, 2 [*loq. dux Samnitium*] numquam defuturos raptores Italicae libertatis -os, nisi silva, in quam refugere sol⟨er⟩ent, esset excisa. *cf. supra l. 17*). epist. 2, 2, 28 post hoc (*sc. viaticis perditis*) vehemens -us et sibi et hosti iratus pariter, ieiunis dentibus acer, praesidium regale loco deiecit *miles quidam*. Sen. dial. 6, 22, 7 quod e faucibus avidissimorum -orum (*Seiani et accusatorum*) educeretur praeda (*sc. Cremutius Cordus*). Itala gen. 49, 27 (Lugd. *al.*, *sim.* Vvlg.) Beniamin -us rapax mane manducavit (*i.* -bit) adhuc et ad vesperam dabit escam (*cf. e. g.* Rvfin. patr. 11, 2 *ad l.* -us propter aviditatem dicitur; ex multa enim fame verbi dei et inedia venit, *sc. Beniamin i. Israel. v. etiam* Tert. *l. 31*). Tert. idol. 24 p. 58, 5 viderimus ..., si et corvus et milvus et -us et canis et serpens in ecclesia erit. Hier. epist. 60, 16, 4 inmissi in nos non Arabiae sed septentrionis -i (*sc. barbari; sec.* Italam Hab. 1, 8 [Hier. *ad l.*] -is Arabiae). Rvfin. hist. mon. 7 p. 415[C] latro ille iam sanctus ..., tamquam in agnum conversus ex -o. Clavd. 26, 503 *fuge, Alarice*, ne nova praedari cupiens et parta reponas pastorique -us scelerum delicta priorum intra saepta luas. Gild. Brit. 16 chron. III p. 34, 1 illi priores inimici ac si ambrones (*an* Am- *? v. vol. I 1867, 26*), -i profunda fame rabidi, siccis faucibus ovile transilientes ... terminos rumpunt. Max. Tavr. serm. 18, 3 M. aiunt plerique -os leonum subsequi solere vestigia; ... sic et isti avaritiae -i praedonum vestigia subsecuti sunt.

Ⓘⓘ *persecutores ecclesiae vel haereticos sim.* (*cf.* Evcher. form. 4 p. 25, 14 -us: diabolus vel heretici [*affert* Matth. 7, 15, *v. infra*]; item in bonam partem: 'Beniamin -us rapax' apostolum Paulum significans [*intellexitne strenuum fidei propagatorem? aliter l. 32 sqq.*]): Itala Matth. 7, 15 (cod. a *al.*, *sim.* Vvlg.) adtendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, ab intus autem sunt -i rapaces (*inde saepe apud script. eccles., e. g.* Tert. praescr. 4 l. 8 qui -i rapaces, nisi sensus et spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescentes? Cypr. zel. 12. Lact. inst. 5, 3, 23 *Apollonius* voluit -um sub ovis pelle celare, ut fallaci titulo *librorum suorum* [*sc. φιλαληθεῖς*] posset inretire lectorem. Hil. c. Const. 10 [*de ipso imperatore ut* 11]. Avg. in euang. Ioh. 112, 2 *de Iuda. et passim*). act. 20, 29 (cod. g *al.*, *sim.* Vvlg.) intrabunt post discessum meum (*i. Pauli*) -i graves in vos non parcentes gregi (*explicatur e. g.* Iren. 3, 14, 2 significans futuros malos doctores. Ps. Orig. in Matth. 4, 1 p. 263, 8 -i ... graves nominantur omnes infideles haeretici, qui ... ecclesiam obprimunt *eqs.*). Tert. adv. Marc. 5, 1 p. 569, 27 (*ad* gen. 49, 27 *p. 1855, 84*) ex tribu ... Beniamin oriturum Paulum providebat, -um rapacem ad matutinum comedentem, id est prima aetate vastaturum pecora domini ut persecutorem ecclesiarum (*item de Saulo*: scorp. 13 p. 174, 18 Hier. epist. 38, 1 Prvd. tituli 189. Avg. serm. 168, 4, 4 ibat -us pastor futurus. 175, 7, 8. 360 ex -o aries. Arator act. 1, 710. *et saepius*). Cypr. epist. 43, 6 p. 596, 3 vitate -os, qui oves a pastore secernunt (*respiciuntur haeretici nimis prompti ad reconciliandos lapsos ut*: 55, 15 p. 634, 18 canibus et -is. 68, 1 p. 744, 13 ad -orum rapinam et praedam diaboli). Lact. inst. 5, 23, 4 veniet rabiosis ... -is merces sua, qui iustas ... animas ... excruciaverunt. Synod. Hil. coll. antiar. p. 126, 16 ne aut -i scismatici furtum facerent ... aut canes heretici ... oblatrarent. Lvcif. non parc. 11 p. 232, 24 te, *Constantium*, -um venientem ad dei vastandum gregem sinerem? (*cf. l. 25*). Pacian. epist. 3, 19 p. 83 nos in ecclesiam -os recipimus, qui haereticorum ora vitamus, an potius Novatiani *eqs.*? Ambr. c. Aux. 22 mutavit ... vocabulum, sed perfidiam non mutavit; exuit -um, sed induit -um. Avg. c. Pelag. 4, 12, 34 ubicumque isti -i apparuerint, conterendi sunt. serm. 182, 2, 3 (*de Manichaeo*) hic video unde velit -us obrepere. Ps. Avg. serm. ed. Mai 59, 1 (*ad* Matth. 10, 16 *sub 3b*) -os ... eos significat, qui ... credentes propter filium dei persecuti sunt. *et saepius.* ⓘⓘⓘ *diabolum, daemones* (*cf.* Evcher. *l. 16 et p. 1855, 39*, Max. Tavr. *p. 1855, 61*): Hil. in psalm. 120, 15 ne eam *animam* diaboli tinea corrumpat, ... ne canis oblatret, ne -us laceret, ne ursus desaeviat ...; haec enim nunc sunt diaboli ministeria ..., obtrectationibus lacerare *eqs.* Nicet. virg. laps. 51 'erravi sicut ovis perdita' (*psalm. 118, 176*); require famulam tuam, ne -us crudelis glutiat me. Avg. in euang. Ioh. 46, 7 (*ad* Ioh. 10, 12 *sub 3b*) quis est -us nisi diabolus? (*imago fusius explicatur* 46, 8). Comm. instr. 1, 33, 7 (*ad gentiles*) intrate stabulis *Christi* ...; in silva -i sunt, ideo refugite sub antro. Vita Hil. Arel. 9 l. 21 nec immerito postmodum abegit exinde -um (*sc. spiritum Pythonis expellens, v. 17 l. 1 sqq.*), ubi oves primitus pastoris officium peregerunt. Sidon. epist. 7, 6, 2 qualiter ecclesiasticas caulas istius aetatis -us, qui peccatis pereuntium saginatur animarum, ... arrodat. Max. Tavr. serm. 19, 1 M. *eram* anxius ..., ne quis me absente ... diaboli insidiis laberetur; memineram enim -orum rabiem absentibus plus praevalere pastoribus. Sedvl. carm. pasch. 2, 300 ovibus ... dei est haec sola voluntas ...: evadere torva cruenti ora -i (*sim.* op. pasch. 2, 17 p. 230, 18). Inscr. christ. Diehl 1767, 8 *in ecclesiam* plebs festina recurrens eripitur morsu dilaceranda (-di *vel* lacerando *trad.*) -i. *in appositione determinativa* (*vergit in usum adi.; cf. p. 1859, 65*): Pomer. 2, 3, 4 ne quem -us diabolus (-us id est d. *var. l.*) ... fraude subripiat.

β scortandi cupidos (*usu per iocum sec. fem.* lupa *novato*): Nov. Atell. 7, *v.* lupa *sub 1aβ*.

b *res:* *α corporeas* (*per similitudinem formae, sc. dentium vel faucis, vel quod aptae sunt ad rapiendum* [*cf.* Isid. *et fortasse* Damig. *infra*]): Ⓘ *poetice pro frenis lupatis*: Ov. trist. 4, 6, 4 placido duros accipit ore -os *equus*. Manil. 5, 74 *aurigam* moderantem quattuor ora spumigeris frenata -is. Stat. Ach. 1, 281 *equus* non colla iugo, non aspera praebet ora -is. ⓘⓘ *de instrumento quodam ad arripiendum apto* (*vel unci vel forcipis simili; in sermone castrensi praeter* Isid.): Liv. 28, 3, 7 etiam qui erexerant ad murum scalas, alii furcis ... detrudebantur, in alios -i superne ferrei iniecti, ut in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. Veg. mil. 2, 25 *legio* habet ferreos harpagonas, quos -os vocant, et falces ferreas confixas longissimis con-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis. 4, 23 plures in modum forficis dentatum funibus inligant ferrum, quem -um vocant, adprehensumque arietem aut evertunt (a- *var. l.*) aut ita suspendunt, ut impetum non habeat feriendi. Isid. orig. 20, 15, 4 (*in capite* de instrumentis hortorum) -us, qui et canicula, ferreus arpax, quia, si quid in puteum decidit, rapit et extrahit; unde et nomen accepit (*inde* Gloss.^{L} I Ansil. lv 360). Ⓒ *de serrula*: Pallad. 1, 42, 2 ('de instrumentis agrestium') -os, id est serrulas manubriatas minores maioresque ad mensuram cubiti, quibus facile est, quod per serram fieri non potest, resecando trunco arboris aut vitis interseri. Ⓓ *de lapide quodam*: Damig. lapid. 18 odontolycii (-telycio *cod.*, -telycius *Pitra*), id est -i dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus et rapere aliquid volentibus *eqs.*

β diem Aegyptiacum, sc. hominibus perniciosum: Anth. 680^{a}, 11 (*nisi est medii aevi*) *dies* tertius in Maio -us est et septimus anguis.

appendix *iuncturarum notabiliorum ad A*: **1** *variarum (maxime ad mores pertinentium)*: Plavt. Capt. 912 esuriens (Stich. 577. 605 Homer. 488 Pap. Corp. 40, 4. *cf.* Trin. 170 adesurivit). Verg. Aen. 2, 355 -i . . . raptores (Ov. met. 10, 540 Vell. 2, 27, 2. Evstath. Basil. hex. 2, 4, 4 [*gr. λύκοι βαρεῖς*]. *cf.* rapax: Hor. epod. 16, 20 carm. 4, 4, 50 Ov. trist. 1, 6, 10. 4, 1, 79 Sen. Oed. 149 Itala gen. 49, 27 [Lugd. *al.* = Vvlg.]. Matth. 7, 15 [cod. a *al.* = Vvlg.]. *al.*). 9, 566 Martius (Liv. 10, 27, 9 Sil. 7, 718 Avien. Arat. 1854. *cf.* Hor. carm. 1, 17, 9 Martialis. *v. p. 1852, 69. 1854, 14. 1859, 83*). Hor. epod. 12, 26 acris (epist. 2, 2, 28 ieiunis dentibus acer. Nemes. cyn. 307. *cf.* Verg. georg. 3, 264 genus acre -orum). Tib. 1, 5, 54 saevis (Sil. 13, 130 Hier. in Hab. 1, 6–11 l. 177. *cf.* Apvl. met. 8, 15, 6 ferocitate saevientes. Ivvenc. 1, 692 saeva -orum pectora. Clavd. Don. Aen. 2, 360 p. 195, 24 -us . . . improbissimum genus est animalis, saevum satis *eqs.*). Ov. am. 1, 8, 56 canis (met. 6, 528. 7, 550. *cf.* met. 1, 237 sq. canities). epist. 11, 92 montanis (ars 2, 364 trist. 3, 11, 12). met. 11, 772 fulvum (*cf. p. 1859, 80 et* Verg. Aen. 7, 688 fulvos . . . -i de pelle galeros). fast. 2, 86 avidum (trist. 1, 1, 78 Sen. dial. 6, 22, 7 Stat. Theb. 11, 30 Prosp. carm. de ingrat. 117 [106]. *cf.* Ov. epist. 10, 84 avido . . . dente *-orum*). Ib. 172 insatiabilibus (*cf.* Pomp. Trog. Iust. 38, 6, 8 -orum animos inexplebiles sanguinis). Stat. Theb. 5, 166 cruentis (Sedvl. carm. pasch. 2, 300). 10, 43 rabidi (Prvd. psych. 467 Avian. fab. 1, 2. 42, 14 Gild. Brit. 16 chron. III p. 34, 1. *cf.* Lact. inst. 5, 23, 4 rabiosis ac voracibus. Prosp. carm. de ingrat. 117 [106] rabies . . . -orum [Max. Tavr. 19, 1 M.]. *sim. al.*). Mart. 10, 48, 14 inhumani. Itala act. 20, 29 (cod. g *al.* = Vvlg.) graves (Avx. Maximin. c. Ambr. 49 Rvfin. hist. 1, 1, 2). Cypr. unit. eccl. 9 -orum feritas (Ps. Evseb. Gallic. hom. 72, 8 G. *cf. p. 1855, 13 sq. et* Prvd. psych. 795 immanes feritate -i). Nemes. cyn. 52 audaces (Drac. laud. dei 2, 265. *cf.* Physiogn. 126 p. 140, 13 -us animal est rapax, iracundum, insidiosum, audax, violentum). *al.* **2** *ad vocem -i pertinentium*: Verg. georg. 1, 486 -is ululantibus (Aen. 7, 18 Stat. silv. 1, 3, 86 Svet. frg. p. 248, 1 Fronto [Sitz. Ber. Münch. Ak. 1958, 2] p. 21 Amm. 31, 1, 2. *al.; cf. p. 1852, 47 et* Sil. 7, 129 trucis ululatus turba -orum exercet. Apvl. flor. 17, 11 -orum acutus ululatus. *et sim. al.*). Aen. 9, 59 fremit (Ov. met. 5, 627 Homer. 488 Evcher. laud. her. 38). Ov. met. 14, 778 tacitorum. Lvcan. 6, 688 gemitus . . . -orum. Val. Fl. 8, 456 maestis veluti nox illa sonaret plena -is. Clavd. 18, 2 -orum murmur.

B *de aliis quadrupedibus similibus (quae partim -orum sub A illustratorum genera esse putaverunt veteres)*: **1** *i. q. θώς (sc. 'canis aureus'; sed confunditur hoc animal nimirum cum lynce sim., qua de re v. Gossen-Steier RE II A 399 sqq., Leitner, Zoologische Terminologie 1972, 235; cf. etiam* Gloss. *sub 2*): Plin. nat. 8, 80 inertes hos *-os* parvosque Africa et Aegyptus gignunt (*opponit* asperos trucesque *Europae*). 8, 123 thoes (-orum id genus est, procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per hiemes hirti, aestate nudi (*inde* Sol. 30, 27 Aethiopicis -is proprium est, quod in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu quam meatu [adsultu *var. l.*]; . . . thoas vocant). 11, 111 *formicis Indiae fabulosis* color felium, magnitudo Aegypti -orum (*cf. Mela 3, 62* non minores maximis canibus). **2** -us cervarius (*vel* -alis, -ariolus, -atus Schol. *et* Gloss.) *i. q. lynx (respicitur sc. animal Europaeum 'felis lynx' L., non 'felis caracal'. cf.* Schol. Verg. Bern. ecl. 8, 3 lynces: -i cervarioli. Gloss. IV 534, 30 linc: -us cervatus. V 113, 13 linx: -us varii[s] coloris *eqs.; explicatur per θώς [v. quae ad 1 monuimus]*: Gloss. -us cervalis. -us cervarius. *v. etiam* lupa *2b*): Plin. nat. 8, 84 sunt in eo genere *-orum* qui c. vocantur, qualem e Gallia in Pompei Magni harena spectatum diximus (*sc.* 8, 70 chama, quem Galli rufium vocabant, effigie -i, pardorum maculis). *ibid.* huic quamvis in fame mandenti, si respexerit, oblivionem cibi subrepere aiunt, digressumque quaerere aliud (*inde* Sol. 2, 37). 11, 202 insatiabilia animalium, quibus a ventre protinus recto intestino transeunt cibi, ut -is c. Edict. imp. Diocl. 8, 35 L. pellis -i (luri *exemplum Stratonicense*) c. infecta (*gr. δέρμα λύγγιον. male vertitur in exemplaribus aliquot δ. λύκου κεράστου*). Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 3 -us c. **3** *i. q. lycaon (cf. p. 1853, 46)*: Sol. 30, 24 (*inde* Isid. orig. 12, 2, 24) Aethiopia mittit lycaonem: -us est cervice iubatus et tot modis varius, ut nullum colorem illi dicant abesse (*sec. Plin. nat. 8, 123 et Melam 3, 88, v. sub* lycaon). *?* **4** *de genere canum (cf. p. 1852, 55)*: Plac. med. 9, 15 rec. *α* (*in capite* de cane) lac -i catuli eiciet mortuum *fetum* (-i *codd. omnes, delevit editor*; caninum lactem *rec. β, cf. vár. l.* 9, 14 rec. *α* lac canicus -i [*vel* -is], *ubi* lac caninus *ceteri*, canis lacte *rec. β*).

C *de animalibus aquatilibus (cf. etiam p. 1852, 75)*: **1** *de piscium genere q. e. λάβραξ (quae vox gr. respondet in* Gloss., *ut in versione* Oribasii *et in locis* Plin. nat. *ex Aristot. sumptis. cf. etiam* labrax *p. 809, 33 sqq.; huc spectat* Gloss. -us: baers [*anglosax.*]): *ad rem v. Capponi, Ov. hal. comm. 1972, 480 sqq. de origine*: Varro ling. 5, 77 vocabula piscium pleraque translata a terrestribus . . . a vi quadam ut haec: -us, canicula, torpedo (*sim.* Isid. orig. 12, 6, 5 quod improba voracitate alios persequantur. 12, 6, 24 -um . . . aviditas appellavit. *cf. attributa*: immitis et acer Ov. hal. 23, rapax Colvm. 8, 17, 8; *sed aliter* Ambr. *infra l. 64*). *accedunt determinationes*: Hor. sat. 2, 2, 31 Tiberinus (Macr. Sat. 3, 16, 11). Colvm. 8, 16, 4 fluvialem (Schol. Hor. sat. 2, 2, 31). 8, 17, 8 sine macula, nam sunt et varii, -os. Schol. Hor. sat. 2, 2, 31 marinus (Marcell. med. 15, 85 Gloss. III 470, 63). Cassiod. var. 11, 40, 7 pisceus (*cf.* Apic. 4, 2, 32 patina de pisce -o). *nomine Lupi alludit ad piscem Lucil. 54* occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri. *non huc spectat p. 1852, 62.*

a *pro cibo est ideoque in piscinis sim. nutritur*: Titivs or. frg. (2 M.) Macr. Sat. 3, 16, 16 edimus turdum pinguem bonumque piscem, -um germanum, qui inter duos pontes captus fuit (Hor. sat. 2, 2, 31 unde datum sentis, -us hic Tiberinus an alto captus hiet, p. ne i. iactatus an amnis ostia sub Tusci? Plin. nat. 9, 169 Macr. Sat. 3, 16, 13. *cf.* Colvm. 8, 16, 4 periurium *Marcii Philippi* [*v.* Varronem *infra*] . . . erudita palata fastidire docuit fluvialem -um, nisi quem Tiberis adverso torrente defatigasset. *v. etiam Lucil. 1176* p. Tiberinus duo i. captus catillo). Varro rust. 3, 3, 9 cum . . . ei (*Marcio Philippo*) e . . . flumine -um piscem formosum apposuisset *hospes*, atque ille gustasset et expuisset, dixit: 'peream, ni piscem putavi esse' (*eadem narrat* Colvm. 8, 16, 3). Hor. sat. 2, 2, 36 laudas . . . trilibrem mullum . . .; quo pertinet ergo proceros odisse -os? Fenestella Plin. nat. 35, 162 (frg. 27 P.) tripatinium . . . appellabatur summa cenarum lautitia; una erat murenarum, altera -orum, tertia mixti piscis. Cels. 2, 18, 7 leviores *sunt* -i mullique (*agitur de generibus ciborum ut*: 2, 20, 1 medii inter teneros durosque pisces, ut mullus, ut -us. Oribas. syn. 4, 14, 5 Aa p. 14 si . . . aliquid in utrisque aquis nutriuntur, id est in dulce et salsa, qualia sunt cefalus, -us *eqs.* [*La v. supra p. 809, 36*]). Colvm. 8, 16, 1 *ut maiores* eadem cura mugilem . . . nutrirent, qua nunc muraena et -us educatur (*cf.* 8, 16, 2 lacus . . . convectis marinis seminibus replebant; inde Velinus *aliique* . . . -os . . . procreaverunt ac si qua sunt alia piscium genera dulcis undae tolerantia. 8, 17, 8 greges . . . rapacis -i. *ibid.* -os includamus *piscina scopulosa*. Mart. 10, 30, 21 piscina . . . pascit . . . -os vernas). Plin. nat. 9, 61 (1, 9, 28 de -o, de asello) apud antiquos piscium nobilissimus habitus accipenser; . . . postea praecipuam auctoritatem fuisse -o et asellis Nepos Cornelius (frg. 19 = 27 M.) et Laberius (mim. inc. p. 364 Ribb.^{3}) . . . tradidere; -orum laudatissimi qui appellantur lanati a candore mollitiaque carnis (*cf.* Mart. 13, 89, 1 laneus . . . -us . . . aequoreo dulces cum sale pastus aquas). *ibid.* in -is in amne capti praeferuntur. Mart. 2, 37, 4. *al.* *in comparatione*: Mart. 9, 26, 6 tamen et parvae nonnulla est gratia Musae: appetitur posito vilis oliva -o.

b *in universum*: Varro ling. 9, 28 (*inter exempla analogiae naturalis*) an e (sane *trad.*) murena fit -us aut merula? (*cf.* 9, 113 dissimilis muraena -o). Ov. hal. 23 clausus rete -us, quamvis inmitis et acer (ater *var. l.*), dimotis cauda submissus sidit arenis (*exciderunt in codd. quae sequebantur; supplenda videntur sec.* Plin. nat. 32, 11 dum transeat rete. *eadem referunt* Cassiod. var. 11, 40, 7 Isid. orig. 12, 6, 24). 39 -us . . . discursu fertur vario . . . quassatque caput, dum vulnere . . . laxato cadat hamus (*inde* Plin. nat. 32, 13). 112 (113) rapidi -i. Plin. nat. 9, 57 praegelidam hiemem omnes sentiunt, sed maxime qui lapidem in capite habere existimantur, ut -i. 9, 162 bis anno parit. 9, 185 mugil et -us mutuo odio flagrant; . . . Nigidius auctor est praerodere caudam mugili -um eosdemque statis mensibus concordes esse. 10, 193 produntur . . . clarissime audire mugil, -us *eqs.* Ambr. hex. 5, 2, 6 (*antea*: noxia in terris *animalia* in aqua innoxia sunt) quid loquar corvorum, quid etiam -orum teneritudines? nescit hos -os agnus timere. 5, 3, 9 *in piscibus* quam pura . . . successio! ut nullus alteri, sed generi suo miscetur, thymallus thymallo, -us -o! 5, 10, 26. Marcell. med. 15, 85 -us marinus, id est piscis, tantae efficaciae est adversum strumas, ut *eqs.* Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 544, 8.

2 *de pisciculo quodam ceterum ignoto (vix eodem ac sub 1)*: Plin. nat. 31, 95 *allex* coepit . . . ex inutili pisciculo minimoque confici; apuam nostri, aphyen Graeci vocant . . .; Foroiulienses piscem, ex quo faciunt, -um appellant.

3 *de animali fabuloso hippocampi simili*: Val. Fl. 1, 455 celsa . . . semiferum contorquens *Neptunus* frena -orum ('*-os . . . equis marinis substituit' Langen 1896 ad l.; cf. locos vol. V 2, 738, 20 sqq. collectos*).

D *de genere araneorum (ad rem v. e. g. Leitner, Zoologische Terminologie 1972, 159 et 35)*: Plin. nat. 11, 80 -orum minimi non texunt; maiores in terra (interna *var. l.*) et cavernis exigua vestibula praepandunt (*Ps. Aristot. hist. anim. 621a2 τῶν καλουμένων λύκων γένος*). 29, 85 aeque phalangion Graeci vocant inter genera araneorum, ⌞sed distingunt -i nomine⌟ (⌊⌋ *om. pars codd.*).

II *nomen herbarum*: **A** -us salictarius (*i. q. 'humulus lupulus' L. sec. André, Lex. des termes de botan. s. v.; vix recte* Mart. 9, 26, 6 *[Lancio(ti]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

[*v. p. 1858, 49*] *huc traxit Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere*[8] *1911, 485*): Plin. nat. 21, 86 (*cf.* 1, 21, 50) secuntur herbae sponte nascentes, quibus pleraeque gentium utuntur in cibis; ... in Italia paucissimas novimus, fraga, tamnum ... praeter has pastinacam pratensem, -um salictarium, eaque verius oblectamenta quam cibos. *?* **B** *v.* lobus *p. 1552, 43 sq. 49.* *?* **C** *v.* lolium *p. 1613, 79.*

f. ***lupa,** -ae. *ad originem cf. l. 20.* *scribitur*: lo- Nov. Atell. 7. lupp- Pap. Corp. 40, 6 (*saec. IV*) *et var. l.* Dionys. ant. 1, 84, 4. *litteris gr. λοῦπα* Dionys. ant. 1, 84, 4 Plvt. Romul. 4, 4 Ps. Dioscor. Vind. 4, 161 p. 305, 18. *inde a* Plavto, Lvcilio, Novio, Varrone.

1 *per similitudinem*: **a** *morum, significantur meretrices, scorta (fere pro adi. infra l. 65,): cum antiquitus forma masc.* lupus *etiam sexum femininum significaverit (cf. p. 1852, 9 sqq.) et fem.* -a *de animali non ante* Varronem *dicatur (v. infra sub 2 a), haec forma ideo adhibita videtur, quod aptior est convicio ad solas mulieres pertinenti (cf.* milva *vol. VIII 986, 75 sqq., de qua voce v. Stefenelli, Die Volkssprache im Werk des Petron, 1962, 139). mores bestiae comparantur l. 37 sqq. et p. 1860, 28 sqq.; ludunt cum nomine bestiae* Nov., Laber. *sub β (cf. etiam imaginem p. 1855, 35); hanc meretricis notionem ad aliud vocabulum idque e lingua graeca tractum referendam esse adfirmat* Dionys. *infra; legitur vox multo rarius quam* meretrix *vel* scortum (*e. g. inveniuntur apud comicos* -a *ter,* m. *fere nonagies,* s. *fere quinquagies, apud* Cic. -a *semel,* m. *undevicies,* s. *decies*) *et ad mulieres abiectissimas pertinere videtur (cf. sub β* Lvcil. *iuxta* prostibulum, Catvll., Mart.).

α explicationes: Dionys. ant. 1, 84, 4 *Larenti(n)am Faustuli uxorem nominatam esse τὴν Λούπαν· ἔστι δὲ τοῦτο Ἑλληνικόν τε καὶ ἀρχαῖον ἐπὶ ταῖς μισθαρνούσαις τἀφροδίσια τιθέμενον, αἳ νῦν εὐπρεπεστέρᾳ κλήσει ἑταῖραι προσαγορεύονται. ἀγνοοῦντας δέ τινας αὐτὸ πλάσαι (sc. φασὶν) τὸν περὶ τῆς λυκαίνης μῦθον, ἐπειδὴ κατὰ τὴν γλῶτταν, ἣν τὸ Λατίνων ἔθνος φθέγγεται, λούπα καλεῖται τοῦτο τὸ θηρίον* (*item de Larentia*: Liv. 1, 4, 7 sunt qui L. vulgato corpore -am inter pastores vocatam putent; inde locum fabulae ... datum. Plvt. Romul. 4, 4 *λούπας ... ἐκάλουν ... τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας.* Tert. nat. 2, 10, 1 *L.* ⟨id⟩eo -a, quia scortum. Lact. inst. 1, 20, 2 -a ..., id est meretrix, nuncupata est *L.* [Serv. Aen. 1, 273 Avg. civ. 18, 21 p. 283, 21 D.]. Ps. Avr. Vict. orig. 21, 1). Serv. Aen. 3, 647 -ae, id est meretrices, dictae ab obscenitatis et odoris similitudine (Isid. orig. 10, 163 -a, meretrix, a rapacitate vocata, quod ad se rapiat miseros et adprehendat [*sim.* 18, 42, 2. Gloss.[L] Ps. Plac. L 3 a r. vel a libidine eius animalis]. Gloss. *addas. l. 35. an etiam p. 1846, 4?*). Gloss.[L] II Philox. LV 42 -a: *ἕτερα (i. -αίρα)· καὶ* ⟨42 a⟩ *λύκαινα (cf.* Plvt. *supra).* III Abstr. LV 23 lupanaria: mulier enim ⟨in⟩cesta -a dicta, ⟨id⟩ est meretrix, de qua hoc vocabulum sumptum est. Corp. L 285 lup[e]a: meretrix vel lupinaria (*i.* -pan-). *β loci ceteri*: Plavt. Epid. 403 divortunt mores virgini longe ac -ae. Lvcil. 334 si olim -a prostibulumque *est.* Nov. Atell. 7 cum ad -am nostram tam multi crebro conmetant lupi. Cic. Mil. 55 ille *Clodius,* qui semper secum scorta, semper exoletos, semper -as duceret *eqs.* Catvll. 99, 10 commictae spurca saliva -ae. Laber. mim. 56 catulientem -am. Mart. 1, 34, 8 abscondunt spurcas ... monumenta -as (*cf. 3, 93, 15* bustuarias moechas *et* Ivv. 6, 365[16] flava ruinosi -a ... sepulchri). Ivv. 3, 66 ite *ad circum,* quibus grata est picta -a barbara mitra. Apvl. apol. 75, 1 ipse *Rufinus* propudiosus, uxor -a, filii similes. Argvm. Plaut. Truc. 6 -ae ni (lut [*vel* It] poeni *codd.*) rapiant domini parsimoniam. Tert. nat. 1, 4, 12 maluisse (-isse se *coni. Reifferscheid*) -ae quam Christianae maritum *esse.* apol. 25, 9 prostitutissimae (prostratissimae *rec.* Φ) -ae La[u]rentinae (*cf. supra l. 30 sqq.*). pall. 4, 9 aspice -as, popularium libidinum nundinas. Avson. 26, 12 p. 329 P. illi nec pater certus fuit et mater est vere -a (*sc. non animal ut Romulo Remoque*). 131, 2 p. 346 volsas ... -as. Amm. 28, 4, 9 ignotam ... m⟨eretricem⟩, aut oppidanae quondam prostibulum plebis, vel meritorii corporis vetere⟨m⟩ -a⟨m⟩. Hier. adv. Iovin. 1, 36 p. 259[C]. Prvd. psych. 47 ignea dirae tela -ae (*Libidinis*). c. Symm. 1, 107 scortator nimius (*sc. Priapus*) ... suetus rusticulas vexare -as (Schol. meretrices). Cypr. Gall. deut. 106 inmundas. Ennod. carm. 2, 24, 2. *in appositione determinativa (vergit fere in usum adi., cf.* meretrix mulier *vol. VIII 828, 2 sqq.,* meretrix femina *ibid. 7 nec non supra p. 1856, 70*): Tert. adv. Val. 4 p. 181, 15 tantum ... quantum -ae feminae (*dubitat Kroymann, an* f. *expungat*) formam cotidie supparare (super- *var. l.*) sollemne est. *convicium est*: Don. Ter. Eun. 825 aptum convitium et comicum in ancillas 'venefica'; ⟨sic et⟩ '-a', 'vipera' *eqs.* Inscr. tess. lusor. CIL XI 6728, 23 (*al.*) -a (*cf. Bücheler, Kl. Schr. III 245 sq.*).

? **b** *dentium vel faucis, significantur oreae* (*cf.* lupatus *et* lupus *p. 1856, 76*): Gloss II 429, 39 *σαλιβάριον*: -a (lupata *coni. Heraeus in exemplari suo fortasse recte. ad rem cf. Edict. imp. Diocl. 10, 5 L.* frenum equestre cum salibario instructum, *gr.* ⟨*σ*⟩*αλιβαρ*⟨*ίου*⟩).

2 *nomen animalium*: **a** *i. q. λύκαινα* (Gloss.[L] Corp. L 333 -a: wylf [*anglosax.*]. *cf. explicationes sub 1 allatas*): *α de -a, quae conditoribus urbis ubera praebuit (cf. l. 58 nec non 30 sqq.*): Ⓘ *varia exempla*: Varro Men. 476 -am alumni fellarunt olim. Verg. Aen. 1, 275 -ae fulvo nutricis tegmine laetus Romulus (Clavd. 26, 264). Prop. 2, 6, 20 nutritus duro (-ae *codd. det.*), Romule, lacte -ae. 4, 1, 38 *Romani* sanguinis altricem non pudet (-tet, -tat *var. ll.*) esse -am. 4, 1, 55 optima nutricum nostris -a Martia rebus (Manil. 4, 26. Prvd. perist. 10, 612 Mavortiam -am. *cf. p. 1860, 13. 45. 1857, 22 sqq. et Serv. Aen. 1, 273* constat hoc animal, *sc.* -*am,* in tutela esse Martis). 4, 4, 54 quem ... nutrit inhumanae dura papilla -ae. Ov. fast. 2, 413 -a feta (Sidon. carm. 2, 119). 2, 415 quos -a nutrit, perdere cognatae sustinuere manus (*cf.* 5, 467 [*loquitur umbra Remi*] quem -a servavit, manus hunc temeraria civis perdidit; o quanto mitior illa fuit!). 3, 38. Liv. 1, 4, 6 -am sitientem ... ad puerilem vagitum cursum flexisse *eqs.* Pomp. Trog. Iust. 38, 6, 8 *v. p. 1855, 16.* Fest. p. 266 Romulum ... quod -ae ruma nutritus est, appellatum es⟨se⟩. Pavl. Fest. p. 271 Ruminalis dicta est ficus, quod sub ea arbore -a mammam dederit Remo et Romulo (*sim.* Plin. nat. 15, 77). Sen. contr. 10, 4, 9 Plin. nat. 8, 61. Mart. 2, 75, 10 (*ad leonem, qui duos pueros dilaceraverat*) a nostra pueris parcere disce -a! Qvint. inst. 2, 4, 19 -a Romuli. *al.* Ⓘⓘ *simulacra*: Verg. Aen. 8, 631 fecerat et viridi fetam Mavortis in antro procubuisse -am *eqs.* (*in clipeo Aeneae; similia figurantur in clipeis Flaminii* Sil. 5, 144, *Romae* Clavd. 1, 99 Sidon. carm. 5, 23). Liv. 10, 23, 12 Cn. et Q. Ogulnii ... ad ficum Ruminalem simulacra infantium conditorum urbis sub uberibus -ae posuerunt. Inscr. Afr. Cagnat-M.-Ch. 16 (*saec. II; litterae fere evanidae non bene lectae sunt* CIL VIII 22699) -am aeream quam ad ornamen⟨t⟩um municipii ⟨p⟩romiserat cum ⟨Ro⟩mulo et Remo de⟨dit⟩ idemq(ue) dedic(avit) (*ad civitatem Romanam municipibus datam pertinere videtur ut*: CIL VIII 958 [*saec. III ineuntis ?*] signum -ae cum insignibus suis posuit. 12220 ⟨signum⟩ -ae cum ⟨gemel⟩lis). CIL II 5063 ob beneficium, quod ab ordine Sing(iliensium) locum acceperam, in quo statuam ponerem ... f(ilii) mei, -am cum infantibus duobus d(ono) d(o). Ⓘⓘⓘ *pro dea habetur* (*negat* Lact. inst. 1, 20, 1 Romuli nutrix -a honoribus est adfecta divinis, et ferrem, si animal ipsum, cuius figuram gerit; sed auctor est Livius [*p. 1859, 31*] Larentinae esse simulacrum et quidem non corporis, sed mentis ac morum. epit. 15, 2 *Larentina* vulgati fuisse corporis quis ignorat? et idcirco -a nuncupata est et in ferae specie figurata. *ad rem v. Kock, RE XIII 1814*): CIL II 2156 -ae Romanae ... VI vir Aug(ustalis) *quidam.* 4603 -ae Augustae.

β de quibuslibet -is (*fere proverbialiter* Ov. ars 3, 8, *in similitudine* Ov. ars 3, 419 Nemes. ecl. 4, 27, *adynaton* Licent. carm. ad Aug. 95): Hor. carm. 3, 27, 3 (*mala omina*) praegnans canis aut ... rava ... -a ... fetaque volpes. Ov. ars 3, 8 quid virus in anguis adicis et rabidae tradis ovile -ae? (rapido ... -o, rapidis -is *var. ll., sec. p. 1854, 38*). 3, 419 ad multas -a tendit oves, praedetur ut unam, ... se quoque det populo mulier speciosa videndam: quem trahat, e multis forsitan unus erit. Sil. 14, 529 ubera praebuerat parvo *Polyphemo* -a (*ut -a Romuli Remique supra; cf.* Spart. Sept. Sev. 1, 8 somniavit -ae se uberibus ut Remum inh⟨a⟩erere vel Romulum). Stat. Ach. 2, 100 leonum viscera semianimisque -ae (*P,* libens *cett.*) ... medullas. Tert. carn. 4 l. 34 si re vera de -a aut sue aut vacca prodire voluisset *Christus.* Nemes. ecl. 4, 27 cerva marem sequitur, taurum formosa iuvenca, et Venerem sensere -ae ...; tu tamen una fugis. Carm. de mens. 2, 9 (*respicitur imago mensis Martii*) cinctum pelle -ae ... mensem. Pap. Corp. 40, 6 (*saec. IV*) -a ... eum (*sc. lupum*) coniugalis interrogabat (*Babrios 16, 8 λύκαινα ... ἡ σύνευνος* [*Pap., σύνοικος codd.*]. *in eodem apologo* Avian. fab. 1, 8 coniunx ... -a [sua *var. l.*]). Serv. auct. Aen. 4, 458 dicitur etiam -am in concilio multorum eiusdem generis sociari marito, eamque amisso eo nulli alteri post iungi (*affert 4, 550 sq.* 'thalami expertem ... vitam degere more ferae', id est -ae, *sed lynx intellegitur in commentario ad l.*). Licent. carm. ad Aug. 95 ante ... inpasta diu teneros -a nutriat agnos ..., quam mihi post tergum veniant tua dona, magister (*cf. p. 1855, 26 sqq.*). Svlp. Sev. dial. 1, 14, 1 quod ei *monacho cuidam* -a solita esset adstare cenanti (*narratur postea quomodo panem furata sit factique eam paenituerit*).

b -a cervaria *i. q. hyaena* (*cf. vol. II 1861, 60 sqq., an coll.* lupus *IB2 potius i. q. lynx?*): Gloss. III 554, 65 belbes (*pro* belua) i. -a cervaria (*inde supplendum videtur* III 537, 3 belbe idest ⟨-a c.⟩). *non huc pertinet* Gloss. -a cervaria: fellenia; *v. vol. VI 1, 455, 32 sqq.*

3 *nomen herbae i. q. ricinus* (*v. Stadler, RE I A 800 sqq.*): Ps. Dioscor. Vind. 4, 161 p. 305, 18 *κρότων ἢ κίκι· οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσελι Κύπριον ..., Ῥωμαῖοι ῥίκινουμ, οἱ δὲ λούπα (λούτα var. l.).*

deriv.: 1. luparius, lupatus, lupellus, 1. lupinus, *?* lupulus. *cf.* lupia, lupinum; Lupercal, Lupercus *v. Onom.* *a* lupa: lupanar, *?* 2. luparius, lupor, lupula. *cf.* lupal, lupana, lupatria.

compos.: lupicuda.

cf. Onom. *Lanciotti.*

lura (lū- *?*), -ae *f.* [*orig. inc. Sch.*] [*vix recte huc traxerunt francog. occ.* loure '*tibiae utriculo instructae*' *et it. sept.* lora, lura '*infundibulum*' *M.-L. 5174, Battisti-Alessio III 2269, Wartburg V 465. St.*] [*perperam restitutum est olim* Lvcil. 155 (*v. vol. VI 1, 1613, 49 sq.*), Avson. 454, 2 p. 397, 8 P. (sorato *cod.*, scorto *vel* soraco *edd.*).] *i. q. os cullei*: Pavl. Fest. p. 120 -a, os cullei vel etiam utris; unde lurcones.

lurchināBundus, -a, -um. [*cf.* tuburchinabundus *a* tuburchinari. *Sch.*] *formam* -ci- *post alios restituit Colson 1924, ad* Qvint. *l. c.* *i. q. vorax*: Cato inc. libr. frg. 49 (or. frg. 253 M.) -um (*affertur a* Qvint. inst. 1, 6, 42 neque ... 'tuburchinabundum' et '-um' [-chiab- *var. l.*] iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit auctor).

cf. collurcinatio.

lurc(h)o, -ōnis *m.* [*a* lurc(h)ari. *Sch.*] *de origine*: Pavl. Fest. p. 120 lura, os cullei ..., unde -es. Non. p. 10, 27 -es dicti sunt a lurchando (*item derivatur* Gloss. V 656, 15). *de aspiratione: testi-*

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

monia gramm.: PROB. cath. gramm. IV 10, 22 nomina post c litteram habentia h peregrina sunt . . . exceptis tribus, quae Latina sunt, -cho pulcher Orchus: sic enim in antiquioribus reperies, non Orcus (*sim.* 14, 33. 38, 29 [*eadem* SACERD. gramm. VI 491, 1]). SERV. Aen. 6, 4 Orchus veteres dicebant et -cho, id est vorax, quibus sequens aetas detraxit aspirationem. *in codd. exstat tam* -ch- (*e. g.* PLAVT. Persa 421 [*AP*]. APVL. met. 8, 25, 3 [*F*]. *al.*) *quam* -c- (*e. g.* APVL. apol. 57, 2 [*F*]. NON. p. 11, 7). *ceterum scribitur* lyr- PLAVT. Persa 421 (*A*). APVL. met. 8, 25, 3 (*F*) *nec desunt formae depravatae, e. g.* curcho, lorco, lorigo *sim.*

1 *usu originario i. q. ganeo (sensu convicii)*: **a** *interpretationes gramm.*: PAVL. FEST. p. 120 -es capacis gulae homines et bonorum suorum consumptores. PROB. cath. gramm. IV 10, 18 -o -onis, lectum nomen in Plauto, significans ganeonem (*eadem* SACERD. gramm. VI 475, 25), nepotem, devoratorem. SERV. *v. supra*. GLOSS. -o: devorator. est ambro. glutto. glutto et avarus (*cf.* GLOSS.^{L} V Abba LV -o: avarus). -es: avidi voratores (*addas vol. V 1, 2026, 8*). devoratores, ⌊sigiras⌋ vel avidi (*anglosax.; cf.* GLOSS.^{L} Corp. L 275 -e: siras). -um: devoratorum, gluttonum. *cf. l. 34 et* GLOSS. V 491, 66 ardaleo: ganeo, -o, glutto. *huc pertinere videtur lemmate corrupto* GLOSS. truncone: devoratore.

b *exempla auctorum*: PLAVT. Persa 421 (*in serie conviciorum*) perenniserve, -o, edax, furax, fugax. LVCIL. 75 vivite -es, comedones, vivite ventris (*sic Non. p. 11, 9; sed* glaucones *vel* clauc- *Don. Ter. Phorm. 988, unde* gluttones *Scaliger*). LENAEVS frg. Suet. gramm. 15, 2 -em (*vox traditur iuxta alia eiusdem convicia in Sallustium dicta*: lastaurum, nebulonem, popinonem). APVL. apol. 57, 2 testimonium . . . gumiae cuiusdam et desperati -is Iuni Crassi (*cf. 57, 3* qui non invitus de die in ganeas conrepat).

2 *transfertur ad hominem impudicum*: APVL. met. 8, 25, 3 sic praeco -em tractabat (*de eodem sacerdote deae Syriae 8, 24, 2* cinaedum).

v. Onom.

lurc(h)o(r), -āre (-ārī). [*orig. inc. Sch.*] *scribitur apud* NON., *qui omnia exempla praebet, et* -ch- *et* -c- (*cf.* lurcho).

i. q. devorare (*cf.* NON. p. 10, 27 -are . . . est cum aviditate cibum sumere. GLOSS. V 656, 15 -atur: devorat, inde lurcones devorantes et glutones. GLOSS.^{L} Corp. L 274 -or: freceo [*anglosax.*]): LVCIL. 79 ut -retur lardum et carnaria . . . conficeret (POMPON. Atell. 169 l. -bat lubens). VARRO Men. 136 cum psalte Pisia et cum Flora -are ac strepis (at strepis *trad.*). NON. p. 10, 27 lurcones dicti sunt a -ando.

deriv.: lurc(h)o. *cf.* collurcinatio.

lurdus, -a, -um, λορδός. [*i. q. 'lentus, tardus' vel 'stolidus': francog. vet. et med.* lort, lourd (*francog.* lourd *i. q.* '*pondere gravis*'); *prov. vet.* lort, *var. dial.; fortasse hisp., port.* lerdo. *cf. M.-L. 5176. Wartburg V 465 sqq. Corominas III 77 sqq. St.*] *i. q. claudus*: CHRON. Alex. chron. I p. 125, 288 (*enumerantur prophetae*) fuit . . . pseudopropheta Annanias -us (*ex eodem fonte Chron. pasch. Migne gr. 92, 312^{B}* Ἀνανίας ὁ λορδός). GLOSS. V 369, 21 -us: laempihalt *vel* lemphihalt (*anglosax.; sim.* GLOSS.^{L} Corp. L 296). *cf. glossas graecolatinas*: GLOSS. III 330, 35 λορδός: pandus, cloppus (*item* 529, 49). 499, 44 lordos vel lurdus: cloppus.

cf. lordico.

[lūreo, -ēre. *cf. cum* luror, luridus. *nusquam traditur nisi* -ent *in excerptorum cod. Bodl. saec. XII* Ov. met. 2, 776 *pro* livent. *ceterum vix recte coniciebatur*: PLAVT. Men. 828. CVLEX 221 (*ed. Ellis*). HOR. epod. 17, 33 (*v. Campbell in ed. ad l.*). Ov. met. 1, 239 (*proposuit Housman, Class. Papers I 162 ut*: 4, 715 SEN. Herc. f. 767).]

lūria *v.* lora. **lūrīc-** *v.* loric-.

[lūrica *falso tradi videtur pro* diuretica GLOSS. med. ed. Heiberg p. 84, 13 huius *struthii* radix amara est et lurica (lubrica *var. l.; 'h. e. οὐρητική ?' ed.; sed cf. Ps. Diosc. herb. fem. 56* [55] radix eius amara est et diuretica. *Diosc. 2, 149 p. 235, 8* diuretice). *aliter André in plagulis dubitanter coniciens* lutica (λυτική) *coll. Plin. nat. 24, 96* alvum solvit *et Diosc. 2, 163 κοιλίαν τε ὑπάγει.*]

lūridātus, -a, -um. *a* luridus. *i. q. lurore affectus, luridus (respicitur color morbo, sordibus sim. corruptus)*: TERT. adv. Marc. 4, 8 p. 437, 27 (*in imagine*) *nos, Christiani,* sumus, de quibus scriptum est (*thren. 4, 7*) 'Nazaraei exalbati sunt super nivem', qui scilicet retro -i delinquentiae maculis et nigrati ignorantiae tenebris (*cf. Vulg. thren. 4, 8* denigrata est super carbones facies eorum *sc. fame*). FAVSTIN. fid. l. 88 (= AVELL. p. 8, 17) sicut -i (ludri-, luridi-, iuridi dati *var. ll.*) corporis tabe resolutus est *Arius.*

lūridus, -a, -um. [*orig. inc.; cf.* elurescere. *Sch.*] *de origine*: ISID. orig. 10, 162 -us, quod sit pallidus, a loro dictus, quod huiusmodi habeat cutem. *scribitur in codd. rec. hic illic* lor-, *e. g.* HIER. epist. 77, 6, 2 GLOSS. V 113, 29. *compar. et superl. non leguntur; cf.* magis -um PLIN. nat. 10, 144. *?* NOT. Tir. 50, 24 (*fortasse pro* ludus, *quia inter verba a* ludere *derivata*). *legitur inde a* PLAVTO, VARRONE (*ex Sasernis?*), LVCR., HOR., *imprimis apud poetas.* [*a* luridus, *sc.* -u- *correpta et vi q. e. sordidus (cf. p. 1862, 5): it.* lordo; *prov. vet.* lur, *var. prov., vasc.; cat.* llort. *cf. M.-L. 5176. Battisti-Alessio III 2270. Wartburg V 465 sqq. St.*] [*confunditur in codd. cum* lucidus *e. g.* IVVENC. 2, 519 DRAC. laud. dei 2, 531 (*contextu haud dilucido restituitur vulgo e coni. dub.* AVIEN. Arat. 454 *Cassiepia* adstat -a maerenti *Andromedae* [adsunt lucida m. *trad.*]. *vix recte conicitur* SEN. nat. 3, 2, 2 *p. 1706, 12*), *cum* lividus IVVENC. 1, 738 HIER. epist. 58, 2, 2 SALV. gub. 5, 16.]

significat colorem fere luteum vel viridem, splendore carentem et imprimis ad insana vel corrupta pertinentem, ut saepe vergat in notionem q. e. pallidus (sed eo differt, quod raro, sc. sub IA1a tantum, affectus causa ponitur). in explicationibus infimae aetatis usurpatur notione q. e. sordidus sim. (v. l. 16 sqq., p. 1861, 78). praemonenda ad rationem, quae intercedit inter -us *et:* **1)** pallidus *sim.*: PAVL. FEST. p. 120 -i: supra modum pallidi. ISID. orig. 10, 162 -us, quod sit pallidus. GLOSS. -us: pallidus. pallore deformis (*inde* -us: deformis? *cf. etiam l. 65*). *al.; ponitur in eodem contextu vel variat cum* exsanguis Ov. met. 4, 267 APVL. met. 5, 18, 5, pallidus SEN. Med. 790 (pallens COLVM. 10, 325 LVCAN. 5, 549; *cf. l. 38. p. 1863, 52 sq.*, -us pallor *sub IB3*, pallescent *infra l. 40*). **2)** niger *sim.: occurrit iuxta* niger LYGD. 3, 38 (*de Orco ut* SIL. 13, 560; *in interpretatione* SCHOL. *l. 44*); *inter varios colores obscuros* ARNOB. (*v. infra l. 77 sq.*). GLOSS. I p. 82, 43 (*synonyma cod. Harl.*) obscura, atra, tenebrosa, -a, furba (*i.* -va). GLOSS.^{L} V Aa L 594 -a: nigra, obscura, vel facies sangui⟨no⟩lenta, polluta. *huc pertinere videntur explicationes audaciores p. 1863, 14 et* GLOSS.^{L} III Abstr. LV 26 (= I Ansil. LV 367) -um: sordidum (*cf. p. 1863, 38*). V Abba LV 17 -o: c⟨a⟩enoso; *distinguitur* atrabuntur Ps. RVFIN. *infra l. 41*; atra MARCELL. med. 30, 9. **3)** *colorem splendidum, naturalem: opponitur* color HOR. epod. 17, 22 (iuventas et verecundus c.) *et* Ov. met. 4, 267 (*item opp.* rubor, *fere syn.* exsanguis), lucidus SEN. Med. 790 (*respic. luna ut*: LVCAN. 5, 549 [*546* l.]). **4)** *colores varios: alternat cum* viridans, viridis *fortasse* CVLEX 47 *sub II* (*coniungitur* CHIRON 156), *cum* luteus Ov. *sub II* (*distinguitur* PLIN. nat. 10, 144 *sub II*), livens, lividus FIRM. math. 1 prooem. 4 (*cf. variationem l. 57 sq. nec non interpretamentum p. 1863, 3; distinguitur* PLIN. nat. 37, 170 *sub II*). *ceterum explicatur*: GLOSS. -us: ἰκτερικός, ὠχρός. ὠχροπελιός.

I *respicitur color, quo aliquid insanum, corruptum sim. describitur (accedente abl. indicantur: causa luroris* Ov. trist. 5, 7, 16 felle. HEGES. 5, 21, 3 p. 344, 8 HIER. epist. 60, 9, 2 *al.*, *pars corporis affecta* SEN. Med. 790 facie. HIER. vita Hilar. 32 ore, *genus coloris* APVL. met. 5, 18, 5 exsangui colore): **A** *mero respectu coloris conspicui*: **1** *de animantibus, partibus corporis rebusque in corpore genitis (de ipso colore l. 64); luror efficitur*: **a** *affectu (excepto* PLAVTO *sensu palloris)*: PLAVT. Capt. 595 illi maculari corpus totum maculis -is; atra bilis agitat hominem (*sc. iratum*). APVL. met. 5, 18, 5 tremens . . . et exsangui colore -a *Psyche*. HIER. in Is. 13, 7/8 p. 156^{D} -am faciem pallore circumferens. Ps. RVFIN. in Ioel 2, 4/11 p. 1043^{C} (*an ad c?*) *ut militum territorum* facies futurae mortis -o vestiantur (*postea*: non solum pallescent, sed etiam penitus atrabuntur [attrahentur *var. l., v. Bouwman, Iulian von Aeclanum 1958, 134*]). **b** *morbo, senectute, fame*: HOR. epod. 17, 22 fugit iuventas et verecundus color reliquit ossa pelle amicta -a (SCHOL. [codd. cp]: tabida, pallida [*om. c*], nigra. GLOSS. nigra. *item de effectu senectutis*: HOR. carm. 4, 13, 10 -i dentes. SCHOL. Hor. epod. 8, 9 ['mollis' *sc. venter anus*] -us et rugosus). SEN. epist. 95, 16 *ex intemperantia gulae* suffusio -ae bilis et decolor vultus ([*cf.* MARCELL. med. 30, 9 bilem -am, nonnumquam et atram]. *eundem respicit morbum* LVCR. *sub 2a*). SIL. 2, 466 -a sola tecta cute . . . ossa (*sim. de esurientibus*: HEGES. 5, 21, 3 p. 344, 8 exhausti fame et tabe -i. HIER. vita Hilar. 32 *accolae* ore -i et attenuati fame. PAVL. NOL. carm. 15, 283 -a . . . ora fame. PETR. CHRYS. serm. 104 p. 491^{B} vultus. *cf. p. 1863, 20. hucine etiam* HIER. c. Lucif. 15 -os homines et inopem provinciam *sc. Sardiniam? de ieiunantibus v. infra*). LACT. mort. pers. 33, 10 miserabili macie cutis -a longe inter ossa consederat. IVVENC. 1, 738 -a (libida *var. l.*) membra (*leprosi ut* ISID. fid. cath. 1, 16, 3. *de ipso morbo v.* IVVENC. *sub B3*). CHIRON 156 ab iocinere umor erit -us et viridis ([*Veg. mulom. 1, 38, 4* lividus et viridis et tabidus]. RVFIN. hist. 1, 8, 7 liquidus et -us [*gr. διαγές libere vertit; vix suspiceris* lucidus, *cum* -us *confirmetur et loco gemino* CASSIOD. Ios. antiq. 17, 169 *et* GLOSS.: pallidus]). HIER. epist. 58, 2, 2 -a facie vel simulare vel ostentare ieiunia (*cf.* 60, 9, 2 -a ieiuniis ora. *de esurientibus v. supra*). 77, 6, 2 *aegrotantium* -as manus. PETR. CHRYS. serm. 14, 2 tabidus fame, siti aridus, lassitudine tremens, defectu -us, quod egenus sit, intelligere quis laborat? *de ipso colore morbi vel senectutis*: ZENO 2, 11 (1, 59, 4 L.) deformis ac -us pallor (*aliter sub B3*). MARCELL. med. 22, 20 qui colorem -um habent (ENNOD. opusc. 5, 9 p. 396, 5 pestis . . . me -i coloris nube vestierat). **c** *morte* (*cf.* Ps. RVFIN. *sub a; de ipsa Morte v. p. 1863, 10*): Ov. met. 11, 654 -us, exanimi *Ceycis* similis *Morpheus*. 14, 747 -a . . . arsuro portabat membra feretro (MAR. VICTOR aleth. 3, 41 -a ne quisquam permixto sanguine turpes m. cibos faciat [*Itala gen. 9, 4, Ps. Philo antiq. 3, 11* carnem in sanguine animae non edetis]).

2 *de rebus variis*: **a** *quolibet respectu*: LVCR. 4, 307 (332) -a . . . fiunt quaecumque tuentur arquati (*quae sequuntur v. sub* luror; *cf. supra l. 47*). PLIN. nat. 18, 98 (*e Magone*) *sesamam* -o colore mucescere. STAT. silv. 4, 9, 25 (*inter dona vilia*) -ae . . . mappae. ARNOB. nat. 7, 20 *libamina* ut sint -a, fuliginem infundite cum favillis (*antea*: nigra furvique . . . coloris *nec non* nigra et fumigata taetreque . . . colorata). FVLG. myth. 1 praef. p. 6, 9 fumo -a parietibus aratra pendebant.

b *cum respectu solis vel lunae deficientis*: Ov. met. 15, 786 (*inter omina caedis Caesaris*) solis . . . tristis imago -a . . . praebebat lumina (*item de sole*: PLIN. epist. 6, 20, 18 -us . . ., qualis esse, cum deficit, solet. PRVD. apoth. 626 rota -a solis. DRAC. laud. dei 2, 531 *cum Christus moreretur*, niger axis erat, quem -a [lucida *var. l.*] palla tegebat). SEN.

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Med. 790 non . . . pleno lucida vultu . . ., sed . . . facie -a *Trivia* maesta (*item de luna*: Lvcan. 5, 549 [*546* non . . . lucida] -a pallens ora tulit [Adnot. pallido colore suffusa. Gloss. livida]).

B *praeter colorem aliquid funestum significari videtur* (*sunt qui nonnullis locis notionem q. e. '-um faciens' postulent, sed potius transferri videtur qualitas a re affecta in rem efficientem*): **1** *Orcus et quae ad inferos pertinent* (*de satana v. l. 11*): Hor. carm. 3, 4, 74 fulmine -um missos ad Orcum ([Schol. squalidum et inferno colore foedatum]. Lygd. 3, 38 [*antea*: nigram . . . paludem]). Prop. 4, 7, 2 -a . . . effugit umbra rogos. 4, 11, 8 -a porta *Orci*. Petron. 124 vers. 257 -a Mortis imago (*de eadem* Sil. 13, 560 nigrum pandens Mors -a rictum). *de satana*: Carm. c. pag. 53 -us anguis (*sed ipsum Flavianum significari putat Borkowski, 1912, ad l.*). Evagr. vita Anton. 40 -am faciem serpentis agnovi (*aliter gr.; inepte* Gloss. *ad l.*: luto sordidam. luto pollutam). **2** *venena*: Ov. met. 1, 147 -a . . . miscent aconita novercae. trist. 5, 7, 16 tela . . . vipereo -a felle. **3** *varia incorporea*: Ov. met. 4, 267 (*Clytie amore tabescit*) partem . . . coloris -us exsangues pallor convertit in herbas; est in parte rubor (*simul viget etiam notio coloris, quae sola exstat p. 1862, 65; sed certe huc pertinet* Cypr. Gall. deut. 240 p. corpora -us necabit [*Vulg. 32, 24* consumentur fame]). 14, 198 -us . . . horror. Ivvenc. 2, 519 -a (lucida *var. l.*) . . . lepra (4, 409. Greg. Tvr. Mart. 2, 60 p. 630, 14 luxoriae. 4 praef. p. 649, 19. vit. patr. 1, 4 p. 666, 20 non abhorrens -ae maculas [maculae *var. l.*] leprae. *cf. p. 1862, 56*). Salv. gub. 5, 16 -us (lividus *var. l.*) malivolentiae zelus.

II *respicitur color innatus, naturalis*: Varro rust. 1, 2, 26 (*medicamen ad depilandum corpus ex Sasernarum de agricultura libris sumptum*) ranam -am coicere in aquam *eqs.* Cvlex 47 -a . . . velabant gramina colles ('*semiusta*' *vix recte Bücheler, Kl. Schr. III 189; fortasse de herbis teneris* [*cf. 50* viridantia gramina *nec non Calp. ecl. 2, 32* Flora comas pallenti gramine pingit], *nisi corruptum*). Ov. met. 14, 791 -a . . . sulphura (*cf. 15, 351* lutea . . . s.). Colvm. 10, 325 valido pinguescit -a caule brassica. Calp. ecl. 5, 89 -a . . . galbana. Plin. nat. 10, 144 ovum volucrum bicolor, aquaticis lutei plus quam albi, id ipsum magis -um quam ceteris. 37, 170 *lapis* icterias cuti mali (mali *om. B*; mali cute *vel* aliti *cett.*) -ae similis et ideo salubris existimata contra regios morbos; est et alia eodem nomine lividior, tertia folio similis . . ., venis -is, quartum genus in eodem colore nigriore -is venis discurrentibus. Firm. math. 1 prooem. 4 *lacus Palicus*, qui semper crassitudine -a sordidus liventibus spumis obatrescit (*sublucet fortasse usus sub IB1 illustratus*). Schol. Hor. epod. 9, 28 ('lugubre . . . sagum') deposito punico sago -um sumpsit ([*cf. Porph. ad l.* lugubrem *sc. chlamidem*, id est nigram] *nisi sagum cinere sim. foedatum*).

neutr. pro subst.: Ps. Rvfin. in Ioel 2, 4/11 p. 1043^{C} *p. 1862, 40.*

deriv.: luridatus, luror. *compos.*: obluridus; *vix* exluridus *q. v.*

?lurmo *ἀχριβῶ, vix recte trad. inter verba activa primae coniugationis* Char. gramm. p. 473, 15 B.

lūror, -ōris *m.* [*iuxta* luridus *sec.* pallor: pallidus, livor: lividus *formatum. Sch.*] [*var. l.* -r *pro* livor *laudat Parrhasius* Clavd. rapt. Pros. 3, 238. *vix recte restituit Oudendorp* -e *pro* dolore Apvl. met. 8, 23, 6.]

i. q. color luridus (*cf.* Gloss. V 603, 33 -e: colore luteo): Lvcr. 4, 308 (333) lurida . . . fiunt quaecumque tuentur arquati, quia -is de corpore eorum semina multa fluunt simulacris obvia rerum (*postea*: palloribus omnia pingunt). Apvl. met. 1, 6, 1 humi sedebat *Socrates* . . . paene alius -e, ad miseram maciem deformatus (*abl. causae alibi ad* alius *accedere non videtur; ideo* -e *cum* deformatus *iungitur vol. I 1646, 8*). 8, 7, 6 iam -e et inluvie paene conlapsa membra *Charites mori volentis* lavacro, cibo denique confoveret. 9, 12, 4 *servi pistoris* -e deformes. 9, 30, 3 (*de larva*) mulier . . . -e buxeo macieque foedata.

[lurumen, *λούρουμεν* (*var. l.* -*μεμ*) *vix recte trad.* Ps. Diosc. Vind. 2, 166 p. 231, 17; *v. vol. III 1729, 28 sqq.*] *Zäch.*

lus. *nomen animalis cuiusdam quadrupedis* Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 4 canis. -s. capra. oves *eqs. orig. inc.*

lusca *v.* luscus. **luscic-** *v.* luscit-.

luscinia, -ae *f. et* luscinius, -ī *m.* [*si cum Schweizer-Sidler, Zeitschr. vergl. Sprachf. 13, 1864, 301* *luscicinia *sicut* Nachtigall *intellegas, tamen notionem crepusculi sim. e priore vocis parte vix elicias. Sch.*] *derivatur a* lux (*cf. scripturam* luci-): Isid. orig. 12, 7, 37 -a avis inde nomen sumpsit, quia cantu suo significare solet diei surgentis exortum, quasi lucinia (*cf.* Gloss.^{L} I Ansil. lv 378). Gloss. V 554, 20 (*v. p. 1691, 65 sqq.*). *a* luctus: *v. sub* lusciniola. *scribitur* luci-: Romvl. fab. 74, 1. 4. 9 rec. W Gloss. II 550, 48. V 572, 12 (lucisna) *et hic illic in var. l., e. g.* Hor., Plin. epist. (lucerinas), Avg. (luciscinia). -na *vel* -nus: Romvl. fab. 55, 1 rec. W, Exc. Bob., Idiom. gen. gramm. (*v. infra de formis*), Gloss., Not. Tir. *initio mutato* roscin(i)a: Gloss. V 339, 11. 386, 45 (*fortasse ex dissimilatione ortum, sc. praecedente* *rosciniola *ex* lusciniola [*v. p. 1864, 50*]). *formae secundae decl.* (*vox affertur inter ea* quae apud Latinos masculina, apud Graecos feminina sunt Char. gramm. p. 451, 48 B. = Idiom. gen. gramm. IV 574, 65 [-nus *var. l.*]. Exc. Bob. gramm. I 552, 11 [*adicitur*: et -a, ut Horatius dicit. *trad.* -nus . . . -na]. Gloss. II 550, 48): Phaedr. 3, 18, 2 -i. 3, 18, 11 -o (-ae *NV utrobique, sc. ex correctura Perotti*). Sen. epist. 76, 9 -i. Mart. 7, 87, 8 -o (*sed* 14, 75 -a [*seq.* Philomela]). *v. etiam* 2. luscinius. Not. Tir. 111, 20 -na. *legitur inde ab* Hor., Phaedro, Sen. epist.; lusciniola *iam apud Plautum.* [*raet. occ.* lušeña, nuschiña. *cf. M.-L. 5179. St.*]

nomen avis, ἀηδών (*v. et vol. I s. v.* acalanthis Serv. *et* Gloss.; *fusius de cantu, pretio, partu* Plin. nat. 10, 81–85): **1** *varia exempla*: Hor. sat. 2, 3, 245 par nobile fratrum, nequitia et nugis, pravorum et amore gemellum, -as soliti impenso prandere coemptas (*cibo sunt ut* Lampr. Heliog. 20, 5 comedit saepius ad imitationem Apicii . . . linguas pavonum et -arum). Plin. nat. 32, 116 *cancrorum* oculos cum carnibus -ae in pelle cervina inligatos praestare vigiliam . . . tradunt. Mart. 7, 87, 8 (*exemplum amoris monstruosi*) -o *suo* tumulum . . . Telesilla dedit. Plin. epist. 4, 2, 3 *puer* habebat -as, psittacos, merulas; omnes Regulus *pater* circa rogum trucidavit. Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 16. **2** *respicitur cantus et imitatio vocis humanae*: Phaedr. 3, 18, 2 pavo ad Iunonem venit indigne ferens, cantus -i quod sibi non tribuerit (3, 18, 11 -o melos *datum. inde* Romvl. fab. 74 rec. gall. *al., sed formis fem.*). Sen. epist. 76, 9 *homo* habet vocem, sed quanto . . . dulciorem mobilioremque -i! Petron. 68, 3 puer Alexandrinus . . . -as coepit imitari (*aliter* Max. Tavr. *infra*). Plin. nat. 10, 81 sqq. (1, 10, 43 de -is). 10, 120 -as graeco ac latino sermone dociles *eqs.* 11, 268 iisdem (*gallinaceis*) sua *vox est* maribus, aliis eadem et feminis, ut -arum generi. Mart. 14, 75 -a: flet Philomela nefas incesti Tereos *eqs.* (Porph. Hor. carm. 4, 12, 7/8 Serv. ecl. 6, 78 Schol. Hor. carm. 4, 12, 5 Hyg. fab. 45, 5. *at* Procne *nominatur* Prob. Verg. ecl. 6, 78 Schol. Hor. carm. 4, 12, 6. *cf. Varro ling. 5, 76 sub* lusciniola). Apvl. flor. 17, 16 avibus haec secretaria (*Orphei et Arionis*) . . . magis *quam hominibus* congruerint, merulis et -is et oloribus. 17, 17 -ae in solitudine arcana (Africana *trad., corr. Haupt*; aprica, opaca *alii*) canticum adulescentiae garriunt. Ambr. hex. 5, 12, 39 utinam . . . -a canat, quae dormientem de somno excitet. 5, 24, 85 -a . . ., quae pervigil custos, dum ova . . . fovet, . . . laborem cantilenae suavitate solatur (*sec. Basil. hex. p. 181^{A} ut* Evstath. *infra*). Avg. vera relig. 42, 79 (226 G.) cogitandum est, quam numerosas, quam suaves sonorum pulchritudines verberatus aer traiciat cantante -a, quas illius aviculae anima non cum liberet fabricaretur, nisi vitali motu incorporaliter haberet impressas. Macr. somn. 2, 3, 10 quid mirum, si inter homines musicae tanta dominatio est, cum aves quoque, ut -ae, ut cycni . . ., cantum veluti quadam disciplina artis exerceant. Romvl. fab. 55, 1 *et* 3 (*recc. omnes*). Evstath. Basil. hex. 8, 7, 6 *homo, quem somnus fugit, praedicare debet sapientiam creatoris*, quomodo -a vigilat ovis incubans omni tempore noctis cantilenam trahendo (*cf.* Max. Tavr. serm. 73, 5 M. imitare . . . minutissimas aves mane et vespere creatori gratias referendo; et si es devotior, imitare -am, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia pervigili cantilena decurrit). *in comparatione*: Sidon. epist. 9, 2, 2 hoc more, *quo me aliquid operum Hieronymi simile scribere iussisti, . . .* modificatis -arum querelis improborum passerum fringultientes susurros iure sociaveris.

deriv: lusciniola.

lusciniola, -ae *f.* *a* luscinia *deminutive.* *derivatur a* luctus: Varro ling. 5, 76 -a (lusciola *trad., corr. Victorius*; luscinia *ed. Augustini*) *appellata est*, quod luctuose canere existimatur atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis. [*lusciniolus: *prov. vet.* rosinhol, *fortasse etiam (sive mutuatum ex forma prov. vet.) it.* usign(u)olo, *francog.* rossignol, *cat.* rossinyol. *cf. M.-L. 5180. Battisti-Alessio V 3963 sq. Wartburg V 471 sqq. Corominas IV 87. St.*]

i. q. luscinia (*vi deminutiva vix perspicua*): Plavt. Bacch. 38 ubi me fugiet memoria, ibi tu facito ut subvenias, soror. :: pol magis metuo, ne defuerit mi in monendo oratio (*ordinem verborum restituit Leo; ut glossema versum del. Ritschl, Ussing*). :: pol ego [quoque] metuo (*ironice dictum*), -ae ne defuerit cantio (*v. Otto, Sprichw. n. 991*). Varro rust. 3, 5, 14 intra retem *ornithonis* aves sunt omnigenus, maxime cantrices, ut -ae ac merulae.

1. luscinius *v.* luscinia.

2. luscinius, -ī *m.* *a* luscus *iocose formatum sec.* 1. luscinius (luscinia). Lampr. Comm. 10, 6 -os eos, quibus . . . singulos oculos tulisset . . ., appellabat.

luscinus *v.* luscinia. **?lusciola** *v.* lusciniola.

lusciōsus, (-a, -um). [*e* luscitiosus *per syncopen q. d. haplologia impura, sc. syllabis* -ci- *et* -ti- *in sermone vulgari modo simili enuntiari incipientibus. Sch.*] [*falso traditum vid. pro* luscitiosus *p. 1865, 12 et 14.*] *i. q. μύωψ vel νυκτάλωψ* (*fere masc. pro subst.*): Varro frg. Non. p. 135, 11 vesperi non videre, quos appellant -os (*explicat* Non. p. 135, 9 -i, qui ad lucernam non vident et *μύωπες* vocantur a Graecis). Plin. nat. 23, 124 -os ex oleo inlitus *cinis fici* emendat. 28, 170 quoniam noctu quoque aeque cernant *caprae vel hirci*, sanguine hircino -os sanari putant, nyctalopas a Graecis dictos, caprae vero iocinere in vino austero decocto (*in eadem re* 29, 123 fimum . . . gallinaceorum, dumtaxat rubrum, -is inlini monstrant [*cf. Ser. Samm. 208* exacuit puros dempta caligine visus. *Marcell. med. 8, 146* aciem luminum confirmat]).

cf. nusciosus.

luscītio, -ōnis *f.* [*a* luscus, *sc. intercedente verbo* *luscire. *Sch.*] *significatur vitium oculorum, qui parum vident*: **1** *die* (*ad hanc notionem, quae adiectivis deesse videtur, cf.* nuscitiosus *et ambiguitatem vocis νυκτάλωψ*): Pavl. Fest. p. 120 -o vitium oculorum, quod clarius vesperi quam meridie cernit *homo.* **2** *lumine adhibito* (*i. nocte? cf. Non. sub* lusciosus): Vlp. dig. 21, 1, 10, 4 (*3* de myope quaesitum

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

est) sed et *νυκτάλωπα* morbosum esse constat, id est ubi homo neque matutino tempore videt neque vespertino, quod genus morbi Graeci vocant *νυκτάλωπα*. -em eam esse quidam putant, ubi homo lumine adhibito nihil videt.

deriv.: luscitiosus, *fortasse* luscitius. *cf.* nuscitio.

luscītiōsus, (-a, -um). *a* luscitio. *ad originem cf.* Isid. orig. 10, 163 *infra l. 32.* *scribitur in codice R* Fvlg. -ici- *i. q. μύωψ* (*sic* Gell., *v. infra*) *vel νυκτάλωψ* (Isid. orig. 10, 163 -us, qui vesperi nihil videt [Gloss. V 506, 56, *ubi* luscodiosus *trad. ut loco gemello* 572, 16]. Gloss. V 219, 33 -us [luscivosus *trad.*]: qui vespertino aut parum aut nihil videt): Plavt. Mil. 322 mirumst lolio victitare te . . ., quia -u's. :: (323) . . . tu quidem caecus, non -u's (lusciosus *CD. versum* 323 *afferre videtur* Varro Men. 29 [*ubi trad.* lusciosus, *id quod corrigitur metri quoque gratia*], 322 *affert auctore nominato* Fulg. serm. ant. 13 [*ubi* lusciosus, luscitius *var. ll.*]). Gell. 4, 2, 11 de myope . . ., qui -us latine appellatur, dissensum est; alii enim redhiberi omnimodo debere, alii contra, nisi id vitium morbo contractum esset (*cf. doctrinam iuris consulti sub* luscitio).

deriv.: lusciosus. *cf.* nuscitiosus.

luscitius, (-a, -um). *formatione parum perspicua coniungendum cum* luscitio *nec non* luscus, luscitiosus. *i. q. μύωψ*: Fvlg. myth. 2, 9 glaucus . . . graece -us dicitur, unde et glaucomata dicimus caecitatem. serm. ant. 13 -os (lucicios, luscivos *sim. var. ll.*) dici voluerunt in die parum videntes, quos Graeci miopes vocant (*affertur Plaut. Mil. 322, v. sub* luscitiosus).

lūsculus, -ī *m.* *a* lusus *deminutive* (*exspectes* *lusiculus). *i. q. lusus modestus*: Virg. gramm. epist. 8 p. 177, 4 (*p. 176, 18* ludos *sc. verborum* . . . philosophorum, *p. 177, 2* Galbungi ludus est) mei quoque -i ⟨lic⟩et (*Stangl, Virgiliana 95*, vel *coni. Huemer*) in cunctis tibi pareant minimi, qui plus aedificent quam noceant lectorem: '. . .'

***luscus,** -a, -um. [*orig. inc. Sch.*] *de origine*: Isid. orig. 10, 163 -us, quod lucem ex parte sciat, sicut luscitiosus, qui vesperi nihil videt. *compar. et superl. deesse testatur* Varro ling. 9, 72 *anomaliae sectatores* dicunt, cum sit simile stultus, -us et dicatur stultus, stultior, stultissimus, non dici -us, -ior, -issimus . . .; ad quae dico id eo fieri, quod natura nemo -o magis sit -us, cum stultior fieri videatur. Not. Tir. 111, 18. *legitur in prisca formula l. 57 et inde a* Plavto, Cic., Varrone. [*tam 'myops' quam 'strabo': dalm.* lwask; *it.* losco; *francog.* louche; *prov. vet.* lusc, losc, *var. francoprov., prov., vasc.; cat.* llusc; *hisp.* lusco. *cf. M.-L. 5181. Battisti-Alessio III 2271. Wagner II 48. Wartburg V 473 sq. Corominas III 151. St.*]

1 *vi originaria i. q. altero oculo privatus, uno tantum oculo praeditus* (*altero oculo conivens fortasse* Ivv. 7, 128. Gloss. *μονόφθαλμος. ἑτερόφθαλμος.* minus videns. unum oculum habens. *accedit abl. limit.* Mart. 6, 78, 2): **a** *proprie, -i sunt animantes* (*statua* Ivv. 7, 128, *animalia* Varro rust., Gloss. *sub β. pro convicio utuntur imprimis* Plavt., Mart.): *α vi vel morbo*: Plavt. Curc. 505 lenones . . . novisti, -e, lepidē (*de Curc. ut* 543 -o liberto. 546 -os libertos. *cf. 392* unocule). Trin. 465 oculum ego ecfodiam tibi, si verbum addideris.:: hercle qui dicam tamen; nam si sic non licebit, -us dixero. Cic. de orat. 2, 246 'cenabo' inquit *Appius* 'apud te' huic -o . . . C. Sextio, 'uni enim (*sc. et convivae et oculo*) locum esse video'; est hoc scurrile, et quod sine causa lacessivit et tamen id (id vi *var. l.*, id uni *coni. Friedrich*) dixit, quod in omnes -os conveniret. Varro ling. 9, 33 si quis viderit . . . -um hominem (Lact. opif. 9, 4). rust. 2, 2, 6 emptor stipulatur prisca formula sic: 'illasce oves . . . sanas recte esse, uti pecus ovillum, quod recte sanum est extra -a⟨m⟩, surdam, minam . . ., spondesne?' Lex locat. Put. (Année Epigr. 1971 n. 88) 2, 6 *libitinarius ne sit* -us neve manc(us) *eqs.* Sen. epist. 66, 25 hoc usque pervenies, ut magis diligas integrum omnibus membris et illaesum quam debilem aut -um. Pers. 1, 128 *non ille lector mihi placet,* -o qui possit dicere '-e'. 5, 186 galli et cum sistro -a sacerdos (Schol. quod omnes debiles aut deformes, cum maritos non invenerint, ad ministeria deorum se conferant; vel quod Aegyptii tam deos quam sacerdotes de monstris habeant). CIL IV 1427 Salvia felat Antiocu(m) -u(m). Mart. 2, 33, 3 cur non basio te, Philaeni? calva es . . ., rufa es . . ., -a es; haec qui basiat, o Philaeni, fellat (*cf.* Mart. *sub b. item de feminis fere conviciose*: 3, 8, 1. 3, 11, 1. 3, 39, 2. 4, 65, 2. 11, 73, 6. 12, 22, 1 quam sit -a Philaenis indecenter, vis dicam . . . tibi . . .: esset caeca decentior. 12, 70, 2 anus). 6, 78, 2 lumine uno -us Phryx erat alteroque lippus. 8, 9, 2 solvere dodrantem . . . tibi . . . volebat lippus Hylas, -us vult dare dimidium . . .; si fuerit caecus, nil tibi solvet Hylas. 8, 59, 6 *fur quidam* oculo -us utroque videt. Ivv. 7, 128 *Aemilius* statua meditatur proelia -ā (Schol. cuius oculus introrsus cedit [*an* cecidit*?*]. *vel quia alter oculus, ut telum accuratius dirigatur, clausus est?*). 10, 158 ducem *Hannibalem.* 10, 228 ambos perdidit ille *senex* oculos et -is invidet. Gaivs inst. 3, 214 si clodum puta aut -um servum occiderit *eqs.* (*inde* Inst. Iust. 4, 3, 9). Mod. dig. 50, 16, 101, 2 -us utique vitiosus est (*sc. non morbo affectus*). Itala Matth. 18, 9 (cod. d) si oculus tuus scandalizat te, erue eum . . .; bonum tibi est -um in vitam venire quam duos oculos habentem mitti in gehennam (-um *etiam cod. F* Vvlg. ['*ex* Marc. 9, 47' *Wordsworth-White*]; *ceteri codd. Vulg. vel Italae* unoculum, cum uno oculo, uno oculo, unum oculum habentem *sim.; gr. μονόφθαλμον. in eadem re* Marc. 9, 47 [cod. a *al.* = Vvlg.; *gr. ut supra, cod. d* cum uno oculo]). Serv. Aen. 8, 649 -os 'coclites' dixerunt antiqui (*inde* Isid. orig. 10, 163). *al.* *in comparatione* (*fortasse proverbialiter*): Rvt. Nam. 1, 611 *homines aerarii publici appetentes sunt sicut Harpyiae,* quae -um faciunt Argum, quae Lyncea caecum.

β natura: Ⓘ *homines fabulosi*: Amm. 23, 6, 13 Arimaspis, hominibus -is et feris (*cf. vol. II 575, 30 sqq.*). Ⓘⓘ *nomen serpentis*: Gloss. III 433, 9 (*inter reptilia*) *ἀσπίς*: -a, cae⟨ci⟩lia.

b *transfertur*: *α ad mentulam, sc. uno foramine praeditam* (*luditur cum hoc usu p. 1865, 66*): Mart. 9, 37, 10 (*ad feminam deformem*) promittis sescenta tamen; sed mentula surda est, et sit -a (surda *var. l.*) licet, te tamen illa videt. *β ad orationem lumine carentem*: Fronto p. 153, 2 v. d. H. (p. 159 N.) dicas fortasse: quid in orationibus meis novicium, quid crispulum, quid -um (*lectionem testantur Mai, Naber*; fusum *olim Mai*, coruscum *Heindorf*).

2 *vi deflexa i. q. luscitiosus sim.*: CIL IV 1780 quid faciam vobis, ocilli -i (*sic intellegit Väänänen, Lat. vulg. inscr. Pomp.³ 1966, 113 collatis linguis q. d. romanicis; 'fortasse numeri agnoscendi sunt' ed.*).

masc. pro subst. passim sub 1a, fem. l. 6.

deriv.: **2.** luscinius. *cf.* luscitio.

compos.: elusco. *v. Onom. B.*

lūsilis, -e. *a* ludere. *i. quod ludere (vel quo ludi) potest, mobilis*: Alc. Avit. epist. 87 p. 96, 28 sigilli duplicis forma gemino cardine -is inseratur *anulo*, quae . . . vicissim seu latitabunda seu publica obtutibus intuentum alterna vernantis lapilli vel electri pallentis fronte mutetur (g. c. luselis *cod.*, geminis cardinulis *ed. Sirmond.*; volubilis *coni. Peiper, sed restituit* -is *in corrigendis p. 374*).

lūsio, -ōnis *f.* *a* ludere. *genus fem. testatur* Non. p. 211, 17 (*afferuntur* Cic. fin. 5, 55 de orat. 1, 73 Varro frg. *infra citandum*). *inde a* Cic., Varrone, Stat. *nonnisi in prosa oratione.*

i. q. actio vel effectus ludendi (*cf.* Non. p. 133, 17 lusus vel -o, qui ab omnibus ludus dicitur, *appellatur a Varrone* [*afferuntur Men. 279* lusum *et* frg. *infra citandum*]. Gloss. V 643, 51 [*e* Non.] -bus: ludis. *pro synon. est* lusus *infra l. 57 sq. per gen.* -is *explicatur* ludus *infra l. 50. -o fit fere delectandi causa; exercendi causa* Stat. *et* Tert. *sub 1a*): **1** *de ludis privatis*: **a** *variis*: Cic. de orat. 1, 73 qui pila ludunt, non utuntur in (*om.* Non. p. 211, 20) ipsa -e artificio proprio palaestrae, sed indicat ipse motus, didicerintne palaestram an nesciant. Cato 58 sibi habeant . . . arma *iuvenes,* sibi equos, sibi hastas, sibi clavam et pilam, sibi venationes atque cursus; nobis senibus ex -bus (*var. l.* exclusionibus) multis talos relinquant et tesseras. Tim. 37 -es . . . deorum (*sc. stellarum*) et inter ipsos deos concursiones (flusiones *vel* fluxiones *trad.*; -es *coni. Stephanus,* flexiones *Victorius; 'an fuit* elusiones*?' Plasberg; gr. 40ᶜ χορείας δὲ τούτων αὐτῶν καὶ παραβολὰς ἀλλήλων, Chalc.* stellarum . . . choreas). Stat. silv. 4 praef.ᵉˣ· (*comparatur lusus poeticus*) et sphaeromachias spectamus et palaris -o admittit *nos spectantes.* *in imagine*: Tert. adv. Val. 6 p. 183, 7 (*l. 4 sq.* quamquam . . . distulerim congressionem *cum Valentinianis*) congressionis -em deputa, lector, ante pugnam; ostendam, sed non imprimam, vulnera (*an respiciuntur ludi publici sub 2?*). **b** *puerilibus* (*allegorice interpr.* Avg.): Cic. fin. 5, 55 -bus vel laboriosis delectantur. ad Q. fr. 3, 4, 6 ducens . . . Ciceronem meum in ludum discendi, non -is. Varro frg. Non. p. 133, 20 *et* 211, 22 (*ex libro* Logistoricorum, *qui inscribebatur* 'Catus vel de liberis educandis') ab huiuscemodi -bus radices crudelitas agere solet (*ad munera gladiatoria dubitanter rettulit Friedländer, Sittengeschichte Roms⁹ II 96, 2*). Avg. in euang. Ioh. 11, 12 l. 9 quid . . . mali fecerat Ismael puero Isaac, quia ludebat cum illo? sed illa -o illusio erat; illa -o deceptionem significabat (*explicatur gen. 21, 9 sqq. ut ibid.* l. 12 ipsam -em, ipsum lusum persecutionem vocat *apostolus* [*Gal. 4, 29. sim.* l. 28 *et* serm. 3, *sc. sermo mutilus florilegiis tantum traditus*]). **c** *de fabulis poetarum delectandi causa fictis*: Arnob. nat. 4, 32 sed poetarum, inquiunt *qui Christianis contradicunt,* figmenta sunt haec omnia (*sc. quae de diis narrantur*) et ad voluntatem (*def. Le Bonniec, Rev. Phil. 45, 1971, 34,* voluptatem *pars edd.*) compositae -es.

2 *technice de genere quodam ludorum publicorum* (*de re parum constat; cf. supra l. 53*): Fast. mag. Ost. a. inc. (*sc. aet. Hadriani*) frg. XXXVI (Inscr. Ital. xiii 1 p. 211) composit⟨a sunt ii lusio⟩nibus et munere dier(um) xxxviii gladiatoru⟨m⟩ *paria tot*; . . . vii K(alendas) Iunias ⟨Augustus p⟩r(imam) -em muneris Veneri edere coepit . . .; pr(idie) non(as) Iun(ias) -em secundam edere coep(it) (*inde suppletur ibid.* a. 107 *et* 108 p. 199. a. 113 p. 203. '*prolusiones, scilicet breves ludi muneri ipsi praemissi' intellegit Degrassi ibid. p. 228; aut singulas partes muneris aut ludorum genus ad ipsum munus accedens significari putat Hülsen, Rhein. Mus. 82, 1933, 376*). CIL II 5523 (*saec. II vel III*) edito ob honorem flaminatus munere gladiatorio et duabus -b(us) (*ludos scaenicos dubitanter intellexerat Hübner, pro venationibus accepit Bücheler, Kl. Schr. II 234, collato vocabulo q. e.* lusorium). Inscr. Année Epigr. 1962 n. 184 (*saec. III*) ob editionem -is.

lūsitātio, -ōnis *f.* *a* lusitare. *i. q. actio lusitandi*: **1** *proprie*: Ivl. Val. 1, 37 p. 47, 26 (*Darius ad Alexandrum*) pila *ad te missa monet te* . . ., quod eius congruat cum tua aetatula -o, non haec opera, quam latrocinantium ritu cum tuis similibus es adgressus (*Hist. Alex. M. I p. 40, 27 sq. Kr. τὴν δὲ σφαῖραν, ἵνα παίζῃς. de eadem re 1, 41 p. 51, 23* cum talis et crepitaculis . . ., sic enim Macedonum pueros lusitare [*gr. p. 44, 1 παίζουσι*]. *ad hunc locum rettulit dubitanter Heraeus, Kl. Schr. 131, 1* Gloss. -o: lusus brevis. lusus brevis vel deceptio).

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2 *vi aucta vel deflexa cum respectu ludibrii*: Gloss. V 506, 57 -bus: ludificationibus (*scribitur* lustitionibus *ut* 572, 15).' *addas p. 1866, 84.*

? musicus **lūsitīvē** CIL IV 4478. *graphio scriptum; lectione et interpretatione incertis; temptata sunt* insitive *vel* lusit luna.

lūsito, -āvī, -āre. *a* ludere. [*e coni.*: Laev. carm. frg. 14 -antes *pro* risitantes *Loewe, Gloss. nom. 1884, 243.*]

i. q. (frequenter) ludere (ludere *pro synon.* Gell. *et* Macr. *sub 1*): 1 *usu communi*: Plavt. Capt. 1003 quasi patriciis pueris aut monerulae aut anites aut coturnices dantur, quicum -ent, *eqs.* Gell. 18, 13, 1 Saturnalibus . . . alea quadam festiva et honesta -bamus huiuscemodi: . . . captiones, quae sophismata appellantur, mente agitabamus easque quasi talos aut tesserulas in medium vice sua quisque iaciebamus *eqs.* (*4* qui eum lusum luseramus). Apvl. met. 4, 7, 2 (*latrones ad anum coquam*) etiamne tu . . . sic nobis otiosa domi residens -bis (insitabis *F;* '*sed refictum, potest fuisse aut* in- *aut* lu-' *Robertson ad loc.*) nec nostris . . . laboribus solacium . . . tribues? quae . . . nil quicquam rei quam merum . . . ventri tuo soles . . . ingurgitare (nobis *pro dat. ethico accipiendum; sensum ludibrii intellegere sibi visus est Brandt in translatione 1958, vix recte*). Ivl. Val. 1, 41 p. 51, 23 *v. sub* lusitatio. Macr. Sat. 2, 6, 5 L. Caecilius, cum C. Caesar aliis, qui secum pila -bant, centena sestertia, illi uni quinquaginta dari iussisset, 'quid? ego' inquit 'una manu ludo?' 2 *-ant animalia*: Sveivs carm. frg. 2 *pulli* sic incedunt et [in] (*del. Bothe*) labellis morsicatim -ant. 3 *-ant poetae fabulas fingentes*: Tert. nat. 2, 13, 17 de quo *Iove* poetica . . . -vit . . . modo in pretia luxuriae eum figurando *eqs.* (*19* fabulae istae).

deriv.: lusitatio.

lūsius, -a, -um. [*conferendum cum* ludo, lusus; *formam nominis proprii videtur imitari. Sch.*] *i. q. ludens, ludo deditus sim.*: Tert. apol. 3, 3 (*loquentes inducuntur pagani*) quae mulier, quam lasciva, quam festiva; qui[s] iuvenis, quam -us (lucius *var. l.*, lascivus *dett.*), quam amasius; facti sunt Christiani.

v. Onom.

lūsor, -ōris *m.* *a* ludere (*item* Gramm. suppl. 75, 17). *cum apicibus*: CE 29, 2 (*saec. II*) lúsóribus. *notatur* lus CIL V 2787 (*vix* lus(it)). *legitur inde a* Plavto, Ov., *titulo aetatis Tiberii*, Sen. benef. [*e coni. dubia* Avian. fab. 31, 7 *pro* iusto. *vix huc pertinet* CIL IV 4238 ⟨a l⟩usoribus, *intellegas potius* uxoribus.]

i. qui ludit (*dubium, an recte in serie adiectivorum tradatur παιγνιώδης* -r Gloss. III 178, 33 *et* 250, 67; *coniciasne* lusorius *coll. p. 1868, 7?*): 1 *cum respectu ludibrii i. q. ludificator*: Plavt. Amph. 694 (*Alcumena ad Amphitruonem*) te ut deludam contra, -em meum, qui nunc primum te advenisse dicas, modo qui hinc abieris. Gloss.^{L} I Ansil. lv 390 -es: falsi testes (Gloss. V 114, 25. 603, 13). IV Ps. Plac. m 2 murgiso[n]: irrisor, -r.

2 *notione communi* (*sine contextu* Inscr. Bull. Comm. Arch. Roma 61, 1933, 117 n. 97a: -bus): **a** *quolibet modo (sc. maxime actione corporea); respicitur*: *α lusus aleae sim.* (*huc referam* Gloss. *παίκτης*): Ov. ars 1, 451 ne perdiderit, non cessat perdere -r, et revocat . . . alea saepe manus. Vlp. dig. 11, 5, 1, 2 furtum factum domi et eo tempore, quo alea ludebatur, licet -r non fuerit, qui quid eorum fecerit, impune fit. Ps. Avr. Vict. epit. 1, 21 *Augustus* studiosus aleae -r. CIL XIII 444 C. Afranio . . ., graphico doctori librario, -i latrunculorum. *in tabulis lusoriis*: Anth. 501 (*inter monosticha de ratione tabulae*) -i cupido semper gravis exitus instat. CE 341 beloci -i dicite laudes (*una est tabula, non duo, v. Ferrua, Epigraphica 10, 1948, 48 sq.*). CIL XI 6729, 1 ⟨da lus⟩ori lo⟨cu(m)⟩ (*eadem* XIV 4125, 2. *al.*). *β ars ludicra* (*fere i. q. ludius, praestigiator sim.; v. etiam* Schol. Iuv. *sub* ludia): CIL VI 4886 (*aet. Tiberii vel paulo post*) Caesaris -r, mutus argutus imitator (*sc. pantomimus*) Ti(berii) Caesaris Augusti, qui primum invenit causidicos imitari (*vocabulum q. e.* pantomimus *circumscribi putat Bücheler, Kl. Schr. III 296 sq.*). V 2787 Q. Magurius . . . lus(or) (*vix* lus(it)) epidixi-b(us) et cetaes (*interpr. Bücheler l. citato*). Cassiod. Ios. antiq. 19, 90 cella, ubi -es exerceri solent atque cantores (*gr. τοῖς ἀνταγωνισταῖς i. histrionibus, ut videtur, cf. 92 τυραννοκτονίας ἀγὼν πρόκειται. cf.* Caes. Arel. serm. 1, 12 p. 10, 27 admonere, ut nullus in . . . convivio luxuriosos cantatores, -es vel saltatores [*cod. quem adhibuit Delage in ed. sua 1971*; cantatrices *exemplar quo usus est Morin*] . . . venire permittat). *γ lusus pilae*: Sen. benef. 2, 17, 3 (*antea*: volo Chrysippi nostri uti similitudine de pilae lusu) necesse est . . . -r bonus aliter illam conlusori longo, aliter brevi mittat; eadem beneficii ratio est *eqs.* (2, 32, 1 non dicitur b. -r, nisi qui apte et expedite remisit *pilam*, quam acceperat [*coni.* exceperat]. 2, 32, 2. *similiter comparatur cum beneficii ratione*: 2, 17, 5 malignis -bus [cursoribus *codd. praeter unum*]. 2, 32, 4 desit aliquid lusui, non -i). Mart. 10, 86, 3 (*2* flagravit . . . Laurus amore pilae) qui primus erat -r (*var. l.* lusus), dum floruit aetas, nunc, postquam desit ludere, prima pila est. CE 29, 2 (*saec. II*) vitrea qui primus pila lusi decenter cum meis -bus. *δ res amatoria: ?* CIL IV 10654 b ⟨ius⟩tus -r (*cf. ibid. c*: iustus cinaedu⟨s⟩). Pass. Bonos. (BHL 1425) 10 (*praeses ad virginem*) iubeo te [cum] meretricibus tradi atque cum -bus in contubernio lupanari concludi.

b *loquendo, scribendo; respicitur poeseos genus leve* (*sc. amatorium*): Ov. trist. 3, 3, 73 (= 4, 10, 1; *poeta de se ipse*) tenerorum -r amorum (*cf. p. 1782, 53 sq.*). 5, 1, 22 (*item*) Scythici . . . in finibus Histri ille pharetrati -r Amoris abest.

deriv.: lusorius (*nisi a* ludo).

lūsōria, lūsōrium *v.* lusorius.

lūsōrius, -a, -um. *a* lusor *vel* ludere. *scribitur in codd. saepe* lusur-, losor-, lusior-, luxor-, luxur-. *legitur inde ab actis triumph. Pompei* (*v. l. 10*), Sen. *phil.*, Plin. nat., Mart. (*in titulo*), *nonnisi in prosa oratione. transit in sermonem graecum: v. infra sub 2 bγ.*

i. q. ad lusorem vel lusum pertinens (*cf.* Gloss. *παιγνιῶδες* -um): 1 *adi.*: **a** *notione communi*: *α instrumenta varia ludendi*: Sen. nat. 4, 11, 3 -a pila (Plin. nat. 7, 205). Plin. nat. 37, 13 (*ex Pompei triumphorum actis*) alveum cum tesseris -um (luxorium, iussorium *var. ll.*). Mart. 14, 17 tit. tabula -a (Schol. Iuv. 7, 73 'alveolum': t. calculatoriam, -am. Gloss. V 615, 45 abacus: . . . t. -a). Avg. conf. 8, 6, 14 mensam -am. *β arma levia sc. non graviter ferientia*: Sen. nat. 2, 44, 2 (*afferuntur Ov. met. 3, 305–307*) Iovem modo ⟨gravioribus, modo⟩ levioribus fulminibus et -is uti. epist. 117, 25 (*in imag.*) quam stultum est, cum signum pugnae acceperis, ventilare; remove ista -a arma: decretoriis opus est (*antea*: disputatiunculis inanibus). Veg. mil. 1, 15 pars iuniorum (*sc. tironum*) . . . arcubus ligneis sagittisque -is illos ipsos exercenda est semper ad palos. *γ res incorporeae variae*: Sen. epist. 80, 2 (*1* quod *spectaculum* omnes molestos ad sphaeromachian avocavit) cogito mecum, quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci; quantus ad spectaculum non fidele et -um fiat concursus, quanta sit circa artes bonas solitudo ('*simulatum*' *vix recte interpr. Carney, Mnemosyne IV 11, 1958, 343 sq., sphaeromachiam non ad pilam, sed ad caestum referens*). Plin. nat. 7, 180 pudore *obiit* Diodorus . . . -a quaestione non protinus . . . dissoluta (*Diog. Laert. 2, 111 λόγους τινὰς διαλεκτικούς, sublucet color sub b illustratus*). Tert. spect. 17 p. 19, 21 -am vel agonisticam scaenam (*postea*: tragoediae et comoediae). CIL VI 9927 artifex artis tessalari(a)e (*i. tessellariae*) -(a)e. *δ technice de genere quodam navium* (*v. 2aβ*): Amm. 17, 2, 3 *Iulianus* -is navibus discurrere flumen *Mosam* ultro citroque milites ordinavit (18, 2, 12 impositi . . . omnes *milites*, quos -ae n. . . . ceperunt, decurrere iubentur per flumen *Rhenum*).

b *accedit color vanitatis, inanitatis sim.* (*cf. etiam* Plin. *sub aγ*): Sen. benef. 5, 8, 3 *neminem beneficium sibi dare posse*; domi, quod aiunt, versura fit et velut -um nomen *in tabula rationum perscriptum* statim transit; neque enim alius, quam accipit, dat, sed unus atque idem. Ivlian. dig. 5, 1, 75 alioquin -a (illusoria *PLU*) erunt huiusmodi edicta et decreta praetorum (*cf.* 43, 8, 7 alioqui inane et -um praetoris imperium erit). Pavl. dig. 35, 3, 4 pr. iniquum erat omnimodo caveri nondum illata controversia litis, cum possint ei -ae minae fieri (*cf. p. 1774, 39*). Conc.^{S} I 5 p. 179, 32 o . . . inconsiderata sapientia, o -a disciplina aedificans simul et destruens, sicut infantes ludere in arena conspicimus (*Migne gr. 28, 1357^{B} παιζούσης*). Cassiod. var. 1, 45, 12 quotiens non sunt crediturі, quae viderint? quotiens hanc veritatem -a somnia putabunt? (*cf. p. 1780, 30 sq.*).

2 *pro subst.*: **a** *f.* lūsōria, -ae *de genere navium*: *α voluptariarum*: Sen. benef. 7, 20, 3 cui *tyranno* triremes et aeratas (ceratas *trad.*) non mitterem, -as et cubiculatas et alia ludibria regum in mari lascivientium mittam. *β ad tutelam limitis paratarum* (*usu technico fortasse inde derivando, quod navigia haec levia et fluminibus apta facile movebantur et fere in undis ludere [v. p. 1770, 40] videbantur. rem tractavit Gothofredus ad* Cod. Theod. 7, 17. *cf. supra l. 30 sqq.*): Vopisc. quatt. tyr. 15, 1 cum . . . in Rheno Romanas -as (luxorias *vel* luxurias *trad.*) Germani incendissent. Veg. mil. 2, 1 classis . . . duo genera sunt, unum liburnarum, aliud -arum. 4, 46 de -is, quae in Danubio agrarias cotidianis tutantur excubiis, reticendum puto (*cf.* Cod. Theod. 7, 17 rubr. de -is Danuvii. 7, 17, 1 pr. nonaginta recenti fabricatione contextas, decem his adiectas ex veterum reparatione -as limiti Mysiaco, centum vero decem novas . . . Scythico . . . sub hac deputari condicione sancimus, ut *eqs.* [*postea inter -as distinguuntur* iudiciariae et . . . agrarienses]. *ibid.* 1 memoratus -arum numerus. *ibid.* 2 istis, *sc. -is*, . . . ad belli aleam praeparatis . . . hae dumtaxat, quaecumque ex veteribus fuerint reformatae, transvectioni speciei annonariae secernantur). Novell. Theod. 24, 1 castrorum . . . ipsis *ducibus limitum* -arumque (luxuriarumque *var. l.*) . . . curam refectionemque mandamus (24, 5 ut tam Thracici quam Inlyrici nec non etiam Orientalis ac Pontici limitis . . . quemadmodum se militum numerus habeat c.que ac -arum cura procedat. *inde restituendum videtur locis geminis* Cod. Iust. 1, 46, 4 [luxuriarum *codd.*, clusuriarum *Krüger; cf. vol. III 1327, 50*] *et* 1, 31, 4 [clausurarum *sim. trad.*, clusurarum *Krüger*]). *? γ gr. λουσωρία v. sub bγ.*

b *n.* lūsōrium, -ī (*cf.* Gloss. II 391, 57 *sub* ludimentum): *α cum contemptu de ineptis argutiis dialecticorum*: Sen. epist. 48, 8 (*5* pudet me: in re tam seria senes ludimus. *7* o pueriles ineptias) quid mihi -a ista conponis? non est iocandi locus. *β de loco ad exhibenda spectacula apto vel de ipsis spectaculis* (*distinguitur* amphitheatrum *l. 84 sq.*): Lampr. Heliog. 25, 8 (*7* gladiatores ante convivium pugnantes sibi et pyctas frequenter exhibuit) stravit sibi triclinium in summo -o et, dum pranderet, noxios et venationes sibi exhibuit. Lact. mort. pers. 21, 5 quid -um vel delicias eius *Galerii* referam? habebat ursos *eqs.* (*6* nec umquam sine humano cruore cenabat). Schol. Iuv. 4, 99 in -o Caesaris ursos saepe quasi venator occidit. Not. urb. Const. 2, 9 prima regio . . . continet in se . . . -um *eqs.* 15, 18 theatrum, -um *eqs.* 16, 31 *urbs tota habet* theatra duo, -a ii *eqs.* (*3, 12* amphitheatrum). Salv. gub. 6, 15 de

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

omnibus dicere, amphitheatris scilicet, odlis, -is, pompis, athletis, petaminariis, pantomimis ceterisque portentis. PASS. Serap. (BHL 7586) 1, 3 praeses ... paravit -um ..., ubi solebat fieri themela (*i. thymela*). *ibid.* venit ad -um. *abiit in sermonem graecum*: INSCR. Dessau 8870 (*saec. III med.*) *ἐν τῷ λουσωρίῳ* (*vix recte ad naves lusorias refertur* INSCR. graec. Rom. Cagnet III 481). *? γ gr. λουσώριον de navigio quodam* (*neutr. contra usum sub a illustratum fortasse sec. πλοῖον coll.* EPIPHAN. ancor. 106 Migne gr. 43, 209^{C} *σὺν λουσωρίῳ πλοίῳ*): PAP. Sammelbuch VI 9563, 1, 15 (*saec. IV exeunte*) -ον *κόμητος denarium milia tot* (*inter expensa vici cuiusdam ut ibid.* 2, 13). *dubites an gen. plur. fem. -ῶν intellegendus sit* (*ut fortasse ibid. 1, 16 πολυκώπον, v. Wipszycka, Chronique d'Egypte 35, 1960, 219 ad l.*), *sed neutr. exstare videtur etiam* PAP. Oxyrh. XVI 1905, 21 (*saec. IV/V*) *λο⟨υσω⟩ριον ἡγεμόνος. rem non expediunt compendia scripturae* PAP. Oxyrh. VII 1048 (*eiusdem aet.*), 2 *λουσωρ et* 7 *λου, quae ad λουσωρία referunt editor et e. g. Preisigke, Wörterbuch s. v.*

adv. **lūsōriē.** *i. q. ludendi, sc. fallendi sive irridendi, animo*: VLP. dig. 30, 50, 1 (*spurium esse contendit Siber, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 65, 1947, 32*) si hereditatis iudex contra heredem pronuntiaverit non agentem causam vel -e agentem, nihil hoc nocebit legatariis (2 qui collusorie de hereditate litigavit). EPIST. pontif. 620 Schwartz p. 50, 23 si ... de me ista pronuntias, ... -e de me cognosceris ista iactare. *Plepelits.*

lussio, -āre. CHAR. gramm. p. 473, 15 B. (*inter verba primae coniug.*) -o *ἐπὶ φωνῆς βρέφους. vox onomatopoetica.*

lūsson *n.*, *λοῦσσον. nomen mediae partis ligni abietis*: PLIN. nat. 16, 187 in abiete -n (leuson *codd., corr. sec. Theophr. hist. plant. 3, 9, 7*) Graeci vocant *id, quod in larice 'aegida' appellant, sc. medullae proximam, durissimam partem.*

lus(s)us frater mariti GLOSS.^{L} III Abstr. LV 30 (*scrib. per* ss *ut* Corp. L 307. GLOSS. V 308, 54 [lu·/.sus *trad.*]. 506, 55. *per unam* s: GLOSS.^{L} I Ansil. LV 423 [fr. matris *trad.*]. 424; *formam def. Loewe, Prodromus 340*). *obscurum, nisi ex* 1. glos *corruptum. ad notionem cf.* levir. *B.*

? **1. lūstra** *v.* 1. lustrum. **2. lustra** *v.* 2. lustrum.

lūstrābilis, -e. *a* 1. lustrare (*sc. notione cum* illustrare *confusa; cf. p. 1870, 56*) *sec.* spectabilis. GLOSS. II 402, 14 *περίβλεπτος* spectabilis, -is (*inde, sc. voce graeca inepte explanata* [*v. quae de his glossis nominum disputavit Loewe, Prodromus 133*], 586, 54 -is: qui a multis desideratur ut rex).

lūstrāgo, -inis *f.* [*a* 1. lustrum. *Sch.*] *i. q. verbenaca* (*sc. herba ad lustrationes sim. adhibita; cf. Plin. nat. 25, 105* hac *sc. verbenaca* Iovis mensa verritur, domus purgantur lustranturque): Ps. APVL. herb. 3 l. 51 a Graecis dicitur hierobotane, alii peristereon ...; Itali verbenaca, alii gallinacia, alii -o, alii columbinam, alii militariam, alii vertipedium (*in serie simili* Ps. DIOSC. Vind. 4, 60 p. 214, 14 *λουστράγω*). GLOSS. III 567, 30 -o i. verbena.

lūstrālis, -e. *a* 1. lustrum. *abbreviatur* lustr CIL I^{2} 782 IX 5565 XIV 2628. *compar. et superl. desunt. legitur inde a* VERG., LIV., OV.; *titulo fortasse aevi Augusti* (*nisi est liberae rei publicae, v. p. 1870, 17*).

1 *respiciuntur res sacrae* (*magicae* APVL. *sub b; adhibetur vox non nisi de victimis et de actione vel instrumento lustrandi*): **a** *strictius i. q. ad lustrationem pertinens* (GLOSS. *καθαρτικός. per dat. indicatur, quo lustratio spectet, infra l. 62 [cf. etiam struct. ambiguam l. 61. 68]; indicatur ambitus* APVL., VIGIL. TRID., CLAVD.): LIV. 1, 28, 1 *Tullus pugna confecta* sacrificium -e in diem posterum parat. 40, 10, 3 sollemne -e exercitus *Macedonici* (*vix pro subst.*). OV. Pont. 3, 2, 73 spargit aqua captos (*i. e. Orestem Pylademque Dianae immolandos*) -i Graia sacerdos *Iphigenia*. GRATT. 491 -is de more sacri, quo ... iuventus lustratur (SEN. Tro. 634 -e [lustrare *var. l.*] quoniam debitum muris puer *Astyanax* sacrum antecessit *morte*). SEN. Ag. 163 (*verba Clytaemestrae*) -e classi Doricae peperi caput. LVCAN. 6, 786 vidi Decios ..., -es bellis animas (ADNOT. '-es': gloriosas, inlustres; hoc est per quorum mortem sit lustratus exercitus; vel '-es' devotas). PERS. 2, 33 avia aut ... matertera ... frontem ... atque uda labella *pueri* infami digito et -bus ante salivis expiat, urentis oculos inhibere perita (SCHOL. '-bus': purgatoriis liberantibus puerum ex omni malo et ex omni ... fascina [*i. -no*]). VAL. FL. 3, 414 vota. STAT. Theb. 10, 793 (*loquitur Eurydice mater*) -emne feris ego te, puer inclite (*i. Menoeceu*), Thebis devotumque caput ... alebam? (*cf. 10, 799* nos saeva piacula bello demus). APVL. met. 3, 2, 5 in modum eorum, quibus (qui *dett.*) -bus piamentis minas portentorum ⌊hostiis⌋ (*del. Leo*; qui ... hostiae circumforaneae *Robertson dubitanter*) circumforaneis expiant, circumductus. CIL IX 5565, 7 (*fort. saec. III exeunte, v. Hübner, Exempla scripturae 910*) patronus paganis pagi Tolentines(is) hostias lustr(ales) et tesser(as) aer(eas) ... d(ono) d(edit) ([*sic solvit fere post alios Domaszewski, Abh. zur röm. Rel. 152*; h. lustratas *intellegunt Mommsen CIL IX p. 809b, Dessau in indice p. 558b*; h. lustrate, *v. Hübner l. c.*]. HIER. epist. 72, 2, 3 -bus h. ... portentuosas suboles ... expiatas. *cf. p. 1870, 11*). VIGIL. TRID. ad Ioh. 3 p. 553^{C} cum -e malum circa fines agrorum cuperent ducere scena ferali (*cf. p. 1882, 2*). CLAVD. 28, 324 -em ... rite facem, cui lumen odorum sulphure caeruleo nigroque bitumine fumat, circum membra rotat doctus purganda sacerdos rore pio spargens. **b** *laxius i. q. ad quodlibet sacrificium pertinens* (*respectu lustrationis fere neglecto vel non perspicuo; hucine* GLOSS. -is: *τέλειος?*): VERG. Aen. 8, 183 vescitur Aeneas ... tergo ́bovis *Herculi immolati* et -bus extis ([*cf.* SERV. '-bus': aut pinguibus, moris enim fuerat completo lustro pingues victimas offerre censores, aut certe de quinquennali bove; *affert Hom. H 315 βοῦν ... πενταέτηρον*. SERV. auct.: aut quia per quinquennium ... urbs lustrari solebat; alii proprie '-ia' dicunt quae duabus manibus accepta in aram pontifex vel censor imponit: quae non prosecantur]. STAT. Theb. 1, 507 -ia ... e. ... edet Vulcanius ignis [SCHOL. '-ia' ... pecora sunt, quae per quinquennale tempus devota sacrificiis nutriuntur et ideo pinguia]). APVL. apol. 47, 7 an adiutorio *in sacro magico* multitudo eorum *servorum* necessaria fuit, qui ... hostias -is tenerent? PRVD. c. Symm. 2, 1107 *Consualibus* subter humum -es ... in flammam iugulant pecudes *virgines Vestales.*

2 *respicitur tempus, sc. i. q. ad lustrum pertinens* (GLOSS. -is: *πενταετηρικός*. -e: *πενταετηρικόν*. quinquennale): **a** *significantur ea, quae fiunt lustro completo* (*sc. quinquennio vel intervallis quantislibet, sed plus minusve aequis*): *α administratio muneris publici*: CIL I^{2} 782 (*titulum aevo Augusti tribuunt viri docti infra citandi*) aed(ilis) lustr(alis) mon(itoris) sacr(orum) (*Tusculi ut* XIV 2628. *a. quinquennalem confert Leuze, Hermes 49, 1914, 110 sqq., cui adstipulatur Wissowa, ibid. 50, 1915, 16 sqq.; sacerdotem intellegit post alios Rosenberg, ibid. 49, 1914, 253 sqq. [item vol. I 933, 6], ut ad 1a spectet, sed v. p. 1869, 51 sq*). VLP. reg. 1, 8 censu manumittebantur olim qui -i censu Romae iussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur. *β ludi* (*vel sexto vel quinto vel tertio quoque anno facti*): TAC. ann. 16, 4, 1 senatus, propinquo iam -i certamine, ... offert imperatori victoriam cantus ([*cf. 16, 2, 2* quinquennale ludicrum secundo lustro celebra⟨ba⟩tur]. SCHOL. Stat. Theb. 4, 59 cui *Melicertae* humato institutum fertur -e [lustrare, lustrate *var. ll.*] c., quod Isthmicum vocant. AMBR. in psalm. 43, 1, 1 quaeritur ... in his, qui -e [lustrare *var. l.*] c. hoc subeunt, ... disciplina vivendi). AVSON. 386 tit. p. 103 P. de -bus agonibus (*sc. Olympiis, Pythiis, Isthmiis, Nemeis*). EPIST. impp. de Asia (Bruns, fontes^{7} p. 272) II 4 quod divisis officiis *ludorum faciendorum* per quattuor civitates ... -is cernitur edi⟨tio⟩ constituta (*gr. τὴν τῆς πενταετηρίδος ἔκδοσιν. cf. ibid. l. 5 sq.* cum servatis vicibus qu⟨in⟩to anno civitas praebeat editorem). SYMM. epist. 2, 47 peracta -i sollemnitate (*respiciuntur decennalia Valentiniani, v. Seeck in editione p. CXXI*). EVSTATH. Basil. hex. 6, 1, 1 athleticorum certaminum spectatores oportet dimicantium valitudinis esse consortes, quod ab editoribus ludorum -ium facile probabitur (*gr. τοῦτο ἐκ τῶν πανηγυρικῶν θεσμῶν ἄν τις κατίδοι*). *γ exactio collationis cuiusdam* (*non semper iisdem intervallis facta, v. Seeck, RE IV 371, 28 sqq.; cave addas inscriptionem falsam Zamosii* CIL III 39*): COD. Theod. 1, 5, 14 de -is auri argentive conlatione (13, 1, 11 etsi omnes mercatores spectat -is a. depensio *eqs.* 13, 1, 17. 13, 1, 20. 13, 1, 21. COD. Iust. 11, 1 rubr. de tollenda -is a. collatione). 13, 1 rubr. de -i conlatione. 13, 1, 18 omnes negotiatores -em conferre convenit pensionem. NOVELL. Theod. 18 pr. sub cuiusdam -is praestationis obtentu.

b *significantur ea, quae per lustrum (sc. per quinquennium) extenduntur*: PANEG. 2, 24, 2 illud -e iustitium (*sc. imperium quinquennale Maximi usurpatoris*). MART. CAP. 1, 2 respersum capillis albicantibus verticem incrementisque -bus decuriatum (*i. q. L annos natum, v. vol. V 1, 224, 50*). COD. Theod. 4, 15 (16), 1 quibus ... -is aderit absque interpellatione possessio (*antea*: quinquennii possessor). 8, 5, 36 mancipibus supra -e tempus cura non immineat mancipatus (*postea*: quinquennio devoluto). 14, 4, 9 post expletas -is sollicitudinis metas (*antea*: qui per quinquennium custodiam Portuensium suscipiat conditorum).

3 *per confusionem cum* illustris *factam inepte i. q. gloriosus*: ADNOT. Lucan. 6, 786 *p. 1869, 63* (*cf.* lustrabilis).

masc. pro subst. de officiali quodam familiae Augustae: CIL VI 8884 Primigenio -i Aug⟨ustorum⟩ (*de re parum constat; inter ministros sacrorum adferi Orelli* n. 2452).

v. Onom.

lūstrāmen, -inis *n.* *a* 1. lustrare. *i. q. res (vel actio?), qua quis (quid) lustratur, expiatur sim.*: VAL. FL. 3, 409 (*Mopsus loquitur*) ille *Celaeneus* mihi quae danda forent -a caesis prodidit. 3, 442 *hostiae parte prosecta* ter tristia tangens arma simul vestesque virum (*sc. Argonautarum*) -a ponto pone iacit *Mopsus* (*cf. Hom. A 314 εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον*).

1. lūstrāmentum, -ī *n.* *a* 1. lustrare. **1** *i. q. actio lustrandi* (GLOSS. -um: purgatio): MARCIAN. dig. 48, 8, 3, 3 ut pigmentarii, si cui temere cicutam, salamandram ... mandragoram et id, quod -i causa dederit cantharidas, poena teneantur huius legis (*sc. veneficiorum. syntaxis quodam modo turbata est*; mandragoram, praeterquam -i causa, cantharidas dederint *coni. Mommsen dubitanter. ritus quidam magicus respici videtur. vix recte a* 2. lustror *derivant lexicographi nonnulli medicamentum amatorium vel actionem scortandi sim. intellegentes*). **2** *i. q. res lustrando inquinata, sordes* (*cf.* purgamentum *sim. et fortasse l. 66. p. 1874, 76 nec non* GLOSS. -um: faetor, putor, oletum, faetulentia [*ex Osberno*]): ITALA I Cor. 4, 13 (Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 7, 5) maledicimur ..., blasphemamur ..., tamquam -a huius mundi facti sumus, omnium -a usque adhuc (*gr. ὡς περικαθάρματα ..., πάντων περίψημα, aliae vers. et Vulg. et var. l. Ambr.* purgamenta ..., omnium peripsima; *respicit hunc locum Hil. in psalm. 149, 4* purgamenta mundi ..., abortiva gentium. *cf. explicationem Pelag. ad l.* omnium humillimi atque subiecti [*affertur prov. 29, 27* iustus immundus est apud malos].

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

huc fortasse pertinet GLOSS. II 402, 53 *περικάθαρμα*: purgamentum, -um). *dubitanter huc traximus*: FVLG. aet. mund. p. 161, 3 Nabuchodonosor . . . deturpatum templum depraedat, sacrum altare commaculat, arcam quoque foederum verendarum tabularum lege sacratam pagano -o profanat, vasa quoque aurea . . . facta sunt merulento barbarorum potu polluta (*vix recte actionem obtuendi [cf. p. 1878, 42] intellexit Helm, Philologus 56, 1897, 273*).

? **2. lustrāmentum,** -ī *n., v. p. 1870, 70 et 74.*

lūstrātio, -ōnis *f.* *a* 1. lustrare. *de origine*: PAVL. FEST. p. 120 lues . . . tractum a Graeco *λύειν*; hinc dictum . . . -o, qua quid solvitur ac liberatur. *legitur inde a* CIC., LIV. [*confunditur in codd. passim cum* inl-. *compendio dubio*: CIL XI 1947 tessera pagana; . . . donavit paco Paetiniano, fundo C. Terenti Iunioris ⌊L. P. servitor⌋ (*pro compendio nominis dubitanter accipiunt editores in indice p. 1444; 'non intellego' Dessau,* n. 6120; l(ustratione) p(agi) servito. r(edde) *sc. tesseram Domaszewski, Abh. zur röm. Rel. 152*). *non huc pertinet* CIL V 808, *v. p. 1883, 42 sqq.*]

i. q. actio lustrandi (*cum gen. obi.* CIC. Phil. *sub a,* PAVL. FEST. CLAVD. DON. CIL VI 821 *sub b*): **a** *extra res sacras pertinet ad circumitionem, peragrationem sim.*: CIC. Phil. 2, 57 quae fuit eius (*Antonii*) peragratio itinerum, -o municipiorum! Tusc. 5, 79 quid? bestiae . . . non montivagos atque silvestris cursus -esque patiuntur? nat. deor. 1, 87 sol . . . cursus annuos conficit; huius hanc -em (inl- *codd. optimi*) eiusdem incensa radiis menstruo spatio luna complet. **b** *in rebus sacris pertinet ad expiationem* (GLOSS. *καθαρμός. cf.* II 216, 43 *ἁγνισμός*: -o, purificatio. 334, 41 *καθαρμός*: purgatio, lustrum, haec -o, purificatio. III 239, 11 *ὁ καθαρμός*: -o, expiatio. *respectus circumeundi maxime elucet apud* SERV., CASSIOD. *confirmaturque, si recte huc traximus* GLOSS. I p. 306 -es i. circumlationes [*Ehlers in plagulis coll.* SERV. *infra*; circumdationes *trad.*]): LIV. 40, 6, 5 -is sacro peracto (*respicitur Macedonum -o exercitus ut* 40, 9, 10 in -e. 40, 13, 2 post -em. *ibid.* -um die). PAVL. FEST. p. 120 *lustrum* significat nunc tempus quinquennale, nunc populi -em. COLVM. 2, 21, 5 -um ceterorumque sacrificiorum, quae pro frugibus fiunt, morem priscis usurpatum. ITALA num. 31, 23 (Lugd., Monac.) omne vas . . . mundabitur et aqua -is lustrabitur ([*gr. τῷ ὕδατι τοῦ ἁγνισμοῦ ἁγνισθήσεται, Vulg.* a. expiationis sanctificabitur]. VVLG. num. 8, 7 *Levitae* aspergantur a. -is [*Lugd.* aquam purificationis]. 19, 20 non est a. -is aspersus [*Lugd.* a. sparsionis]). IVST. 13, 4, 7 Perdicca . . . -em castrorum propter mortem regis in posterum edicit. SERV. Aen. 6, 229 ('ter socios pura circumtulit unda') quia hoc ratio exigit -is. *ibid.* 'circumtulit': purgavit, . . . nam -o a circumlatione dicta est vel taedae vel sulphuris. CLAVD. DON. Aen. 6, 230 p. 540, 3 haec fuit -o omnis et expiatio, hominum scilicet et domorum (*antea*: expiationem . . . purgationemque). MACR. Sat. 1, 13, 3 *Numa* secundum *mensem* dicavit Februo deo, qui -um potens creditur. FERIAL. Capuan. (Inscr. Ital. XIII 2 p. 283) Mai. 1 -o ad ⟨f⟩lumen Casilino (*-em segetum intellegunt viri docti coll. p. 1872, 68*). Iul. 25 -o ad flumen ad iter Dianae (*pertinetne ad ferias ob messem confectam celebratas, an ad agros lustrandos? v. edit. ad l.*). CASSIOD. hist. 6, 28, 4 pagani atque Iudaei incantationibus et -bus apud eum *daemonio vexatum* usi (*Sozom. 5, 15, 15 ἐπῳδαῖς καὶ περιεργίαις τισί*). CIL VI 766 Statae Matri Aug(ustae) sacrum mag(istri) reg(ionis) VIII vico Minervi; . . . dedicata est XVII k(alen-dis) Sep(tembribus) -e (*cf.* 821 vici censori(i) -o erit idibus Septembr(ibus)).

lūstrātor, -ōris *m.* *a* 1. lustrare. *i. qui lustrat*: **1** *cum respectu purgandi, expiandi*: APVL. apol. 22, 10 Hercules -r orbis, purgator ferarum, gentium domitor, is tamen deus, cum terras peragraret *eqs.* (*sunt qui ad 2 referant, sed cf. flor. 22, 3* Herculem . . . monstra illa . . . subegisse orbemque terrae purgasse). SCHOL. Iuv. 6, 542 cum Gallus sacerdos ac -r abscesserit, Iudaea venit mulier. CIL III 1747 (*Epidauri, in ara*) -es (*verba praecedentia perierunt; postea nominantur quidam II viri*). **2** *cum respectu peragrandi* (*vix huc* APVL. *supra*): GLOSS. II 403, 36 *περιοδευτής*: circitor, -r (*respicitur-ne officium publicum vel ecclesiasticum [cf. vol. III 1100, 84 sqq. et Lampe, Greek Patr. Lex. s. v. π.]? sed in capite de rusticatione affertur* [*ex glossario modo citato?*] III 260, 55 *π.*: -r).

[de **lūstrātū** *legebatur olim* CIL XIII 5936 (*'litteris non bonis' editor*); *Ricci lapide denuo inspecto legit* delustrav⟨erit⟩, *v. ibid. partis quartae p. 77.*]

lūstricus, (-a, -um). *a* 1. lustrum (*cf.* PAVL. FEST. *et* MACR. *infra*). *i. q. ad lustrationem pertinens* (*non coniungitur nisi cum subst.* dies; *ad rem v. explicationes infra et Boehm, RE XIII 2037*): PAVL. FEST. p. 120 -i dies infantium appellantur, puellarum octavus, puerorum nonus, quia his lustrantur atque eis nomina imponuntur (*sim. explicat* MACR. Sat. 1, 16, 36 est . . . Nundina Romanorum dea a nono die nascentium nuncupata, qui -us dicitur; est autem dies -us [-us dies *var. l.*], quo infantes lustrantur et nomen accipiunt; sed is maribus nonus, octavus est feminis. *cf. Tert. idol. 16 p. 49, 18* officia . . . privatarum . . . sollemnitatum . . ., ut nominalium). SVET. Nero 6, 2 futurae infelicitatis signum evidens die -o extitit. ARNOB. nat. 3, 4 desideramus audire, a vobisne inposita habeant haec nomina *dii*, quibus eos vocatis, an ipsi haec sibi diebus imposuerint -is (lubidriis *trad.*).

lūstrificus, (-a, -um). *a* 1. lustrum *et* facere. *i. q. lustrans, expians*: VAL. FL. 3, 448 (*post caedem Cyzicenorum lustrantur Argonautae*) *Mopsus* ita -o cantu vocat: 'ite *eqs.*'

lūstris, -e. *vox ficta, retrograde ab* illustris *formata.* VIRG. gramm. epit. 5 p. 33, 5 (*agitur de compositione nominum*) cum dicis impius, peior pio est, cum autem dicis impiger et inlustris, melior est pigro et clarior -i, hoc est ignobili.

lustrivagus, -a, -um. *a* 2. lustrum *et* vagari. *i. qui per lustra (sc. dumeta) vagatur*: ANTH. 682, 1 (*Ovidio tributum; enumerari videntur epitheta Panis*) rustice -e capripes cornute bimembris *eqs.*

1. ˣlūstro, -āvī, -ātum, -āre (*depon.* lūstror *v. l. 12*). [*a* 1. lustrum, *q. v. Sch.*] *scribitur*: luxtras CE 2100, 25 (= CIL XIII 2397 *saec. VI med.; lapis periit*; lustras *exhibent schedae Chiffleti fortasse e coniectura; cf. primam manum cod. Q* STAT. Theb. 5, 547 luxtrat). *formae verbi depon. occurrunt hae*: LIV. ANDR. trag. 6 -atur. POTAM. subst. 28 Migne suppl. 1, 214 -antur. *cf. var. lect. cod. D* GRATT. 151 -amur (-amus *cett.*). *non huc pertinet* CONC.S II 2, 1 p. 43, 5 (*v. p. 1878, 29*). *formae perf. stirpis brevioris leguntur* -asti: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 14 PLIN. paneg. 15, 1, -asse: CIC. Tusc. 4, 44 LVCAN. 2, 171 PLIN. nat. 8, 161 VAL. FL. 3, 682. HIER. epist. 53, 1, 2 (-are *var. l.*), -asset *sim.*: PETRON. 137, 10 PLIN. paneg. 13, 3 CYPR. GALL. gen. 637 (-avisti, -avisse *sim. desunt*); *ceterum* -aris *sim.*: CIC. off. 1, 57 (-veris *Non. p. 336, 2*). MANIL. 1, 514 ([-arat, -ret, -ari *var. ll.*]. -veris *sim.*: SEN. benef. 7, 3, 3 PLIN. nat. 8, 106 IVV. 6, 518. *al.*), -arat: OV. fast. 4, 480 (-vera(n)t: OV. met. 6, 571. STAT. Theb. 8, 9 [-arat *N metro invito*]. TAC. hist. 4, 3, 3 ANTH. 402, 1 *al.*), -arunt: LVCAN. 8, 437 VAL. FL. 4, 248. CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 48 ([-vit *var. l.*]. -vere: VERG. Aen. 5, 578. 11, 190 PLIN. nat. 2, 168 AVIEN. orb. terr. 1065, -verunt: LIV. 39, 22, 4. 41, 18, 7 CLAVD. DON. Aen. 11, 190 p. 434, 30). *de notione egit fusius* NON. p. 335, 16 sqq. -are, expiare (*affert* VERG. ecl. 5, 75 *infra l. 65*, LVCIL. 65 *p. 1873, 38*); -are, circumspicere (*Verg. Aen. 3, 651* conlustrans, *Cic. Tusc. 5, 65* conlustrarem); -are est circumire (VERG. Aen. 8, 231 *p. 1875, 47*, LIV. ANDR. trag. 6 *p. 1875, 21*); -are, sequi (VERG. ecl. 2, 12 *p. 1876, 40*); -are, patefacere (CIC. Catil. 1, 6 -antur, *ubi habent codd. Cic. recte* inl-; VERG. Aen. 4, 6 *p. 1877, 83*); lustrari dicimus et scortari: a lustris (*Plaut. Pseud. 1107 Lucil. 1034*); -are, perspicere, agnoscere (VERG. Aen. 8, 153 *p. 1878, 48*, CIC. off. 1, 57 *p. 1879, 4*). *ceteras interpretationes infra digessimus. legitur inde a* LIV. ANDR. (*v. p. 1875, 21*), CATONE, LVCIL., VARRONE, CIC., CATVLLO, LVCR. [*confunditur in codd. cum compositis* in- CIC. Marcell. 5 PAVL. FEST. p. 120. *et saepe*, per- CHROMAT. serm. 16, 1 L. (*bis*), *ceterum e. g. cum* purgatur PS. DOSITH. frg. iur. 17, *cum* intravimus VVLG. num. 13, 33. *falso tradi videtur* VARIVS carm. frg. 4, 3 *pro* latrans (*Ulitius; alia coniecit Bährens*). *e coni. dub. pro* rogitant *perperam iterato restituit Thilo* VAL. FL. 5, 467 (*alii alia*). *dub. interpr.*: POTAM. subst. 7 Migne suppl. 1, 204 passio Christi, quae in confinio noctis et luminis magno sacrificio -batur. CARM. c. pag. 29 totum qui . . . urbem -vit (*trad.; vulgo legitur vel* totam *vel* orbem).]

I *in rebus sacris vel magicis* (*inde transfertur ad varios ritus sub B*): **A** *strictius et fere technice respiciuntur hominum (vel deorum) ritus sollemnes, qui fiunt vel purgandi causa vel ad mala prohibenda* (*ad rem v. e. g. Boehm, RE XIII 2029 sqq.; instrumentum -andi indicatur per abl.* VARRO rust. 2, 1, 10 TIB. 1, 2, 63 OV. met. 4, 480 *al.*, in *cum abl.* ITALA deut. 18, 10 (Ps. Aug. spec. 55, *sim.* VVLG.). VVLG. II par. 28, 3, ex ANON. de taxone l. 67 rec. *α* l. 85 rec. *β*, *ponitur pro subiecto p. 1873, 30. 1874, 11. 58*): **1** *vi plena i. q. expiando circumire, ambire* (*cf. p. 1873, 39 nec non* DIFF. ed. Beck p. 68, 21 inter -are et circuire: -are ustilando, aut alicuius generis sacrificio ad piaculum faciendo; circuit qui tantum in circuitu vadit. GLOSS. -at: *περιέρχεται, περικαθαίρει*. -are: circuire, peragere [*i.* peragrare *? sed v. p. 1879, 13*] vel expiare. *absolute, sc. fere i. q. lustrationem facere*, PS. ASCON. *p. 1873, 29 et fortasse* CATO *l. 63. attulimus exempla certiora procul dubio ad ambitum pertinentia, cetera v. sub 2*): CATO agr. 141, 1 agrum -are sic oportet: . . . 'mando tibi, Mani, uti illace suovitaurilia fundum a. terramque meam, quota ex parte . . . circumagi . . . censeas, uti cures -are' (*nisi absolute, sed certe accedit obi.*: 141, 3 fundi terrae agrique mei -andi lustrique faciendi ergo. capp. 150. VERG. ecl. 5, 75 cum -bimus a. [NON. p. 335, 16 -are, expiare. SERV. auct. -are hic circuire: dicit enim ambarvale sacrificium. MACR. Sat. 3, 5, 7 circumire]. TIB. 2, 1, 1 fruges -amus et a. *huc addiderimus* MENOL. Colot. Mai. [Inscr. Ital. XIII 2 p. 288] segetes -antur [Vall. *ibid.* p. 295]). VARRO ling. 6, 34 *mense Februario* februatur populus, id est Lupercis nudis -atur antiquum oppidum Palatinum gregibus humanis cinctum (*in eodem veriloquio* PAVL. FEST. *l. 82 et* OV. fast. 2, 32 mensis *Februarius* ab his *februis* dictus, secta quia pelle Luperci omne solum -ant idque piamen habent. CENS. 22, 15 Roma -tur. MACR. Sat. 1, 13, 3 civitatem. POL. SILV. fast. Febr. praef. Romae moenia -bantur). 6, 93 censor . . . potest *exercitum urbanum convocare*, quod censor[em] exercitum centuriato constituit quinquennalem, cum -re[t] et in urbem ad vexillum ducere debet (CIC. Phil. 12, 8 div. 1, 77. 1, 102 *v. infra.* Att. 5, 20, 2 fam. 15, 4, 3 HIRT. Gall. 8, 52, 1 BELL. Afr. 75, 1 Alex. 56, 5. LIV. 1, 44, 2 *Servius* instructum e. omnem suovetaurilibus -vit. *al., cf. etiam p. 1873, 61*). rust. 2, 1, 10 populus Romanus cum -atur (*corr. vulgo*, -retur *cod.*) suovitaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus (CIC. div. 1, 102 *v. infra.* PAVL. FEST. p. 85 quod . . . p. februaretur, id est -retur ac purgaretur [*cf.* VARRO ling. 6, 34 *supra*]. SERV. auct. Aen. 3, 279 -to . . . p. dii placantur). CIC. div. 1, 102 in -anda colonia ab eo qui eam deduceret

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et cum imperator exercitum, censor populum -aret, bonis nominibus qui hostias ducerent eligebantur. VERG. Aen. 6, 231 *Corynaeus* ter socios pura circumtulit unda . . . -vitque viros dixitque novissima verba. 11, 190 ter circum accensos . . . decurrere rogos, ter maestum funeris ignem -vere in equis (CLAVD. DON. *ad l.* p. 434, 30 funereorum more sacrorum). OV. met. 13, 610 (*aves parentant Memnoni mortuo*) ter . . . rogum -ant (VAL. FL. 3, 312 socios -ate rogos. STAT. Theb. 6, 215 -ant . . . ex more sinistro orbe r. QVINT. decl. 329 p. 296, 1 populus -et atque ambiat r. CLAVD. DON. Aen. 11, 190 p. 434, 30. *sim.* SIL. 2, 266 Nomadum . . . cohors . . . rapto cineres *Asbytes* ter circum corpore *Theronis* -at). fast. 1, 669 *semente peracta* pagum -ate, coloni (SIC. FLACC. grom. p. 129, 15 *quatenus territoria sint*, intellegi potest vel ex hoc, magistri pagorum quod pagos -are soliti sunt, uti trahamus [*sc. fines pagi?* intueamur *Lachmann*] quatenus -rent. CIL IX 1618 paganis annuos *denarios tot* . . . dari iusserunt ea condicione, ut non(is) Iun(iis) p. -ent). LIV. 36, 42, 2 C. Livius . . . -ta classe . . . altum petit (*ad rem cf. Appian. civ. 5, 401* οἱ . . . ἱερουργοὶ . . . τρὶς· ἐπὶ σκαφῶν περιφέρουσιν ἀνὰ τὸν στόλον τὰ καθάρσια *κτλ.*). FEST. p. 210 cum fundus -atur (*addas* CATONEM agr. 141, 1. 3; *v. supra*). COLVM. 10, 363 *mulier quae in menstruis est* ter circum areolas et saepem ducitur horti; quem cum -vit gradiens, *moriuntur animalia noxia*. CALP. ecl. 5, 28 hostia cultros imbuat: hac etiam, dum vivit, ovilia -a (7, 11. 7, 15). SIL. 14, 626 armat Marcellus pubem, -tis rite maniplis. TAC. hist. 4, 53, 3 praetor praeeunte . . . pontifice -ta[s] suovetaurilibus area *Capitolii* et super caespitem redditis extis . . . deos precatus, uti *eqs.* PS. DOSITH. frg. iur. 17 est . . . lustrum quinquennale tempus, quo Roma -atur ([purgatur *var. l.*, *gr.* GLOSS. III 107, 21 καθαίρεται]. *item respicitur lustrum a censore conditum* [*aliter p. 1872, 73 sq.*]: ISID. nat. 6, 6. *cf. p. 1872, 76. 79. 80 sq. nec non* PS. ASCON. div. in Caec. p. 189, 21 *censores* completo quinquennio -bant et solitaurilia . . . faciebant). *-are dicuntur ipsa lora, quibus instructi Luperci vias percurrunt*: OV. fast. 5, 102 cum -ant celebres vellera secta vias (*cf.* 2, 32 *p. 1872, 72*).

2 *vi circumeundi parum certa vel prorsus evanida i. q. expiare* (*quae vis proleptice augetur accedente adi.* purus *p. 1874, 21; synon. sunt* expiare, piare, purgare; *asyndeton trimembre v. p. 1874, 51*): **a** *-antur animantes* (*item corpus vel membra; reflexive* IVV. 6, 518 CLAVD. DON. Aen. 6, 635 p. 591, 16; *mediopassive adhiberi videtur e. g. l. 41. 45. 78 et p. 1874, 6; accedit dat. divinitatis, cui fit lustratio l. 45*): LVCIL. 65 -tus, piatus (NON. p. 335, 16 -are, expiare. *fortasse ad 1 coll. Lucil. 64* sum circumlatus [NON. p. 261, 29 circumferre est proprie -are]). VERG. Aen. 3, 279 -amur . . . Iovi votisque incendimus aras *sc. propter Harpyias offensas* (SERV. aut '-amur', id est purgamur, ut Iovi sacra faciamus aut certe '-amur Iovi', id est expiamur. SERV. auct. hoc est enim 'diis -ari', offensa eorum liberari. *inter* exempla elocutionum *affert* ARVS. gramm. VII 490, 20. *item accedit dat. p. 1875, 4 et* GRATT. 492 iuventus -aturque deae proque anno reddit honorem). TIB. 1, 1, 35 hic ego pastoremque meum -are quotannis et placidam soleo spargere lacte Palem. 1, 2, 63 *saga* se dixit amores cantibus . . . solvere posse meos, et me -vit taedis. 1, 5, 11 *aegrotam* te (ter *Itali*) circum -vi sulphure puro (*an ad c? minus probabiliter verbum compositum intellegas, ut vol. III 1155, 60. 65*). OV. met. 4, 480 *e Styge* redit Iuno, quam . . . roratis -vit aquis Thaumantias Iris. 7, 261 *Medea* ter . . . senem *Aesonem* flamma, ter aqua, ter sulphure -at. 10, 398 seu furor est, habeo, quae carmine sanet et herbis; sive aliquis nocuit, magico -bere ritu. 13, 951 (*verba Glauci*) ego -or ab illis (*diis maris*) et purgante nefas noviens mihi carmine dicto pectora fluminibus iubeor supponere centum. 14, 605 (*603* quidquid in Aenea fuerat mortale, repurgat) -tum genetrix divino corpus odore unxit. fast. 2, 38 Graecia . . . nocentes impia -tos ponere facta putat. 4, 735 pastor, oves saturas ad prima crepuscula *Parilium* -a (*var. ll.* -at, -et, purga. MENOL. Colot. Apr. [Inscr. Ital. XIII 2 p. 288] o. -antur [*sim.* Vall. *ibid.* p. 293]). LIV. 40, 6, 1 -andi exercitus (*sc. Macedonici*) advenit tempus, cuius sollemne est tale: . . . inter . . . divisam hostiam copiae armatae traducuntur (40, 13, 3. 43, 21, 5. SEN. dial. 5, 16, 4 *Xerxes Pythii filium* in partes duas distractum ab utroque viae latere posuit et hac victima -vit e. CVRT. 10, 9, 11 patrio more. *cf.* CVRT. 10, 9, 12 milites. *aliter, sc. more Romano, p. 1872, 75*). 40, 13, 4 (*respicitur lustratio exercitus Macedonum supra descripta*) hoc ego, etiam si quid antea admisissem piaculo dignum, -tus et expiatus sacro. PAVL. FEST. p. 120 his *lustricis diebus* -antur (inlu- *var. l.*) *infantes* atque eis nomina imponuntur (*sim.* MACR. Sat. 1, 16, 36). PETRON. 137, 10 cum digitos pariter extensos porris apioque -asset. PLIN. nat. 23, 110 -tis levi tactu *cytini* oculis, *ut morbi arceantur*. STAT. Theb. 8, 9 necdum illum (*sc. Amphiaraum*) . . . trunca -verat . . . taxo Eumenis. silv. 3, 1, 6 ceu taedis . . . -tus honesti ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma. Ach. 1, 137 puerum . . . secretis -are fretis. MART. 8 praef. non nisi religiosa purificatione -tos (*ed. pr.*, -tus *codd.*) accedere ad templa debere. IVV. 2, 157 Curius quid sentit et ambo Scipiadae . . ., quotiens hinc talis ad illos umbra venit? cuperent -ari, si qua darentur sulpura cum taedis et si foret umida laurus (SCHOL. -ari: expiari [purgari *var. l.*]). 6, 518 metui . . . iubet Septembris et austri adventum, nisi se centum -verit ovis. FLOR. epit. 1, 13, 18 incendium illud quid egit aliud, nisi ut . . . civitas . . . expiata . . . et -ta videatur? GALLICAN. decl. frg. Fronto p. 153, 15 v. d. H. (*desideratur apud Naberum p. 160; locum legit tractavitque Hauler, Zeitschr. Österr. Gymn. 61, 1910, 675*) vobis lustra⟨tis⟩ . . . factum est opus inex⟨supe⟩rabile (*deficiente contextu dubitanter huc traximus*). ITALA num. 31, 19 (Lugd. *al., cf.* VVLG.) omnis qui occiderit animam . . ., -bitur die tertio (*gr.* ἁγνισθήσεται). deut. 18, 10 (Ps. Aug. spec. 55. *al., sim.* VVLG.) non invenietur in te -ans filium suum aut filiam in igne ([*Lugd.* purificans]. VVLG. II par. 28, 3 -vit f. suos in igne iuxta ritum gentium [*Itala Complut.* perducebat . . . per ignem]). AMM. 22, 16, 3 -ari deorum monitu iussus *Peleus* in lacu. VVLG. num. 19, 19 mundus -bit inmundum tertio et septimo die expiatusque die septimo lavabit . . . se *eqs.* (*cf. Itala Lugd.* circumsparget mundus super inmundum). PS. APVL. herb. 85 l. 14 (si quis malevolus devotaverit hominem) -bis eum *radice asparagi* et solutus erit. *al.* *-ant ipsae res, victimae* (*structuras pass., ubi non indicatur quis -et, v. supra*): TIB. 1, 1, 21 tunc vitula innumeros -bat (-bit *var. l.*) caesa iuvencos. STAT. Theb. 4, 53 saevus honos fluvio (*sc. Elissoni*): Stygias -are severis Eumenidas perhibetur aquis. VEG. mulom. 3, 12, 1 suffimentorum compositio fascinum pellit, -at animal, fugat daemones, submovet morbos.

b *-antur res*: **α** *purificandae*: CIC. carm. frg. 11 (de consul.), 14 cum tumulos Albano in monte . . . -asti et laeto mactasti lacte Latinas (*sc. ferias*). VARRO ling. 6, 14 dies tubulustrium appellatur, quod eo die in atrio sutorio sacrorum tubae -antur (OV. fast. 3, 849. 5, 726 -antur purae, quas facit ille *Vulcanus*, t. FEST. p. 352 agnā t. ⟨-antur⟩ [*suppl. sec.* PAVL.], ⟨quos⟩ tubos appellant. *ibid.* tubicines etiam hi appellantur, qui sacerdotes viri speciosi publice sacra faciunt, t. -andarum gratia. FAST. ann. Iul. Praen. Mart. 23 [Inscr. Ital. XIII 2 p. 123] in atrio sutorio tubi -antur, quibus in sacris utuntur). OV. ars 2, 329 *ad aegrotam* veniat, quae -et anus lectumque locumque (ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3 [CIL VI 32328], 23 h⟨unc⟩ l., *sc. Tarentum*, -ari p⟨iari purgari⟩ [*suppl. Pighi; cf. infra l. 49*]). LIV. 3, 18, 10 multi exulum caede sua foedavere templum; . . . Capitolium purgatum atque -tum (3, 29, 9 ob id prodigium. GRAN. LIC. p. 13, 1. *cf. respectu ambitus clarius elucente* TAC. hist. 4, 53, 3 *sub 1*). 21, 62, 7 *prodigiorum causa* urbs -ta est hostiaeque maiores . . . caesae (35, 9, 5 prodigiorum causa. 39, 22, 4. 45, 16, 6 PLIN. nat. 10, 35. 10, 36 [*bis*]. TAC. hist. 1, 87, 1 ann. 13, 24, 2. *al.; cf. etiam l. 53 et* LIV. 42, 20, 3 oppidum, *sc. Romam. vi circumeundi magis perspicua v. p. 1872, 69*). LVCAN. 3, 405 omnis . . . humanis -ta cruoribus (*instr.*) arbor *luci*. PETRON. 105, 1 (*loq. Lichas*) attrahite . . . nocentes in medium, ut sciam, quorum capitibus debeat navigium -ari (*105, 4* ut tutela navis expiaretur). CALP. ecl. 5, 90 cervino -are mapalia fumo. PLIN. nat. 25, 105 *verbenaca* Iovis mensa verritur, domus purgantur -anturque (ANON. de taxone l. 85 rec. β domum -a ex ramis lauri. CANON. Turner II 1 p. 112 rec. IV *qui magos* introducunt . . ., ut domos suas -ent [*cf.* III -andi causa, *V* expient, *VI* expiandi causa]). SIL. 12, 752 *Romani* festam repetunt -tis moenibus urbem (STAT. Theb. 10, 777 *Menoeceus* sanguine . . . spargit turres et m. -at [SCHOL. expiat]). ITALA num. 31, 20 (Lugd., Monac.) omne vas ligneum -bitur ([*gr.* ἁφαγνισῖτε, *Vulg.* expiabitur]. 31, 23 [*ibid.*] omne v. quod transiit per ignem et mundabitur et aqua lustrationis -bitur [*gr.* ἁγνισθήσεται, *Vulg.* sanctificabitur]). ACT. lud. saec. Sept. Sev. 3 (CIL VI 32328), 16 ⟨Pompei⟩us Ru⟨so⟩nian⟨us⟩ magister Tarentum -vit; (*post lacunam*) ⟨lus⟩trandi piandique saecularis sacri ludorumqu⟨e causa⟩ (*ad eandem lustrationem Tarenti pertinet ibid.* 20 -e⟨ti⟩s pie⟨t⟩is purgetis. *cf. etiam supra l. 27*). CAPITOL. Aur. 13, 1 tantus . . . timor belli Marcomannici fuit, ut . . . Romam omni genere -verit (PRVD. c. Symm. 1, 381 *Diti* cadit . . . gladiator . . ., heu, male -tae [-ta *var. l.*] Phlegethontia victima R. *aliter p. 1873, 26*). CHAR. gramm. p. 102, 19 B. *quinquatrus* a quinquando, id est -ando, quod eo die arma ancilia -ari sint solita. SERV. Aen. 5, 113 si sacri *ludi* sint, id est festi, -antur faculis (*opp. ludi funebres, quibus Romani tuba usi sunt*). *-ant ipsae victimae*: PROP. 4, 1, 23 parva saginati -bant compita porci (*cf. p. 1873, 31*). **β** *tollendae* (*per ironiam* IVV.): VAL. FL. 5, 332 primi iubar ad placabile Phoebi ibat *Medea* et horrendas -antia flumina noctes (*i. somnia terribilia*). IVV. 13, 63 si reddat *amicus* . . . follem, prodigiosa fides et Tuscis digna libellis quaeque coronata -ari debeat agna.

c *absolute* (*adde l. 42. 56 supra; an etiam* TIB. 1, 5, 11 *sub a?*): PS. AVG. spec. 55 tit. non -andum neque divinandum (*affert* deut. 18, 10 sqq. [*v. sub a*] *et sap. 12, 3 sqq.*).

B *laxius et per similitudinem i. q. quolibet modo purificare sim.* (*vis circumeundi, circumferendi sim. sublucet sub 1 vigetque sola l. 74*): 1 *-ant animalia se ipsa vel res suas vel alia animalia* (*victimas in re sacra hominum lustrationem perficientes v. sub A 2*): MANIL. 2, 103 animalia . . . sidera servant corporaque ad lunae nascentis cornua -ant (*cf. Plin. nat. 8, 2* nitescente luna nova greges eorum *elephantorum* . . . se purificantes sollemniter aqua circumspergi). PLIN. nat. 8, 106 quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter -verit *hyaena*, in vestigio haerere. 10, 19 Vmbricius . . . parere tradit *vultures* ova tredecim, uno ex his reliqua ova nidumque -are, mox abicere (10, 116 villaribus gallinis et religio inest: inhorrescunt edito o. excutiuntque sese et circumactae purificant aut festuca aliqua sese et o. -ant). 2 *-ant homines* (*modo fere insolito*): LVCAN. 8, 101 (*Cornelia ad Pompeium*) quo sit tibi mollius aequor . . ., sparge mari comitem; mallem felicibus armis dependisse caput; nunc clades denique -a, Magne, tuas (ADNOT. expia). STAT. Theb. 11, 641 infelix -atur sanguine lectus (*Iocastae sibi mortem inferentis; cf. Schol. ad l.* cruore suo infelicis lectuli purgavit incestum). 11, 670 (*Creon ad Oedipoda*) furias averte ac moenia -a discessu Thebana

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tuo. CLAVD. 18, 21 quo diras iugulo placabimus aras? consule -andi fasces ipsoque litandum prodigio (*sc. Eutropio*). 20, 22 purgatam creditis aulam, Eutropium si Cypros habet *exulem* . . .; qui vos -are valebit oceanus? tantum facinus quae diluet aetas? carm. min. 31, 25 qui sibi (*sc. Orpheus Iunoni, ad dat. cf. p. 1873, 41*) carminibus totiens -verat aras, Iunonis . . . numina . . . canens (*si recte huc traxit Birt in indice; an ad l. 20sqq.?*).

II *extra res sacras* (*sed cf. etiam I B; ceterum sublucere hic illic colorem piandi, e. g. infra l. 76. p. 1878, 1, vix mireris*): **A** *transitive i. q. circumire, ambire sim. vel peragrare, percurrere sim.* (*sed distinguendae erant infra notiones secundariae passim, v. imprimis 2b nec non p. 1878, 57 et 3aβ. ad notionem communem cf.* GLOSS. -o: *περιvοστῶ. περιέρχομαι. κυκλεύω.* -at: circuit, peragrat. *et sim. al.; pro obi. est res quae afficitur praeter 1aγ, sed rem circumeundam a re peragranda non separavimus nisi sub 1a; obi. suppletur ex enunt. relat.* OV. Ib. 334 SEN. Phaedr. 3 VAL. FL. 7, 334 MIN. FEL. 17, 4; *pro obi. substituitur enunt. interrogat.* VERG. Aen. 2, 564 *p. 1878, 60*): **1** *mero motu corporali*: **a** *de animantibus* (*eorum re, actu l. 76. p. 1876, 20*): *α -antur singula circumeunda* (*huc fortasse etiam* PROP. *p. 1876, 5*): Ⓘ *quolibet modo*: LIV. ANDR. trag. 6 lascivum Nerei simum pecus ludens ad cantum classem -atur (NON. p. 335, 26 *ad l.* circumire. *cf.* SEN. Ag. 455 lascivit chorus *piscium*, millesimam nunc ambit et -at ratem). VERG. Aen. 3, 429 praestat Trinacrii metas -are Pachyni cessantem longos et circumflectere cursus. 5, 578 postquam omnem laeti *pueri* consessum oculosque suorum -vere in equis. 7, 391 mollis tibi, *Bacche*, sumere thyrsos, te -are choro ([choros *var. l., quam recepit* CARM. c. pag. 72 *p. 1876, 77*]. *item de saltantibus*: 10, 224 *nymphae* agnoscunt longe regem -antque choreis [SERV. auct.: circumdant et circumeunt. *cf. p. 1876, 5*]. VAL. FL. 7, 181 aequali dominam -are caterva). CVLEX 324 Hectoreo victor *Achilles* -vit corpore Troiam (*hanc Bembi emendationem versus corrupti confirmavit Güntzschel, Diss. Münster 1972, 103sqq.; cf.* OV. Ib. *infra*). OV. met. 12, 527 *avem* -antem leni . . . castra volatu. Ib. 334 *Hector* qui, quae fuerat tutatus moenia saepe, corpore -vit non diuturna suo (LVCAN. 8, 437 quae m. trunci -arunt cervice duces *a Parthis interfecti* [*nisi oppida peragranda intellegas*]. STAT. Theb. 10, 544 curru. CE 1255, 3 omnia Baiarum -avi m. saepe. *cf. infra l. 49*). PLIN. nat. 8, 161 in Capitolium cucurrisse equos aedemque ter -asse. SVET. Vit. 9 aquila advolavit -tisque (-vit- *codd. opt.*) signis ingressos viam . . . antecessit. ARATOR act. 2, 855 (*in imag.*) commissos -ate greges, quia dente rapaci convenient ad ovile lupi (*Vulg. act. 20, 28* adtendite . . . gregi). *audacius, sc. cingendo*: CLAVD. 7, 16 -vit . . . tuos (*Honorii*) aquilis victricibus ortus miles ('*cinxit*' *Burmannus*). PRISC. periheg. 734 Caspius his populis -atur (*praes. resultativum*) pontus et oris (*Dionys. periheg. 761 περὶ Κάσπια κύματ' ἔασιν, Avien. orb. terr. 941* Caspia tot . . . circumdant aequora gentes. *cf. p. 1877, 3. 65*).

Ⓘ *quaerendo*: Ⓐ *-antur loca, quibus quid quaeritur*: VERG. Aen. 8, 231 *Hercules* ter totum fervidus ira -at Aventini montem (NON. p. 335, 26 *ad l.* circumire). 9, 58 *Turnus* -at equo muros aditumque per avia quaerit. OV. trist. 4, 1, 78 hostis . . . moenia -at equo utque rapax pecudem, quae se non texit ovili, . . . per silvas fert . . . lupus, sic *eqs.* (Pont. 1, 2, 19 eques . . . m. -at more lupi clausas circumeuntis oves. *cf. supra l. 33*). SIL. 4, 827 (*verba Hannibalis*) te, Thrasymenne, vago cum milite praeceps -bo et superis quaeram libamina belli. 12, 66 *Hannibal Capuam intrare cupiens* -at . . . rimaturque omnia circum alite vectus equo (*sed possis etiam ad p. 1878, 57 referre locum; item*: 12, 565 *Hannibal equo* circum pavitantia fertur . . . moenia Romae; nunc aditus -at, clausas nunc cuspide pulsat infesta portas). ROMVL. fab. 36, 2 rec. vet. *ferae* stabula (rec. gall. circuirent). Ⓑ *-atur is ipse, qui quaeritur*: OV. met. 5, 622 -at caligine tectam *Arethusam* amnis (*sc. Alpheus deus*) et ignarus circum cava nubila quaerit bisque locum . . . ambit. SIL. 10, 43 per medios agitur . . . Hannibalem -ans Paulus (*sec. usum sub 3aβ illustratum praevalet color secundarius quaerendi, indagandi; item*: EVSTATH. Basil. hex. 9, 4, 12 *canis* per ea quae agit indicat . . ., quo bestiae, quae -antur, abierint [*male resp. gr.; conferasne alios ad venatum pertinentes locos p. 1876, 39?*]).

β -antur loca peragranda, multitudines permetiendae sim. (*sunt qui huc trahant* LVCIL. 1034 circum oppida -ans, *v. sub* 2. lustror): Ⓘ *quolibet modo* (*acced. adi. praedicat.* vagus SEN. Phaedr. 3 Tro. 564 LVCAN. 10, 460 STAT. Theb. 8, 512. *al.*): CIC. Marcell. 5 ***nec*** disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quam tuis . . . victoriis -tae sunt ([*var. l.* illustratae. *cf.* CVRT. 9, 3, 8 *infra*]. Tusc. 4, 44 ultimas t. -asse Pythagoran Democritum Platonem accepimus. LVCAN. 5, 347 t. atque aequora [9, 1057 VAL. FL. 3, 388]. STAT. Theb. 8, 512 PLIN. paneg. 15, 1 VVLG. II reg. 24, 8). fin. 5, 87 cur Plato Aegyptum peragravit? . . . cur ipse Pythagoras . . . Aegyptum -vit? (TAC. hist. 4, 3, 3 civilia arma . . ., postquam Ae. . . . et omnis provincias exercitusque -verant, velut expiato terrarum orbe cepisse finem videbantur). VERG. ecl. 10, 55 (*verba Galli*) interea mixtis -bo Maenala nymphis (SIL. 15, 771). georg. 4, 519 Hyperboreas glacies Tanaimque . . . arvaque Riphaeis numquam viduata pruinis -bat *Orpheus* (SEN. Tro. 564 errore avio vagus a. -as?). Aen. 2, 528 fugit et vacua atria -at saucius *Polites* (12, 474 alta a. -at hirundo. LVCAN. 10, 460 incerto -at vagus a. cursu *Caesar*. DRAC. Orest. 825 fugit a. -ans). 3, 377 quo tutior hospitâ -es aequora (3, 385 -andum navibus ae. [*inepte* GLOSS.^{L} III Abol. LV 15 -andum: videndum]. LVCAN. 5, 347. 9, 1057 VAL. FL. 3, 388). HOR. carm. 3, 25, 12 stupet Euhias Hebrum prospiciens et . . . Thracen ac pede barbaro -tam Rhodopen (SIL. 2, 73 quales Threiciae Rh. Pangaeaque -ant *Amazones*). PROP. 2, 10, 1 (*in imag. de genere poeseos*) tempus *est* -are aliis Helicona choreis (*cf. p. 1875, 28; intellegasne potius cacumen montis a saltantibus cinctum, ut e. g. Enk ad l. ?*). 2, 22, 3 nulla meis frustra -antur compita plantis. OV. met. 1, 479 *Daphne* nemora avia -at (SEN. Med. 753 [*loq. Medea*] secreta nudo n. -vi pede. ARATOR act. 1, 28). 6, 324 dum pascua -o, ecce . . . ara vetus stabat. Ib. 113 exul, inops erres alienaque limina -es. GRATT. 504 Eleas . . . harenas (LVCAN. 8, 62 vacuas. SIL. 16, 291 patrias. 17, 633. IVV. 2, 144 -vit . . . fuga mediam gladiator h.). 514 Callaicis -atur ⟨e⟩quis scruposa Pyr⟨ene⟩. VAL. MAX. 1, 7 ext. 6 femina *quaedam in somnio* . . . deorum omnium -tis sedibus animadvertit . . . virum, *sc. Dionysium*. 5, 1 ext. 1 dum omnes gentes infatigabili cursu -at ([*sc. Alexander, cf.* CVRT. *infra*]. ENNOD. carm. 2, 69, 3). 8, 7 ext. 3 Nili . . . ripas vastissimosque campos . . . et flexuosos fossarum ambitus Aegyptiorum senum discipulus -bat *Plato*. CVRT. 9, 3, 8 (*Coenus ad Alexandrum*) ut plura, quam sol videt, victoria -es (*cf. l. 15. p. 1875, 71 nec non* PLIN. nat. 2, 168 maiorem . . . eius *oceani* partem et orientis victoriae Magni Alexandri -vere usque in Arabicum sinum. PLIN. paneg. 29, 1 oriens triumphis occidensque -tus *a Pompeio*. ANTH. 402, 1 [*Senecae adscriptum*] Pompeius totum victor -verat orbem). LVCAN. 5, 416 nec maris anfractus -andaque litora nobis, sed recti fluctus . . . secandi (SEDVL. epist. 2 p. 171, 14 [*in imag. de opere scribendo*] ut illos portus et l., quae . . . praetereundo -vi, diligentius . . . nunc viserem). VAL. FL. 3, 682 tota pelagus -asse iuventa. 7, 126 totos -at queribunda penates *canis rabie correpta*. SIL. 13, 881 *Hannibal* una profugus -bit caerula puppe. 14, 5 Macetum -are domos et Achaica rura ([*variat in contextu cum* accedere, invisere]. HIER. epist. 50, 3, 3 nobilium d.). 15, 298 *Philippus bellum gerens* Epirum cassis -bat futilis ausis (*cf. de eodem* 15, 310 -ta *sunt* Ephyre Patraeque et regia Pleuron *eqs.*). 15, 347 propinquas . . . silvas. 15, 787 ceu belua ponti . . . -ans nantem sub gurgite praedam absorbet . . . permixtum piscibus aequor (*si* praedam *recte ad multitudinem piscium rettulimus*). *al.* Ⓘⓘ *perscrutando, recensendo* (*quaedam vergunt ad p. 1878, 57, e. g.* VERG. Aen. 6, 681; *accedit* si *cum ind. vel coni. apud* VARIVM, VERG. Aen. 1, 577 IVVENC. 3, 413): VARIVS carm. frg. 4, 1 ceu canis umbrosam -ans Gortynia vallem, si veteris potuit cervae comprendere lustra, saevit in absentem *eqs.* (*item respicitur venatus l. 61. 69sq. p. 1875, 64*). VERG. ecl. 2, 12 tua dum vestigia -o ([NON. p. 335, 31 *ad l.* sequi]. Aen. 11, 763 qua se . . . tulit *Camilla* . . ., hac Arruns subit et tacitus v. -at. IVVENC. 3, 413 totis -at *pastor* v. silvis, illam *ovem* si . . . possit reperire. *v. etiam p. 1878, 47*). Aen. 1, 577 (*verba Didonis*) Libyae -are extrema iubebo, si quibus eiectus silvis . . . errat *Aeneas*. 6, 681 Anchises . . . inclusas animas superumque ad lumen ituras -bat studio recolens (SERV. circumibat studiose retractans. CLAVD. DON. -bat ad oculos pertinet, recolens ad animi intentionem). 6, 887 sic tota . . . regione vagantur aeris in campis latis atque omnia -ant (OV. met. 5, 464 dum . . . o. -at eundo *Ceres*. ROMVL. fab. 69, 12 rec. gall. *et* W *v. p. 1878, 74*). OV. met. 1, 213 (*loq. Iuppiter*) deus humana -o sub imagine terras, *sc. ut hominum animos experiar* (*cf. de exploratoribus*: VVLG. num. 13, 33 terram quam -vimus [intravimus *var. l.; Itala Lugd.* quam pertransivimus considerare]. 14, 6 [*syn.* circuivimus; *in Lugd. respondet bis* considerare]. Ios. 18, 9 [*Lugd.* demensi sunt]. *requiruntur mortui*: VVLG. Ezech. 39, 14 viros . . . constituent -antes terram, qui . . . requirant *mortuos* [*Itala cod. 176* perambulantes]). 7, 235 omnes -antem . . . agros *Medeam* (*sc. herbas colligentem*). fast. 4, 480 iamque Peloriaden Lilybaeaque iamque Pachynon -arat *Ceres*. PHAEDR. 3, 19, 3 Aesopus . . . ignem . . . quaerens aliquot -vit domus. SEN. Med. 864 ut tigris orba natis cursu furente -at Gangeticum nemus (*in comparatione simili*: SIL. 12, 459 *tigridi* attonitae paucis -atur in horis Caucasus). Phaedr. 3 (*ad venatores*) celeri planta -ate vagi quae saxosae loca Parnetho subiecta iacent. LVCAN. 2, 171 me . . . memini . . . omnia Sullanae -asse cadavera pacis perque omnis truncos cum qua cervice recisum conveniat quaesisse caput. PETRON. 11, 1 postquam -vi oculis totam urbem, in cellulam redii (*simul pertinet ad p. 1878, 45*). VAL. FL. 6, 299 omnes impune globos diversaque -ans agmina non usquam ⟨natum⟩ (*Loehbach, suppleverunt alii aliter*) videt *Aquites*. SIL. 9, 86 *Satricus* exuvias . . . prostrataque corpora campo -at et exutis Mancini cingitur armis. 10, 80 ut canis . . . -at inaccessos venantum indagine saltus (PLIN. paneg. 81, 1 -are s., excutere cubilibus feras). 10, 450 -bat campos et saevae tristia dextrae facta recensebat, pertractans vulnera visu, Hannibal (SIDON. carm. 5, 432 hostibus expulsis c. . . . -are). 12, 112 *Hannibal Puteolis* stagnorum terraeque simul miracula -at. STAT. Theb. 5, 547 *Hypsipyle* sparso . . . per omnia visu -at humum quaerens. 12, 451 ruit ilicet, omnem prospectum -ans armata indagine miles. *al.*

? γ -atur ipse motus, fere i. q. circumeundo efficere: CARM. c. pag. 72 quem -are choros ac molles sumere thyrsos . . . inbuerat *Cybele* (thorus . . . sumeret hyrcos *trad.; emendatur sec.* VERG. Aen. 7, 391 *p. 1875, 26*).

b *de rebus naturalibus* (*cf. etiam p. 1875, 43*): VERG. Aen. 1, 608 in freta dum fluvii current, dum montibus umbrae (*nubium?*) -bunt convexa, polus dum sidera pascet (SERV. 'quamdiu inclinata in montibus latera umbrae pro solis flexu circumibunt', . . . aut -bunt 'inumbrabunt', unde 'lustra' et ferarum cubilia et lupanaria per contrarium dici-

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mus, quia parum inlustrantur; alii tamen 'convexa sidera' volunt. GLOSS.^{L} I Ansil. LV 396 inlustrabunt). MANIL. 4, 595 ipsa natat tellus pelagi -ta corona cingentis medium . . . orbem (*Posid. Frg. Gr. Hist. 87 F 28, 5 ἡ οἰκουμένη κύκλῳ περιῤῥεῖται τῷ ὠκεανῷ*). PLIN. nat. 6, 129 Tigris . . . -tis montibus Gordyaeorum circa Apameam . . . divisus in alveos duos *eqs.* IVL. HON. cosmogr. B 47 fluvius Cartennas . . . -at litore maritimo Caesariensem (*A* inlustrans litori m. Caesariensi. *cf. vol. VII 1, 399, 55 sq.*). VVLG. eccles. 1, 6 -ans universa circuitu pergit spiritus et in circulos suos regreditur (*Itala, Hier. ad l. p. 1016^{B} et sim. al.* girans girando vadit spiritus). CLAVD. 7, 70 gentes . . ., quascumque pererrat Euphrates, quas -at Halys, quas ditat Orontes.

2 *lucendo, illuminando, sc. fere de sideribus, item de deis variisque rebus ad sidera pertinentibus* (*de gratia divina sim. v. sub bβ. lumen indicatur saepe abl. instr.*: nitore CIC. Arat. 92, lumine CIC. Arat. 237. 332 [*struct. ambigua, v. l. 32*]. 441 carm. frg. 30, 2 LVCR. 5, 575. 693. 1437. 6, 284 SIL. 8, 174 *al.*, luce CIC. rep. 6, 17 CAEL. AVR. gyn. 1, 142 APRING. in apoc. 21, 10—11 [*cf.* lucis candore EVSTATH. Basil. hex. 2, 7, 5, cuius transfusione *ibid.* 6, 2, 10], radiantibus oculis CATVLL. 63, 40 [*cf.* adventu radiante FVLG. aet. mund. 12 p. 170, 10], radiis LVCR. 6, 737 [*struct. ambigua, v. l. infra 51*]. CLAVD. 28, 412 EVSTATH. Basil. hex. 6, 10, 3, lampade VERG. Aen. 4, 6. 7, 148 HOMER. 870, flammis VERG. Aen. 4, 607, igne LVCAN. 1, 50, *et sim. al.*): **a** *usu communi, sc. vigente plus minusve vi circumeundi, peragrandi*: *α -antur loca*: CIC. Arat. 224 haec sunt, quae vises nocturno tempore signa, legitimo cernens caelum -antia cursu ([caeli *trad.*, *inde* caelum ill- *Buescu; male resp. gr. 453*]. LVCR. 5, 693. HOMER. 870 luna . . . -ret lampade c. MIN. FEL. 17, 5). 237 quattuor aeterno -antes lumine mundum orbes stelligeri portantes signa feruntur (MANIL. 1, 514 quotiens . . . recurrens -arit [-ri, -ret, -rat *var. ll.*] m. vario sol igneus orbe. 3, 515 annua . . . *sol* -ans consumit tempora m. ANTH. 678, 9 lumine). 252 *circulus lacteus* dicitur . . . late caeli -are cavernas. 332 haec *signa zodiaci* sol aeterno convestit lumine -ans, annua conficiens vertentia tempora cursu (*gr. 550 ἐν τοῖς ἡέλιος φέρεται δυοκαίδεκα πᾶσιν*). rep. 6, 17 ut cuncta sua luce -et et compleat *sol* (ANTH. 389, 57 *sol* calore). nat. deor. 2, 53 (*52* orbem . . . conficit) *stella Martis tot* mensibus . . . -at orbem *signiferum* (*ibid.* anno fere vertenti signiferum -at o. *stella Mercuri.* Tim. 30 cum alia *sidera* maiorem -rent o., alia minorem [*gr. 39^{a} τὸ δ' ἐλάττω κύκλον ἰόν, Chalc.* circulo rotabantur]. VARRO frg. Lact. inst. 2, 12, 22 *de luna.* MANIL. 3, 213 GELL. 1, 20, 6. *cf.* CIC. nat. deor. 2, 53 *stella Veneris* latitudinem -ans signiferi orbis et longitudinem. MACR. somn. 2, 11, 6 caeli ambitum -at *luna*). 2, 106 caeli verticem -at parva Cynosura. Tim. 32 quando luna -to (lustro *var. l.*) suo cursu solem consecuta est ([*gr. 39^{c} περιελθοῦσα τὸν ἑαυτῆς κύκλον*, CHALC. -to . . . circulo]. LVCR. 5, 79 *solem lunamque non* sponte sua c. -are perennis). carm. frg. 30, 2 quali pater ipse Iuppiter auctiferas -vit lumine terras ([*cf. Hom. σ 137 οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ κτλ.*]. LVCR. 5, 693 sol . . . obliquo t. et caelum lumine -ans. SIL. 8, 174 luna . . . fraterno -bit lumine t.). LVCR. 5, 575 luna . . . sive notho fertur loca lumine -ans, sive suam proprio iactat de corpore lucem *eqs.* 5, 1437 mundi . . . templum sol et luna suo -antes lumine circum. 6, 737 in campos albas descendere ningues tabificis subigit radiis sol omnia -ans (CLAVD. 28, 412 medium non deserit umquam caeli Phoebus iter, radiis tamen o. -at). OV. met. 6, 571 signa deus (*i. Sol*) bis sex acto -verat anno. MANIL. 3, 314 una quod aequali -atur linea Phoebo. LVCAN. 1, 50 seu te (*sc. Neronem*) flammigeros Phoebi conscendere currus telluremque . . . igne vago -are iuvet. PETRON. frg. 27, 4 Phoebus ad ortus -ta devectus humo. ARNOB. nat. 2, 12 p. 79, 6 M. in insulis et provinciis omnibus, quas sol oriens atque occidens -at. CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 48 -arunt (-vit *var. l.*) umeros Phoebus et astra tuos (*sc. Herculis mundum sustinentis*). MACR. Sat. 1, 14, 6 trecenti sexaginta quinque dies, quibus sol zodiacum -at ([-at z. *var. l.*]. somn. 1, 17, 7). VAL. CEM. hom. 1, 1 p. 692^{C} *sol* se in parte caeli quotidie terrarum spatia -turus ostendit. SEDVL. carm. pasch. 1, 251 *sol videtur* infundere lumina terris et totum -are polum ([op. pasch. 1, 22 caeli plagas . . . -are velocitate]. *respiciuntur terrae partes*: DRAC. laud. dei 3, 165 qua nescit *sol* -are polos, qua flammeus urit). *audacius adhibetur p. p. p.* -tus *de sidere, quod proprio fulgore circumdatum est* (*ut vergat fere in notionem q. e. lumine praeditus sim.*): CIC. Arat. 92 delphinus . . . haud nimio -tus nitore praeter quadruplices stellas in fronte locatas; . . . cetera pars late tenui cum lumine serpit (*gr. 316 sq. δελφὶς δ' οὐ μάλα πολλὸς . . ., μεσσόθεν ἠερόεις. rectius vertit Avien. 706* breve signo corpus *est*; . . . medios artus taeter stupet, *nimis concise Germ. 321* brevis lucet). *β -atur tempus* (*cf. p. 1879, 21; an etiam p. 1879, 42?*): DRAC. laud. dei 2, 11 luna partita cum fratre vice sua tempora -ans (ANTH. 864 adn. 2 [*nisi est medii aevi*] quatuor anni t., quae currus -at, Apollo, tuus).

b *evanescente vi circumeundi praevalet notio illuminandi* (*cf.* collustro, illustro *et p. 1880, 13 sqq.; ambigua v. sub α*): *α proprie*: CIC. Arat. 441 Arctoe -antes lumine suras *Cephei* (summo *trad., quod tuentur Buescu aliique pro obi.* '*Cepheum*' *subintellegentes*). 457 hic ille exoritur converso corpore Nixus, alvum crura umeros simul et praecordia -ans (gestans *var. l.*, monstrans *coni. Maybaum*). CATVLL. 63, 40 ubi oris aurei Sol radiantibus oculis -vit aethera album (*simul pertinet ad p. 1878, 44. item de ortu solis*: VERG. Aen. 4, 6 Phoebea -bat lampade terras . . . Aurora [NON. p. 335, 33 patefacere. SERV. aut inlustrabat, aut re vera -bat, id est purgabat; nam nox quodammodo polluit mundum. *sed* SERV. auct. vel circumibat. GLOSS.^{L} I Ansil. LV 394 t. inluminabat]. 7, 148 postera cum prima -bat lampade terras orta dies *eqs.*). LVCR. 6, 284 coruscis omnia luminibus -ans loca percitus ardor *fulminis* (CAEL. AVR. gyn. 1, 142 luce moderata -tus [*Soran. p. 36, 5* in obscuro *loco, gr. p. 76, 15 Ilb. τὴν αὐγὴν ἀποκλίνειν*]). VERG. Aen. 4, 607 (*loq. Dido*) Sol, qui terrarum flammis opera omnia -as, tuque . . . Iuno . . . nostras audite preces. SIL. 6, 452 clara dies summa -bat in Oeta Herculei monumenta rogi. IVVENC. 1, 245 quae *stella* culmine summo restitit et pueri -ta habitacula monstrat. SCHOL. Pers. 5, 51 sive sub libra sive sub geminis nostra nativitas uno astro -ta est. PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 13, 2 filii Israel . . . lumine sunt caelestis columnae -ti (*cf.* CASSIOD. in psalm. 120, 6 sic . . . Israeliticum populum . . . custodivit *deus*, ut eum . . . nocte ignea columna -ret). MACR. Sat. 1, 17, 26 *solis* radii temperatam nostram (*sc. zonam*) . . . rectis fulgoribus -ant. EVSTATH. Basil. hex. 2, 1, 7 quod minime solis adhuc et lunae fuerat fulgore -tum *caelum* (*gr. περιλαμπόμενος*). 2, 7, 5 aether . . . venustius inluminatum efficitur, et aquae splendidiores apparent, . . . quia lucis candore -antur (*gr. δεχόμενα τὴν αὐγήν*). 6, 10, 3 quomodo poterat sub uno temporis momento radiis tota -ari *tellus*? (*gr. καταφωτίζειν*).

β translate (*sc. usu christiano*): IVVENC. 1, 206 quam *lucem dei* cunctis hominum -tis gentibus addit Istrahelitarum . . . gloria plebis (*Vulg. Luc. 2, 32* lumen ad revelationem gentium). FVLG. aet. mund. 12 p. 170, 10 cuius (*novae aetatis*) adventu radiante -ti . . . Christi *ortum narremus.* CHROMAT. in Matth. 4, 1 l. 28 E.-L. *Christum magi* cognoscere *non* poterant, nisi . . . *divina* gratia -ti. 19, 3 l. 57 *ut* hos, qui in tenebris erroris sunt positi, . . . veritatis ipsius lumine -remus (illu- *var. l.*). CONC.^{S} II 2, 1 p. 43, 5 ut . . . veram religionem et . . . conversationem erga dominum . . . pietate conciliata -etur (*acc. perperam retento sec. gr. II 1, 1 p. 68, 10 ὥστε . . . τὴν ἀληθῆ θρησκείαν . . . ἐκλάμπειν. cf. etiam II 3, 1 p. 43, 4* vera religio . . . praefulgeat). EVSTATH. Basil. hex. 6, 2, 10 ex cuius (*sc. verae lucis mundi*) transfusione -ti sancti luminaria fiebant (*gr. οὗ κατὰ μέθεξιν οἱ ἅγιοι φωστῆρες ἐγίνοντο*). APRING. in apoc. 1, 10—11 ecclesia percepto sole iustitiae, -ta lumine veritatis. 21, 10—11 civitas illa discribitur nullo siderum fulgore luminari, sed sola dei invisibiliter luce -ari. CASSIOD. in psalm. 10, 5(6) intuitus eius (*sc. dei*) beneficium est, quia peccatorum tenebris non offunditur, qui tanta claritate -atur.

3 *intuendo, considerando*: **a** *proprie sc. oculis* (*exempla affinia, ubi tamen respectus eundi vigere videatur, habes supra p. 1876, 35. cf.* GLOSS. -o: circumspicio. circuminspicio. -at: oculis circumspicit vel circumit. *al.*): *α usu communi, sc. -antur inspicienda, contuenda*: ① *abl. instr. posito*: CIC. nat. deor. 2, 161 totam licet animis tamquam oculis -are terram mariaque omnia (SEN. Herc. O. 1647 LVCAN. 7, 795. PETRON. 11, 1 *v. p. 1876, 64.* SIL. 2, 405 STAT. Theb. 1, 482 TAC. hist. 2, 70, 1 PRVD. perist. 11, 17. *cf. etiam p. 1877, 82*). VERG. Aen. 2, 754 vestigia . . . sequor . . . et lumine -o (8, 153 os oculosque . . . et totum -bat l. corpus [NON. p. 335, 41 *ad l.* perspicere, agnoscere. *huc fortasse* GLOSS.^{L} I Ansil. LV 393 circuminspiciebat]. VAL. FL. 4, 248. GLOSS. l. -o: oculis circuminspicio. l. prospicio [*inae emendandum* GLOSS. IV 112, 3 *et* 4 = GLOSS.^{L} III Abol. LV 26]. *cf.* VAL. FL. *sub β*). SEN. Oed. 972 cavis . . . -ans orbibus caeli plagas noctem experitur *Oedipus.* SIL. 5, 307 immania membra *Appii* -bat visu *Mago* (13, 758 STAT. Ach. 1, 126 CLAVD. 5, 497 MEROB. Christ. 17). *huc addiderim contextu vix sano*: POTAM. subst. 28 Migne suppl. 1, 214 internas res suas oculi gemmarum foedere flammeis orbibus hinc inde -antur (*depon.?*). ② *abl. instr. subintellegendo, ut vergat in vim q. e. intueri, inspicere* (*hucine etiam p. 1875, 54. 1876, 35?*): VERG. Aen. 1, 453 sub ingenti -at dum singula templo *Aeneas*, . . . videt Iliacas ex ordine pugnas *eqs.* 2, 564 respicio et, quae sit me circum copia, -o. 5, 611 conspicit . . . concursum et litora -at desertosque videt portus *Iris.* VAL. FL. 4, 234 illum *Pollucem* Amycus . . . ore renidenti -ans obit (*obi. ἀπὸ κοινοῦ positum [an absolute i. q. circumspicere?] ut*: 6, 658 *Medea* virum [*sc. Iasonem*] . . . persequitur -ans oculisque ardentibus haeret. SIL. 17, 491 ardore truci -ans fortissima quaeque nomina obit ferro *Scipio*). 6, 576 Medea . . . singula dum magni -at certamina belli . . ., conspicit Aesonium longe caput. SIL. 3, 407 -ans . . ., qua visu comprendere erat, fulgentia signa. MIN. FEL. 17, 4 cum oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circaque -veris. QVEROL. p. 41, 16 R. ego latera *puellae* -o, ego effusa capillorum metior volumina. CYPR. GALL. gen. 637 cum . . . viros . . . -asset (*Vulg. gen. 19, 1* cum vidisset). *cum obi. incorporeo* (*sublucente colore examinandi*): ROMVL. fab. 69, 11 (12) rec. vet. intrans . . . maior illius viculi ac -ans boum salutem, nec ipse cervum vidit (rec. gall. qui omnia -bat [-at rec. W]).

β usu deflexo -antur ipsa quaerenda, fere i. q. circumspiciendo quaerere (*cf. vol. III 1171, 4 sqq.; locos similes respectum motus servantes ad p. 1875, 59 relegavimus*): VERG. Aen. 8, 229 *Hercules* omnem . . . accessum -ans huc ora ferebat et illuc. 12, 467 solum densa in caligine Turnum vestigat -ans *Aeneas* (*an ad B?*). VAL. FL. 7, 334 qua non velocior ulla pestis (*i. venenum*) erat, toto nequiquam lumine -at *Medea* (*sic emendatur vulgo ut intellegatur* '*pestem, qua . . ., -at*'; velocius ulla pestiferam *trad.; aliquid excidisse suspicatus est Leo, Kl. Schr. II 236*). SIL. 17, 517 illum *Hannibalem* . . . -ans circumfert lumina campo *Scipio* rimaturque ducem.

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

b *translate, sc. mente* (*huc vergit etiam p. 1878, 72*): Cic. fin. 2, 115 -emus animo non has maximas artis, quibus qui carebant inertes a maioribus nominabantur (nat. deor. 2, 161 *v. p. 1878, 44.* off. 1, 57 cum omnia ratione animoque -aris [-veris Non. p. 336, 2, *qui explicat* perspicere, agnoscere]. Sen. benef. 7, 3, 3 orientem occidentemque. Vvlg. eccles. 7, 26 -vi universa a. meo, ut scirem [*Itala, Aug. lib. arb. 2, 95 al.* circui⟨i⟩ ego et cor meum, ut sc.]). Sil. 10, 593 (*in consilio patrum*) celer omnia -ans clamitat . . . Fabius *eqs.* Ambr. Abr. 2, 1, 3 revelata facie vitae beatae gratiam -et obtutu *anima.* Boeth. cons. 3 carm. 9, 23 da, pater, augustam menti conscendere sedem, da fontem -are boni *eqs.* CE 709, 13 corde -ans . . . fastigia poli.

4 *qualibet actione incorporali (v. etiam 2bβ et 3b); dicuntur -ari:* **a** *quae perferuntur, sustinentur, transiguntur* (*conferasne* Gloss. *p. 1872, 57?*): Cic. carm. frg. 33, 44 B. (*verba Herculis*) multa alia victrix nostra -vit manus (*cf. Soph. Trach. 1101 ἄλλων τε μόχθων μυρίων ἐγευσάμην*). Verg. Aen. 9, 96 mortaline manu factae inmortale carinae fas habeant certusque incerta pericula -et Aeneas? (Serv. auct. securus dubia temptet). Consvlt. Zacch. 2, 18 p. 91, 3 cuius *purgationis* . . . gradus (*sc. baptisma, paenitentiam, passionem*) omnibus relicturus exemplum, agens in corpore ipse -vit *Christus.* Sedvl. carm. pasch. 1, 210 septena . . . tempora -at omnibus hirsutus silvis et montibus errans *Nabuchodonosor* (*Vulg. Dan. 4, 29* septem tempora mutabuntur super te. *aliter sub 2aβ*). **b** *quae scribendo* (*dicendo* Svlp. Sev.) *recensentur, tractantur:* Gratt. 151 cur exiguis tantos in partibus orbes -amus? (-amur *var. l.; cf. Enk ad. l.* '*cur . . . tantis ambagibus utor?*'). Svlp. Sev. chron. 1, 12, 7 quibus (*filiis Ioseph*) benedictis . . . filios omnes *suos* benedictione -vit *Iacob moriens* (*gen. 49, 1 sqq.*). Consvlt. Zacch. 2, 20 p. 93, 12 *libello tuo* licet a multis . . . decursa -veris, . . . tamen *eqs.* Prisc. periheg. 67 maris Hesperii -bo carmine tractus (*Dionys. periheg. 58 ἅλὸς ἑσπερίης ἐρέω πόρον, Avien. orb. terr. 93* tractus loquar). **c** *quae animando peragrantur, penetrantur:* Avien. Arat. 27 *Iuppiter* sexu . . . inmixtus utroque . . . simul omnia -ans sufficit alterno res semine.

B *absolute vel intransitive i. q. vagari, errare, volvi* (*huc trahunt interpretes quidam veteres* Verg. Aen. 1, 608, *v.* Serv. *p. 1876, 83; ceterum cf. etiam p. 1878, 63 nec non 79*): Gratt. 221 metagon -at per nota ferarum pascua, per fontes, per quas trivere latebras. Manil. 2, 962 stellae (*i. planetae*) . . . ex ordine certo, ut natura sinit, -ant variasque locorum efficiunt vires. Vvlg. Iob 37, 12 quae *nubes* -ant (-ent, illustrant *var. ll.*) per circuitum quocumque eas voluntas gubernantis duxerit (*Hier. interpr. Iob* per circuitum vertitur). Anth. 678, 4 *Saturnus* ter denis volvitur annis; *Iuppiter* . . . duodenis -at aristis (duodenas . . . aristas *Scaliger, cui obloquitur Housman, Class. Papers III 952, sed conferri potest 2aβ*). Prisc. periheg. 895 *Erembi* dispersi . . . dolent -antes more ferarum (*Dionys. periheg. 967 ἀλώμενοι ἄλγε' ἔχουσιν. aliter Avien. orb. terr. 966*).

in usum subst. vergunt part. praes. -ans *p. 1874, 4, perf.* -tus *p. 1873, 75.*

homoeoprophora (*notabiliora quaedam*): Cic. Arat. 237 -antes lumine mundum orbes stelligeri (*exempla collegimus p. 1877, 14. 1878, 47*). rep. 6, 17 ut cuncta sua luce -et (Cael. Avr. gyn. 1, 142 Apring. in apoc. 21, 10—11). Tim. 32 quando luna -to suo cursu *eqs.* (*item accedit* luna Lvcr. 5, 1437. *al.*). Lvcr. 5, 575 luna . . . loca lumine -ans (6, 284. Ov. ars 2, 329 quae -et anus lectumque locumque. *al.*). Verg. Aen. 4, 6 -bat lampade terras (7, 148 Homer. 870). 5, 611 litora -at (Lvcan. 5, 416. *cf.* Lvcan. 8, 62 fune ligato litoribus -at . . . harenas. Ivl. Hon. cosmogr. B 47). Ov. Ib. 113 aliena . . . limina -es. Manil. 3, 314 una . . . -atur linea. Sil. 2, 405 laetis -at . . . oculis. Qverol. p. 41, 16 R. latera -o. Ven. Fort. Mart. 1, 508 o felix regio sancti pede, lumine, tactu; inlustris -ante viro loca, lustra, ligustra. *iuxta vocem eiusdem stirpis:* Gratt. 492 lustralis de more sacri, quo tota iuventus -atur . . . deae. Itala num. 31, 23 (Lugd., Monac.) vas . . . aqua lustrationis -bitur.

in lusu verborum cum 2. lustrum: *v. sub illa voce.*

deriv.: lustrabilis, lustramen(tum), lustratio, lustrator.

compos.: al-, circum-, col-, de-, il- (*sed cf. p. 1880, 17*), ob-, perlustro; armi-, tubilustrium; ambilustrum.

2. lustro *v.* 2. lustror.

3. lustro, -ōnis *m.* *a* 2. lustrari. *i. qui in lustris, lupanaribus sim. versatur, vagatur* (Gloss. V 603, 1 -o: vagator [vagatur *trad.; ex Osberno*]): Naev. com. 118 pessimorum pessime, audax, ganeo, -o, aleo (*citat* Paul. Fest. p. 29; lurco *var. l.*). 119 vagus est et -o (*affert Osbernus; exemplum hoc* e com. 118 *ortum esse suspicatur Heraeus in exemplari suo, fortasse recte*).

1. lūstror *v.* 1. lūstro.

2. lustror, -ātus sum, -ārī (*act.* lustro Gloss. *et var. l.* Non.). *a* 2. lustrum (*item* Non. *infra*). **1** *usu originario i. q. in lustris (sc. locis sordidis) versari, scortari sim.* (*cf.* Non. p. 135, 7 -tus, luxuriosus: a lustris, abditis locis [*affert* Plavt. Cas. 245]. p. 335, 37 [*in serie exemplorum ad* 1. lustro *pertinentium, unde nimirum* -are *exhibent codd. plerique etiam hoc loco*] -ari dicimus et scortari: a lustris [*citat* Plavt. Pseud. 1107 Lvcil.]. Gloss. -o *ἀβοτεύομαι* [*i. ἀσωτεύομαι*]): Plavt. Cas. 245 (*uxor ad maritum unguentis madentem; cf. 242* ubi in lustra iacuisti?) unde [h]is, nihili? ubi fuisti (vivisti *var. l.*)? ubi -tu's? ubi bibisti? (unde es, nihili? ubi -etur? ubi bibatur? *Non. supra, contra lemma quod affert*). Pseud. 1107 ex conspectu eri si sui se abdiderunt, luxantur, -antur, comedunt quod habent. Lvcil. 1034 quem sumptu⟨m⟩ facis in lustris, circum oppida, *i. carceres circi,* -ans (*huc traximus sec.* Non. *supra laudatum* circum *pro praep. sumentes; pro obi. accipiunt Marx aliique, sc. ad* 1. lustro *trahentes; utramque vocem per lusum verborum subesse putat Christes, Der frühe Lucil., 1971, 149*). **2** *notione sec. veriloquium κατ' ἀντίφρασιν inepte ficta i. q. inumbrare v. p. 1876, 83.*

deriv.: **3.** lustro.

1. lūstrum, -ī *n.* (*formas fem. et masc. v. l. 25*). [*suffixo* -tro- *per* -s- *aucto formatum esse constat, cf.* mon-strum *sim. nec non* 2. lustrum; *sed utrum cum* 1. luere *coniungendum an e radice verbi* lavere *derivandum sit* (*vix ita, ut olim idem fuerit ac* 2. lustrum, *v. p. 1882, 10*), *dubites (cf. Ogilvie, Journ. Rom. Stud. 51, 1961, 31 sqq.). utique notionem illuminandi a substantivo alienam (cave fidem habeas glossis sub IIC allatis), sed verbo* 1. lustrare *immixtam (v. p. 1877, 76 sqq.) fluxisse e tertia voce ope suffixi* -stro- *a radice* *leuq- '*lucere*' *formata credas, quam vocem testari videtur verbum* illustrare, *quod aliter vix explicaveris. denique iam Romanis notionem primariam vocis* 1. lustrum *obscuratam fuisse monemus (cf. infra l. 58 sqq.), quo facilius vocabula originis diversae permisceri potuerint. Sch.*] *derivatur a* luere Varro ling. 6, 11 *p. 1882, 78, a* lustrare Serv. Aen. 1, 283 *quinquennium* '-um' . . . dictum, quod post quinquennium unumquodque civitas lustrabatur (*sim.* Isid. nat. 6, 6 orig. 5, 37, 2). *primam syllabam longam esse docent grammatici p. 1885, 47. 60 sqq. allati nec non apices sexies insculpti* R. Gest. div. Aug. 8. *de formis: acc. sing. fem.* -a(m) *exstare videtur* CE 2202 (*a. 548 vel 621*) ipse ter denus et -a sic (vics, *sc.* vix *Heraeus coll. CIL XIII 1489*) gesserat annus (*i.* denos . . . annos, *sc. aut XXXV aut XVIII, sed hoc fort. aptius, cum iuvenis dicatur*). *cf. p. 1885, 24. acc. plur. masc.* -os Inscr. christ. Diehl 2409 (*a. 632*). *notatur in titulis:* l Fast. cos. Capitol. a. 403 a. Chr. (Inscr. Ital. xiii 1 p. 29). 363 (p. 33). *et passim in* Fastis, *sc. non nisi in formula* l(ustrum) f(ecerunt). lust CIL V 808 (*ter; v. p. 1883, 43 sqq.*). VI 996. XIV 2630 (*bis; ibid. quater perscriptum*). 4382. Not. Tir. 75, 44 -um (*postea:* inlustris, armilustrum). *legitur inde a* Catone, Scip. min., Lvcilio, Tab. cens., *per totam latinitatem; deest e. g. comicis,* Catvllo, Caes., Pvblil., Sall., Nep., Tib. *al.; abiit in gr. λοῦστρον* Dionys. ant. 4, 22, 2 Lyd. mens. 3, 22. [*cat.* llostre, '*crepusculum*'; *cf. infra IIC et v. M.-L. 5184. Wartburg V 475. St.*] [*confunditur in codd. cum* iustus Ov. fast. 3, 165 Plin. epist. 9, 37, 2, luctus Clavd. 26, 146. *vix recte trad.* Diom. gramm. I 345, 3 (= 387, 30) Ennius in -is (*respicitur fabula q. d.* Hectoris lytra; *titulum luculenter tractavit Jocelyn, Tragedies of Ennius, 1967, 290 sq.*). *falso trad.* -is *pro* vestris Liv. 45, 41, 3. *falsa var. l.* -i *pro* lusus Sen. Tro. 778 *p. 1881, 72. dub. interpr.* Opt. Porf. carm. 14, 17 sereni oris -a tui, *v. ed. Polara 1973 ad l.*]

I *in rebus sacris respicitur ritus purgandi vel malorum prohibendorum causa susceptus:* **A** *i. q. actio lustrandi* (*sed v. quae de notione originaria sub A1 monuimus; ceterum cf. Leuze, Zur Gesch. der röm. Censur, 1912, 59 sqq.*; Char. gramm. p. 458, 6 B. [*item* Gloss.] -um: *καθαρμός. cf.* Gloss. II 216, 24 *ἁγιασμός*: haec sanctificatio, -um [lustratio *var. l.*], hoc sanctimonium. 334, 41 *καθαρμός*: purgatio, -um, haec lustratio, purificatio): **1** *fit censu acto* (*cf.* Dionys. ant. 4, 22, 2 *τοῦτον τὸν καθαρμὸν . . . Ῥωμαῖοι καθαίρονται μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν τιμήσεων ὑπὸ τῶν ἐχόντων τὴν ἱερωτάτην ἀρχὴν λοῦστρον ὀνομάζοντες. -um condere solet alter ex censoribus [cf. e. g.* Tab. cens. *et* Liv. 38, 36, 10 *sub a], sed usu laxiore dicuntur ambo id facere p. 1881, 2 et sub b; non fiunt sacra l. 83. p. 1881, 35. 48; numerantur -a ab initio l. 84 p. 1881, 38. 55*):

a *formula prisca* -um condere: *formula adhibetur saepe vi non iam perspicua; munus potius census agendi intellexisse videntur* Liv. 1, 44, 2 Tac. ann. 11, 25, 5 (*fortasse et* Svet. Aug. 97, 1), *quinquennium constituendum* Ps. Dosith., Cens., Isid.; *tamen locutionem primitus ritum sacrum respexisse elucet ex exemplis vetustioribus (cf.* -um facere *fere syn.* Tab. cens. *infra et* Cens. *sub b nec non interpretationem gr.* καθαρμός Dionys. *supra et* Ps. Dosith. *infra), unde condere i. q. peragere intellegitur vol. IV 152, 27; notionem originariam locutionis fuisse* '*rem, quae luit vel solvit, sc. ignem, reponere sim.*' *coniecit Ogilvie, Journ. Rom. Stud. 51, 1961, 31 sqq., coll. ritu purgationis Vmbrorum; hostias terra sepeliendas intellegit post alios Latte, Römische Religionsgeschichte, 1960, 119.*

Scip. min. or. frg. (22 M.) Cic. de orat. 2, 268 (*Africanus ad Aselllum*) is . . ., qui te ex aerariis exemit (*sc. Mummius*), -um condidit et taurum immolavit (*cf. etiam p. 1882, 29 sq.*). Tab. cens. Varro ling. 6, 87 censores inter se sortiuntur, uter -um faciat; ubi templum factum est, post tum conventionem habet qui -um conditurus est. Cic. de orat. 1, 183 cum quaeritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, an, ubi -um ⟨sit⟩ (*inseritur vulgo*) conditum, liber sit (*de eadem re* Ps. Dosith. frg. iur. 17 [= Gloss. III 55, 64. 56, 7. *gr. utroque loco καθαρμὸς κτίζεται*]). Liv. 1, 44, 2 instructum exercitum omnem suovetaurilibus lustravit *Servius Tullius*; idque conditum -um appellatum, quia is censendo finis factus est (*de eodem rege:* Val. Max. 3, 4, 3 cui . . . quater -um condere, ter triumphare contigit. Cens. 18, 14). 3, 3, 9 census deinde actus et conditum ab Quinctio *consule* -um. 3, 22, 1 census actus eo anno; -um propter Capitolium captum, consulem occisum condi religiosum fuit. 3, 24, 10 census . . . perficitur; idque -um ab origine urbis

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

decimum conditum ferunt. 10, 9, 14 -um . . . conditum a P. Sempronio Sopho et P. Sulpicio Saverrione censoribus (*item ab utroque censore*: 10, 47, 2. 27, 36, 6. 40, 46, 8 perioch. 14. 16. *et saepe ibid.* Fest. p. 154 minuitur populo luctus . . ., cum censores -um condiderunt. Plin. nat. 7, 157). 29, 37, 5 -um conditum serius, quia *eqs.* 29, 37, 6. 35, 9, 2 censores erant priore anno creati Sex. Aelius Paetus et C. Cornelius Cethegus; Cornelius -um condidit. 38, 36, 10 M. Claudius Marcellus censor, sorte superato T. Quinctio, -um condidit. 42, 10, 1 perioch. 11. *al.* Fest. p. 339 hi, qui post -um conditum . . . magistratum ceperunt. Val. Max. 4, 1, 10 *Africanus minor* censor, cum -um conderet inque solitaurilium (solita viri *sim. trad.*) sacrificio scriba ex publicis tabulis sollemne ei precationis carmen praeiret, *eius verba mutavit*; . . . qua votorum verecundia deinceps censores in condendis -is usi sunt. Tac. ann. 11, 25, 5 *Claudius* condidit . . . -um, quo censa sunt civium *milia tot.* 12, 4, 3 *Silanus* ordine senatorio movetur, quamquam lecto pridem senatu -oque condito. Svet. Aug. 97, 1 cum -um in campo Martio . . . conderet, aquila *mortem propinquam portendit.* Tib. 21, 1. Ps. Dosith. frg. iur. 17 ⟨peracto⟩ censu -um conditur (*suppl. et emend. Lachmann*; census -o conditur *trad. iuxta vers. gr. καθαρμῷ κτίζεται* Gloss. III 54, 56 = 107, 18); est . . . -um quinquennale tempus, quo Roma lustratur (purgatur *var. l.*). Cens. 18, 13 idem (*sc. quattuor annorum*) tempus anni magni Romanis fuit, quod -um appellabant, ita . . . a Servio Tullio institutum, ut quinto quoque anno censu civium habito -um conderetur, sed non ita a posteris servatum (*quae sequuntur v. sub b*). Paneg. 5, 13, 3 ad censorum laudem pertinebat, si -um felix condidissent. Isid. orig. 5, 37, 2 -um . . . est quinquennium, quod quinto anno dicitur condi propter olympiadas a Romanis *eqs.* *huc pertinet, si recte suppletur*: Fast. mag. Ost. a. 72 *?* (CIL XIV 5354) 5 lustr⟨um conditum⟩ (*'fortasse agitur de lustratione quadam urbis' Degrassi, Inscr. Ital. XIII 1 p. 220 ad l.*)

b -um facere (*praeter ritum sacrum respicitur etiam ipsa censura ita ut sub a; extra censum* Cato *sub 2*): Tab. cens. Varro ling. 6, 87 *v. sub a.* Fast. cos. Antiat. a. 159 a. Chr. (Inscr. Ital. XIII 1 p. 161) ⟨P. Cor⟩neli(us) Sc⟨ipio M. Popilli(us) Laenas cens(ores)⟩ -um ⟨fecerunt⟩ (*verbum exstat ibid. e. g.* a. 147. 120). 109 (*ibid.* p. 163) M. Aemili(us) Scau⟨rus⟩ M. L⟨ivi(us) Drusus cens(ores)⟩ abdicave⟨r(unt)⟩, -um non fecer(unt) (92 [*ibid.* p. 165]. Colot. a. 42 a. Chr. [*ibid.* p. 274] lustr(um) n(on) f(ecerunt)). Capitol. a. 474 a. Chr. (*ibid.* p. 25) ⟨A. Manlius . . . L. Furius, *sc. consules* . . . lustr⟩um f(ecerunt) VIII (*item numerantur*: 403 [p. 29]. 363 [p. 33]. *et passim ibid.; adde* Cens. *infra*). *et al. in* Fastis (*conspectum habes in Inscr. Ital. XIII 1 p. 627 sqq.*). R. Gest. div. Aug. 8 in consulatu sexto censum populi conlega M. Agrippa egi; -um post annum alterum et quadragensimum feci; quo -o civium Romanorum censa sunt capita *tot* (*gr. ter ponitur ἀποτελμησις. iisdem fere verbis memoratur ibid. alter et tertius census ab Augusto peractus*). Cens. 18, 14 cum inter primum a Servio rege conditum -um et id quod ab imperatore Vespasiano V et T. Caesare III cons. factum est anni interfuerunt paulo minus DCL, -a tamen per ea tempora non plura quam LXXII sunt facta et postea plane fieri desierunt. perficere: Liv. 24, 43, 4 ne -um perficerent, mors prohibuit P. Furi *censoris*; M. Atilius (*sc. eius collega*) magistratu se abdicavit. 38, 36, 10 -o perfecto consules in provincias profecti sunt.

c *exempla cetera*: Cic. Att. 1, 18, 8 ne absens censeare, curabo edicendum . . .; sub -um autem censeri germani negotiatoris est; quare cura, ut te quam primum videamus. Liv. 10, 47, 2 censores vicesimi sexti a primis censoribus, -um undevicesimum (inde vic. *var. l.; v. Berve, RE XIII 2050 in adn.*) fuit. Ps. Dosith. frg. iur. 17 (*ad quaestionem p. 1880, 75 adumbratam*) existimant . . . censum descendere ad diem -i, non -um recurrere (dec- *trad.*) ad diem census; quod ideo quaesitum est, quoniam omnia, ⟨quae⟩ in censu aguntur, -o confirmantur (*gr. respondet καθαρμός* Gloss. III 56, 12. 13. 19).

2 *fit qualibet occasione* (*sacra fiunt passim per suovetaurilia circumagenda vel quamlibet circuitionem, cf. e. g.* Cato, Varro, Lucan.; *vergit fortasse in notionem secundariam q. e. pompa l. 82*): Cato agr. 141, 3 (*quae praecedunt v. sub* 1. lustro) *Mars pater*, fundi, terrae agrique mei lustrandi -ique faciendi ergo . . . macte hisce suovitaurilibus lactentibus inmolandis esto. Varro ling. 5, 153 armilustrium ab ambitu -i (*cf.* 6, 22 *armilustrium* ab lu⟨d⟩endo aut -o, id est quod circumibant ludentes ancilibus armati). Prop. 4, 1, 20 *veteribus cura fuit* accenso celebrare Parilia faeno, qualia nunc curto -a novantur equo (*Parilia nunc novo ritu celebrata intellegit Dumézil, Eranos 54, 1956, 234 sqq., alia sacra alii*). Sen. Tro. 777 (*Andromacha ad filium*) nec stato -i die, solemne referens Troici lusus (-i *var. l.*) sacrum, puer . . . turmas ages (*an ad p. 1884, 61? sed cf. Wissowa, Rel. u. Kultus², 450 n. 3*). Lucan. 1, 593 *prodigiorum expiandorum causa senatus* iubet . . . a civibus urbem ambiri et festo purgantes moenia -o longa per extremos pomeria cingere fines pontifices. Plin. nat. 28, 22 cur publicis -is . . . nomina victimas ducentium prospera legimus? (*cf. p. 1873, 1*). Act. Arv. a. 224 l. 7 quod . . . ictu fulmin(is) arbor(es) sacr(i) l(uci) d(eae) D(iae) attact(ae) arduer(int) *eqs.* . . ., eius rei causa lustr(um) miss(um) suovetaurilib(us) maior(ibus) (*eadem de causa ibid.* l. 18. a. 240 [Inscr. Notiz. Scavi 1914 p. 466] I 11 op(eris) inchoandi causa luci sublucandi *eqs.* Max. Tavr. serm. 106, 2 M. -um a nonnullis sacrilegis mitti solere [*inter munera deis oblata ponitur vol. VIII 1187, 16 sq.; intellegasne potius sacra commissa, sc. coll. ibid. p. 1171, 71 sqq., vel pompam ire iussam?*]). Cod. Theod. 16, 2, 5 quosdam ecclesiasticos . . . a diversarum religionum hominibus ad -orum sacrificia celebranda conpelli. Vigil. Trid. ad Simplic. 3 p. 551C -i feralis vexillo praeferri vexillum vetuit passionis (*respicitur martyrium Sisinnii, Alexandri Martyriique ut*: ad Ioh. 5 p. 554B vexillum . . . diabolicorum -orum. Max. Tavr. serm. 105, 2 M. cum *Anauni* . . . adsueto sacrilegio, quod -um dicunt, loca vellent universa polluere [*eadem fere* 106, 1 *ubi syn.* funestis circuitionibus]. 106, 2 *v. supra*).

B *i. q. res, quae lustrando tollitur* (*quomodo notio cum A cohaereat, illustrari potest vocibus* piaculum, purgamen *sim.; sed vix suspiceris hanc esse vim originariam, a qua, ut exposuit Deubner, Arch. Rel. Wiss. 17, 1913, 131, etiam* 2. lustrum *sit derivandum*): Querol. p. 38, 13 R. estne aliqua tibi arcula inanis? :: non una quidem.:: una tantum est opus, in qua -um illud exportetur foras (*de eadem re* p. 43, 16 ministri . . . mei -um istud in fluvios dabunt. *cf. p. 35, 1* si qua intra aedes latet mala fortuna, vincienda atque exportanda est. *43, 11 sq.* nullam umquam domum sic purificatam retineo; quidquid erat calamitatis egestatisque inclusimus *arcula*).

II *extra res sacras*: **A** *strictius pertinet ad censum agendum*: **1** *i. q. tempus lustratione censoris constitutum consecratumque et proxima lustratione terminatum* (*hic illic respicitur fortasse intervallum, quo distat altera creatio censorum ab altera insequenti; numerus annorum interpositorum primitus variat [cf. e. g. Berve, RE XIII 2047 sqq.], postea impleri solent quinque anni; cf. p. 1880, 22 sq. et* Ps. Dosith., Cens., Isid. *sub I A 1 a allatos nec non* Ps. Ascon. Verr. p. 247, 25 quorum *censorum* administratio per -um, hoc est quinquennium, tenditur): Lucil. 7 (*orat deus quidam, ut interitus urbis [an mors Lentuli Lupi?] differatur*) si non amplius, at -um (ad iustrum *trad.*) hoc protolleret unum (*an ad B 1 b β?*). 395 Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus -um illo censore malum infelixque fuisse (Cic. de orat. 2, 268 Asello Africanus obicienti -um illud i. . . . inquit [*v. p. 1880, 70*]. *cf.* Fest. p. 289 -um parum felix. Paneg. 5, 13, 3 Catonis oratio de -i sui felicitate [*de qua v. Stark, Rhein. Mus. 96, 1953, 184 sqq.*] *et v. vol. VI 1, 438, 49 sqq.*). Liv. 3, 31, 2 si ea res aeque suo (*sc. quo tribuni plebis essent*) biennio iaceret ac toto superiore -o iacuisset. 5, 31, 6 C. Iulius censor decessit; in eius locum M. Cornelius suffectus, quae res postea religioni fuit, quia eo -o Roma est capta (*eadem res respicitur* 9, 34, 20). 27, 33, 8 senatus . . . ludos magnos facere dictatorem iussit, quos M. Aemilius . . . in quinquennium voverat; tum dictator et fecit ludos et in insequens -um vovit (*an ad B 1 b β?*). 39, 52, 1 ⟨L. Valerium⟩ principem senatus ipsum censorem lectum invenio, cum superioribus duobus -is Africanus fuisset (*an ad 2 coll.* Elog. *ibid.?*). Plin. nat. 17, 244 *in ara Iovis Capitolini* ficus enata est M. Messalae C. Cassii censorum -o, a quo tempore pudicitiam subversam Piso . . . prodidit. 35, 14 ut . . . M. Aufidius tutelae Capitolio redemptor docuerit patres argenteos esse clupeos, qui pro aereis per aliquot iam -a adsignabantur. Svet. Aug. 97, 1 vota, quae in proximum -um suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit. **2** *i. q. munus census agendi* (*huc pertinent quaedam sub I A 1 a et b allata*): Cic. Att. 4, 16, 8 non . . . te puto de -o, quod iam desperatum est, aut de iudiciis . . . quaerere (*4, 9, 1* velim scire, num censum impediant tribuni *eqs.*). Elog. (CIL I² 1 p. 193) n. 13 *Q. F. Maximus* princeps in senatum duobus -is lectus est. R. Gest. div. Aug. 8 (*textum pleniorem versionemque gr. v. sub I A 1 b*) quo -o . . . censa sunt capita *tot* (*et bis ibid.* Liv. 1, 44, 2. 9, 19, 2. 45, 15, 2 perioch. 14 *et al. ibid.*). Liv. 39, 44, 3 quae *mancipia* post proximum -um decem milibus aeris . . . venissent ([*nisi ad I A 1 c*]. 45, 15, 2 *libertinos*, ubi pr. -o censi essent, censeri iusserunt. Plin. nat. 7, 215 *horologio solario accepto* tamen nubilo *caelo* incertae fuere horae usque ad pr. -um; tunc Scipio Nasica . . . primus aqua divisit horas). 41, 8, 7 summa querellarum erat *sociorum nominis Latini*, cives suos Romae censos plerosque Romam commigrasse; quod si permittatur, perpaucis -is futurum, ut deserta oppida . . . nullum militem dare possint. Serv. Aen. 8, 183 moris . . . fuerat completo -o pingues victimas offerre censores.

B *laxius et per similitudinem transfertur ad spatium temporis* (*ad res inde determinatas p. 1883, 35. 1884, 61. cf.* Synon. Cic. p. 444, 31 saeculum. aetas. tempus. spatium. -um. sempiternum. aeternum. perpetuum. per omne aevum): **1** *quinque annos complectens, sc. tantum, quantum continui solent distare census* (*v. A 1; sed per computationem numeros terminales includentem adhibetur nimirum etiam de quadriennio, v. p. 1883, 2. 1884, 30 [dub. l. 77 sqq.]; alia quadriennia ad 2 relegavimus. addidimus exempla hinc derivanda, quae quantum tempus significaverint nescimus, ut e. g. p. 1883, 35. cf.* Varro ling. 6, 11 [*v. l. 77*] tempus quinquennale [*item* Pavl. Fest. p. 120 Ps. Dosith. frg. iur. 17]. Serv. Aen. 1, 283 quinquenniis [Isid. orig. 5, 37, 2 Gloss.]. Exc. Bob. gramm. I 554, 18 *πενταετηρίς* [Isid. orig. 5, 37, 2 Lyd. mens. 3, 22 Gloss.]. *et sim. al.*): **a** *fere technice respicitur*: *α tributum solvendum vel locatio conductio* (*usu derivando ex locatione publica per censores facta; cf. supra l. 44 et* Varro ling. 6, 11 -um nominatum tempus quinquennale a luendo, id est solvendo, quod quinto quoque anno vectigalia et ultro tributa per censores persolvebantur [quinto q. a. *etiam 'post completos annos quinque' significare posse docuit Howard, Class. Quart. 8, 1958, 1 sqq.*]): Cic. Att. 6, 2, 5 populi . . . publicanis, quibus hoc ipso -o nihil solverant, etiam superioris -i ⟨reliqua⟩ reddiderunt (*add. Wesenberg coll.* fam. 2, 13, 3 publicanis . . . s. -i reliqua . . . conservaram). Ov. Pont. 4, 9, 45 *te consulem* longi reditus hastae suppo-

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

nere -i . . . et . . . cuncta locare. PLIN. epist. 9, 37, 2 priore -o, quamquam post magnas remissiones, reliqua creverunt (*hoc -um quattuor annorum fuisse computavit Sherwin-White ad l.*). EDICT. imp. Hadr. dig. 49, 14, 3, 6 si peracto -o discedere voluerint *conductores vectigalium*. CELS. dig. 47, 2, 68(67), 5 si colonus post -um conductionis anno amplius fructus invito domino perceperit (*sim.* VLP. dig. 12, 1, 4, 1). VLP. dig. 19, 2, 13, 11 etsi -um . . . fuerat conductioni praestitutum. *ibid.* secundo . . . anno post finitum -um. *dubitanter huc traximus* (*ut proposuit Romanelli, Diz. epigr. III 981b*): CIL VI 9471 C. Iulius Hermes conductor horreorum Seianorum -i terti sua p(ecunia) d(onum) d(edit).

β magisterium collegii: Ⓘ *fabrum tignuariorum*: CIL VI 9034 ⟨Ti. Clau⟩dius Aug(usti) l(ibertus) Onesimus ⟨rede⟩mptor operum Caesar(is *? sed cf. Inscr. Dessau, 3512*), quinq(uennalis) coll(egi) fabr(um) tignua(riorum) -i XIIX (*de eodem collegio*: 996 lust(ri) XXII⟨I⟩. 9406 -i XXVII. 9415b [*?*]). XIV 299 (*saec. I med.; v. quod scripsit Wikkert in praefatione ibid. p. 611*) magister quinquennalis collegi fabroru(m) tignuariorum Ostiensium -i II (*de eodem collegio*: 371 -i XXI. 370 -i XXII [5383]. *et saepe*). 2630 (*tit. Tusculanus an Ostiensis?*) decur(ioni) coll. fabr. ex -o XV, nungento (*i.* non-) ad subfrag(ia) -o XVI, mag(istro) quinq(uennali) . . . -o XVII, honorat(o) ex -o XIIX *eqs.* 3009 (*Praeneste*) magister quinquennal(is) collegi fabrorum tignuariorum lustr⟨i⟩ XIII. INSCR. Notiz. Scavi 1924 p. 347 n. 2 (*Veletris*) ⟨mag(ister)⟩ quinq(uennalis) con⟨legi fabrum tignuario⟩r(um) -i ⟨. . .⟩. Ⓘⓘ *sacerdotum*: INSCR. Notiz. Scavi 1914 p. 363 (*Romae, a. 70*) mag(istri) II quinquennales -i primi (*sc. collegii sacerdotum cuiusdam*). CIL VI 422 -o eiusdem Damarionis (*sc. sacerdotis I. O. M. Heliopolitani*). 30982(*iuxta imaginem sacrificii Minervae oblati*) ministri -i secundi. X 5671 colleg(ium) venator(um) sacer(dotum) Dean⟨e⟩ -i III. Ⓘⓘⓘ *cuiuslibet*: CIL VI 384 mag(ister) quinqu⟨e⟩nn(alis) coll(egi) aromatar(iorum) -i XXIIX. 7861 (*in sepulchro Octaviorum*) mag(ister) quinq(uennalis) conl(egi) cent(onariorum) -i XI. FAST. colleg. inc. (CIL VI 10299) ⟨lu⟩str(um) XXIIX (*non pertinet ad collegium fabrum tignuariorum, v. Degrassi ad l.*, Inscr. Ital. XIII 1 p. 336). CIL IX 1666 (*Beneventi*) editio primi -i muneris quinquennal(is).

γ munus primipili alteriusve centurionis annonam militarem curantis (*significari videtur potius ipsum officium quam tempus administrationis; rem explicat Mócsy, Germania 44, 1966, 312sqq. congestis pluribus, quam hic exhibemus, titulis; intellegebatur olim primipilus fere censoris officio fungens et territoria legionis locans*): CIL III 14356^{3a} (*a. 205*) mil(es) *quidam* . . . cond(uctor) prat(i) Fur(iani*?*) lustr(o) Nert(ii) Celerini p(rimi) p(ili). 8112 (= 12656, *a. 228*) *dispensatoris cuiusdam* vik(arius) lust⟨ro⟩ Cl. Alex⟨an⟩dri ha⟨s(tati) cum⟩ mensorib⟨us⟩. V 808 (*saec. III med.*) Fl. Exuperat(us) agens in lus⟨t(ro)⟩ Fl. Sabini p(rimi) p(ili), Ael(ius) Severus agens lust(ro) Aur. Flav(iani*?*) pr(incipis) signif(er) leg(ionis) *cuiusdam* . . ., Valer(ius) Valens signif(er) leg(ionis) XIII Gem(inae) lust(ro) Aur(elii) Zenon(is) p(rimi) p(ili) (*sic solvit post alios Mócsy loco cit.; aliter Mommsen, dubitanter lustrationem quandam intellegens*). *al.*

b *vario usu (sc. maxime poetarum proprio; in prosa oratione inde a* SVET. Aug. 27, 5 APVL. apol. 89, 4, *nisi* LIV. *p. 1882, 39 potius huc spectare putes) adhibetur in locutionibus indicantibus*: *α spatium temporis incertum*: VERG. Aen. 1, 283 veniet -is labentibus aetas, cum *eqs.* (GLOSS.^{L} I Ansil. LV 414 -is l.: praetereuntibus temporibus; -um autem proprie est quinquennii tempus). LVCAN. 2, 569 (*loquitur Pompeius*) multis . . . rebellis Gallia iam -is ([*hyperbolice*; geminis *haud necessario coni. Bentley, coll. p. 1884*, 7]. AMM. 30, 4, 13). VAL. FL. 2, 572 manet immotis nox . . . -is. SIL. 13, 88 crevisse . . . immensum per tempus opes -isque relictum innumeris aurum. CLAVD. 1, 33 *Probum* non ventura silebunt -a. 18, 103 *Eutropium* iactantem . . . suos tot . . . per -a labores. carm. min. 27, 31 -orum numero victus *ales* (*i. Phoenix*). *sing. fere exempli loco poni videtur pro quolibet temporis spatio*: CLAVD. 1, 275 (*266sq.* o bene signatum fraterno nomine, *sc. Probino Olybrioque consulibus*, tempus, o . . . felix . . . anne!) omni nobilior -o, tibi gloria soli contigit . . . germanos habuisse duces (*paulo aliter, sc. ut ad 2 spectet, Gesner ad l. 'videtur generaliore significatione poni, pro unoquoque temporis intervallo sive circuitu'. vix cogites de singulis annis consulatus coll. p. 1884, 38*).

β certum annorum numerum: Ⓘ *de quinquennio* (*huc trahit Leuze, Zur Gesch. der röm. Censur, 1912, 90sqq.* LVCIL. *p. 1882, 27 et* LIV. *p. 1882, 39*): CIRIS 24 cum . . . tarda . . . confecto redeunt quinquennia -o. HOR. carm. 2, 4, 24 cuius octavum trepidavit aetas claudere -um (PORPH. octo . . . -a ⌊octo quinquennia⌋ [*delendum*] quadraginta annos . . . cludunt). 4, 1, 6 *Venus*, desine . . . circa -a decem flectere mollibus iam durum imperiis. 4, 14, 37 Fortuna -o prospera tertio belli secundos reddidit exitus. OV. am. 3, 6, 27 nondum Troia fuit -is obsessa duobus. ars 2, 694 post septem -a. 3, 15sq. -is errante duobus et totidem -is bella gerente viro (*item de Vlixe errante*: Pont. 4, 10, 10 per duo -a [4, 16, 14]. *cf.* STAT. silv. 3, 5, 7 si . . . quattuor emeritis per bella, per aequora -is errarem). fast. 2, 183 iam tria -a puer . . . agebat (*met. 2, 497* ter quinque . . . natalibus actis). 3, 120 *cum Romulus annum ordinavisset, veteres* mensibus egerunt -a minora decem (*cf. 3, 100* ille minor geminis mensibus annus erat). 3, 165 *Caesar* decies senos ter centum et quinque diebus iunxit et e pleno tempora quinta (quarta *man. rec. in cod. A*) die; hic anni modus est; in -um accedere debet, quae consummatur partibus, una dies (*neglegenter fortasse persecutus est verba edicti, cuius vestigia exhibet Macr. Sat. 1, 14, 15* unum diem . . . quinto quoque incipiente anno intercalari iussit). 4, 702 addiderat . . . annos ad duo -a duos. Ib. 1 -is bis iam mihi quinque peractis. trist. 4, 8, 33 decem -is . . . peractis. 4, 10, 78 novem . . . addiderat -is altera -a novem. MANIL. 3, 580 *piscis et aries* -a decem tribue⟨n⟩t *hominum vitae* solis (soles *var. l.*) cum mensibus octo. LVCAN. 1, 283 bellantem geminis tenuit te (*Caesarem*) Gallia -is. 8, 479 -a suae Phoebes . . . vixerat Apis (*sc. XXV annos, quos concedit ei dea; cf. Pietschmann, RE I 2808, 25*). SIL. 13, 559 mille peractis . . . redeunt *animae* in corpora -is. 16, 151 gemino Laurentia -o possedit regna *Hannibal.* 16, 628 (*Fabius ad Scipionem*) trinis maerentem funera -is Ausoniam purga bello. 16, 689 *Hannibali* tertia large fundenti nostrum ducuntur -a cruorem. 17, 333 post trina . . . -a. STAT. silv. 1, 4, 53 bis senis . . . excedere -is. 3, 3, 146 dextra bis octonis fluxerunt saecula -is. 5, 3, 253 trinis . . . decem quinquennia -is iuncta ferens. MART. 1, 101, 4 quarta tribus -is addita messis erat. 10, 38, 9 vixisti tribus . . . -is (*antea*: quindecim . . . annos). 10, 71, 5 bis sex -a tori nox . . . ultima clusit. 12, 31, 7 septima -a. SVET. Aug. 27, 5 tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua semel atque iterum per singula -a collegam sibi cooptavit (*cf. Tib. 9, 3* tr. potestatem in quinquennium accepit *ab Augusto*). APVL. apol. 89, 4 annos computet, quos sexaginta mulieri adsignabat, probet quinque et quinquaginta: -o mentitus sit (est *vulgo*). CIL IX 1156 (*saec. II med.*) *mater II viri quinquennalis cuiusdam defuncti* intra -um honoris eius . . . stravit *viam*. PANEG. 5, 13, 1 quinque annorum nobis reliqua remisisti; o -um omnibus -is felicius *eqs.* *al.* *pleonastice* quinquennia -i (*si recte trad.; aliter infra l. 66*): CE 1248, 3 (*ex schedis*) vix consummavit septem quinquennia -i ('*fortasse fuit* -is' *Bücheler; versus similiter exeuntes collegit idem, addi potest* CIRIS 24q. -o [*v. supra*]; *vix recte notionem q. e. 'aetas, vita' postulavit Armini, Sepulcralia Latina, 1916, 42*). ⓘⓘ *de quadriennio* (*exempla certiora; cf. 2b et c infra nec non quae supra ad II B1 monuimus*): PANEG. 8, 4, 2 (*celebratur numerus quaternarius*) elementa quattuor et totidem anni vices . . . et emenso quater caelo -a redeuntia *eqs.* PHOC. carm. de Verg. 122 commoda terrae edocuit geminis anno minus omnia -is (*cf. Don. vita Verg. l. 89 Br.* georgica VII . . . perfecit annis. *sim. et Serv. vita Verg. p. 2*).

2 *aequo ordine rediens, sed diuturnitatis cuiuslibet* (*respiciuntur intervalla non definita* MANIL., SEN. nat., AVG. *sub a, anni unius l. 42sq. 60, annorum quattuor l. 54sqq. et c [minus probabiliter hunc usum ad 1 trahas coll. p. 1882, 69], centum l. 51sq.*); *terminatur intervallum*: **a** *sideribus circuitum explentibus*: LVCR. 5, 931 multa . . . per caelum solis volventia -a . . . vitam tractabant more ferarum (*cf.* SEN. Ag. 42 post decima [gemina *haud necessario coni. Bentley*] Phoebi -a devicto Ilio adest *Agamemno*). MANIL. 3, 321 *signa zodiaci* paribus spatiis per singula -a resurgunt. SEN. nat. 7, 19, 2 *cometas* habere cursus suos et post certa -a in conspectum mortalium exire. *dubitanter huc rettulimus*: AVG. mus. 6, 11, 29 dum caeli conversio . . . caelestia corpora ad idem revocat diebusque et mensibus et annis et -is ceterisque siderum orbibus legibus aequalitatis . . . obtemperat.

b *ludis*: *α de intervallo*: HOR. carm. saec. 67 remque Romanam Latiumque felix alterum in -um meliusque semper prorogat aevum (*cf.* MART. 4, 1, 7 *Domitianus* colat ingenti redeuntia saecula -o). OV. Pont. 4, 6, 6 in Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: iam tempus -i transit in alterius (*item alternat cum* Olympias, *sc. ita ut loci etiam ad 1b trahi possint*: MART. 4, 45, 3 ut qui prima novo signat quinquennia -o, impleat innumeras . . . Olympiadas. AVSON. 149, 5 p. 195 P. *sed certe de Olympiade*: STAT. silv. 2, 6, 72 nectere . . . cum tribus Eleis unam trieterida -is. SERV. Aen. 1, 283 '-is' quinquenniis; et bene Olympiadibus computat tempora, quia nondum erant . . . consules). STAT. silv. 3, 1, 45 hic tibi (*Herculi*) festa . . . annua veloci peragunt certamina -o. *β de anno, quo ludi fiunt, vel de ipsis ludis* (*cf.* SERV. auct. Aen. 3, 279 'lustramur' apto verbo usus est mentionem ludorum facturus; horum enim certaminum sacra celebratio -um vocatur *eqs.*): STAT. Theb. 1, 421 non aliter quam Pisaeo sua -a Tonanti cum redeunt crudisque virum sudoribus ardet pulvis. silv. 2, 2, 6 post patrii . . . quinquennia -i (*sc. Augustalium Neapolitanorum ut*: 5, 3, 134 protinus ad p. raperis certamina -i). 3, 5, 92 Capitolinis quinquennia (*i. Augustalia*) proxima -is (*de iisdem*: 4, 2, 62 saepe coronatis iteres quinquennia -is. CIL VI 33976 *Q. Sulpicius Maximus* tertio certaminis -o inter Graecos poetas . . . professus . . . cum honore discessit [*cf. editorem ad l.* 'tertium certaminis -um *intellegendum est agonis Capitolini a Domitiano a. 86 conditi*']. IX 2860 certamine sacro Iovis Capitolini -o sexto [*a. 106*] claritate ingenii coronatus est). TAC. ann. 16, 2, 2 quinquennale ludicrum secundo -o celebra⟨ba⟩tur (*respiciuntur Neronia ut*: AVR. VICT. Caes. 27, 7 -i certamine, quod Nero Romam induxerat, aucto firmatoque *a Gordiano*). SVET. Nero 53 proximo -o descensurum eum ad Olympia[m].

c *annis intercalaribus* (*cf. p. 1883, 84*): PLIN. nat. 2, 122 conpetit . . . hoc omnibus *ventis* . . . per singulas intercalationes uno die anticipantibus rursusque -o sequenti ordinem servantibus *dierum, quibus flant.* 2, 130 *ventorum et tempestatum* redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat . . .; et est principium -i eius semper intercalario anno caniculae ortu.

C *usu novato glossarum* (*cf. p. 1880, 37*): GLOSS. V 415, 43 (= 425, 16) -um: inluminatio (*ad* ISID. nat. 6, 6 dictum . . . -um, quia census

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

per quinquennium ... agebatur; deinde post peractum censum ... urbs Roma lustrabatur [inl- *var. l., qua fortasse deceptus interpres finxit notionem loco non aptam*]. *eandem explicationem, sed fonte non indicato exhibent* GLOSS. V 369, 40 *et* GLOSS.^{L} Corp. L 302). GLOSS.^{L} III Abol. LV 6 -um: quinquenni tempus aut lumen (*cf.* GLOSS. V 572, 10 -um: quinquennium vel lumen).

deriv.: lustrago, lustralis, lustricus, 1. lustro.

compos.: bilustrum (*cf.* bilustris); lustrificus.

2. lustrum (*sc.* lustra, -orum *praeter l. 20*) *n. et* lustra, -ae *f.* [*cum* 1. lutum *conferri solet, ita ut ambae voces e radice quae subest verbo* polluere *pendeant; v. ad* 1. lutum. *Sch.*] *veriloquium κατ' ἀντίφρασιν exhibet* SERV. Aen. 1, 607 -a ... per contrarium dicimus, quia parum inlustrantur (*inde* ISID. orig. 14, 8, 29). *primam vocalem brevem esse, sed in homonymo* 1. lustrum *produci docent* PAVL. FEST. p. 120 DIFF. Suet. p. 277 ISID. diff. app. 4 DIFF. gramm. suppl. 276, 18.

de genere et numero: usurpatur imprimis plur. (*inter* nomina generis neutri semper pluralis numeri *affert* PROB. app. gramm. IV 196, 4) *idque maxime forma ambigua* -is, *sed genus neutr. habent certum* CIC. Sest. 20 Cael. 44. Pis. frg. 11 (*si recte suppletur*). VARRO rust. 2, 4, 8 VARIVS carm. frg. 4, 2 *al.* *formae neutr. sing. non leguntur praeter nom.* -um APVL. apol. 74, 6 (*inter* locus *et* lupanar; *sc. de uno homine*). EXC. Bob. gramm. I 553, 38 (*ubi resp. gr. φωλεός in serie vocabulorum*). GLOSS. (*cf. l. 25; abl.* -o *vix recte recepit e codd. recc. aliquot Klotz* CIC. Verr. II 3, 62 [lucro *codd. opt.*, ludo *Peterson, v. p. 1790, 10*]). *fem. exstant formae hae*: -am PAVL. FEST. p. 117 (-um *Müller; sed* p. 120 [*infra sub 1a*] *potius plur. neutr. structura neglentiore positum intellegas coll. e. g. Fest. p. 230* plexa colligata significat) *et falsa var. lect. pro plur.* -a ENNOD. opusc. 4, 21 p. 388, 3; *fortasse etiam* PLAVT. Cas. 242sq. ubi in -a iacuisti? :: egone in -a? (*huc referre temptaveris coll.* ganea *iuxta* ganeum *aliisque huiusmodi; sed numerus sing. vocis in usu fere non est et ideo potius acc. plur. sec. structuram verborum movendi per contaminationem positum esse intellegas, ut vol. VII 1, 795, 72 et Hofmann-Szantyr 277*). *legitur notione q. e. lupanar inde a* PLAVTO, TVRPIL. (*cf. p. 1846, 27*), *ceterum inde a* VARRONE, VARIO. [*continuatane est vox in dial. camp. (Reims)? cf. M.-L. 5183. Wartburg V 475. St.*] [*falsa var l.* -o CIC. Verr. II 3, 62 (*pro* ludo, *v. supra*), devia -a OV. met. 3, 370 (*codd. rec. sec.* 3, 146 *p. 1886, 63*, d. rura *ceteri recte, cf. vol. V 1, 866, 67 sqq.*); *de* CIC. Cael. 57 *v. infra sub 1b.*]

i. q. locus lutosus vel incultus sim. (*metonymice de actionibus l. 65, de homine p. 1886, 23*): **1** *cum contemptu adhibetur de loco, ubi commorantur homines ad explendas turpes libidines, sc. maxime de lupanari* (*hunc usum a notione sub 2 illustratam derivat recte* PAVL. FEST. *infra*): **a** *testimonia gramm.*: PAVL. FEST. p. 120 -a significat (significant *Müller*) lacunas lutosas, quae sunt in silvis aprorum cubilia; qua similitudine hi, qui in locis abditis et sordidis ventri et desidiae operam dant, dicuntur in -is vitam agere; et cum eiusdem vocabuli prima syllaba producitur, significat nunc tempus quinquennale, nunc populi lustrationem (*cf.* NON. *p. 1879, 78 et* GLOSS.^{L} IV Ps. Plac. L 10 -is: locis abditis, in quae potandi libidinumque [libidinandique *var. l.*] causa secedebant). PORPH. Hor. sat. 1, 6, 68 -a non ferarum cubilia tantum, sed et popinae dicuntur (*inde* SCHOL. *ad l.*). NON. p. 333, 9 -a dicuntur ferarum habitacula (*affert* VERG. georg. 2, 471 Aen. 3, 647, *v. sub 2b*); -a etiam lupanaria dicuntur (*affert locos sub b citandos* PLAVT. Asin. 867 Cas. 242sq. TVRPIL. com. 149 AFRAN. com. 242 CIC. Phil. 2, 6. *item testantur utramque notionem*: SERV. Aen. 1, 607 [*inde* ISID. orig. 14, 8, 29]. 3, 647 SERV. auct. Aen. 4, 151 SCHOL. Hor. sat. 1, 6, 68. *cf.* SERV. georg. 2, 471 bene 'ferarum' addidit, quoniam sunt in urbibus -a meretricum. GLOSS.^{L} I Ansil. LV 413 -is: lupanaribus). SERV. Aen. 6, 131 ('tenent media omnia silvae') per 'silvas' tenebras et -a significat, in quibus feritas et libido dominantur. DIFF. Suet. p. 277, 4sq. -a producte et -a correpte: hoc interest, quod lustra certa tempora sunt, -a latibula ferarum vel turpium hominum receptacula (*eadem fere* ISID. diff. app. 4 DIFF. gramm. suppl. 276, 18. *cf.* GLOSS. -a: latibula ferarum vel turpium hominum). **b** *cetera exempla* (*hic illic non tam locus quam ipsa stupra, libidines sim. significari videntur, ut l. 68. p. 1886, 2; quibus exemplis fortasse adnumeres etiam* CIC. Cael. 57 *p. 273, 47 allatum, cum varia lectio* inusitatae *potius correctori cuidam tribuenda sit*): PLAVT. Asin. 867 is (*sc. pater*) apud scortum corruptelae e⟨s⟩t liberis, -is studet. 934 (*verba Artemonae*) cano capite te cuculum uxor ex -is rapit (*inde emendatur* ARGVM. 8 *corrupte traditum*). Bacch. 743 aurum ..., quod dem scortis quodque in -is comedim, congraecer (et congregem *codd.*, -greger *Non. p. 83, 24*, -graecem *vulgo et vol. IV 285, 25*). Cas. 242 sq. *v. l. 28*. Curc. 508 *lenones* male suadendo et -is lacerant homines (*trad. metro invito; correxerunt alii aliter*). TVRPIL. com. 149 quibus rem rebus despoliasti, foede dum in -is lates. LVCIL. 1034 quem sumptu⟨m⟩ facis in -is, circum oppida lustrans. AFRAN. com. 242 scias abesse ab -is (inlustris *trad.*) ingenium procul. CIC. p. red. in sen. 13 cur in -is et helluationibus huius calamistrati saltatoris (*sc. Gabinii*) ... virtus tam diu cessavit? Sest. 20 hominem (*sc. Gabinium*) emersum subito ex diuturnis tenebris -orum ac stuprorum (*inde fortasse recte supplevit Halm* Pis. frg. 11 video amicorum sordibus, video ⟨-orum⟩ tenebris occultantem libidines suas). Cael. 44 in M. Caelio ... nulla luxuries reperietur, ... nulla conviviorum ac -orum (stuprorum *var. l.*) libido. Phil. 2, 6 vino -isque confectus *Antonius* (13, 24 in -is, popinis, alea, vino tempus aetatis omne consumpsisses. fam. 12, 2, 1 quae ... in -is et in vino commentatio potuit esse? LIV. 23, 45, 2 vino et scortis omnibusque -is ... confectos *milites Hannibalis*. AMM. 28, 4, 29 omne quod vivunt vino et tesseris inpendunt et -is et voluptatibus et spectaculis). LVCR. 4, 1136 desidiose agere aetatem -isque perire. HOR. sat. 1, 6, 68 si neque avaritiam neque sordes nec mala -a obiciet ... quisquam mihi (mala *epitheton ornans esse docet* PORPH. *ad l.*). LIV. 26, 2, 15 *Cn. Fulvium* in ganea -isque, ubi iuventam egerit, senectutem acturum (perioch. 50 iacente eo *rege* in g. et -is. HIER. in Os. 4, 10—12 l. 197 ut ganeas et lupanaria et libidinum -a sectetur. *cf.* APVL. *infra*). SIL. 11, 33 luxus et insanis nutrita ignavia -is consumptusque pudor ... lacerabat ... populum *Capuae*. DECL. in Catil. 103 noctes omnes aut in -is scortorum aut in antris M. Laecae traducere *Catilinam*. DON. Ter. Eun. 555, 5 'emergam' ut ex -is atque inhonestis locis utpote meretriciae domus. AMM. 18, 5, 6 dum haec in castris Constantii quasi per -a (ludicra *coni. Bentley, Langen*) aguntur et scaenam. HIER. adv. Iovin. 2, 37 in aviariis tuis ... upupae nutriuntur, quae tota foetidae voluptatis -a circumvolent (*cf. in Zacch. 5, 9—11 l. 190* avem ... esse spurcissimam *upupam*). SALV. gub. 7, 89 horruerunt -a ac lupanaria, horruerunt concubitus contactusque meretricum (7, 106 omnes ... civitates numquid non -is plenae sunt ac lupanaribus foetent? *addas* APVL. *infra et* HIER. in Os. *supra*). 7, 108 nullae ... urbes -is, nullae ... impuritatibus vacant. *fingitur sing. neutr. conviciose de ipso homine libidinibus obscenis inserviente*: APVL. apol. 74, 6 *Herennius Rufinus* est ... omnium malorum seminarium nec non idem libidinum ganearumque locus (lutus, lutum *coni. viri docti*), -um, lupanar.

2 *de locis naturalibus, ubi versantur imprimis ferae*: **a** *de lacunis lutosis*: VARRO rust. 2, 4, 8 *sues* admissuras cum faciunt, [et] prodigunt in lutosos limites ac -a, ut volutentur in luto, quae enim illorum requies, ut lavatio hominis. PAVL. FEST. p. 117 lacuna, id est aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii -am (lutram *cod. T*, -um *Müller vix recte*) dicunt. p. 120 (*v. sub 1a. inde* GLOSS. IV 111, 17 -a: cubilia aprorum in silvis).

b *sine respectu luti* (*sc. fere in poesi; in prosa oratione inde ab* ARNOB., HIER.): *α de singulis ferarum cubilibus, latibulis* (*pauca certiora; huc trahere possis fortasse etiam l. 64. 73. 75; ad notionem cf. 1a passim, ceterum* CLAVD. DON. Aen. 3, 645 [*v. l. 44*] p. 346, 22 -a sunt, quae faciunt ferae inter sentis et illic cubant, domus vero quas infodiunt altius. EXC. Bob. gramm. I 553, 38 -um *φωλεός* [*item* GLOSS. II 474, 18 *φωλαιός*: hoc -um, latebra, hoc latibulum. 500, 50 III 260, 49. *cf.* II 125, 26 -a: *φωλεοί*]. GLOSS. -a: cubilia ferarum. *al.*): VARIVS carm. frg. 4, 2 canis umbrosam lustrans Gortynia vallem, si veteris potuit cervae comprendere -a. VERG. georg. 2, 471 illic saltus ac -a ferarum (Aen. 3, 647 in silvis inter deserta f. -a domosque. SIL. 3, 438. 16, 552 -a exagitare f. venatu. NEMES. cyn. 98 tu *Diana* pande domos et -a f. IVVENC. 1, 364 AVIEN. ora 556. HIER. in Os. 7, 13/14 l. 349 in *haereticorum* conciliabulis, quae pulchre 'cubilia' appellat et f. -a. DRAC. Orest. 295). SEN. Phaedr. 40 *canes* demissi nare sagaci captent auras -aque presso quaerant rostro. LVCAN. 1, 328 *tigres* matrum dum -a secuntur. 3, 408 (*in luco sacro*) illis et volucres metuunt insistere ramis et -is recubare ferae. VAL. FL. 1, 490 saltus vastataque pernix venator *tigridis catulos rapiens* cum -a fugit. STAT. Ach. 1, 358 (*Thetis ad Lycomedem*) neve ... -is nemorum concede vagari *Achillem* (*cf.* AVIAN. fab. 1, 7 silvarum repetentem *lupum* -a suarum [*inde* apol. 1 -a sua]). AVIAN. fab. 9, 16 -is conditur ursa suis (17, 2. apol. 1 *v. supra*. CORIPP. Iust. 4, 24 horrescunt sua -a ferae dulcesque latebras linquunt). SIDON. epist. 8, 6, 12 opacandis habilia -is ... nemora. ENNOD. opusc. 4, 21 p. 388, 3 quos *senes* ... inter -a (-am *man. pr. cod. B*) beluarum habitatio longa miscuerat. *β de quibuslibet locis silvestribus incultis, inviis, de dumetis sim.* (*fere pleonastice acced. gen.* silvarum RVT. NAM. 1, 464 [*aliter l. 54*], *adi.* silvestribus CLAVD. rapt. Pros. 3, 44): VERG. Aen. 4, 151 postquam altos ventum in montis atque invia -a, ecce ferae ... caprae decurrere iugis (STAT. Ach. 2, 103. *cf.* OV. met. 3, 146 per devia -a). 11, 570 in dumis interque horrentia -a (CLAVD. DON. *ad l.* cum sint -a, in quibus ferae cubitant, merito metuenda, adiecit 'horrentia'. *cf.* VAL. FL. 4, 370 monstris horrida -a). CALP. ecl. 5, 14 amantes -a capellas. VAL. FL. 1, 104 magnā ... ratem per -a viasque visi (iussi *trad.*) laude canunt ... Fauni silvarumque deae. 3, 68 venatibus actis -a ... Triviamque canens *Athamas*. 3, 242 quam nunc incognita vellet *Cyzicus* -a sibi nullosque datos venatibus annos. 3, 593. 3, 733 quae nova -a requirat *Hercules*. 4, 52 montes desertaque -a tenebis. 8, 27 sparsis comitum (*sc. venatorum*) per -a catervis. SIL. 3, 355 Lusitanum ... remotis extractum -is. 4, 303 venator densa ... cum -a exagitat spissisque cubilibus atram immittit ... pestem (8, 565 Boviania quique [*sc. Samnites*] exagitant -a. *v. etiam supra i. 45*). 4, 560 ceu -a pererret in nemore aut agitet Gargano terga ferarum (AVIAN. fab. 37, 9 *de leone praedante*). 8, 571 hos (*sc. Lucanos Hirpinosque*) venatus alit; -a incoluere. 16, 103 per inhospita -a. STAT. Theb. 1, 404 Tydeus ... eadem ... -a terit. 7, 213 (*Iuppiter ad Bacchum*) *Pentheus* lacero tua -a (iussa *var. l.*) replevit funere. 9, 615 (*Atalanta ad Dianam*) in tetricis et post conubia -is sic quoque venatrix animoque innupta remansi. 11, 752 (*Creon ad Oedipoda*) habeant te -a tuusque Cithaeron. silv. 2, 2, 54 -a fuerunt, quae nunc tecta subis. 3, 1, 169 -a habitata feris. Ach. 1, 267 (*verba Thetidis*) mox iterum campos, iterum Centaurica reddam -a tibi (DRAC. Ro-

[Clavadetscher]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mul. 8, 323). ARNOB. nat. 3, 21 *in sedibus deorum* sunt ... silvae, sunt -a, sunt nemora: ut venationum praepotens habeatur in expeditionibus Diana. AVIEN. ora 511 nunc ager vacu[i]us lare -a et ferarum sustinet cubilia. 525 *Indigetum* gens ferox venatibus -isque inhaerens. PS. RVFIN. in Ioel 1, 9 p. 1039[A] aerumna ... egestatis ... culta pariter et -a vastantis (*sim. opponuntur* culturis SIDON. epist. 4, 21, 5). in Os. 2, 12 p. 976[B] fiet ... -is potius quam agris regio tota consimilis, id est, quae feris dignior quam hominibus censeatur. *ibid.* p. 976[C] nec saltus nec -a laboratis sepibus claudit agricola. CLAVD. 8, 467 -a Lycaei (carm. min. 25, 48). 24, 304 (*ad Dianae comitem*) tu Gallica cingis -a (ENNOD. carm. 1, 1, 6 in excursum G. -a [lingua *var. l.*] sequi). 27, 4 *venatoris* mens ... ad silvas et sua -a redit. rapt. Pros. 3, 44 haecine vita iuvat silvestribus addita -is indiscreta feris? (*cf.* RVT. NAM. 1, 464 silvarum ... -a). *al.*

homoeoprophora: PLAVT. Asin. 867 corruptelae e⟨s⟩t liberis, -is studet. Curc. 508 -is lacerant. TVRPIL. com. 149 in -is lates. LVCIL. 1034 in -is, circum oppida lustrans. CIC. Cael. 44 -orum libido. VARRO rust. 2, 4, 8 *sues* prodigunt in lutosos limites ac -a, ut volutentur in luto. APVL. apol. 74, 6 libidinum ... locus, -um, lupanar (HIER. in Os. 4, 10–12 l. 197 lupanaria et libidinum -a. SALV. gub. 7, 89. 7, 106). VEN. FORT. Mart. 1, 508 o felix regio sancti pede, lumine, tactu, inlustris lustrante viro loca, -a, ligustra.

in lusu verborum cum 1. lustro: VARIVS carm. frg. 4, 2 lustrans ... vallem, si ... potuit ... comprendere -a. VEN. FORT. *supra. vix addas* LVCIL. 1034 (*v. quae p. 1880, 3 monuimus*).

deriv.: 2. lustror. *compos.*: lustrivagus.

1. lūstrus *v.* 1. lūstrum.

? **2. lustrus** i. viola alba GLOSS. III 584, 22. *obscurum, nisi recte ad* lapistrus *pro* rapistrum *revocavit André, Arch. Lat. Med. Aevi 26, 1956, 203, sc. mutatis inter se interpretamentis glossae huius et praecedentis, ut legendum sit* -us i. lapsinia *pro* lapsanium, lapsana). *Clavadetscher.*

1. *lūsus, -ūs *m.* (lūsum, -ī *n., v. l. 41*). *a* ludere. *de scriptura: ?* luss-: ANTH. 429, 1 ad -us (allussus *trad.*, s *prima erasa*). *v. etiam p. 1769, 67. ?* luusus: CIL IV 4649 (*si recte legitur*). lo-: VITA Anton. 36 p. 49, 1 (lu- *ed.*). *de formis: gen. plur. non legitur. dat. sing.* -u GRATT. 207 *p. 1888, 69.* FIRM. math. 4, 19, 17 *p. 1888, 59.* CE 1935 *p. 1888, 45* (*nisi abl.*), -ui PAVL. FEST. p. 70 SEN. benef. 2, 32, 4. *al. formae heteroclitica: abl. sing.* -o: HIER. in Ier. 30, 18–22 *p. 1889, 28* (*in var. l.; cf. 31, 15* mercato). ISID. orig. 18, 16, 2 ludos a luso vocatos (*contractum e* TERT. *p. 1769, 22*). 18, 69, 2 (*falsa var. l. pro* -um). *acc. plur.* -os *non nisi in falsa var. l.* PORPH. Hor. sat. 1, 10, 37 sq. *p. 1891, 23. nom. sing. neutr.* -um (*sec. gr. παίγνιον. cf.* NON. p. 211, 16 -s vel ludus genere dicuntur masculino, feminino lusiones): VITA Anton. 36 p. 49, 1 CONC.[S] II 3, 3 p. 76, 5 (*iuxta* instrumentum) *et fort.* GLOSS.[L] II Philox. LV 54 -um *παίγνιον* (*nisi acc.*). *perturbatis generibus necnon casibus*: CIL X 5928 ob renovatam ... -us iuvenum, quod ... fuerat obliteratum. *cum apice* lú-: CIL XIV 2640 lúsús (*deest e. g.* XIV 409, 17 lusús). *legitur in prosa oratione inde a* VARRONE (*?v. p. 1769, 22. 1888, 1*), AVGVSTO, LIV., FESTO, SEN. contr., VAL. MAX.; *in poesi inde ab* HOR., PROP., OV.; *deest apud epicos aetatis Flavianae.*

[*confunditur cum* ludus OV. Pont. 1, 9, 9. 4, 8, 74 QVINT. decl. 321 p. 260, 6 PLIN. epist. 9, 33, 3. *al.*, iussus LIV. 40, 9, 11, luxus PROP. 2, 32, 29 PRIAP. 44, 2 PETRON. 27, 3. *al.* (*falso trad.* MART. 12, 15, 5 *p. 1935, 20; restituitur* CAEL. AVR. chron. 1, 5, 163 *sub II B, e coni. dub.* LIV. 1, 57, 9 *p. 1935, 75*), usus PAVL. FEST. p. 70 SEN. benef. 2, 17, 3 (*restituitur* CONC.[S] I 5 p. 371, 20). *e coni. dub.* DIRAE 26 *v. p. 1775, 29.*]

i. q. actio ludendi (metonymias v. sub IA 3, II C 2 et p. 1890, 66, prosopopoeiam p. 1888, 64); gr. respondet παίγνιον, nisi alia adnotantur; saepe iuxtaponitur iocus, *v. e. g. p. 1888, 21 sqq. 1891, 2 sqq. ad notionem cf.* NON. p. 133, 17 -s vel lusio, qui ab nobis ludus dicitur (*afferuntur Varro Men. 279 [v. p. 1773, 38; intellexitne Non. notionem q. e. schola ceterum nusquam exstantem?] nec non frg.* [*v. sub* lusio]). SYNON. Cic. p. 426, 21 gaudium, laetitia, hilaritas, voluptas ..., -s, gestus, iocus, *eqs.* GLOSS. -s: *παίγνιον. παιδιὰ τὸ παίγνιον. παιδιά. παιγνιά.* iocus, cachinnus. -um: *παίγνιον.* ad -um: ad iocum (lucum *trad.*). -us gratia[m]: *παιδιᾶς χάριν. locutiones praepositionales potiores*: PRIAP. 44, 2 per -um ... per iocumque dici (OV. fast. 2, 368 bracchia per -us experienda. LIV. 1, 5, 2 ut ... currerent. MANIL. 5, 173 otia per varios exercet ... -us. SEN. epist. 20, 6 agitur vita. 95, 33 homo ... occiditur. SVET. Claud. 27, 1 piro ... iactato. VLP. dig. 9, 2, 9, 4 iaculantibus). SEN. dial. 9, 17, 4 inter -um ... tripudiare (PETRON. 33, 3 dicta i. -um consumit. QVINT. inst. 1, 1, 36 ediscere). LACT. inst. 1, 21, 49 quae si quis faciat in -um (in -u *var. l.*). *sing. collect. exstat e. g.* QVINT. inst. 1, 3, 10 *p. 1889, 83,* PLIN. epist. 9, 33, 3 *p. 1890, 5; cf. etiam p. 1891, 82.*

I *notione communi significatur actio non seria se delectantis, lascivientis, otium agentis sim.* (*opp.* serius *p. 1888, 4 sqq.*, studium *p. 1888, 54 sqq.*): **A** *-s fit quolibet modo* (*sc. maxime actione corporea*): **1** *generatim*: **a** *de -bus hominum, deorum* (*respicitur celebratio sacrorum e. g.* PROP. 4, 4, 75 OV. fast. 1, 424 LIV. 1, 5, 2 MELA 2, 18 TERT. idol. 14. *exempla selecta inde a* QVINT.): PROP. 4, 4, 75 (*respiciuntur Parilia*) annua pastorum convivia, -s in urbe, cum pagana madent fercula divitiis, cumque super raros faeni flammantis acervos traicit ... ebria turba pedes. OV. fast. 1, 424 sicut erat -u fessa, quievit *Baccha quaedam* (*cf.* CVRT. 9, 10, 24 bacchantium -s [*27* bacchabundum agmen]. PLIN. nat. 3, 8 in universam Hispaniam M. Varro pervenisse Hiberos et Persas ... tradit [*frg. 396 F.*]; -um enim Liberi patris aut lyssam cum eo bacchantium nomen dedisse Lusitaniae). trist. 1, 8, 31 sq. quid, nisi tot -us et tot mea seria nosses, tot nossem -us s.que ipse tua? (Pont. 1, 9, 9 -us gravitate carentes, s. cum liquida saepe peracta fide. VAL. MAX. 8, 8, 2 [*antea*: pila lusisse ...; alveo quoque et calculis interdum vacasse] in rebus s., ... in [scaelus] -bus. SEN. epist. 18, 15 *immodica ira* non minus inter s. *nascitur* quam inter -us et iocos. *v. etiam p. 1891, 14 sqq.*). Pont. 1, 4, 4 nec, iuveni -us qui placuere, iuvant *me senem* (*cf.* LIV. 37, 20, 5 in iuvenales -us lasciviamque versi *milites*). LIV. 1, 5, 2 (*1* Lupercal ... ludicrum) ut nudi iuvenes Lycaeum Pana venerantes per -um atque lasciviam currerent (*iuxtaponitur ut*: 37, 20, 5 *supra.* CELS. 3, 24, 5 *infra. v. etiam* COLVM. 7, 12, 12 *sub b.* TAC. dial. 10, 4 *sub B1*). MANIL. 5, 110 levibus gaudent lascivaque signant pectora *Haedi*, et in -us agiles (faciles *Housman in ed. maiore*; cursus alacres *Bentley*) agilemque vigorem desudant *hoc sidere nati* (*an ad 2 a?*). 5, 450 Cepheus ... non dabit in -um mores ('*non tribuet mores, qui in -um propendeant ducantque*' *Housman ad l.*), facit ora severa. PAVL. FEST. p. 44 catampo genus est -us. p. 70 delicatus, quasi -ui dicatus. SEN. contr. 1 praef. 14 cum se remiserat (de- *vel* di- *trad.*) *a studiis Porcius Latro*, in omnes -us, in omnes iocos se resolvebat (CELS. 3, 24, 5 *in morbo regio* utendum est ... -u, i., ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur [-ui coludis *vel* clauso loco uti ludis *trad.*]. SEN. dial. 9, 17, 6 nisi naturalem quandam voluptatem haberet -s i.que. AVG. serm. 196, 4, 4 *Kalendis Ianuariis a Christianis* non fiant illa, quae odit deus: per -um iniquitas, per i. improbitas. *v. etiam l. 8*). 9, 2, 24 (*meretrix proconsulem rogaverat, ut sibi daret spectaculum decollationis*) quid exhorruistis, iudices? meretricios -us loquor. VAL. MAX. 6, 9, 5 *Q. Catuli* si superior aetas revolvatur, multi -us, multae deliciae reperiantur. PHAEDR. 3, 14, 12 -us animo debent ... dari (*13 opp.* ad cogitandum). SEN. dial. 4, 20, 3 -us quoque proderunt *iis, qui proclives in iram sunt*; modica enim voluptas laxat animos et temperat. 9, 17, 4 antiqui ... viri solebant inter -um ac festa tempora ... tripudiare. 12 (11), 17, 6 *dedecet Romanos* luctum suum ... intempestivis avocare (evocare *var. l.*; sevocare, fugare *coni. viri docti*) -bus. epist. 18, 7 hoc, *sc. vilissimo cibo vesci*, triduo et quatriduo fer ..., ut non -s sit, sed experimentum (*antea*: luxuria ... ludit *cenis Timoneis*). MELA 1, 106 *Tabarenis* in -u risuque summum bonum est (CE 186, 9 post obitum ⟨n⟩ec r. nec -s ⟨n⟩ec ulla voluptas erit. *v. etiam p. 1891, 50*). 2, 18 *apud quosdam Thraces* funera ... festa sunt et veluti sacra cantu -uque celebrantur (*Sol. 10, 3* gaudiis). PLIN. nat. 9, 139 (*de purpurae usu*) iuvat ... ludere inpendio et -us geminare miscendo iterumque et ipsa adulterare adulteria naturae, sicut testudines tinguere *eqs.* CE 1109, 32 (*aet. Flaviorum; ad defunctum pro deo habitum*) seu tu turba stipatus Amorum laetus Adoneis -bus insereris *eqs.* 1935 (*Pompeis*) unctor ... ti⟨bi⟩ carus -uque (*dat. an abl.?*) iocoso adsuetus. QVINT. decl. 260 p. 66, 8 amavit ille *adulescens abdicatus* meretricem et intra concessos adulescentiae -us (licet aliud parentibus videatur, natura tamen datos) forsitan minus tenuerit cupiditatium frenos (*vergit ad 2 b, sed sequitur postea*: iniit paulo tempestiviora convivia; ... liberalius vixit. *ceterum cf.* 375 p. 415, 11 non possum -us arguere, qui donari aetati possunt; non est luxuriosus *filius meus.* PORPH. Hor. carm. 1, 9, 1 Thaliarchum ad laetiorem vitam hortatur *poeta*, ut -bus adulescentiae, quamdiu aetas permitti⟨t, uta⟩tur). p. 68, 23 aequalis ... et in studiis comes et in -bus (PLIN. epist. 2, 17, 24 *Saturnalibus* nec ipse meorum -bus nec illi st. meis obstrepunt. *v. etiam p. 1889, 84 sqq.*). TERT. idol. 14 p. 47, 1 nobis, quibus sabbata extranea sunt ..., Saturnalia et Ianuariae et Brumae et Matronales frequentantur ..., consonant -us, convivia constrepunt. FIRM. math. 4, 19, 17 *Venus* facit homines delectabiles, laetos, vocabiles, adsiduo -u vacantes (*v. etiam p. 1891, 75*). SIDON. epist. 3, 1, 1 *isdem* artibus instituti, *isdem* -bus otiati *amici* (*cf. l. 54*). EVGRAPH. Ter. Eun. 586 'et quia consimilem luserat iam ipse olim ludum' quia, inquit, Iuppiter ... in imbrem aureum sese commutarat ad fraudem et similiter -um luserat ut ego, qui pro eunucho ad virginem veneram. *al.* *per prosopopoeiam est comes Amoris*: DRAC. Romul. 10, 266 nudus ludit Hymen, mollis Lascivia saltat, blanda Libido coit, simplex Affectus inhaeret, ... resonabant Oscula labris, dant faciles plausus Concordia, Gratia, -s. **b** *de -bus animalium* (*v. etiam p. 1890, 34 sqq.*): GRATT. 207 quodsi maturo (*sc. non praecoci*) pressantes (*sc. reprimentes*) gaudia -u (*dat. fin., si recte interpr. et Enk et Verdière ad l.*) dissimulare feras tacitique accedere possent *canes*, illis omne decus ... constaret. COLVM. 7, 12, 12 *canum* catulos ... emitti ... ad matrem -us ac lasciviae causa. GELL. 6, 8, 4 delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines, -us, gestationes, aurigationes refert *Apion* (*Frg. Gr. Hist. 616 F 6*). APVL. met. 10, 19, 2 (*respic. 10, 17, 6* asinum luctantem, asinum saltantem *eqs.*) *homines* -us meos spectare gestientes. **c** *per similitudinem de -bus fortunae, naturae*: PETRON. 13, 1 o -um fortunae mirabilem. PLIN. nat. 14, 42 coronario naturae -u stephanitis *uva*, acinos foliis intercursantibus.

2 *speciatim respiciuntur*: **a** *motus exercitatioque corporis*: **α** *varia*: HOR. sat. 1, 6, 126 fugio campum -umque trigonem (*de -u simili*: SEN. benef. 2, 17, 3 volo Chrysippi [*frg. 725 Arnim*] nostri uti similitudine de pilae -u, quam *eqs.* [*in eadem re* 2, 17, 5. 2, 32, 1. 3. 4]. PETRON. 27, 3 *pilae* inter manus -u [luxu *var. l.*; nisu *Jahn*] expellente vibrabant. HIST. Apoll. rec. B 13 dum cum suis pilae -um exerceret [rec.

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

C: ad p. -um exerceretur]. ISID. orig. 18, 69, 2 cubitalem -um). OV. met. 10, 182 (*177* ineunt certamina disci *Apollo et Hyacinthus*) actus . . . cupidine -us *Hyacinthus* (*de eadem fabula* COMM. instr. 1, 11, 19 -bus inpositis, *i. institutis*). 14, 556 virgineis exercent -bus undas Naïdes aequoreae. fast. 2, 368 vectibus (*var. l.* caestibus) et iaculis et misso pondere saxi bracchia per -us experienda dabant. LIV. 5, 6, 3 venandi studium ac voluptas homines . . . in montes silvasque rapit; belli necessitatibus eam patientiam non adhibebimus, quam vel -s ac voluptas elicere solet? 40, 9, 11 (*Perseus ad Demetrium*) ab hostili proelio tamquam fraterno -u pertrahere me ad cenam voluisti (*40, 6, 6* ludicro certamini. *40, 9, 10* simulacro ludicro pugnae. *de eadem re* 40, 13, 3 tempora . . . -us). MANIL. 5, 173 otia per varios exercet dulcia -us *sidere Leporis natus, qui semper ludit cursu, pugillatione, pilis.* FEST. p. 194 oscillantes, ait Cornificius (*frg. 14 F.*), ab eo, quod os celare (eos celeres *trad.*) sint soliti personis propter verecundiam, qui eo genere -us utebantur. CE 927, 1 (*Pompeis*) ⟨se⟩rpentis -us *praestigiatoris cuiusdam* (*versus explicat Bücheler, Kl. Schr. I 94sq.*). AMPEL. 2, 9 quod *Crotos* plausu et -u (usu *Urlichs coll. Eratosth. catast. 28 τῇ τῶν χειρῶν χρήσει*) sagittarum eas *Musas* avocaret (adiuvaret *Urlichs*, oblectaret *Assmann*). VLP. dig. 9, 2, 9, 4 si per -um iaculantibus servus fuerit occisus. PAVL. dig. 9, 2, 10 -s quoque noxius in culpa est. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 54sq. ('venari . . . timet, ludere doctior') irascitur Romanos omisso militaris exercitii studio ad Graecos ineptos luxuriososque -us transisse. LACT. mort. pers. 24, 4 *Galerius* sub obtentu exercitii ac -us feris illum *Constantinum* obiecerat. **β** *saltatio* (*cf. p. 1887, 83*): DON. Ter. Ad. 752 'tu inter eas restim ductitans saltabis': -s est natus ab eo fune, quo introductus equus durius (ligneus *var. l.*) in Troiam est, cum conexis manibus fune[m] ⟨c⟩horum ducunt saltantes. HIER. in Ier. 30, 18—22 ('vox . . . ludentium') non illo -o (*var. l.* -u, ludo, luxu), quo manducavit populus et bibit et surrexit, ut luderet (*sc. amando, cf. infra l. 46*), sed eo, quo coram arca domini lusit David (*II reg. 6, 5*). DRAC. Romul. 6, 120 agmina saltantum miscentur -bus aptis (*nisi dat., ita ut ad 1a pertineat*).

b *res amatoriae ceterum* (*cf. etiam p. 1888, 44. 47sqq. 1891, 24*): PROP. 1, 10, 9 (*1sq.* primo cum testis amori adfueram) non . . . a vestro potui secedere -u. 2, 32, 29 sin . . . longo nox una aut altera -u (luxu *dett. aliquot*) consumpta est. OV. am. 1, 8, 86 (*lena ad puellam*) nec, si quem falles, tu periurare timeto; commodat in -us numina surda Venus. 2, 3, 13 (= EPIST. Sapph. 21) est . . . facies, sunt apti -bus anni. PETRON. 26, 4 Quartilla . . . -um . . . puerilem (*Gitonis et Pannychidis*) libidinosa speculabatur diligentia. MART. 10, 35, 9 *Sulpicia poeta* castos docet et probos amores, -us, delicias facetiasque. QVINT. decl. 357 p. 389, 16 nec reprehendi -us in eiusmodi iuventa debere (*respiciuntur adulteria ut ibid.* l. 18). CE 1504 A, 5 (*saec. II?*) Priape, . . . da mihi, ut pueris et ut puellis fascino placeam . . . -busque frequentibus iocisque dissipem curas. TERT. ieiun. 6 p. 280, 12 'manducavit populus et bibit et surrexerunt ludere' (*exod. 32, 6*); intellege sanctae scripturae verecundiam: -um nisi impudicum non denotasset. PORPH. Hor. carm. 4, 1, 9sq. venerios -us ([SCHOL. Hor.: venerius -s]. 4, 1, 33sq.). Ps. TIT. epist. l. 362 Gabaonites . . . per vanum -um concitaverunt in indignationem dominum (*iud. 19, 22sqq.*). CAEL. AVR. salut. praec. 29 ne nimio -u obtunsa sint genitalia. DRAC. Romul. 6, 106 Venus ad sponsas . . .: 'crescite fecundis gaudentes -bus ambae'.

c *-s aleae, latrunculorum sim.*: EPIST. imp. Aug. Suet. Aug. 71, 3 (*antea*: lusimus . . . forumque aleatorum calfecimus) ego perdidi viginti milia nummum . . ., cum effuse in -u liberalis fuissem. OV. ars 3, 372 sumus incauti . . . nudaque per -us pectora nostra (*i. mentes nostrae*) patent. trist. 2, 483 (*471* sunt aliis scriptae, quibus alea luditur, artes) quique alii -us . . . perdere rem caram, tempora nostra, solent. LIV. 4, 17, 4 (*3* in tesserarum prospero iactu) non aversum ab intentione -us animum *regis* (*de eadem re* VAL. MAX. 9, 9, 3 *sub B2*). PETRON. 33, 1 'permittetis . . . finiri -um'; sequebatur puer cum tabula . . . et . . . tesseris. 33, 3 inter -um. 34, 1 -u intermisso. LAVS Pis. 191 te si forte iuvat . . . -us . . . movere per artem, callidiore modo . . . variatur . . . calculus *eqs.* QVINT. inst. 11, 2, 38 in -u duodecim scriptorum cum prior calculum promovisset essetque victus, *eqs.* TAC. ann. 13, 15, 2 festis Saturno diebus inter alia aequalium ludicra regnum -u sortientium evenerat ea sors Neroni (*cf. Hor. carm. 1, 4, 18* nec regna vini sortiere talis). PLIN. epist. 7, 24, 5 laxare animum -u calculorum. SVET. Cal. 41, 2 ne ex -u quidem aleae compendium spernens (Claud. 39, 1 COD. Iust. 3, 43 rubr.). Claud. 33, 2 *alea* solitus etiam in gestatione ludere ita essedo alveoque adaptatis, ne -s confunderetur. GELL. 18, 13, 4 qui eum -um luseramus (*quae praecedunt v. p. 1867, 9. simul pertinet ad B2*). TERT. nat. 2, 10, 2 *calculorum* -um inisse. *al.*

d *-us pueriles* (*opp.* res veneriae PORPH.; *cf. 3c et* QVINT. *sub B2*): OV. met. 8, 199 puer Icarus . . . modo . . . captabat plumas, . . . modo pollice ceram mollibat -uque suo mirabile patris impediebat opus. LIV. 5, 27, 2 is *magister* cum . . . instituisset pueros ante urbem -us exercendique causa producere. *ibid.*: -u sermonibusque variatis longius . . . progressus. 41, 20, 3 quibus⟨dam⟩ . . . puerilia, ut escae aut -us, munera dare (-us ⟨res⟩ *Novák; cf. Polyb. 26, 1, 8 ἀστραγάλους*). SEN. dial. 4, 10, 1 -us et ineptos aequalium iocos. QVINT. inst. 1, 1, 26 eburneas . . . litterarum formas in -um offerre *infantibus.* 1, 3, 10 nec me offenderit -s in pueris (est et hoc signum alacritatis) *eqs.* 1, 12, 10. decl. 321 p. 260, 6 *non obstiterunt neci fratris* puritiae studia, -us, tristitia, ioci (TAC. dial. 28, 5 non st. modo curasque, sed remissiones etiam -usque puerorum. *cf. p. 1888, 54sqq.*). TAC. Germ. 32 Tencteri . . . equestris disciplinae arte praecellunt; . . . hi -us infantium, haec iuvenum aemulatio. PLIN. epist. 9, 33, 3 omnis hic *in litore* aetas piscandi, navigandi atque etiam natandi studio tenetur, maxime pueri, quos otium -sque sollicitat. SVET. Claud. 27, 1 piro per -um in sublime iactato et hiatu oris excepto. MIN. FEL. 3, 6 -s est testam teretem . . . legere de litore *eqs.* PORPH. Hor. carm. 2, 5, 1 *puella* -us magis quam rerum veneriarum cupida. epist. 1, 1, 62 pueri -u cantare solent: 'rex erit *eqs.*'. ars 417 hoc ex -u puerorum sustulit *poeta*, qui ludentes solent dicere: 'quisquis *eqs.*' (VITA Anton. 36 p. 49, 1 p. indisciplinatum -um aut . . . motus latronum [*Migne gr. 26, 896B κίνησις tantum*]. AVG. serm. 3 [*respicitur gen. 21, 9*] omnis -s p. simulacrum est negotii maioris. *addas* TAC. dial. 28, 5 *supra. aliter infra l. 22. 25. cf.* AVG. divers. quaest. 61, 5 facilis ad -um *est* pueritia; quid autem -ui puerili tam simile est quam idola colere? [COMM. instr. 1, 6, 5. *cf. p. 1889, 39. 1892, 5*]). *al.*

e *ludi publici* (*fere minus technice praeter l. 20sq. 22sqq.; -s est pars ludorum* SVET. Nero 11, 1 TERT., *in comparatione* SVET. Nero 29; *ceterum cf. p. 1889, 16. 24. an huc etiam* MART. *sub IIB?*): CIL XIV 2592 (*a. 32/33*) curator -us ⟨iuvenalis⟩ (*al. v. p. 728, 81sqq. et cf.* -s iuvenum *p. 736, 41sq., adde* CIL XI 4386. *alio sensu p.1888, 10*). PAVL. FEST. p. 367 Troia . . . -s puerorum equestris dicitur (*cf.* SEN. Tro. 778 nec stato lustri die solemne referens Troici -us sacrum puer citatas nobilis turmas ages. SVET. Aug. 43, 2 Troiae -um edidit . . . maiorum minorumque puerorum [Claud. 21, 3 *in circo maximo* T. -um exhibuit]). VAL. MAX. 2, 5, 4 *tibicines quidam in foro capite velato et veste variata canunt*; quibus . . . huiusce -us ius est datum. SEN. epist. 7, 3 casu in meridianum spectaculum incidi -us expectans et sales et aliquid laxamenti, quo hominum oculi ab humano cruore adquiescant. 95, 33 homo . . . iam per -um ac iocum occiditur. MART. epigr. 26, 8 (*1sqq.* lusit Nereidum . . . chorus) aut docuit -us hos Thetis aut didicit. 1 praef. vers. 2 nosses iocosae dulce cum sacrum Florae festosque -us et licentiam volgi, cur in theatrum, Cato severe, venisti? 1, 14, 1 delicias, Caesar, -usque iocosque leonum vidimus (hoc etiam praestat harena tibi), cum prensus blando totiens a dente rediret . . . lepus (*de eisdem* 1, 44, 1 lascivos leporum cursus -usque l.). 8, 30, 1 qui nunc Caesareae -s spectatur harenae, temporibus Bruti gloria summa fuit: aspicis, ut teneat flammas poenaque fruatur fortis . . . manus *hominis malefici damnati.* SVET. Nero 11, 1 iuvenalibus *ludis* senes quoque . . . anusque . . . recepit ad -um. 29 suam . . . pudicitiam usque adeo prostituit, ut . . . novissime quasi genus -us excogitaret, quo ferae pelle contectus emitteretur e cavea *eqs.* TERT. nat. 1, 10, 47 (*46* in gladiatorum cavea, ubi ⟨super⟩ sanguinem humanum . . . proinde saltant dei vestri argumenta et historias *eqs.*) risimus et meridiani ludi de deis -um, quo Ditis (quodistis *trad.*) pater . . . gladiatorum exsequias cum malleo deducit, quo[d] Mercurius . . . corpora . . . e cauterio probat (*an ad p. 1892, 25sqq. pertinet? cf. apol. 15, 5* inter ludicras meridianorum crudelitates). CLAVD. 28, 621 haec et belligeros exercuit area (*i. circus*) -us (ludos *cod. II*), armatos haec saepe choros.

3 *metonymice*: **a** *de puero (puella), quocum quis ludit* (*dictum cum affectu, quem ludibrio habet* MART. 4, 87, 2. 7, 14, 2. *metonymian vix e colore sub IIB illustrato explicaveris, sc. de eo qui laetitiae est*): MART. 4, 87, 2 *mulier quaedam infantem* -us deliciasque vocat (7, 14, 2 *puella nostra* amisit -us d.que suas, non quales . . . ploravit amica Catulli [*2, 1sqq.* passer, deliciae meae puellae, quicum ludere . . . solet] . . .: bis denos puerum numerantem perdidit annos. *item iuxtaponuntur supra l. 33. 1888, 29. 1889, 41*). 5, 37, 17 *puellam nondum sex annos natam,* nostros amores gaudiumque -usque. **b** *de re fere ludendo effecta, sc. de opere figlino* (*vix huc trahi potest p. 1937, 43*): MART. 14, 176, 1 sum figuli -s russi persona Batavi. **c** *de rebus lusioni adhibitis, sc. de instrumento ludendi* (*fortasse huc vergit* LIV. 41, 20, 3 *sub 2d*): HIST. Apoll. rec. A 13 vidit puerum . . . ferentem iuvenilem -um ad gymnasium pertinentem (rec. B: -us iuvenales, *rec. C*: ludos).

B *-s fit loquendo, canendo, scribendo, cogitando*: **1** *strictius de actione scribendi* (*canendi* SEN., BVC. Eins., CE) *carmina leviora vel metonymice de ipsis carminibus levioribus* (*respiciuntur fere lyrica vel satirica; ad 2 spectant loci quidam* MART., *si epigrammatum singulos iocos intellegere malis; opponuntur vel distinguuntur vita activa* OV. trist. 2, 223 PLIN. epist. 9, 25, 1, *genus altum magnumque* SEN. Ag. 336, oratio PLIN. epist. 4, 14, 1 [*oratio soluta* SIDON. epist. 9, 15, 1], graviora opera PLIN. epist. 8, 21, 2 [*cf.* seria *p. 1891, 14sqq.*, Musa severa ANTH. 429, 1], *epos* TER. MAVR. 2752 [*cf. p. 1891, 28*]; *ad rem v. Wagenvoort, Studies 1956, 30sqq.*): PRIAP. 1, 1 carminis incompti -us lecture procaces. OV. ars 3, 809 (*in epilogo*) -s habet finem. trist. 2, 223 (*ad Augustum*) imparibus legeres carmina facta modis? non ea te moles *tam levis* Romani nominis urget . . ., -bus ut possis advertere numen ineptis excutiasque oculis otia nostra tuis. SEN. Ag. 336 (*ad Phoebum*) nil acre velim magnumque modis intonet *chelys* altis, sed quale soles leviore lyra flectere carmen simplex, -us cum docta tuos Musa recenset. BVC. Eins. 1, 4 nemoris secreta voluptas invitat calamos; imponite -bus artem. MART. 1, 3, 10 (*poeta ad librum suum*) tu ne totiens domini patiare lituras neve notet -us tristis harundo tuos *eqs.* (*11* lascive). 1, 4, 7 (*ad Caesarem; 3* consuevere iocos vestri quoque ferre triumphi) innocuos censura potest permittere -us *libellorum nostrorum*; lasciva est nobis

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pagina, vita proba. 1, 35, 13 lex haec carminibus data est iocosis, ne possint, nisi pruriant, iuvare; quare . . . parcas -bus et iocis rogamus (6, 85, 9 pectore tu memori nostros evolvere -us, tu solitus totos, Rufe, tenere iocos. PLIN. epist. 8, 21, 2 graviora opera -bus i.que distinguo. *v. etiam infra l. 34sq.*). 11, 16, 7 (*3* mea Lampsacio [*sc. Priapeo*] lascivit pagina versu) tu quoque nequitias nostri -usque libelli uda, puella, legas. TAC. dial. 10, 4 lyricorum . . . iucunditatem et elegorum lascivias et iamborum amaritudinem ⟨et⟩ epigrammatum -us. PLIN. epist. 4, 14, 1 tu fortasse orationem . . . exspectas, at ego . . . -us meos tibi prodo: accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros (SIDON. epist. 9, 15, 1 quereris paginam meam *epistularum*, si resolvatur in -um, solis h. frequentari). 5, 3, 4 (*2* facio nonnumquam versiculos severos parum *et* rideo, iocor, ludo) quorum *gravissimorum virorum, qui talia scriptitaverunt*, non seria modo, verum etiam -us exprimere laudabile est (7, 4, 6 vers. 3 lascivum inveni -um Ciceronis et illo spectandum ingenio, quo s. condidit *eqs.* [*7, 4, 3* epigramma Ciceronis in Tironem suum]. 7, 9, 10 [*9* fas est et carmine remitti . . . arguto et brevi] -us vocantur; sed hi -us non minorem interdum gloriam quam s. consequuntur). 9, 25, 1 -us et ineptias nostras (*opp.* turba castrensium negotiorum). TER. MAVR. 2752 (*2747* heroum factis indignus *versus*) ipse . . . sonus indicat esse hoc *metrum Priapeum* -bus aptum. PORPH. Hor. carm. 1, 32, 1 sq. 'si quid . . . lusimus tecum': sic poetae fere verecunde carmina sua -us vocant (*inde restituitur pro* risus sat. 1, 9, 2 *et abicitur falsa var. l.* -os sat. 1, 10, 37 sq.). ANTH. 429, 1 iam libet ad -us lascivaque furta reverti; ludere, Musa, iuvat; Musa severa, vale (*simul res amatoriae respici videntur*). CE 495, 6 *tibicina vel psaltria* -bus ipsa suis generabat saepe et amore(m) dulce(m) sibi natisque suis. *nomen -us indignatur poeta*: MART. 4, 49, 2 nescit . . ., quid sint epigrammata . . ., qui tantum -us ista iocosque vocat; ille magis ludit, qui scribit prandia . . . Tereos *eqs.* (*sc. carmina epica vel tragoedias; 7 sq.* a nostris procul est omnis vesica libellis *eqs.*). **2** *laxius de iocis in univ.* (*v. etiam p. 1889, 72. 1890, 67; de iocis qui in triumpho decantari solent* MART. 7, 8, 10; *de -bus puerilibus* QVINT.): PRIAP. 44, 2 nolite omnia, quae loquor, putare per -um mihi per iocumque dici; . . . fures omnes, non dubitetis, irrumabo. VAL. MAX. 1, 8, 3 per iocum interrogata dea (*sc. simulacrum Iunonis Monetae*), an Romam migrare vellet, velle se respondit; hac voce audita -s in admirationem versus est. 9, 9, 3 *Veientium rex* cum in tesserarum prospero iactu per iocum conlusori dixisset 'occide' et forte Romanorum legati intervenissent, satellites eius errore vocis inpulsi interficiendo legatos -um ad imperium transtulerunt (*de eadem re* LIV. *sub A 2 c*). MART. 2, 4, 6 (*3* fratrem te vocat et soror vocatur *mater tua*) -um creditis hoc iocumque? 7, 8, 10 festa coronatus ludet convicia miles, inter laurigeros cum comes ibit equos; fas audire iocos levioraque carmina, Caesar, et tibi, si -us ipse triumphus amat. QVINT. inst. 1, 1, 20 (*antea*: nec sum adeo aetatium imprudens, ut instandum protinus teneris acerbe putem exigendamque plane operam) -s hic sit *eqs.* 1, 1, 36 etiam dicta clarorum virorum . . . ediscere inter -um licet. 1, 3, 11 acuendis puerorum ingeniis non inutiles -us, cum positis invicem cuiusque generis quaestiunculis aemulantur. ANTH. 479, 3 (*1* non est forma *puellae* satis) dicta, sales, -us (*an sing.* -s*?*), sermonis gratia, risus vincunt naturae candidioris opus. VAL. CEM. hom. 10, 1 (*de parasitis*) ad excusandam exsecrabilis erroris invidiam aliquanti forte -um praetendant et poenalibus causis laetitiae nomen imponant.

II *vi aucta vel deflexa*: **A** *de actionibus minoris momenti vel difficultatis, de nugis sim.* (*cf.* vel -s *p. 1889, 8*, tantum -us *supra l. 28; opponitur* opus *infra l. 59*, studium religionis *l. 75*): **1** *in locutionibus praedicativis*: -s est (*sine copula* CLAVD.): OV. Pont. 4, 8, 74 (*ad Germanicum*) modo bella geris, numeris modo verba coerces, quodque aliis opus est, hoc tibi -s erit. SEN. contr. 1, 2, 8 non est credibile temperasse a libidine piratas . . ., quibus omne fas nefasque -s est. VAL. MAX. 5, 1 ext. 3 nisi . . . vinum nos defecisset, ista, quae tibi, *Pyrrhe rex*, relata sunt (*sc. male a nobis de te dicta*), prae his, quae de te locuturi eramus, -s ac iocus fuissent. SEN. epist. 102, 20 neque . . . quicquam aliud istae disputationes (*sc. nimis argutae*) sunt quam inter se perite captantium -us (*an sing.* -s*?*). MART. 6, 2, 1 sq. *ante Domitianum* -s erat sacrae conubia fallere taedae, -s et immeritos exsecuisse mares (*cum inf. ut*: CLAVD. 24, 157 *Romae* pacificis debemus moribus omnes, . . . quod sedem mutare licet, quod cernere Thylen -s). *exempla cetera*: SEN. dial. 5, 11, 2 circumscribenda multis modis ira est; peraque, *quibus offendi videris*, in -um iocumque vertantur (*affertur exemplum Socrati ascriptum; cf. p. 289, 1 sqq.*). PETRON. 138, 8 nec me contumeliae lassant: . . . quod eiectus sum, -um puto. **2** *vario usu*: SEN. epist. 20, 6 plerisque *non certam vitae regulam sequentibus* agitur vita per -um. HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 674^{A} si . . . dereliquerit studium religionis et vacaverit -bus mundi istius (*v. p. 1778, 2*). CONC.^{S} I 3 p. 172, 23 evacuantes . . . illorum -um (*sc. accusationem falsam*) invalidumque et effectu carentem . . . pronuntiantes (*alia versio I 2 p. 87, 38* iocis).

? **B** *respicitur potius affectus animi ludentium, ut vergat in colorem laetitiae, lasciviae sim.*: LIV. 40, 14, 2 (*iuvenis ad patrem*) inquiras, qua laetitia, quo -u . . . celebratum . . . convivium sit, illo etiam . . . gaudio (odio *trad.*) provehente, quod *eqs.* (*an intellegas potius sing. collectivum, sc. notionis communis?*). MART. 11, 13, 4 urbis deliciae salesque Nili, ars et gratia, -s et voluptas, Ramnoi decus et dolor theatri atque omnes Veneres Cupidinesque hoc sunt condita, quo Paris *pantomimus*, sepulcro (*genus pantomimi comicum et tragicum significari putat Weinreich, Sitz. Ber. Heidelb. Ak. 1940/41, 16, ut ad I 2 e pertineat locus*). CAEL. AVR. chron. 1, 5, 163 mimica sunt offerenda, si maestitudine furentes laborent, aut rursum tristitiam vel tragicum timorem habentia, si puerili -u (luxu *trad.*) furentes afficiantur.

C *accedit respectus ludibrii; praevalet color irrisionis, irreverentiae* (*dat. fin.* HIER. *sub I*): **1** *usu communi, sc. de actione*: VAL. MAX. 7, 8, 9 homo *moriens* . . . sanctissima iura familiaritatis . . . scurrili -u suggillanda sibi desumpsit. APVL. met. 5, 30, 2 (*Venus ad Cupidinem; I* male prima ⟨a⟩ pueritia inductus es . . . et maiores tuos irreverenter pulsasti totiens *eqs.*) sed iam faxo te -us huius paeniteat. ITALA Ier. 49, 16 (cod. 180) -s tuus adquisivit hoc tibi, *ut contemnereris* (*gr. 29, 17 παιγνία, Vulg.* adrogantia). HIER. in Hab. 1, 6–11 l. 286 (*ad 1, 10* tyranni ridiculi eius erunt) tyrannorum quondam potentia . . . vertitur in derisum; neque enim solus draco formatus est, ut -ui haberetur a domino, . . . factus angelis ludicrum *eqs.* CONC.^{S} I 5 p. 371, 20 neque parvus inde -s (usus *trad.*) pietatis hostibus excitabitur (*gr. I 1, 7 p. 73, 32 οὐδὲ μικρὸς ὁ γέλως ἔσται, ὃν τοῖς ἐχθροῖς τῆς εὐσεβείας ὀφλήσομεν, I 4 p. 73, 19* nec parvum ridiculum erit, quod tribuemus hostibus pietatis). Ps. TIT. epist. l. 367 Gabaonites . . . interpretantur filii confusionis, qui in similitudine[m] feminae corpus Christi acceperunt et in -bus sibi posuerunt, ⟨in⟩ (*add. Bulhart, Rev. Bénéd. 62, 1952, 298*) ludibria, insannationem, derisum deduxerunt (*respicitur Itala iud. 19, 25* [*Lugd.*] inludebant eam). *quis vel quid irrideatur, indicatur per praep.* (*an huc* TERT. *p. 1890, 44?*): QVINT. inst. 5, 13, 46 *oratores, qui adversariis quasi iam locutis respondere se fingunt*, dant . . . de se respondentibus venustissimos -us, cum modo se vero nihil dixisse . . . iocantur *adversarii*. **2** *metonymice de homine, qui ludibrio est*: CONC.^{S} II 3, 3 p. 76, 5 ut fiant omnes ecclesiarum praesules -um et per haec statuatur diabolicum instrumentum (*gr. II 1, 3 p. 68, 23 τοὺς . . . προεστῶτας παίγνιον εἶναι*). ORIG. in Matth. ser. 125 p. 260, 23 (*ad 27, 29* [*ibid. l. 13*] deludebant eum) *milites* -um sibi Iesum facientes (*gr. χλευαστικῶς ταῦτα ποιοῦντες*).

D *respiciuntur praestigiae, simulatio, deceptio* (*cf. etiam p. 1888, 63*): PLIN. nat. 21, 178 *strychni genus quoddam* insaniam facit parvo quoque suco, quamquam et Graeci auctores in iocum vertere; drachmae enim pondere -um furoris gigni dixerunt, species vanas . . . observari demonstrantes; duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere (-um pudoris *trad. [sed* p. *deest in parte codd.], quod tuetur André interpretans 'iacturam pudoris'; cf. Theophr. hist. plant. 9, 11, 6 ὥστε παίζειν καὶ δοκεῖν ἑαυτῷ κάλλιστον εἶναι. Diosc. 4, 73, 2 φαντασίας ἀποτελεῖν οὐκ ἀηδεῖς*). TERT. adv. Marc. 5, 20 p. 648, 18 non . . . exaggera⟨re⟩t *apostolus* (*Phil. 2, 8*) atrocitatem *mortis Christi* extollendo virtutem colluctationis (collectionis *trad.*), quam imaginariam ⟨in⟩ phantasmate scisset, *Christo* frustrato potius eam quam experto nec virtute functo in passione, sed -u. Ps. CYPR. rebapt. 16 p. 90, 5 sq. *baptisma* taliter dicuntur adsignare *haeretici*, ut, quam mox in aquam descenderunt, statim super aquam ignis appareat; quod si aliquo -u perpetrari potest, sicut adfirmantur plerique huiusmodi -us Anaxilai esse, sive naturale quid est, quo pacto possit hoc contingere . . .: illi tamen talem fallaciam et stropham praedicant perfectum baptisma esse (*spectat ad Anaxilai philosophi, immo magi, Παίγνια. cf. W. Kroll, RE Suppl. VI 5 sqq.*).

figuram etymologicam -um *vel* -u ludere *v. sub verbo. coniungitur cum* ludus *p. 1888, 22. 1890, 44.*

homoeoprophoron -us atque lascivia *sim. v. p. 1888, 12.*

2. lusus *v.* lussus. *Plepelits.*

[luta *falso trad. pro* gluten *vel* glutis *sim.*: GLOSS. III 558, 59 colotaurium (*i. κόλλον* [*pro κόλλα, cf. ταυρόκολλον*] *ταύρειον*) luta de collo tauri (*veriloquium ineptum*).]

lutāmentum, -ī *n. ab* **1.** lutare. *i. q. opus ex luto confectum, tectorium*: CATO agr. 128 terram quam maxime cretosam vel rubricosam, eo amurcam infundito, paleas indito, sinito quadriduum fracescat; . . . *habitationem* delutato; ita neque aspergo nocebit . . . neque -a scindent se.

lutamiron. *vox obscura significans signum quoddam zodiaci*: VIRG. gramm. epit. 4 p. 22, 15 apud quos *Graecos* . . . non XII signa, sed sedecim habentur, quorum sunt nomina mon, mah, tonte . . ., margaleth, -on (lutamrion, tamiron *var. ll.*), tamimon *eqs.*

lutārius, -a, -um. *ab* **1.** lutum. **1** *i. q. in luto degens vel pabulum sibi petens*: PLIN. nat. 9, 64 genera eorum *mullorum* plura, nam et alga vescuntur et ostreis et limo . . .; -um (-rum, -rarium, -rarum *var. ll.*) ex iis vilissimi generis appellant. 32, 32 sunt . . . testudinum genera terrestres, marinae, -ae (lutoriae, velutariae *var. ll.*) et quae in dulci aqua vivunt (*inde* ISID. orig. 12, 6, 56 *explicans*: -ae, id est in caeno et paludibus viventes). *masc. pro subst.*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 10 -us (*inter nomina piscium*). *?* **2** *i. q. luto inquinatus*: GLOSS. V 602, 69 -us locus *eqs.* (*v. p. 1754, 57, coniectura Heraei probabili*).

lutātus *v.* 1. luto.

lūtear, -āris *n. ab* 2. lūteus. *nomen herbae*: CET. FAV. 27 p. 280, 31 *v. p. 1896, 36.*

lutēnsis, -e. *ab* 1. lutum. *i. q. in luto degens, lutarius*: PLIN. nat. 9, 131 *purpurarum* genera plura pabulo et solo discreta: -e putri limo et algense enutritum alga.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lūteolus, -a, -um. *ab* 2. lūteus *deminutive. enumeratur inter deminutiva in* -ola: PRISC. gramm. II 113, 2 lutea -a (*affertur* VERG. ecl. 2, 50). *scrib.* luce- GLOSS. III 266, 39. [*vix recta var. l.* PRIAP. 86 (Verg. 3), 12 *v. p. 1896, 21.*] *i. q. aliquantum luteus, croceus* (*vi deminutiva non ubique perspicua; cf.* GLOSS. -um: *κροκοειδές.* -a: crocei coloris. rubicunda): VERG. ecl. 2, 50 *Nais sertum iungens* -ā pingit vaccinia caltha (*cf. Colum. 10, 97* flaventia lumina calthae). COLVM. 9, 4, 4 *pabula apium sunt* Punicae rosae -aeque, et Sarranae violae (*cf. p. 1896, 26; ad violas referre videtur Pallad. 1, 37, 2* rosae, lilia, violae flavae; *item Gesner, aliique*). 12, 49, 9 oliva pausea vel orchita cum primum ex albo decoloratur fitque -a, . . . destringitur. PRVD. psych. 354 lilia -is interlucentia sertis. VITA Amator. (BHL 356) 3 -a flammea (*cf. p. 1896, 81* lutea, *nec non p. 1904, 64*). *neutr.* -um *pro subst. i. q. viola lutea*: GLOSS. II 332, 37 (= III 266, 39) *ἴον ξανθὸν ἤτοι κροκοειδές*: -um (*cf. ibid. 332, 35 ἴον λευκόν*: ligustrum. *36 ἴον μέλαν*: vaccinium).

lūtēr, -ēris *m., λουτήρ. scribitur* lat- VVLG. cod. R (*saec. VI*) *cunctis locis et hic illic in recentioribus.* [*edd. dubitanter huc traxerunt* CIL IV 10566, 12, *v. sub* 1. lutron.]

i. q. vas, labrum (*cf.* EVCHER. instr. 2 p. 147, 10 -es in regnorum *libris* conchae vel canthari aquarii; sed et cantharus graecum nomen est [*inde* GLOSS.]. *non nisi de vasis in cultu Hebraeorum usurpatis*): **1** *de labro in tabernaculo testimonii posito*: HIER. adv. Iovin. 1, 20 p. 238^{C} de speculis mulierum ieiunantium . . . -r in tabernaculo funditur (*de eodem*: in Is. 3, 23 perdiderunt specula . . . ad -em domini fabricandum. *Vulg. exod. 38, 8* fecit et labrum aeneum . . . de speculis mulierum). HESYCH. in lev. 8, 10/11 p. 878^{D} sanctificat et -em sive labrum, baptisma videlicet, cum basi *eqs.* (*Vulg. lev. 8, 11* labrum). **2** *de 'mari' in templo Salomonis posito* (mare: *Vulg. III reg. 7, 23 II par. 4, 2 sqq.*): VVLG. III reg. 7, 26 grossitudo . . -is trium unciarum erat . . .; duo milia batos capiebat. *rem interpretatur allegorice* GREG. M. epist. 1, 24 p. 34, 15 (= past. 2, 5) ante fores templi ad abluendas ingredientium manus mare aeneum, id est -em, duodecim boves (*sc. sacerdotes ecclesiae*) portant . . ., (21) ut quisquis intrare aeternitatis ianuam nititur, temptationes suas menti pastoris indicet et quasi in boum -e cogitationis vel operis manus lavet (*et bis ibid.*). **3** *de decem mobilibus labris eiusdem templi* (*cf. Vulg. III reg. 7, 27 sqq.*): VVLG. III reg. 7, 30 *erant* per quattuor partes quasi umeruli subter -em fusiles. 7, 31 os . . . -is intrinsecus erat in capitis summitate. 7, 35 in summitate . . . basis erat quaedam rotunditas . . . ita fabrefacta, ut -r desuper possit imponi. 7, 38 fecit . . . decem -es aereos; quadraginta batos capiebat -r unus eratque quattuor cubitorum; singulosque -es per singulas, id est decem, bases posuit. 7, 43 perfecit . . . bases decem et -es decem super bases . . .; omnia vasa . . . de aurichalco erant. IV reg. 16, 17 tulit . . . rex Ahaz celatas bases et -em, qui erat desuper.

lutēsco, -ere. *ab* 1. lutum. *i. q. luteum fieri* (GLOSS. V 643, 53 -it lutea fit. *legebatur olim etiam Colum. 8, 17, 9, at v. p. 1457, 11*): FVR. ANT. carm. frg. 1 sanguine diluitur tellus, cava terra -it (*versum afferunt* GELL. 18, 11, 3 reprehendit . . . Caesellius *Furium* . . ., quod terram in lutum versam -ere dixerit. NON. p. 133, 23 '-it' honeste dictum; ⟨Furius⟩ poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis).

lūteum, -ī *v.* 2. luteus.

1. *luteus, -a, -um. *ab* 1. lutum. *legitur singulis fere locis apud* PLAVT. (*bis*), *?* GELL. hist. (*v. p. 1894, 50*), CIC. (Verr., *bis*), HOR., OV., VITR., PLIN. nat., MART. (*ter*), IVV.; *saepius inde ab* ITALA. [luteus, lutea (*sc. terra*) '*caenum, limus*': *it. sept.* lozza, *cors.* lozzu, *abrut.* lozze; *sard. sept.* lottsu; *raet. centr.* loϑ, *occ.* lotsa; *langued.* louso, loza, *cf. M.-L. 5129, 9694. Battisti-Alessio III 2274. Wagner II 40. Wartburg V 476. St.*]

i. q. πήλινος (GLOSS.; *quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotatur*): **1** *incorporaliter respicitur improbitas, nequitia, vilitas sim.*: **a** *in univ.*: *α hominum*: PLAVT. Poen. 826 neque periurior neque peior alter usquam est gentium, quam erus meus est, neque tam -us neque tam caeno conlitus. Truc. 854 blitea et -ast (ec lautea *Non. p. 80, 24*) meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam. CIC. Verr. II 3, 35 in hoc homo -us etiam callidus . . . esse vult, quod . . . scribit *eqs.* ARNOB. nat. 5, 22 genus est nullum probri . . ., quod in eius *Iovis* non caput velut in aliquam congeratis vilem -amque personam. *β rerum*: CIC. Verr. II 4, 32 putasse se . . . alicuius pretii scyphos esse Pamphili: -um negotium esse, non dignum, quod in suo argento Verres haberet. FRONTO p. 67, 22 v. d. H. (p. 74 N.) *imagines Caesarum vulgo propositae* male . . . pictae pleraeque et crassa, -a immo, Minerva (*i. arte*) fictae scalptaeve (*in proverbio iocose aucto, cf. Otto, Sprichw. n. 1119*).

b *colore christiano, respicitur immunditia peccatorum vel saeculi* (*usus excusatur adiecto* quodam modo *p. 1894, 10*): *α de rebus*: NOVATIAN. cib. Iud. 3, 15 caenosam et -am et gaudentem vitiorum sordibus vitam, bonum suum . . . in sola carne ponentem (CASSIOD. in psalm. 2, 10 l. 292 bene . . . peccator vaso -o comparatur, ut et confractio eius facilis et v. -a monstraretur). ARNOB. nat. 4, 7 obscenas illas et -as voluptates (*sc. venereas*). AMBR. in psalm. 35, 1, 4 ('ut lutum platearum delebo eos') fugiamus . . . iniustitiam, ne -is sordibus inquinemur *eqs.* RVFIN. Orig. in gen. 13, 3 p. 118, 24 purgemus eos *puteos, sc. animas nostras* (*cf. gen. 26, 15*), ab omnibus sordibus et a cunctis cogitationibus -is et terrenis (Orig. in cant. 2 p. 129, 2 Pharaonis cor, cui inerant -ae c. [*cf. l. 7*]). Orig. in exod. 1, 5 p. 151, 9 opera saeculi agere, actus terrae et -a explere ministeria. Orig. in num. 9, 6 p. 62, 11 si . . . intellectus noster -us sit et de luto semper ac de terrenis cogitet, efficimur 'vas fictile' *eqs.* (*cf. thren. 4, 2 II Tim. 2, 20*). p. 62, 14 sensum . . . -um et terrenum. Orig. in cant. 2 p. 128, 19 erat . . . cor eius *Pharaonis* secundum ea, quae cogitabat, -um et limosum (AVG. civ. 5, 4 p. 195, 19 D. epist. 157, 39 p. 486, 15 in terreno thesauro cor -um configentes). PAVL. NOL. carm. 28, 237 -os terrestris imaginis actus. AVG. civ. 10, 25 p. 440, 27 D. fragilem et quodam modo -am felicitatem . . . quaesivit in terra. conf. 5, 12, 22 lucrum -um, quod . . . manum inquinat. epist. 95, 2 p. 507, 26 pulvereis quibusdam vel etiam -is affectibus. in euang. Ioh. 28, 9 l. 22 educti sumus de Aegypto, ubi . . . -a opera in terrenis desideriis agebamus ([*respicitur servitus Iudaeorum ut* serm. 353, 4 -is o. peccatorum. *ad rem cf. p. 1895, 15 nec non p. 1901, 79*]. 32, 6 l. 33 *Christus* insufflavit in faciem eorum *apostolorum* [*Ioh. 20, 22*], qui flatu primum hominem vivificavit et de limo erexit . . ., ut a luto exsurgerent et -is o. renuntiarent). c. Faust. 16, 15 p. 455, 20 tua lauta et lepida antitheta, quibus -um sermonem (*sc. haereticum*) quasi colorare ac pingere voluisti. de mend. 15, 27 sacerdotium Iudaeorum iam tale factum fuisse, ut . . . -is concupiscentiis sorderet. CHROMAT. in Matth. 33, 3 l. 43 E.-L. -is mentibus ac plenis sordibus peccatorum. *al.* *neutr.* -um *pro subst. i. q. lutum*: PRVD. cath. 10, 26 si terrea . . . voluntas -um sapit et grave captat. *β de hominibus*: RVFIN. Orig. in num. 9, 6 p. 62, 16 cui *quaerenti* apostolus quasi -o respondit (*respicitur Rom. 9, 20; quae praecedunt v. supra*). NICET. virg. laps. 3 ab immundis et -is *hominibus* pretiosum conculcatum est propositum castitatis (*explicatur Matth. 7, 6* porcos *ut* CHROMAT. in Matth. 33, 3 l. 61 E.-L.).

2 *corporaliter (in imagine l. 53. 61. 62. 69 et l. 71 sqq.; definitur per abl. l. 39) significantur*: **a** *quae luto polluta, sordida sunt* GLOSS. sordidus): *α aquae, sc. turbatae* (*an huc* PRVD. *l. 70?*): HOR. sat. 1, 10, 37 turgidus Alpinus *poeta* . . . diffingit Rheni -um caput (PORPH.: in describendo Rheno, qui recte -us dicitur, quod et turbida semper aqua et limosis ripis sit, quasi ab ipso poeta -um fieri mala descriptione ostendit. SCHOL.: '-um' et ad naturam fluminis retulit, quoniam semper est turbidum, et ad opus poetae. *cf. p. 1900, 48 de Lucilio*; caput *ad ostium fluvii refertur vol. III 410, 18*). AVIAN. fab. 6, 2 *rana* limo . . . immersa profundo et -is . . . amica vadis. 32, 1 haerentem -o sub gurgite . . . axem. *β varia*: MART. 11, 47, 5 Lacedaemonio -um ceromate corpus. IVV. 10, 132 -o Volcano (*i. fuligine polluto*). ITALA Sirach 22, 1 (Aug. spec. 23 p. 136, 19 = VVLG.) in lapide -o (*gr. λίθῳ ῥυπαλωμένῳ*). SER. SAMM. 793 porcae (*cf.* SYNON. Cic. p. 416, 32 belua. fera. iumentum. asinus. ⟨sus⟩ -us lutulentus plumbeus [iumentum -us asicius lutulentus *trad.; fortasse enumerantur voces conviciosae, ut conferas p. 1893, 62 sqq.*]). AVSON. 108, 9 p. 351 P. -ae Symplegadis (*i. podicis*) antrum.

b *quae e luto facta sunt, consistunt vel luti similia sunt*: *α opera varia fere fictilia* (*de nido* OV., *de medicamento* PRVD.): OV. fast. 1, 158 hirundo . . . -um celsa sub trabe figit opus. PLIN. nat. 7, 194 Gellio (hist. 4) Toxius . . . -i aedificii inventor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis (*cf.* PAVL. NOL. *sub γ*). MART. 4, 46, 16 septenaria synthesis Sagunti, Hispanae -um rotae toreuma (*cf. p. 1902, 46*). 9, 50, 6 -um, Gaure, Giganta facis (*opus poetae comparatur statuae fictili*). IREN. 2, 19, 8 (2, 31, 3 H.) statua de luto facta, colorata autem superficie, ut putetur aurea esse quae sit -a *eqs.* (*cf.* VVLG. Dan. 14, 6 iste *Bel* . . . intrinsecus -us est et forinsecus aereus. OP. imperf. in Matth. 3 p. 651 -orum deorum [APON. 10 p. 203]). ARNOB. nat. 4, 6 *focus* non -is *constructus* . . . formis (*i. laterculis, cf. sub γ*). PRVD. apoth. 677 -um medicamen (*antea*: umectam sacro sputamine terram. *respicitur Ioh. 9, 6* fecit lutum ex sputo). AVG. in psalm. 70 serm. 1, 9 *homines luxuriosi* exsultant . . . in saecularibus dignitatibus, in dealbatione -i parietis (*in imagine ut* serm. 292, 4, 6 *haeretici* p. -um splendido nomine *Christi* dealbantes). CYPR. GALL. gen. 391 lateres . . . -i (*Vulg. gen. 11, 3* lateres *tantum*). AVIAN. fab. apol. 40 vasi (CASSIOD. in psalm. 2, 10 l. 291. *cf. sub γ*). MVTIAN. Chrysost. hom. 6, 4 p. 281/2 testis. *β ipsa materia, sordes sim.*: VITR. 2, 1, 3 -as glebas arefacientes struebant parietes. POTAM. tract. 1 Journ. Theol. Stud. 19, 1918 p. 299, 35 ne fieret *homo* divortio recedentis spiritus -a moles et pigra glebositas. AVSON. 191, 18 p. 49 P. dicendi torrens tibi copia, quae tamen aurum, non etiam -am volveret inluviem. PRVD. ham. 354 nil -um de fonte fluit nec turbidus umor nascitur. *γ corpus humanum* (*aliter* POTAM. *sub β*; *saepius per imaginem domus, vasis sim.*): ITALA Iob 4, 19 (Clem. ad Cor. 39, 5, *sim.* VVLG.) inhabitantium . . . domos -as (*inde apud eccl.*: AMBR. bon. mort. 3, 12 cuius habitatio in -is d. et ipsa vita in luto. AVG. epist. 158, 2 p. 489, 27 cum iam interior homo . . . d. -am dimisisset. serm. 315, 2, 3 d. -am carnem calcavit. CONC.^{S} I 5 p. 194, 12 d. -as humana corpora nominat. *al.*). HIER. interpr. Iob 13, 12 *nonne* erit gaudium vestrum in cinere, corpus autem -um? ([*Vulg.* redigentur in lutum cervices vestrae]. PRVD. apoth. 1022 AVG. civ. 11, 23 p. 493, 19 D.). RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 24 (25) si ad -am (eam *var. l.*) formam reparandus ex resurrectione homo putatur, quam *eqs.* (AVG. anim. 4, 14, 20 p. 400, 20 ex f. -a, quae de pulvere facta est. *cf. l. 58*). PRVD. cath. 3, 138 alter homo, non -us velut ille prius. 8, 59 cratem. perist. 13, 61 pectus (corpus *pars codd.*). PAVL. NOL. epist. 32, 23 p. 298, 8 aedificiis (*cf. l. 50*). AVG. serm.

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

69, 1 homines mortales, fragiles, . . . -a vasa portantes (*cf. p. 1894, 64*). Ps. Avg. c. Fulg. Rev. Bénéd. 58, 1948 p. 192, 3 figmentum -um, Donatum. symb. 4, 11, 11 haec terrena, -a, fragilis caro (Cassian. conl. 22, 7, 2 Petr. Chrys. serm. 12, 3). Vita Hil. Arel. 26 l. 41 compago (Alc. Avit. carm. 5, 288). Dionys. Exig. Greg. Nyss. creat. 29 p. 397^{D} institutioni.

c *color fuscus (respicitur lucis defectus; vix huc pertinet* Pavl. Fest. p. 111 *v. p. 1897, 17*): Salv. gub. 1, 42 (*sec. exod. 13, 21 al.*) *populus Iudaeorum* sequens mobilem columnam, nubilam die, igneam nocte . . ., ut et diei lucem -a obscuritate distingueret et caliginem noctis . . . radiaret.

d *actiones, quibus lutum illinitur, formatur sim.*: Tert. pall. 4, 1 studia palaestrae . . . et -a unctio et pulverea volutatio. Ps. Rvfin. in Os. 2, 14/17 p. 977^{C} ut quondam in Aegypto contumeliam . . . -ae servitutis (*cf. p. 1901, 79 et* Avg. in psalm. 106, 3 l. 3 operibus [Orig. in Matth. 13, 10 p. 207, 18. *interpretationem allegoricam v. p. 1894, 13*]).

homoeoprophora: Rvfin. Orig. in cant. 2 p. 128, 19 -um et limosum. Avg. c. Faust. 16, 15 p. 455, 20 lauta et lepida . . . -um.

2. *lūteus, -a, -um. *ab* 2. lūtum. *derivatur a* (di)lutus Gell. 2, 26, 15 (*v. l. 48, conferasne etiam* Amm. 20, 11, 28 *l. 69sqq.?*), *ab* 1. lutum Schol. Hor. epod. 10, 16 (*v. l. 81sqq.*). *compar. et superl. desunt*; magis -us Priap. 51, 9. *legitur inde a* Plavto. [*falso trad. pro* lact- Plin. nat. 25, 172 (*v. p. 852, 62*).]

i. q. ad lūtum herbam pertinens: **I** *significatur color inde confectus vel similis (accedit abl. causae* croceo flore *l. 39*): **A** *exempla selecta ad notionem illustrandam (cf. André, Les termes de couleur dans la langue Latine 1949, 151sqq. et Vels Heijn, Kleurnamen en Kleurbegrippen bij de Romeinen, Diss. Utrecht 1951, 45sqq.*): **1** *usu communi respicitur color medius inter flavum et rubrum, fere i. q. croceus*: **a** *definitiones*: Non. p. 549, 18 -us color proprie crocinus est (*afferuntur* Verg. *ecl. 4, 44 v.* 2. lutum. Aen. 7, 26 Varro Men. 148. 314). Serv. Aen. 7, 26 *v. sub B1c.* Adnot. Lucan. 2, 361 *v. sub B2a.* Isid. orig. 6, 11, 2 (= Svet. frg. p. 132, 11) *et* 18, 41, 2 *v. sub B2b.* 19, 28, 8 -us color rubicundus, quod est croceus; nam crocus -i coloris est (*e* Serv. ecl. 4, 44 *q. v. sub* 2. lutum). Gloss. *κροκοειδής*. croceus color. crocei coloris. **b** *exempla significantiora*: Apvl. met. 10, 34, 2 prorumpit vino crocus diluta sparsimque defluens . . . capellas . . . perpluit . . ., donec . . . canitiem propriam -o colore mutarent. 11, 3, 5 ⟨tunica⟩ . . . nunc albo candore lucida, nunc croceo flore -a, nunc roseo rubore flammida. Serv. ecl. 4, 44 *v. sub* 2. lutum. Clavd. 10, 211 infecta croco velamina -a (lintea *pars codd.*) Serum.

2 *usu deflexo respiciuntur potius colores affines*: **a** *ruber* (*cf. epitheta croci rufum colorem indicantia supra vol. IV 1216, 64sqq.*): *α definitiones* (*cf.* Serv. ecl. 4, 44 *sub* 2. lutum): Gell. 2, 26, 8 'fulvus' . . . et 'flavus' et 'rubidus' et 'poeniceus' et 'rutilus' et '-us' et 'spadix' appellationes sunt rufi coloris, aut acuentes eum quasi incendentes aut cum colore viridi miscentes aut nigro infuscantes aut virenti sensim albo illuminantes. 2, 26, 14sq. '-us' . . . rufus color est dilutior (*sc. quam* rubidus); (15) inde ei nomen quoque esse factum videtur. Isid. orig. 19, 28, 8 *sub 1a.* Gloss. *v. p. 1896, 38.* *β exempla certa* (*de Aurora [v. sub B1c] et flammeo [v. sub B2a] non satis constat; sed cf. Nemes. cyn. 319* rubescere luto) *non exstant nisi*: Catvll. 61, 195 uxor . . . ore floridulo nitens alba parthenice velut -umve papaver (*cf. Plin. nat. 19, 169 papaveris genus* erraticum . . . flore rufo; *flavum vel croceum genus non exstat, qui color praeterea morbum indicans [v. sub c] huic loco vix convenit; videtur poeta pro rufo -um colorem posuisse tamquam nuptiis melius accommodatum* [*v. p. 1896, 75. 1897, 20*]).

b *flavus, ξανθός* (*pallidior est quam* flavescens; fulvus Amm.): Priap. 51, 9 magis . . . cerā -um novā prunum. 86 (Verg. 3), 12 violae (*al. v. sub B1b; cf. p. 1893, 14 et Pallad. 1, 37, 2* flavae). Ov. met. 15, 351 sulphura (*cf.* Plin. nat. 34, 171 *scoria plumbi* optima, quae maxime ad -um colorem accedit . . . aut sulpuris specie). Cels. 3, 24, 1 color . . . eum morbum *regium* detegit, maxime oculorum, in quibus, quod album esse debet, fit -um (*eundem morbum respicit* Varro *sub B1a.* Plin. nat. 30, 93 *sub B1d*). Sen. nat. 1, 3, 4 videmus in eo *arcu* aliquid flammei, aliquid -i, aliquid caerulei *eqs.* ([*cf. Aristot. meteor. 3, 2 p. 372a10 τὸ . . . μεταξὺ τοῦ φοινικοῦ καὶ πρασίνου φαίνεται πολλάκις ξανθόν*]. *sim. de arcu*: 1, 3, 12 umor modo caeruleas lineas, modo virides, modo purpurae similes et -as aut igneas ducit. Amm. 20, 11, 27 *arcus* species . . . prima -a visitur, secunda flavescens vel fulva, punicea tertia *eqs.*; [28] . . . prima eius pars dilutior cernitur aeri concolor circumfuso, sequens fulva, id est paulo excitatior quam -a, punicea tertia *eqs.*). Plin. nat. 10, 156 ad rem divinam *gallinae* -o rostro pedibusque purae non videntur (*opp.* ore rubicundo. *simili oppositione*: Apvl. mund. 20 pictura ex discordibus pigmentorum coloribus, atris ⟨at⟩que albis, -is et puniceis . . . imagines . . . facit). 21, 51 his *genistis* decerpitur -us *flos.* 27, 133 *smyrnion herba* colore in -um languescente (*cf. l. 72*). Ser. Samm. 329 fella (*cf. Cass. Fel. 24 p. 40, 9* fellis flavi, quam Graeci *ξανθὴν χολὴν* vocant. *sim. al.*).

c *luridus, χλωρός* (*respicitur color pellis vel faciei aut morbo aut affectu mutatus; cf.* Cels. *sub b et* Gloss. *ὑπόχλωρος nec non* 2. lutum *sub 2*): Hor. epod. 10, 16 pallor (Schol. *metro neglecto*: -us a lŭto derivatio, non ut dicimus 'auroram -am'; nam nihil tam contrarium, quam si dicas '-um pallorem'). Pers. 3, 95 tu palles; . . . surgit tacite tibi -a pellis (Schol.: hydropicis -us color est, id est subcroceus). Hier. adv. Pelag. 3, 11 p. 581^{A} inardescit sanguis, bile vitiatur et -us color ora perfundit (*cf.* Vindic. epist. ad Valent. 5 *felle* infuso tinguitur corpus et fit -um). Prvd. cath. 8, 27 neve subducto faciem rubore -us tinguat color aut notetur pallor in ore *ieiunantis* (Schol.: plumbeus). Cypr. Gall. lev. 53 *lepra* corpore toto -a pallenti perfundit viscera (*i. carnem*) tabo (peste *var. l.*) albentemque cutem maculis feralibus implet (*alter versus priorem explicat*).

B *conspectus locorum secundum iuncturas digestorum*: **1** *in univ. fere de eis, quae natura -a sunt (morbo infra l. 49sqq.; de re ficta* Plavt., *sine certo respectu* Varro Men. 148): **a** *de variis rebus*: Plavt. Men. 917(918) album an atrum vinum potas? :: . . . quin tu me interrogas, purpureum panem an puniceum soleam ego esse an -um? Varro Men. 148 ut arquatis et -a quae non sunt et quae sunt -a videntur *eqs.* Ov. met. 15, 351 sulphura (*de massa naturali ut* Plin. nat. 34, 121 flore eius *misyos* -o. *cf. p. 1897, 21*). Sen. nat. 1, 3, 12 lineas (*arcus caeli ut* Amm. 20, 11, 27 species. 28 pars). Scrib. Larg. 215 emplastrum (*insunt*: spuma argentea, oleum, cera, resina pituina). Ser. Samm. 329 fella. **b** *de floribus, herbis, frugibus sim.*: Catvll. 61, 195 papaver. Copa 14 croceo violae de flore corollae serta- que purpurea -a mixta rosa *eqs.* (Carm. de mens. 1, 4 [lintea *var. l.*]). Priap. 51, 9 prunum. 86 (Verg. 3), 12 -ae (luct- *R*, luteole *cod. Corsin.*) violae . . . lacteumve papaver (Plin. nat. 21, 27 earum . . . plura genera: purpureae, -ae, albae. 21, 131. *cf.* 1, 21, 14). Vers. metr. (Bass. gramm. VI 256, 2) 5 -is corymbis hedera te *Bacchum* . . . armet. Colvm. 9, 13, 8 *amelli* est frutex -us, purpureus flos. 10, 398 *cucumis* candidus . . . madescit -us. Scrib. Larg. 61 rosae -i floris (Plin. nat. 19, 100 *hortensiorum* flos aliis candidus, aliis -us, aliis purpureus. 21, 51 *genistae.* 25, 27 *molyos.* 25, 89 *chelidoniae.* 25, 108. 26, 137. Prob. Verg. georg. 4, 63. *al.*). Plin. nat. 21, 14 -os apices *in calice rosae.* 21, 49 *petellii* -um semen . . .; -um (*sc. semen est*; -o *codd.*, -us *sc. flos vel color edd. vett. et André*) et bellio (*i. herbae, cui nomen est* bellium, *non* bellio [*ut supra vol. II 1815, 51*]: *v. Jan-Mayhoff vol. I p. 532*). 25, 28 folia eius *dodecathei herbae* . . . exeunt a -a radice. 25, 76 nymphaea . . . capite -o (*cf.* 27, 37 capitulis). 27, 55 botrys fruticosa herba est -is ramulis. *al.* *neutr. pro subst. i. q. lūtum*: Vitr. 7, 14, 2 qui non possunt chrysocolla propter caritatem uti, herba, quae -um (lutear *Cet. Fav. 27*) appellatur, caeruleum inficiunt et utuntur viridissimum colorem (*cf. sub II*).

c *de Aurora (huc spectare videntur* Gloss. -a: rosea. rubea. rubicunda, *sed v.* Serv. *infra et vol. IV 1212, 54sqq.*): Verg. Aen. 7, 26 Aurora in roseis fulgebat -a bigis (Serv.: -a est crocei coloris [*affertur Verg. ecl. 4, 44 q. v. sub* 2. lutum]; . . . secundum Homerum [*Θ 1. al.*] dictum est, qui . . . *κροκόπεπλον* dicit Auroram, id est crocei coloris veste circumdatam. *eadem iunctura*: Ov. met. 7, 703. Lact. Phoen. 35 -a . . . A. rubescit. Rvt. Nam. 1, 511). Ov. met. 13, 579 Memnonis . . . mater (fast. 4, 714 cum veniet . . . M. in roseis -a m. equis). Fvlg. serm. ant. 57 Pacuvius in tragoedia Tiestis ait: 'non illic -is aurora biiugis' (*quem versum Pacuvii non esse pro certo habetur, cf. I. Mariotti, Introduz. a Pacuvio 1960, 47*). Sidon. carm. 2, 425 tempora *Aurorae.* **d** *de animantibus vel totis vel corporum eorum partibus*: Cels. 3, 24, 1 *album oculi* fit -um *morbo regio* (*item de membris sim. morbo affectis*: Pers. 3, 95 pellis *hydropici.* Cypr. Gall. lev. 52 viscera *leprosi.* Vindic. epist. ad Valent. 5 corpus). Plin. nat. 10, 87 chlorion *avis* . . ., qui totus est -us. 10, 133 pyrrhocorax -o rostro niger. 10, 156 ad rem divinam *gallinae* -o rostro pedibusque purae non videntur (*distinguitur* ore rubicundo. 30, 93 *iuvat contra morbum regium inter alia* gallina, si sit -is pedibus [*inde* Plin. med. 3, 23, 7]). 29, 94 *cantharides* variae -is lineis, quas in pinnis transversas habent. 32, 146 cinaedi, soli piscium -i. Svlpicia sat. 54 -a corpora *apium.* Avson. Mos. 111 atra . . . puncta notant tergum *mustelae*, qua -a circuit iris, . . . caeruleus perducit tergora fucus. **e** *de vitello ovi* (*cf. Mart. 13, 40, 1* croceos . . . vitellos. *non nisi neutr. pro subst.*): Plin. nat. 10, 144 intus . . . omne ovum volucrum bicolor, aquaticis -i plus quam albi, id ipsum magis luridum quam ceteris. 10, 148 ipsum animal ex albo liquore ovi corporatur; cibus eius in -o est; . . . increscente pullo candor in medium vertitur, -um circumfunditur. 21, 151 melilotos . . . oculis medetur cum -o ovi (23, 117. 126. 29, 73. 33, 131. -a ovorum: 29, 42. 43 Plin. med. 1, 3, 4. Marcell. med. 4, 15 o. . . . -a, id est vitella. *al.*). 22, 93. 29, 42. 45 -a . . . inlinuntur; fiunt et tota *ova* -a, quae vocant sitista (*i. σιτιστά. cf.* 1, 29, 11). 29, 49 -a ex iis (30, 141 ex ovis . . . columbarum).

2 *de rebus -o colore tinctis*: **a** *de vestimentis sim.* (*imprimis nuptialibus mulierum, cf.* Plin. *p. 1897, 19; praeterea significatur habitus virorum effeminatorum et deorum vel sacerdotum peregrinorum; cf.* Fronto *sub 3b*): Varro Men. 314 Cynicis involucrum et pallium -um non est (Don. de com. 8, 6 meretrici ob avaritiam -um *p.* datur). Catvll. 61, 10 *Hymenaeus* niveo gerens -um pede soccum (Sen. Phaedr. 322 *Herculis apud Omphalen morantis. cf.* Apvl. met. 8, 27, 2 *sacerdotes deae Syriae* pedes -is induti calceis). Tib. 1, 7, 46 -a palla (*sc. Osiridis, cf. Plut. Is. et Osir. 51 ἀμπεχόνῃ . . . φλογοειδεῖ*). Fest. p. 286 tunicis albis et reticulis -is . . . pridie nuptiarum diem virgines indutae cubitum ibant. Sen. Oed. 421 *Bacchus* crine flaventi simulata virgo, -a vestem retinente zona (*cf. supra l. 24*). Lvcan. 2, 361 flammea (Adnot. -a . . . crocea dixit, ut Virgilius [*affertur* Aen. 7, 26]. *cf. sub* luteolus *et* 2. lutum). Pers. 6, 46 gausapa (*v. vol. VI 2, 1721, 21sqq.*). Fronto p. 18, 6 v. d. H. (p. 22 N.) vestem . . . lanarum mollitia delicatam esse quam colore mu-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liebri, . . . purpuream ipsam, non -am nec crocatam (*comparatur stilus orationis; cf. p. 18, 1 sqq.* delenimenta, quae mulcendis volgi auribus conparat, ne cum multo ac magno dedecore fucata sint). APVL. met. 11, 3, 5 *tunica*. CLAVD. 10, 211 velamina. CYPR. GALL. exod. 1322 *Moyses* cum . . . domini se ad verba ferebat, -a (lintea *var. l.*) perspicuo tollebat lintea peplo (*Vulg. 34, 33* velamen *tantum*). **b** *varia*: LVCR. 4, 75 -a russaque vela et ferrugina . . . magnis intenta theatris. LYGD. 1, 9 -a . . . niveum involvat membrana libellum (ISID. orig. 6, 11, 4 membrana . . . aut candida aut -a aut purpurea sunt; . . . -um membranum bicolor est, quod . . . una tinguitur parte, id est crocatur. *cf.* 6, 11, 2 [= SVET. frg. p. 132, 11] *membrana* fiebant . . . primum coloris -i, id est crocei *eqs.*). CLAVD. 22, 471 *Sol* croceis rorantes ignibus hortos ingreditur . . .; flagrantibus inde caesariem sertis et -a lora iubasque subligat alipedum. ISID. orig. 18, 41, 2 -os, id est croceos, *equos* (*respicitur pannus factionis circi, qui 'auratus' appellatur Suet. Dom. 7, 1*).

3 *de ipso colore*: **a** *iuxta subst.*: pallor: HOR. epod. 10, 16. color (*vix. huc p. 1896, 30*): PAVL. FEST. p. 111 insuasum appellabant colorem similem -o, qui fiebat ex fumoso stillicidio (*potius huc quam ad* 1. luteus *referendum, cf. André l. c. p. 295*). PLIN. nat. 21, 46 -i *c.* video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum feminis concessum. 26, 57. 34, 171 *scoria plumbi* optima, quae maxime ad -um c. accedit *eqs.* GELL. 2, 26, 14 APVL. met. 10, 34, 2 mund. 20 NON. p. 549, 18 SERV. ecl. 4, 44 HIER. adv. Pelag. 3, 11 p. 581[A] PRVD. cath. 8, 27. MART. CAP. 3, 385 c. aliquis medius *inter candidum et nigrum* . . ., ut -us vel viridis. *al.* **b** *neutr. pro subst.*: SEN. nat. 1, 3, 4 aliquid -i. PLIN. nat. 24, 136 coloris . . . in -um inclinati (*nisi per ellipsin, cf.* 27, 133 colore in -um languescente). *metonymice de veste -a*: FRONTO p. 9, 7 v. d. H. (p. 12 N.) ille in pyrrhicha versicolorum discursus, quom amicti cocco alii, alii -o, et ostro et purpura alii aliique cohaerentes concursant (*locus vario modo temptatus, v. app. crit.*).

II *significatur origo sc. generis chrysocollae adulterini, quod lūto herba admixto conficitur*: PLIN. nat. 33, 91 -am *chrysocollam* putant a lūto herba dictam, quam ipsam caeruleo subtritam pro chrysocolla inducunt, vilissimo genere atque fallacissimo (*ad rem cf.* VITR. 7, 14, 2 *p. 1896, 35*).

neutr. -um *pro subst.: l. 25. p. 1896, 34. 60.*

homoeoprophora: PRIAP. 86 (Verg. 3), 12 -ae . . . lacteumque. APVL. met. 11, 3, 5 lucida . . . -a.

deriv.: lutear, luteolus. *compos.*: subluteus.

luticārius, -ī *m.* [*vox conviciosa ab* 1. lutum *formata sec.* clavicarius *iuxta* clavis *sim. Sch.*] *i. qui lutum tractat, in luto laborat sim.*: SORT. Sangall. 30, 9 -us es, dum nullo valeat ambitio tua; nam non eris pretor (*cf. 29, 6* sine causa circa patronos praecurris quasi stultus; nam non eris praetor).

lutifer est lutum ferens GLOSS. V 621, 10. *ab* 1. lutum *et* ferre (*nisi recte* lucifer *et* lucem *temptavit Goetz*).

lutifex, -icis *m.* *ab* 1. lutum *et* facere. *i. qui luto operatur, lutum tractat*: GLOSS. II 574, 2 coactiliarius -x (luci- *b*). 590, 60 quactiliarius (*pertinet ad Glossas Nominum e glossario graecolat. versas; interpres legit πηλοποιός pro πιλοποιός, cf. GLOSS.[L] II Philox. CO 5* coactil⟨i⟩arius: *πηλ-* [*i. πιλ-*]).

lutīna (*vix* -ĭn-), -ae *f.* [*ab* 1. lutum; *si* -īna *subest, cf.* salinae, sentina *sim. Sch.*] *i. q. πήλωμα* (*quae vox non nisi locis allatis legitur*): *enumeratur inter nomina feminina semper pluralia*: PROB. app. gramm. IV 195, 28 -ae (autinae *trad.*, antennae *coni. olim*), -is CHAR. gramm. p. 36, 4 B. -ae *πήλωμα*. EXC. Bob. gramm. I 549, 17 hae -ae *πηλώματα* (*πεγματα trad.*). *sing.* (*inter feminina, quae apud Graecos neutralia sunt*): CHAR. gramm. p. 459, 53 B. -a *πήλωμα* (*item* GLOSS. II 545, 54).

lūtio *v.* lavatio *p. 1036, 33.*

lutito, -āre. *ab* 1. lutare. *i. q. valde et saepe lutare, luto obruere* (*sc. incorporaliter*): PLAVT. Trin. 292 (295) *viri improbi* mores maiorum laudant, eosdem -ant (*Ritschl*, lat- *trad.*; lutulant *sive* lutilant *Camerarius*), quos conlaudant.

lūtium *v.* lotium.

1. luto, -āvī, -ātum, -āre. *ab* 1. lutum. *enumeratur inter verba primae coniugationis* CHAR. gramm. p. 473, 16 B. [*it. vet.* lotare; *sard. mer.* ludai; *francog. vet.* luer, loer. *cf. M.-L. 5185. Battisti-Alessio III 2272. Wagner II 46. Wartburg V 475 sq. St.*]

i. q. luto oblinere: **1** *parietes dealbando vel fissuras obstruendo sim.*: CATO agr. 92 lutum de amurca facito . . .; eo granarium totum oblinito, crasso luto; postea conspargito amurca omne, quod -veris. CALP. ecl. 5, 17 *vere*, cum . . . nidos . . . reversa -bit hirundo (*an -ando conficiet, coll. Verg. georg. 4, 307 priusquam* tignis nidum suspendat hirundo*?* habitabit *codd. dett.*). PALLAD. 11, 14, 10 *dolium vino repletum* operiatur ac -etur. 12, 7, 22 castaneae servantur . . . inclusae virgeis . . . receptaculis et -tae, ut spiracula non relinquas. RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 65, 2 qui -ant vel ungunt eum *parietem* (*respicitur Ezech. 13, 15, cf. Vulg.* qui linunt eum, *gr. τοὺς ἀλείφοντας αὐτόν*).

2 *unguendo* (*per hyperbolen iocosam*): PERS. 3, 104 *mortuus* compositus lecto crassisque -tus amomis (SCHOL.: multis oblitus unguentis).

3 *polluendo* (*cum respectu occaecandi* VVLG.): **a** *proprie vel in imagine*: ASCON. Mil. p. 32, 2 *Clodii* corpus nudum ac -tum (*coni. Frotscher coll. Cic. Mil. 86* oblitus cruore et luto. *alii alia*; caldatum *trad.*). MART. 14, 50, 1 ne -et immundum nitidos ceroma capillos. LAMPR. Heliog. 14, 2 ubi primum -ti sunt tituli statuarum (*13, 7* misit qui . . . statuarum eius titulos luto tegeret). HIER. adv. Iovin. 2, 9 (*cf. Tert. p. 1899, 77*) *cum* toros eius *Platonis* Diogenes -tis pedibus conculcaret (tract. in psalm. I p. 286, 10 *piscator* -tos habet pedes et manus ex opere). adv. Rufin. 1, 3 ⟨dum⟩ -tam habeo (ab eo *trad.*) faciem atque, ut ita dicam, haeretico fetore conspersam. VVLG. Is. 44, 18 -ti . . . sunt, ne videant, oculi eorum (obliti *var. l. [v. vol. IX 2, 97, 63], quam praetulit ed. comm. pontif. coll. textu Hier. ad l. et Weber in ed. prima, sed idem in ed. altera* -ti *coll. textu hebr.*). **b** *translate*: EPIPHAN. in euang. 58 p. 157, 3 apostolos iudicabant *pharisaei*, quia manus non haberent lotas (*Matth. 15, 2*) . . ., cum ipsi . . . cor sordidis vitiis -tum haberent.

deriv.: lutamentum; lutito. *compos.: cf.* collutulo, deluto.

2. lūto, -āvī, -āre. *in lusu verborum cum* 1. lutare *quasi ab* 1. luere *fictum* (*fere pro* luito, *v.* luitatum; *cf.* flutare *iuxta* fluitare). *i. q. luere, solvere* (NON. p. 131, 16 -vi pro lui [*affert Varronem*]): VARRO Men. 100 habes qui (*i. qua re*) et cuius rei causa fecerim hecatomben: in quo ego ut puto, quoniam est luere solvere, -vi.

3. lūto, -āre. *ab* 2. luere. GLOSS. II 410, 28 *πλύνω*: luo, -o, labo- (*i.* lavo).

lutolentus *v.* lutulentus. **lūtor** *v.* lavator.

? **lūtōser** *vix recta var. l.* GRATT. 131 (*D*, lutores *AB*; lotaster *Johnson*, iuturus *Sudhaus*, tutoris *Verdière*); *pro nomine arboris habet André, Lex. des termes de botan. 191.*

lutōsus, -a, -um. *ab* 1. lutum. *scribitur in codd. vel edd.* -tuo- VARRO rust. 2, 4, 8 (*Politianus in ed. princ.*). VERG. catal. 10, 12 (*var. l. ut* luctuo-, *utraque metro refutata*). COLVM. 12, 56, 1 (*codd. rec. aliquot, testatur Hedberg per litteras*). GLOSS. IV 362, 39 (*in parte codd.*). *legitur inde ab* ENN., LVCIL., VARRONE. [*val.* lutos; *it.* lotoso; *sard. centr. et mer.* ludosu; *hisp.* lodoso; *port.* lodoso. *cf. M.-L. 5186. Battisti-Alessio III 2272. Wagner II 46. Wartburg V 478. Corominas III 126. Machado[2] II 1431. St.*] [*confunditur cum* lutatus HIER. tract. in psalm. I p. 286, 10.]

i. q. luto repletus, limosus, caenosus (GLOSS. *πηλώδης*. lutulentus. *accedit abl. causae* caeno STAT. silv. 4, 9, 39 HIER. epist. 127, 9, 1; *in imagine* HIER. *l. c.* AVELL. p. 358, 12 GREG. M. past. 3, 30 p. 110[B]): **1** *de terra, solo sim. umidis* (*opp.* siccus, avidus): ENN. ann. 568 latebras lamasque -as (*cf.* PAVL. FEST. p. 120 lustra significat lacunas -as, . . . aprorum cubilia). LVCIL. 109 omne iter est hoc labosum atque -um (*cf.* VITR. 5, 9, 7 eae *ambulationes* . . . uti sint semper siccae et non -ae. SEN. dial. 5, 35, 5 scabras -asque semitas. APON. 8 p. 145 viam). VARRO rust. 2, 4, 8 *agricolae sues* prodigunt in -os limites ac lustra, ut volutentur in luto. VERG. catal. 10, 12 Gallia. SEN. nat. 3, 27, 6 in lubrico (-ca *Gercke*) . . . et -a humo (COLVM. 4, 27, 1 *opp.* sicco . . . loco). COLVM. 2, 4, 5 ne -us ager tractetur neve exiguis nimbis semimadidus (2, 4, 6 nimius umor . . . limosos -osque reddit. PALLAD. 1, 6, 16 *opp.* soluto . . . et sicco. 2, 3, 2). 2, 9, 4 illa (*sc. siligo et far*) . . ., quamvis adhuc limoso et madente solo sparseris, iniuriam sustinent; hoc (*sc. hordeum*) si -o commiseris, emoritur (AMM. 16, 12, 53 -um [*edd. vet.*, lubrosum *trad.*, limosum *Clark*] et lubricum s.). 3, 16, 1 exigue umidum pastinatum sationi convenit; melius tamen vel arido quam -o semen committitur. PLIN. nat. 18, 176 terram (PALLAD. 2, 3, 3). ARNOB. nat. 7, 17 p. 362, 10 M. caenum . . . ex volutabris horrentibus, -is et voraginibus sumptum. SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 110 *paludibus* crassis: -is vel coenosis (COMMENT. Lucan. 2, 71 laxae . . . p.: putres, -ae, molles. HIER. in Is. 14, 23 p. 226[D] p. infertiles et limosae ac -ae, in quibus caeno gaudentia reptant animalia). MACR. Sat. 1, 21, 4 aper . . . gaudet locis umidis, -is pruinaque contectis (ANTHIM. 43 in limosis l. vel -is [lotis *cod. unus*]). AVELL. p. 358, 12 *falsitatis* -is foveis circumclusus. *neutr. plur. pro subst.*: PLIN. nat. 32, 60 *praecipua habentur ostrea* neque in -is capta neque in harenosis, sed solido vado. **2** *de rebus vel animalibus luto oblitis* (*opp.* purus, mundus): PRIAP. 83 (Tib. 2), 18 sus . . . tibi (*Priapo*) -us affricabit oblitum latus. COLVM. 12, 56, 1 *rapa* si sunt -a, detergito. SCHOL. Iuv. 3, 247 'pinguia crura luto': currenti . . . fient crura -a. HIER. epist. 127, 9, 1 Romanae fidei purissimum fontem -a caeno permiscuere vestigia *haereticorum*. **3** *de liquoribus limo vel faece turbatis* (*opp.* liquidus, dilucidus): SEN. nat. 4, 2, 5 *Nilus usque ad Cataractas* -us et turbidus fluit. STAT. silv. 4, 9, 39 dulci defruta . . . -a caeno. CONC.[S] II 3, 3 p. 31, 5 non est datum vinum ad sacrificium . . . nisi . . . infectum atque -um et tempore, quo fuerat vindemiatum (*gr. II 1, 3 p. 25, 19 πηλώδης*). GREG. M. past. 3, 30 p. 110[B] *peccator peccata non deserens* quasi in -a aqua semetipsum volvit, quia, dum fletibus suis vitae munditiam subtrahit, . . . sordidas ipsas etiam lacrimas facit.

homoeoprophora: LVCIL. 109 labosum atque -um. SEN. nat. 3, 27, 6 in lubrico . . . et -a humo (AMM. 16, 12, 53). COLVM. 2, 4, 6 limosos -osque (HIER. in Is. 14, 23 p. 226[D] l. ac -ae. ANTHIM. 43 l. . . . vel -is).

lutra, -ae *f.* (lutrus, -ī *m.* GLOSS.). [*orig. parum perspicuae. Sch.*] *veriloquium* VARRONIS *v. infra.* *scribitur* ludra POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 543, 8 (*fort. huc spectat etiam* lodera, *v. vol. V 2, 843, 59*). litr- *vel* lytr- *v. infra.* [*venet.* lodra; *raet. or.* lodre, *occ.* luodra; *francog. vet. et med.* loure, leurre, *var. dial. centr. et occ.; prov. vet.* loira, *var. prov., francoprov., vasc.; immixta voce gr. ἐννδρίς*: *it. mer.* itria, (n)utria, *it.* lon-

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tra, *it. sept.* ludria; *raet. occ.* lutra; *francog. vet. et med.* loire, loirre, *francog.* loutre (*fortasse e sermone docto*); *prov. vet.* luria, luiria; *cat.* lludri(g)a; *hisp.* nutria; *port.* lontra. *cf. M.-L. 5187. Battisti-Alessio III 2268. Wartburg V 476 sq. Corominas III 534 sq. Machado² II 1435 sq. St.*]

nomen animalis quadrupedis tam in aqua quam in terra viventis, gr. ἔνυδρις: Varro ling. 5, 79 ut ⟨A⟩egypti in flumine quadrupes sic in Latio, nominati -a et fiber; -a (*corr. Turnebus,* lira *cod. utroque loco,* lytra *Agostino*), quod succidere dicitur arborum radices in ripa atque eas dissolvere; ab ⟨luere⟩ -a (*Stroux, Kent,* litra *cod.*; litore *Goetz-Schoell dubitanter, alii alia*). Plin. nat. 8, 109 cauda piscium his *fibris,* cetera species -ae; utrumque aquaticum, utrique mollior pluma pilus (*cf.* 1, 8, 47—49 de aquaticis et iisdem terrestribus: de fibris, de -is *eqs.* Sol. 13, 2, *ubi scrib.* lytr- *sim.*). 32, 144 *fibrorum* generis -as (lytr-, litr- *var. ll.*) nusquam mari accepimus mergi. Pol. Silv. *v. supra.* Gloss. V 369, 6 -us (*e* lotr- *corr.*): octur (otr *cod. Epinal.; cf.* Gloss.[L] Corp. L 291 -a [os]: otr [*anglosax.*]).

1. lūtron (-um) *n., λουτρόν. i. q. balneum:* Vitr. 5, 11, 2 frigida lavatio, quam Graeci *λουτρόν* (lytron, litron *trad.*) vocitant. *cf. nomen insulae cuiusdam iuxta Sardiniam sitae* Heras -a: Plin. nat. 3, 85 (Heralytra *vel* -litra *trad.*) *et* Mart. Cap. 6, 645 (ethras lutra *sim. var. l.*). *dubitanter addiderimus inscriptionem, qua vas quoddam balneare significari videtur:* CIL IV 10566, 12 (*Herculanei, in area nymphaei; enumerantur vasa sim.*) pelvi(s) cum basim et lytrum, gutos tres *eqs.* (*ad* y *pro* u *cf. ibid.* 1956—1956c [*cum addendis p. 213*] pyeras *et codd. supra allatos. haec notio gr. exstare non videtur, sed cf. e. g.* lavatio *IB 2. edd. ad λουτήρ vel λουτήριον referre malunt, miram sane syncopen admittentes*).

2. lutron *v.* lytra. **lutrus** *v.* lutra.

lutta *v.* aluta *vol. I 1799, 39.* **luttium** *v.* lotium.

lutulento, -āvī, -āre. *a* lutulentus. *i. q. lutulentum reddere:* Gloss.[L] IV Ps. Plac. L 21 (*inde* I Ansil. LV 434) -assit: lutulentum fecerit (-asset: . . . fecisset *pars codd.*).

compos.: collutulento.

lutulentus, -a, -um. *ab* 1. lutum. *scribitur in codd.* -tol- Greg. Tvr. Franc. 2, 42 (-tul- *var. l.*). Oribas. syn. 4, 14, 5 La p. 14. *compar.* -ius Plavt. Poen. 158. *superl. non exstat. de derivatione:* Gell. 11, 15, 6 requiri solet in 'vinulento' et '-o' . . ., vacuane et inanis sit istaec productio . . . an extrema illa particula habeat aliquid suae propriae significationis (*8 Apollinaris ait* particulam istam . . . vim et copiam et quasi abundantiam . . . demonstrare). Not. Tir. 96, 57 -um. *legitur inde a* Plavto, Cic., Varrone. [*langob. alp.* (*Lugan.*) ludurent; *fortasse* (*immixta voce* lutosus) *port.* ludroso. *cf. M.-L. 5188. Machado² II 1442. St.*] [*confunditur cum* luculentus *e. g.* Plavt. Capt. 326 Hor. sat. 2, 4, 83 Ps. Cic. in Sall. 1, 3. *et saepius.*]

i. q. πηλώδης, lutosus (Gloss.; *accedit abl. causae l. 51. 60. p. 1900, 44 sq., praep.* de *76; plus valet quam* turbidus *p. 1900, 1*): **1** *corporaliter (in imagine l. 49. 69. p. 1900, 5. 26) significantur:* **a** *quae e luto consistunt, facta sunt:* α *ipsa materia, sc. caenum, terra (cf. l. 58. p. 1900, 26):* Plavt. Bacch. 384 ut eum ex -o caeno (*sc. domo meretricis*) propere hinc eliciat foras (*cf. Otto, Sprichw. n. 993*). Ov. met. 1, 434 diluvio tellus -a recenti (*an ad b α ?*). Colvm. arb. 12, 1 -am terram neque arare neque fodere oportet (*2, 4, 5* lutosus ager). β *corpus humanum eiusque membra (cf.* 1. luteus *2b γ):* Prvd. ham. 117 *deus* condidit ipse hominem -a (luc- *U*) et membra coegit effigians. Macr. Sat. 7, 15, 15 *medicina,* quae . . . conicit de carne -a, audet inequitare philosophiae de incorporeis et vere divinis . . . tractanti (*antea:* cum testeis terrenisque corporibus). Fvlg. Rvsp. fid. 30 terrenorum corporum . . . -a materies.

b *quae luto plena, polluta, sordida sim. sunt:* α *res variae:* Cic. or. frg. A VI 1 humus (*i. pavimentum*) erat inmunda, -a vino, coronis languidulis et spinis cooperta piscium (*sim. de locis:* Varro rust. 2, 3, 6 *stabulum* lapide aut testa substerni oportet, caprile quo minus sit uliginosum ac -um. Petr. Chrys. serm. 1, 5 porcorum pascua -a). Hor. sat. 2, 4, 83 lapides varios *pavimenti* -a (luc- *var. l.*) radere palma (*i. scopa*). Sen. nat. 5, 15, 4 *homo* circa praedam -am incertamque reptavit (*de auro e terra eruendo; vix ad 2a referendum*). Gild. Brit. 27 chron. III p. 41, 26 *reges impii* inter altaria iurando demorantes et haec eadem ac si -a (luc- *var. l.*) paulo post saxa despicientes. Salv. eccl. 1, 40 sordidam illam criminum tunicam -amque. Ven. Fort. vita Radeg. 24, 59 ipsa vascula diluens, purgans nitide coquinam, quidquid erat -um, ferebat ⌊ima purgamina⌋ (foras in locum designatum *coni. Surius in ed. 1573*). β *animantes eorumque membra:* Hor. epist. 2, 2, 75 sus (Lact. inst. 3, 8, 9 Pacian. epist. 2, 6 p. 36 Avson. 399, 25 p. 229 P. Synon. Cic. p. 416, 32 *v. p. 1894, 42. cf. de eodem:* Lact. inst. 4, 17, 19 animal [Prvd. perist. 10, 650 *syn.* inmundos sues]). Mart. 7, 67, 7 *Philaenis* putri -a de palaestra. 9, 22, 13 mula. Ivv. 7, 131 turba. Tert. apol. 46, 12 -is pedibus Diogenes . . . Platonis toros . . . deculcat ([*pall. 4, 7* caenulentis p. *Hier. adv. Iovin. 2, 9* lutatis p.]. Ambr. in Luc. 9, 11 *opp.* elutum . . . vestigium). Petr. Chrys. serm. 171 p. 647[A] discipulos domini . . . incultis et -is manibus edere (*antea:* non lotis m.; *resp. Marc. 7, 2* communibus m., id est non lotis). γ *aquae, sc. turbatae (cf.* Gloss.[L] I Ansil. LV 433 -um: turbidum): Ov. am. 3, 6, 95 (*ad fluvium*) aut -us agis . . . cursus aut premis arentem pulverulentus humum. Sen. epist. 86, 11 non saccata aqua lavabatur *Scipio,* sed saepe turbida et, cum plueret vehementius, paene -a (Apvl. met. 7, 20, 2 pluviae pridianae recens conceptaculum a. -ae). Schol. Hor. sat. 1, 10, 36/37 (diffingit Rheni luteum caput) facit e⟨ti⟩am fontem R⟨h⟩eni sordidum, -um ita describens. Epist. pontif. 391 Conc.[S] I 2 p. 107, 29 *pacem inter duos episcopos constituens Christus non* turbari diu sivit -o gurgite fontis illius perspicui puritatem. *? cum respectu coloris:* Serv. Aen. 5, 2 (*Plin. nat. quasi fontem perperam laudans*) *mare* aut flavum esse aut -um aut atrum (luc- *pars codd. et edd., fortasse recte, cf.* luculentus *II A; sed* -um *tueri videtur* Isid. orig. 13, 14, 3 [luc- *cod. unus*]; *ad rem cf. Gell. 2, 30, 11* austris spirantibus mare fieri glaucum et caeruleum, aquilonibus obscurius atriusque).

c *quae luti similia sunt; respicitur:* α *spissitudo:* Apic. 2, 2, 8 piper teres pridie infusum, cui subinde liquamen suffundes, ita ut bene tritum et -um facias piperatum. β *sapor:* Oribas. syn. 4, 14, 5 La p. 14 *pisces, qui in aqua putrida capiuntur,* mali[s] saporis et insuavis et -o saporis sint (*i. lutum sapiunt; gr. δυσώδεις καὶ ἀηδεῖς καὶ βλενώδεις*).

d *actio, qua lutum formatur, tractatur* (*cf.* 1. luteus *2d*): Cassian. conl. 21, 28, 3 *monachi premuntur* eo, quod . . . nunc quoque verum Israhel, id est monachorum plebem, intellectuales Aegyptii duris ac -is operibus incurvare conentur (*respicitur exod. 1, 14*).

2 *incorporaliter respiciuntur:* **a** *mores* (*cf.* Non. p. 394, 11 spurcum significat obscenum et inpurum et -um): α *in univ.* (*de hominibus praeter* Cic. Pis. 1; *vix huc pertinet* Sen. nat. 5, 15, 4 *v. p. 1899, 65*): Plavt. Capt. 326 multos iam lucrum -os (luc- *pars codd. deficiente A*) homines reddidit. Poen. 158 lenone istoc Lyco . . . non lutumst -ius (*cf.* Cic. Q. Rosc. 20 Ballionem illum improbissimum et periurissimum lenonem cum agit *Roscius histrio,* agit Chaeream *accusatorem*; persona illa -a, impura, invisa in huius moribus, natura vitaque est expressa). Cic. Pis. 1 ista tua -a vitia. 27 ne tum quidem emersisti, -e caeso (*trad.*; Caesonine *Manutius fortasse recte, cf. Nisbet, comm. 1961 ad l.*), ex miserrimis naturae tuae sordibus. Ps. Cic. in Sall. 1, 3 nihil aliud studet nisi ut -us (sus *add. pars codd. et edd.*; luc- *var. l.*) cum quovis volutari. Non. p. 131, 30 lotiolente dictum veluti -e, a lotio (*affertur Titin. com. 137*). Cod. Theod. 9, 40, 17 divinum praemium consulatus -um prodigium contagione foedavit (*de Eutropio, qui praepositus sacri cubiculi fuerat*). β *colore christiano pertinet ad immunditiam peccatorum vel saeculi:* Cypr. epist. 67, 6 p. 740, 19 gentilium turpia et -a (luc- *P*) convivia. Ambr. Cain et Ab. 2, 3, 10 *gentiles* -ae superstitioni et voluptati corporis dediti. Prvd. psych. 87 Libido. Avg. in psalm. 2, 8 l. 3 terrenas cupiditates et veteris hominis -a negotia. serm. 34, 3, 5 cupiditate. Apon. 12 p. 246 conversatione hominum. Epiphan. in euang. 46 p. 113, 1 actos porcinos et -os. Greg. Tvr. Franc. 2, 42 p. 92, 5 consiliarium simili spurcitia -um (luc- *var. l.*). 5, 48 p. 258, 7 se exhibet . . . adulteriis -um. Primas. in apoc. p. 894[C] desideriis.

b *sermo poetae (sc. cum flumine limoso comparatus):* Hor. sat. 1, 4, 11 *Lucilius* in hora saepe ducentos . . . versus dictabat . . .; cum flueret -us, erat quod tollere velles ([Schol. -us: sordidus . . ., hoc est non liquida et pura copia]. 1, 10, 50 dixi fluere hunc -um, saepe ferentem plura quidem tollenda relinquendis).

paronomasia: Plavt. Poen. 158 non lutumst -ius.

deriv.: lutulento (col-).

lutulo *v.* lutito.

1. *lutum, -ī *n.* [*a radice, quae subest verbo* polluo *nec non, ut videtur, substantivo* 2. lustrum. *in variis nominibus linguarum cognatarum eadem radix indagatur, ut in gr. λύθρον, λῦμα, alban.* lum; *nota hibern. vet.* loth (*gen.* loithe) *e* *luto-. *Sch.*] *de origine: coniungitur cum* lues *et λύειν* Pavl. Fest. p. 120 terra humore soluta; *cum* lavare (*sc. κατ' ἀντίφρασιν*) Isid. orig. 1, 29, 3 dum -um non sit mundum (16, 1, 4 = 19, 10, 18 nam omne lotum mundum est). *scribitur in codd. saepius* lot-, *e. g.* Ambr. paenit. 2, 8, 67 (*v. supra p. 1069, 4*). Vvlg. Ier. 18, 4 *cod. U.* Oribas. syn. 3, 35, 9 Aa p. 859. *genus neutrum testantur* Caper gramm. VII 101, 16 hoc -um (hic -us *metri causa Bährens, Arch. Lat. Lex. 2, 1885, 476*). Non. p. 212, 14 (*affert* Cic. epist. frg. VI 5 W. -a). Frg. Bob. gramm. VII 544, 39. *al. exhibent masc.* -us (*testatur* Non. p. 212, 16 *allato* Qvadrig.): Qvadrig. hist. 94. Itala gen. 11, 3 (Chron. Alex. chron. I p. 94, 22). Cassiod. in psalm. 39, 3 l. 39. 43 (*iuxta* lacus). CE 955, 2. 982, 1. Gloss. III 573, 6 (*iuxta πηλός*). *cf. l. 63 et* Cassiod. in psalm. 39, 3 l. 41 -um (*acc.*) . . ., qui. *singulare tantum testantur* Caper *l. c.* Gramm. suppl. *l. c. plur.* -a: Cic. epist. frg. VI 5 W. Caes. frg. (IV 3 Klotz) Caper gramm. VII 101, 17 (*sed tragoediae* Caes. Strab. *tribuit Malcovati, Orat. Rom. frg.² 1955, 275*). *mensuratur* lūt- Coripp. Ioh. 5, 368 (limo, leto *coni. viri docti*). Iust. 2, 23 (limum *Barth*). *cf. l. 63.* Not. Tir. 96, 56. *legitur in praecepto rustico vetere p. 1901, 8 et inde a* Plavto, Ter., Catone, Lvcil.; *a poesi stili grandioris fere alienum* (Ov. fast., Stat. silv. *singulis locis*). [*val.* lut *'creta figlina'; it.* loto, *it. mer.* lota; *sard. centr. et mer.* lutu, ludu; *prov. vet.* lot, *vasc.* lout; *cat.* llot; *hisp.* lodo; *port.* lodo. *cf. M.-L. 5189. Battisti-Alessio III 2272. Wagner II 46. Wartburg V 477 sq. Corominas III 126. Machado² II 1431. St.*] [*dub. vel falso trad.:* Caes. Gall. 7, 24, 1 milites cum toto tempore -o frigore et adsiduis imbribus tardarentur (-o β, *om.* α, *vix recte tuetur Seel verba* frigore . . . imbribus *in parenthesi ponens*; soluto *vel* etiam *coni. viri docti, nisi* -o *delent*). Vitr. 2, 3, 1 sabulonoso -o *pro* sabulone soluto.]

[v. Kamptz]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fere i. q. limus, πηλός (*cf.* GLOSS. caenum. πηλός, *quae vox respondet, ubi nihil aliud adnotatur; textu deficiente infra non inseruimus* CAES. *v. p. 1900, 71*):

appendix iuncturarum verbalium ad IA pertinentium: **1** *varia* (*pauca selecta*): TER. Haut. 945 *filius* -a ... diffluit (CIC. off. 1, 106 GALLICAN. Avid. 5, 5. AVG. civ. 21, 25 p. 538, 23 D. turpitudine -ae. EVGRAPH. Ter. Haut. 938. *cf.* fluere: TIB. 2, 3, 51 -ā. FLOR. epit. 4, 12, 65 in -am [AVG. civ. 1, 33 p. 50, 23 D.]). SALL. Catil. 52, 22 habemus -am (SEN. dial. 3, 3, 4 AVG. c. Iulian. 4, 13, 64 ARATOR act. 2, 293). LIV. perioch. 57 corruptum ... -a (VAL. MAX. 9, 1, 5 FRONTO p. 122, 9 v. d. H. = p. 128 N. PORPH. Hor. carm. 3, 24, 59—60. *al.*). VAL. MAX. 9, 1 ext. 2 *Volsiniensium urbs* -a prolapsa est (LACT. inst. 4, 10, 11 in -am. *cf.* in -am labi: LACT. inst. 5, 22, 14 IVST. 1, 7, 13. 20, 4, 5. 31, 6, 3 GREG. M. dial. 3, 32 p. 208, 17 M.). CVRT. 8, 8, 16 -ae indulgentem (SVET. gramm. 23, 5 PLIN. med. 1, 5, 1). QVINT. decl. 371 p. 407, 25 -ae deditus (SVET. Vit. 13, 1. CAPITOL. Ver. 7, 1 se -ae dedidit. IVST. 9, 8, 20 RVFIN. hist. 4, 8, 5. *al.*). SVET. Nero 26, 1 -am ... exercuit (LACT. inst. 6, 21, 2 TRACT. Pelag. 6 p. 126 EVSTATH. Basil. hex. 7, 3, 11 exercentes [*gr. ἀχόλαστοι*]. *al.*). TREB. trig. tyr. 3, 4 -ae ... vacaret (CLAVD. DON. Aen. 4, 230 p. 384, 15 VVLG. deut. 21, 20. *al.*). PS. AVR. VICT. epit. 1, 24 -ae serviens (PRVD. psych. 342 CHROMAT. serm. 6, 5 L. CAES. AREL. serm. 45, 2. *cf.* RVFIN. Orig. in exod. 7, 2 p. 207, 19 deservire). *al.* **2** -a est (-ae est SEN., HIER.) *cum inf. vel enunt.*: SEN. epist. 5, 5 desiderare delicatas res -aest (*var. ll.* -ae est, -a est. *item cum inf.*: MART. 5, 19, 13. 11, 70, 11 sq. HIER. epist. 22, 7, 2 coctum aliquid accepisse -ae [-a *var. l.*] sit. AVG. c. Iulian 4, 13, 64). MART. 2, 63, 3 -a est, si tanti dives amares.

B *per prosopopoeiam inducitur* -a: **1** *femina* (*exempla audaciora; ceterum v. quae p. 1920, 27 monuimus*): PLAVT. Trin. 8 (*persona prologi*) primum mihi Plautus nomen -ae indidit; tum hanc mihi gnatam esse voluit Inopiam (*earundem nomina praecedunt versum 1 in cod. D; in gr. fuisse Τρυφή putat Leo, Plautin. Forsch.^{2} 1912, 201; an personam Plautus invenit? cf. p. 1920, 68*). PERS. 5, 142 ni sollers -a ... moneat: '... indulge genio' (*item inducitur exhortans ad incontinentiam*: TRACT. Pelag. 6 p. 159 [*obloquitur* Pudicitia]. AVG. serm. 86, 6, 6 [*iuxta* Avaritia *ut* GREG. M. moral. 31, 90 p. 622^{C}]). PANEG. 4, 31, 3 (*in triumpho Constantini captiva duci fingitur inter vitia varia*). PRVD. psych. 311 (*describitur eius forma, habitus ut* CLAVD. 22, 132). 342. 378 (*in exhortatione Sobrietatis obloquentis ut* 405. *cf. 455* Luxus). OROS. hist. 4, 21, 7 (*theatra* aram -ae *appellat*). **2** *animal quoddam*: SEN. epist. 113, 22 (*iocose*) si rotundam illis *virtutibus* qualem deo dederint *Stoici formam*, quaeram an et avaritia et -a ... rotundae sint; sunt enim et ipsae animalia.

C *usu novato fere i. q. deliciae, voluptas sim.* (*huc vergunt exempla quaedam numeri plur. ambigua, quae ad actiones luxuriosas referre maluimus, ut* ITALA *p. 1921, 30*, HIER. tract. in psalm. II p. 91, 13): AVR. VICT. Caes. 20, 8 honestas, quae principio anxia habetur, ubi contigerit, voluptati -aeque est. AMBR. paenit. 2, 10, 92 si amarissime fleas, ... culpa discedet; usus enim doloris ablegat -am criminis, erroris delicias (*per gen. indicatur unde manet voluptas ut*: 2, 11, 107 didicimus ... et agendam paenitentiam et eo agendam tempore, quo culpae defervescat -a [culpa ... -ae *var. l.*]).

II *quolibet respectu*: **A** *praevalente vi corporali* (*allegorice infra l. 70*): **1** *pertinet ad ubertatem, fertilitatem herbarum, segetum, agrorum* (umoris PLIN. *sub b; vocem in sermonem rusticorum translatam esse dicit* CIC. *sub a; cf. etiam imagines ad B1a relegatas*): **a** *in malam partem de nimia ubertate*: CIC. de orat. 3, 155 verbi translatio instituta est inopiae causa, frequentata delectationis; nam 'gemmare vitis, -em esse in herbis, laetas segetes' etiam rustici dicunt (*cf. p. 1927, 12. 1933, 26*). VERG. georg. 1, 112 ne gravidis procumbat culmus aristis, -em segetum tenera depascit *agricola pecore immisso* in herba (SERV. bene '-em', ut ostenderet rem superfluam et nocituram, nisi amputetur. SERV. auct.: bene -em pascit, non segetem. GLOSS. ubertatem). 1, 191 (*189* si superant fetus *nucis*) at si -a (-ae, *i. e.* -e, *R*) foliorum exuberat umbra, *eqs.* Ov. met. 14, 629 *falce* -em premit et spatiantia contra (passim *var. l.*) bracchia compescit *Pomona* (*cf.* COLVM. 4, 27, 6 cacumina flagellorum *vitium* defringere -ae comprimendae causa). GRATT. 140 -am primo fetusque nocentis *arborum* detrahe; frondosas gravat indulgentia silvas. COLVM. 2, 10, 15 lentim ... sicco maxime loco seri convenit; nam in flore facile -a et umore corrumpitur (2, 10, 34 ervum. *cf.* PLIN. nat. 17, 181 si vitis -ā se consumpserit. 18, 189 nisi multiplici partu exinaniatur ubertas, pereant -a singuli fructus). 3, 12, 3 (*ex Graecino*) pinguissimam et laetissimam *terram* -a, macram et tenuem ieiunio laborare. 5, 5, 13 ne libero excursu in -am prorepant *palmites* (*cf.* 5, 6, 25 cum ... vitis praevalens in -am evagatur). PLIN. nat. 18, 154 inter vitia segetum et -a est, cum onerata⟨e⟩ fertilitate procumbunt. 18, 161 -a segetum castigatur dente pecoris in herba dumtaxat (PAVL. NOL. epist. 24, 10 [*allegorice sec. Ioh. 15, 2* palmitem ... non ferentem fructum tollet] disciplina purgante nos evangelicae falcis acie, ut castigata -e palmitis nostri fructuosius pullulemus). PAVL. sent. 5, 6, 13 a vicino -s ramorum *in alienam aedem imminentium* compescitur (ENNOD. dict. 1, 8 p. 425, 10 -am infecundam ferro). SERV. georg. 2, 253 'primis aristis' herbis surgentibus, quarum -s futuris frugibus nocet, quas culmi tenues ferre non possunt (*cf. Verg. georg. 2, 252* nimium ... fertilis). PRVD. apoth. 62 inculto ... stirpe frutex vitiosus, *rubus ardens* (*exod. 3, 2*), iniquis -am (-em *cod. unus*) virgis inhonesto effundere suco coeperat. PETR. CHRYS. serm. 164 p. 631^{B} ager quoties longa incuria silvescit et toto -ae agrestis sordescit horrore (*postea in explicatione allegorica*: quidquid naturalis squalefecerat luxus *eqs.*). ENNOD. dict. 8, 7 p. 448, 4 qui vitium -em ... falce resecavit *eqs.* (*comparatur eruditio puerorum*). **b** *in bonam partem i. q. laeta fertilitas*: PLIN. nat. 9, 2 sunt ... conplura in his *animalibus aquatilibus* maiora etiam terrestribus; causa ... umoris -a

[Plepelits]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*postea*: fertili nutrimento). AVIEN. orb. terr. 999 laetis adsurgunt gramina campis herbaque -a (luxurians *Vadianus*) sola semper pinguia vestit. CASSIOD. in psalm. 28, 6 *vituli* propter -am dulcium herbarum pingues erant . . . et decori.

2 *pertinet ad corporis statum vigentem* (*in bonam partem* MART., *in malam* AMBR.): MART. 11, 41, 2 indulget pecori nimium . . . pastor . . . et gaudet fama -aque gregis (*7* pingues . . . sues). AMBR. paenit. 1, 13, 63 *diabolus* dum carnem debilitat, mentem eius *hominis* conroborat; aegritudo enim carnis peccatum repellit, -a autem carnis culpam adolet (*aliter p. 1923, 30*).

3 *transfertur ad incrementum ignis*: PRVD. c. Symm. 1 praef. 19 *e palmitibus aridis foci struuntur* (*act. 28, 2 sq.*); fascem quisque suum congerit ignibus expectans calidi -am rogi.

B *praevalente vi incorporali*: **1** *respiciuntur artes*: **a** *dicendi et scribendi; significatur nimius ornatus vel copia orationis* (*per imag. a re rustica sumptam* CIC., ENNOD.; *vitium orationis comparatur cum -a morum p. 981, 49. 1922, 62 sqq.*): CIC. de orat. 2, 96 (*88* Sulpicium . . . adulescentulum audivi . . . verbis effervescentibus et paulo nimium redundantibus, quod erat aetatis; . . . volo . . ., se efferat in adulescente fecunditas *eqs.*) in qua *Sulpicii oratione* nunc interdum, ut in herbis rustici solent dicere in summa ubertate, inest -s quaedam, quae stilo depascenda est. SEN. contr. 2 praef. 2 *erat* splendida oratio *Fusci Arelli* et magis lasciva quam laeta; ab hac . . . se Fabianus separavit et -am quidem . . . abiecit, obscuritatem non potuit evadere. ENNOD. dict. 9, 11 p. 453, 10 disce . . . verborum -em (*aliter infra l. 62*) artis falce truncare, ut novellus cespes sub ferri disciplina proficiat.
b *canendi; significatur nimia licentia numerorum atque modorum* (*opponitur simplicitas antiqua*): HOR. ars 214 (*211* accessit numerisque modisque licentia maior) sic priscae motumque et -em (-am *var. l.*) addidit arti tibicen traxitque vagus per pulpita vestem; sic etiam fidibus voces crevere severis et tulit eloquium insolitum facundia praeceps *eqs.* (*dubitanter huc traximus coll.* PLIN. *infra et Cic. leg. 2, 39* modorum flexionibus; *de magnificentia vestis vel de libidine motuum cogitant alii*). PLIN. nat. 16, 171 (*170 tibiae iam antea mirabili cura praeparabantur*, cum adhuc simplici musica uterentur) postquam varietas accessit et cantus quoque -a *eqs.*

2 *respiciuntur habitus vel actiones exultantium, lascivientium, superbientium sim.* (*quaedam ad IA vergere vix negaverimus*): **a** *hominum* (verborum CASSIOD., ioci et risus PAVL. STEPH.): LIV. 3, 64, 1 victoria tribunorum ... in haud salubrem -am vertit conspiratione inter tribunos facta, ut iidem tribuni reficerentur *eqs.* 37, 7, 15 *Africanum* virum . . . a comitate, quae sine -a esset, non aversum ('*a liberalitate, quae sine -a esset' interpr. Weissenborn-Müller, ita ut fere ad p. 1921, 14 sqq. pertineret*). APVL. met. 6, 11, 3 Cupido solus . . . custodia clausus coercebatur acriter, partim ne petulanti -e vulnus gravaret, partim ne cum sua cupita conveniret. VLP. dig. 21, 1, 1, 10 (*ex Viviano*) si . . . permaneret in eo vitio *servus*, ut circa fana bacchari soleret et quasi demens responsa daret, etiamsi per -am, *sc. non per dementiam*, id factum est, vitium tamen est *eqs.* (*respicitur bacchatio simulata fanaticorum ut*: COMM. instr. 1, 17, 7 vidistis saepe Duellonarios [*sc. fanaticos Bellonae*, dulcmarios *trad.*], quali fragore -as ineunt, dum furias fingere quaerunt *eqs.*). MARCIAN. dig. 47, 9, 11 si fortuito incendium factum sit, venia indiget, nisi tam lata culpa fuit, ut -a (*sc. sit?*) aut dolo sit proxima. CIL X 4486 (*a. 366? cf.* CE 211 *inter senarios*) *filius* iam . . . parvulus ipse humanus omnibus erat, qui cum ingentib(us) -is laetaret, repente raptus est mihi (*vix ad I. cf.* INSCR. christ. Ferrua 15590 ubi tanta -a tua, *fili* [*seq.* deliciae]). RVFIN. Orig. in num. 20, 3 p. 194, 25 si *puer* . . . in lasciviam pronus ac proterviam salutaria eius *paedagogi* verba contempserit illis magis obtemperans, qui -am suadent et ad lasciviam provocant. CASSIOD. hist. 7, 40, 5 (*3* idolorum favoribus exultabant, . . . turpes manuum plausus agebantur . . . et contra Christi virgines contumeliae) utinam verbis peccando quievissent et non actu verborum -am superarent ([*Theodoret. 4, 22, 3 τὴν τῶν λόγων . . . ἀσέλγειαν*]. *alio sensu super l. 25*). MART. BRAC. canon. 83 de his, qui intrantes ecclesiam per nimiam -am a sacramento se abstinent: si quis . . . pro -a sua avertit se a communione sacramenti (*cf. Mansi 2 p. 1309 A κατά τινα ἀταξίαν, Canon. Turner II 2 p. 240 rec. II l. 5* prae . . . inquietudinem, *p. 241 rec. IV l. 5* pro . . . intemperantia). PAVL. STEPH. reg. 37, 1 cavenda est . . . ioci et risus inmoderata -a, per quam . . . nascuntur scandala (*4* risum supra modum). **b** *animalium*: VAL. FL. 7, 66 (*loq. Aeetes*) his *ardentibus tauris* magis atque magis rabiem nunc nostra senectus -emque dedit, solitoque superbior ignis ore fremit. Ps. QVINT. decl. 13, 9 *apium* lascivientem -a fugam tinnitu conpescimus (*v. Håkanson, Textkrit. Stud. 1974, 107 sq.; var. l.* -am, *unde* ⟨in⟩ -am *Dessauer*). ENNOD. carm. 2, 124, 6 *mula, quae solis verbis regitur*, vincula sentiret, ni . . . perderet auditu -am generis. **c** *Fortunae*: CLAVD. 18, 121 ut trabeis *consularibus* iniuria cresceret olim, has in fronte *Eutropii* notas, hoc dedecus addidit oris -ae Fortuna suae (*de actione petulanti an metonymice de eius effectu? sed* suae *pro* eius *accipit dubitanter Fargues.* -e . . . sua *coni. Mommsen*, ludibrio . . . suo *Schrader*).

homoeoprophora: v. p. 1920, 6 sq. 42. 45; in lusu verborum: SALV. gub. 6, 86 quid tam perditi luxus quam in luctu res desiderare -ae?

deriv.: luxurio(r), luxuriosus. *v. Onom.* *Plepelits.*

[**luxuriālis** *falso traditur* MART. CAP. 5, 554 *pro* luxuriaris *v. p. 1929, 43.*]

luxuriāmen, -inis *n.* *a* luxuriare. *i. q. instrumentum vel actus luxuriandi*: VIRG. gramm. epist. 1 p. 116, 6 (*affert vel fingit verba Galbungi grammatici cuiusdam*) mundi flaccida -a contempnunt (f. luxoriam ina *cod.*, flaccidam luxoriam ita *Mai*).

luxurianter *v.* luxurio.

[**luxuriātor** *falsa var. l.* AVG. serm. 21, 10 *pro* -atur, *v. p. 1930, 13.*]

luxuriēs *v.* luxuria.

***luxurio,** -āvī, -ātus, -āre *et* ***luxurior,** -ātus sum, -ārī. *a* luxuria. *scribitur* luxor- *passim in codd. rec., e. g.* ITALA Sirach 14, 4 (Ps. Aug. spec. 22 p. 392, 2 *var. codd. saec. VIII*), DIOM. gramm. I 378, 1 sqq.; luss- INSCR. *l. 48*; lax- COLVM. 4, 11, 2 (*cod. A*). *de formis: testimonia gramm.: inter verba utriusque generis ponit* QVINT. inst. 9, 3, 7, *sed formas act. minus communes esse testatur* NON. p. 481, 7 -bat pro -batur (*afferuntur* TVBERO hist. 10 *infra l. 55*, VERG. georg. 3, 81 *infra l. 68*), *sim.* SACERD. gramm. VI 452, 10 (*qui formam act. more illorum temporum per apocopen explicat*) *et* PRISC. gramm. II 392, 15 (*qui agit de exemplis, quae apud vetustissimos* contra consuetudinem . . . activam pro passiva . . . habent terminationem). *sensus differentias statuunt*: DIOM. gramm. I 378, 1 sqq. -or in crimine est (*affert* CORN. SEV. carm. frg. 12 *p. 1929, 7*), -o autem in laude (*citat* VERG. georg. 3, 81), significat enim non lasciviam mentis, sed habitudinem. ISID. diff. app. 165 p. 1328 A fluctuo animo, quasi fluctus ago, . . . fluctuor, fluctu feror, . . . sic inter -o et -or discernendum. *usus auctorum: in tertia fere parte omnium exemplorum occurrit part. praes.* -ans. *ceteris locis exstant* (*codd. hic illic discrepantibus, e. g.* LIV. 1, 19, 4 AMBR. in psalm. 118 serm. 14, 16, 4) *formae act. et depon. aequis fere partibus; si singulos auctores percensemus, exhibent formas depon.*: CORN. SEV. carm. frg. 12. OV. trist. 5, 1, 44 (*contra act. novies*). SEN. contr. *decies*. SEN. dial. 7, 12, 4. 7, 13, 2. epist. 95, 27 (*act.* Phaedr. 456). COLVM. 5, 6, 36. arb. 11 (*act.* 3, 2, 21). STAT. Theb. 2, 677 (*act. ter*). MART. *quater*. QVINT. decl. *quater*. FLOR. epit. 2, 15, 5. *al., formas act.*: TVBERO hist. 10 VERG. georg. 3, 81. OV. *v. supra*. NVX 20. LIV. *quater* (*contra* LIV. perioch. *utuntur ter formis depon.*). MANIL. 1, 739. SEN. *trag. v. supra*. CVRT. 10, 7, 11. COLVM. *v. supra*. CALP. ecl. 4, 114. PLIN. nat. *quinquies*. STAT. *v. supra*. GELL. 6, 22, 4 TERT. monog. 1, 2. *al.* *ceterum monemus stirpis perf. act. has tantum exstare formas*: -vere LIV. 3, 33, 2, -verint PLIN. nat. 17, 183, -asset GELL. 6, 22, 4. SALV. gub. 7, 85 (*formae perf. depon. leguntur inde ab* OV. trist. 5, 1, 44 SEN. contr. 2, 6, 8 STAT. Theb. 2, 677). *legitur inde a* TVBERONE, VERG., HOR. [*confunditur in codd. cum* luxuria, *e. g.* CVRT. 10, 7, 11 (*falsa var. l.* VVLG. eccles. 10, 17; *restituitur e coni. dub.* AVIEN. orb. terr. 999; *v. etiam p. 1928, 69*); -tus *cum* luxuriosus *e. g.* IVST. 20, 4, 7. *falsa var. l.* -antur PLAVT. Pseud. 1107 *p. 1919, 44. suppletur in lacuna* QVINT. decl. 245 (thema) p. 3, 20. *restituitur loco corrupto* ANTH. 472, 4 inter . . . -antur opes (intesta merassas luxantur o. *trad.*; *cf. Tandoi, Annali Scuola Norm. Sup. Pisa 31, 1962, 123 sq.*). *interpr. dub.* INSCR. christ. Ferrua 17132 lussuriantur.]

i. q. in statu luxuriae esse vel luxuriam exercere, sc. significantur actiones vel status modum quendam excedentes (*intrans.; accedit obi. int. p. 1929, 38.* GLOSS. II 300, 51 *ἐντρυφῶ*: sulto [ins- *ed. Stephani*], -o. 460, 52 *τρυφῶ*: -or, abundo. *color immodici fere augeri videtur e. g.* LIV. 3, 33, 2 nimis [COLVM. 5, 6, 36. *cf.* 3, 2, 21 nimiis viribus], GELL. 6, 22, 4 in tam immodicum modum): **I** *in universum*: **A** *ratione incerta, sc. contextu deficiente*: TVBERO hist. 10 pars omnis -bat.

B *ratione definita*: **1** *praevalente vi corporali*: **a** *usu communi respicitur vis crescendi generandique* (*quae -ando efficiuntur, sc. incrementa sim., indicantur abl. instr.* [*ita ut subintellegi possit hic illic color abundandi, cf. p. 1927, 45. 1928, 47 et* GLOSS. *supra*]: VERG. georg. 3, 81 toris. SEN. Phaedr. 456 satis [*vix pro 'arvis' accipiendum*]. COLVM. 4, 11, 2 frondibus. HIER. epist. 60, 12, 3 culmis aristisque. PRVD. cath. 3, 54 palmite. *al., praep.* in *c. acc.*: NVX 20 in comas. PLIN. nat. 19, 113 in frondem. HIER. in Os. 10, 1 l. 11 in flagella, *c. abl.*: AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 8, 3 in flore. 13, 26, 2 in foliis. Ps. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 in frondibus): *α -ant quaecumque pleno vigore turgent aut ubertim vel nimis crescunt* (*ideo respici potest et insanum, inflatum, quod vero robore vel fructu caret, e. g. l. 77 p. 1927, 6. 16. 26 sqq.* [*cf. p. 1927, 70*]): Ⓘ *animantes eorumque partes*: VERG. georg. 3, 81 illi *equo generoso* ardua cervix . . . -atque toris animosum pectus (*cf. Varro rust. 2, 7, 5* pectus latum et plenum, SERV. *ad l.* nodosum et eminens pulpis, DIOM. *supra l. 22. locum affert* SEN. epist. 95, 68 *et* 71 *ad describendum virum fortem, sc. Catonem. ad canem bene nutritum transfert* AVIAN. fab. 37, 4). OV. met. 7, 292 (*Aeson fit iuvenis*) adiecto . . . supplentur corpore rugae membraque -ant. 9, 267 ut . . . novus serpens posita cum pelle senecta -are solet squamaque nitere recenti, sic . . . parte sui meliore viget *Hercules flammis consumptus*. STAT. Theb. 6, 841 Agylleus Herculea nec mole minor . . ., sed non . . . in corpore *idem* robur: -ant artus, effusaque sanguine laxo membra natant. GELL. 6, 22, 4 (*1* nimis pingui homini) cuius corpus in tam immodicum modum -asset exuberassetque. CLAVD. 1, 217 (*describitur Tiberinus deus*) vertice -at toto crinalis harundo (*cf. de crinibus profluentibus* HIL. AREL. vita Honorat. 8 l. 5 rediguntur ad breves capillos -antes comae). *de ulcere, quod late serpit*: SCRIB. LARG. 239 ulcus -ans et crescens (excr- *Jourdan, Notes 1919, 85*) carne compescit chalcitis. Ⓘⓘ *herbae, segetes ubertim pro-*

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

germinantes, fecundae, vel nimis crescentes: Ⓐ *variae* (*cf. p. 1926, 81*): NVX 20 coepimus (*sc. arbores frugiferae*) in patulas -are comas (*item de arboribus vel earum partibus*: PLIN. nat. 16, 95 variis colorum picturis in certamen usque -ant. 17, 254 vitium -antium ficorumque. ARNOB. nat. 6, 12 ramorum -antium tonsor. AMBR. in psalm. 118 serm. 13, 26, 2 -at in foliis, vanescit in fructu. ORIENT. comm. 1, 280 silvas iam desperatis -are comis. CASSIOD. in psalm. 106, 38 l. 452 -antibus foliis. 129 concl. l. 191 magna libertate -at *arbor*). SEN. Phaedr. 456 seges . . . laetis tenera -at satis (CALP. ecl. 4, 114 coepit . . . uberior sulcis fallentibus olim -are. HIER. epist. 60, 12, 3 laetae s. et uberi agri . . . culmis aristisque -ant. *v. etiam p. 1928, 1 et cf.* MART. CAP. 5, 512 inopiae *causa transferuntur verba*, cum dicimus . . . -are segetes . . .; desunt enim propria [*v. p. 1924, 51. 1933, 26*]). PLIN. nat. 18, 203 ne *semina* ante hiemem -ent (*item de seminibus vel germinibus*: AMBR. in psalm. 118 serm. 12, 8, 3 [*in imag.*] fove . . . semina tua, ne lasciviendo -ent; quod -at in flore seminis, tenuatur . . . in fructu. PRVD. c. Symm. 2, 1027 praefertile germen -at [*Matth. 13, 5*]). 19, 113 caules . . . ne in frondem -ent. AMM. 22, 12, 3 *imperatorem* ⟨in⟩ immodica . . . prosperitate velut -antes ubertate nimia fruges bonis suis protinus occasurum *esse*. SVLP. SEV. dial. 2, 10, 4 *portio prati, cui virginitas comparatur*, herbis fecunda -at (-atur *var. l.; antea*: floribus . . . vernabat). *transfertur ad ipsam fecunditatem*: Ps. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 -atur in frondibus luxu ⟨f⟩lexibili fecunditas pronuba ac virginei cortices gemmis rumpentibus vulnerantur (*cf. II B 2*). Ⓑ *vites*: COLVM. 3, 2, 21 visullae . . . in pingui *terra* nimi⟨i⟩s viribus -ant (*Plin. nat. 14, 28* pingui putrescit). 4, 11, 2 nec pati vitem supervacuis frondibus -antem silvescere (5, 6, 36 si nimis -bitur. PLIN. nat. 17, 178 perniciose -at nec ampliat se, sed egerit [*antea*: ut parere malit quam vivere]. 17, 254. AMBR. patr. 10, 41 ne cassa v. sarmentorum exultatione -et. HIER. in Os. 10, 1 l. 11 ['vitis frondosa'] in flagella frondesque -ant). arb. 11 cacumina virgarum, ne -entur, demutilato. PLIN. nat. 17, 183 si -verint palmites, intorqueri *sc. melius erit* (*fortasse cf.* SCHOL. Verg. Veron. georg. 2, 366 stringe comas, attonde -antem [*sc. palmitem?*]). AMBR. in Luc. 9, 30 (*vinea comparatur homini*) ne -et umbra foliorum verborumque infructuosa iactantia . . . maturitatem . . . inpediat. PRVD. cath. 3, 54 ubi vitea pampineo bracchia palmite -ant. MAR. VICTOR aleth. 3, 69 nova praegravido iam palmite vinea diti -at fructu. Ⓒ *omnia, quae vita praedita sunt*: ARNOB. nat. 1, 10 unde tibi est scire, ne, quod exuberat, sic (*sc. morbis, fame sim.*) tollat *mundus*, ut . . . modum rebus -antibus figat?

β -ant agri sive fertiles sive malis herbis abundantes (egestas, *sc. naturae* AVSON.; *addas l. 10; an de agris nimis irriguis* OV. fast.*?*): OV. epist. 1, 54 resecanda . . . falce -at Phrygio sanguine pinguis humus. fast. 4, 644 modo siccus erat . . . annus, nunc ager assidua -bat aqua (*sc. nimis crescentes potius quam frugiferas aristas procreans; alii intellegunt agrum aqua abundantem* [*cf. p. 1926, 59*]). PROB. Verg. georg. 1, 47 ne -antis soli natura fertilis efficiatur, ⟨idest⟩ inter fruges herbae nascantur. CLAVD. carm. min. 26, 20 (*agitur de fonte Apono*) fumantia vernant pascua, -at gramine cocta silex. EPIPHAN. Avell. p. 770, 4 ne terra -ans sine cultore deficeret. VAL. CEM. hom. 19, 3 p. 750^{B} inebriata aqua terra -at. *cum acumine ad terram transfertur, quae non aedibus sed natura splendet*: AVSON. Mos. 52 naturae mirabor opus, secura (non cura *trad.*) nepotum laetaque iacturis ubi -atur egestas (MART. 10, 96, 6 *sub II A 3 allatum confert Tränkle, Mus. Helv. 31, 1974, 157 sq.*).

b *usu deflexo transfertur ad*: *α nitorem ornamentis effectum vel iis inditum*: OV. epist. 15(16), 194 hanc faciem *Helenae* . . . deliciis . . . decet -are novis. SEN. contr. 2, 1, 6 non erubescendos amores neque -antem habitum neque potatus obicis (*vestitus intellegitur vol. VI 3, 2486, 4*). MART. 3, 2, 9 *libelle*, licet . . . pictis -eris umbilicis et te purpura delicata velet. 12, 62, 10 *Saturne*, cernis, ut . . . tibi pompa . . . pendeat et quantus -etur honos. CLAVD. carm. min. 47, 9 -ent . . . monilia collo *equi*. rapt. Pros. 2, 55 tali -at cultu *Proserpina* (*describitur antea eius vestis*). *β aquas abundantes, tumescentes*: AMM. 22, 15, 13 *Nilus nocet* abunde . . . -ans (*postea*: si venerit parcior). CLAVD. 12, 35 *in nuptiis Honorii* Tagus intumescat auro *et* . . . sub vitreis Oceanus -etur antris. Ps. AVG. serm. ed. Mai 1, 1 -atur unda *in paradiso* per sulcos . . . fugitiva et . . . propinat floribus ubertatem (*eadem fere* 72, 1).

2 *praevalente vi incorporali* (*cf. et supra l. 22 sqq.; ceterum sublucet respectus corporalis l. 71 sqq.*): **a** *pertinet ad quaslibet actiones*: *α usu communi cum respectu exultandi, lasciviendi, superbiendi* (*vano tumore, qui effectu caret, maxime p. 1928, 6 et 8* [*cf. quae p. 1926, 66 monuimus*]): Ⓘ *de animalibus*: VERG. Aen. 11, 497 *Turnus* exultat . . . animis . . ., qualis . . . liber equus . . . arrectis . . . fremit cervicibus alte -ans ([-at *var. l.*; SERV. 'alte arrectis' non 'alte -ans'. CLAVD. DON. *ad l.* p. 489, 29 ad animum . . . fremit et -atur pertinet. *cf.* p. 489, 18 ut pensetur -ando captivitas]. HIER. interpr. Iob 39, 21 [*gr. γαυριᾷ, Vulg.* exultat]). OV. fast. 1, 156 ludit . . . in pratis -atque pecus (HERM. Pal. sim. 6, 1, 6 pecora velut in delitiis erant et satis -bantur et in hilaritate exultabant [*vulg.* velut in voluptatibus erant et plurimis deliciis et hilaritate exultabant; *gr. ὥσεὶ τρυφῶντα ἦν καὶ λίαν σπαταλῶντα*]). COLVM. 7, 3, 18 *agnum* -antem (*antea*: quamdiu non lascivit). IREN. 1, 16, 1 (1, 9, 1 H.) ovem -tam oberrasse (*gr. ἀποσκιρτῆσαν. respic. Luc. 15, 4*). ROMVL. fab. 22, 1 rec. gall. (*sim. cett.*) mures . . . -antes (22, 4 *ibid.*). Ⓘⓘ *de hominibus*, (*Phaethonte* MANIL.) *rebusque ad eos pertinentibus* (*quaedam vergunt ad II*): OV. ars 1, 360 mens erit apta capi tum, cum laetissima rerum ut seges in pingui -bit humo; pectora, dum gaudent . . ., patent. 2, 437 -ant animi rebus . . . secundis (fast. 5, 274 iuvenalibus annis -ant a., corpora . . . virent [vigent *var. l.*]. LIV. 1, 19, 4 ne -ent [-entur *var. l.*] otio a., quos metus hostium . . . continuerat. LACT. epit. 28, 6 gaudium, quo . . . -at a.). LIV. 2, 48, 3 questi . . . nimia gloria -are et evanescere Caesonis ingenium. 3, 33, 2 laeta . . . principia magistratus eius (*i. decem virum*) nimis -vere. 23, 12, 12 ne haec . . . laetitia -et . . . ac vana evadat (*cf. p. 1933, 74*). MANIL. 1, 739 *Phaethon* in caelo ludit curruque superbus -at mundo (nitido *Heinsius*). CVRT. 10, 7, 11 nova et brevi duratura libertate -at (luxuria *codd.*) multitudo. FLOR. epit. 2, 15, 5 *Carthaginem esse servandam*, ne metu ablato . . . -ari felicitas urbis inciperet (*de eadem re* AVG. civ. 1, 31 p. 48, 13 D. ut timore libido premeretur, libido [libidine *var. l., ut subi. sit populus*] pressa non -aretur). ITALA gen. 25, 22 (cod. 91 *al.*) -bantur *filii Rebeccae in utero* (*nisi falso trad. pro* luctabantur, *v. p. 1731, 30. 1725, 69*). CLAVD. DON. Aen. 12, 325 p. 591, 21 ('saltu . . . superbus emicat in currum *Turnus*') transcendit in currum -ans. HIER. epist. 43, 3, 3 habeat sibi Roma suos tumultus, harena saeviat, circus insaniat, theatra -ent (*sim.* CLAVD. 24, 316 cervos aliasque . . . non saevas pecudes, sed -antis harenae delicias, pompam nemorum [*an cum acumine dictum de harena fere hominum modo cibos delicatiores exposcente, ut ad II B 1 spectet?*]. SALV. gub. 6, 69 ecclesia Carthaginiensis insaniebat in circis, -bat in theatris). RVFIN. Greg. Naz. orat. 3, 14, 1 *nativitatem Christi* celebrantes et de mundo pariter ac de his quae supra mundum sunt verbi voluptate ac deliciis -antes (*gr. non resp.*). Orig. in gen. 3, 6 p. 48, 8 *membra* si . . . ultra praescriptas . . . -ant leges (*antea*: si in officiis mandatorum dei deserviant). CLAVD. 5, 72 *Rufinus* crimine tanto -at. CONST. Sirmond. 9 ne . . . crimina deprehensa -ent et sit libera peccantibus pertinacia. CAES. AREL. serm. 40, 3 cui *Elisaeo* cum -antes pueri clamarent (*Vulg. IV reg. 2, 23* inludebant ei dicentes). *part. praes. masc. pro subst.*: CASSIOD. in psalm. 46, 2 cum sit consuetudo -antium elisis manibus personare. 48, 19 l. 310 'benedicetur' . . . pertinet . . . ad -antium favorabiles voces.

β usu deflexo: Ⓘ *vi aucta cum respectu saeviendi* (*hic illic sublucet usus sub II B 1 illustratus*): SEN. suas. 7, 5 inter scaenicos amores sanguine civili -antem *Antonium*. VAL. FL. 4, 496 inhiat Cocytia nubes (*i. Harpyiae*) -ans. 6, 614 stabulis qualis leo saevit opimis -ans (*cf.* STAT. Theb. 2, 677 sanguine multo -ta fames *leonis*). STAT. Theb. 7, 13 in sanguine gentis -at *Mavors*. Ps. RVFIN. in Am. 4, 1—3 p. 1071^{B} ('levabunt vos, *sc. vaccas Samariae*, in contis et reliquias vestras in ollis ferventibus') quod . . . *Samaritani* -antibus et quasi voraturis hostibus exponantur. CLAVD. 3, 355 multis . . . Megaera -ta malis. *pro convivis saevientibus dicuntur -are ipsae epulae*: STAT. Theb. 5, 262 *conviviis Lemniadum* non saevius . . . -ant Lapitharum epulae, si quando . . . caluere mero *centauri*. -antibus plagis *pro* -antium plagis: VAL. CEM. hom. 10, 1 p. 723^{B} infelix penuria -antibus plagis subiacere compellit *parasitum* (*an ad II B 1?*). Ⓘⓘ *per comparationem cum respectu abundandi* (*cf. quae p. 1926, 59 monuimus*): ORIENT. comm. 2, 60 corpora . . . -ant vitiis (*antea*: ut . . . tellus . . . gramina noxia . . . male laeta feret).

b *pertinet ad loquendum, scribendum*: *α cum respectu stili* (*sc. ornatu nimio onerati vel parum gravis sim.*): HOR. epist. 2, 2, 122 -antia compescet *poeta*, nimis aspera sano levabit cultu (SCHOL.: superflua, redundantia reprimet). QVINT. inst. 10, 4, 1 premere . . . tumentia, humilia tollere, -antia adstringere, . . . exultantia coercere. SYMM. epist. 1, 89, 2 nec gravitate horres, nec venustate -as, sed . . . germanos colores rebus obducis (*de ipso auctore ut*: MACR. Sat. 5, 1, 7 *dicendi genus* pingue et floridum, in quo . . . Symmachus -atur). HIER. in Zach. 3 praef. l. 11 nimio verborum flore -at *oratio non emendata*. CLAVD. carm. min. app. 2, 17 (*ad Apollinem*) cur mihi lentis ludis adhuc . . . modis (*laudi Herculis non aptis*) tenerumque resultans -ante . . . impellis pollice chordas SIDON. epist. 9, 13, 2 vers. 18 *epistulas* modulis -antibus lascivire vetat mascula dictio. POMER. 3, 34, 2 p. 520^{A} ea est . . . iudicata Latinitas, quae breviter et aperte . . . res . . . enuntiat, non quae vernantis eloquii venustate atque amoenitate -at (*antea*: compositio . . ., quae illecebris aurium deserviret; *postea*: non placent phalerata, sed fortia). *huc spectat, si recte emendatur*: SVLP. VICT. rhet. 15p. 321, 9 *ordo verborum* apte et leniter defluat; in quo sane adhibendus est modus, ne quid nimio opere ⌞-etur neve⌟ nimium molliatur *compositio* (⌞⌟ *Halm*; luxuriae *trad.*). *β cum respectu argumenti* (*cf. etiam supra l. 29. 32*): OV. trist. 5, 1, 44 nec tamen ut lusit rursus mea littera ludet: sit semel illa malo (ioco *var. l.*) -ata (luxuriosa *var. l.*) meo. PLIN. nat. 17, 14 hiberno . . . pulvere laetiores fieri messes (*Verg. georg. 1, 101*) -antis ingenii fertilitate dictum est. ARNOB. nat. 4, 33 p. 240, 12 M. -antium litterarum . . . audaciam (*de fabulis vitam deorum inepte vel parum verecunde describentibus*).

II *immoderate vivendo, corporis voluptatibus fruendo sim.* (*sc. fere de hominibus vel rebus ad eos pertinentibus; respiciuntur animalia p. 1929, 52. 81, de vento* APVL. *sub B 2*): **A** *generatim -ant*: **1** *civitates, gentes, tempora*: LIV. 23, 2, 1 Capuam . . . -antem longa felicitate atque indulgentia fortunae. AT. CAP. Macr. Sat. 7, 13, 13 usus -antis aetatis signaturas pretiosis gemmis coepit insculpere. PLIN. nat. 18, 18 -antis iam rei p. fuit ista mensura *latifundiorum*. ITALA apoc. 18, 7 (Ps. Aug. spec. 133) *Babylon* magnificavit se et -ta est (*Vulg.* in deliciis

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

fuit; *gr. ἐστρηνιασεν*). HIER. in Ier. 31, 18/19 p. 394, 2 divitiarum magnitudinem et terrae fertilitatem, qua Ephraim tribus ... -at. AVG. in psalm. 96, 19 l. 26 videbat Isaias (*48, 22*) ... totum mundum -ari variis nugis et tamen clamabat: 'non est gaudere impiis'. SALV. gub. 7, 85 in qua *terra opulentissima* ... minime mirum fuerat, si -asset gens barbara, ubi similis ... -anti erat ipsa natura. **2** *quilibet homines, fere singuli*: CORN. SEV. carm. frg. 12 -antur opes atque otia longa gravantur (*ad milites refert Dahlmann, Abh. Mainz. Ak. 1975, 6, 67 sqq.* [*an spectat ad* MART. *sub 3? de* ANTH. 472, 4 *parum constat, v. p. 1926, 46, ; cf.* LAMPR. Alex. 54, 7 quod per neglegentiam illorum *tribunorum* milites ... -ti essent [*53, 2 cum* lavacris, mulieribus et deliciis vacarent]. LIV. perioch. 23 p. 29, 11 exercitus Hannibalis per hiberna ita -tus ⟨est⟩, ut ... enervaretur [*Liv. 23, 45, 2* marcere Campana luxuria]). PAVL. FEST. p. 120 *v. sub* luxor. SEN. contr. 2, 6 (thema) quidam -ante filio -ari (-are *var. l.*) coepit (*idem argumentum affert* QVINT. inst. 11, 1, 79). *passim in eadem controversia* (*iuxta* luxuria, luxuriosus, *δαπανῶ sim.*). 10, 2, 2 (*filius ad patrem*) non -bor, non amabo. SEN. dial. 7, 12, 4 non ab Epicuro impulsi -antur, sed vitiis dediti luxuriam suam in philosophiae sinu absondunt (*item de falso Epicureo* 7, 13, 2 indulget illis *vitiis* non timide nec obscure -atur). QVINT. decl. 279 p. 136, 19 non ego -tus sum, non ego meretricem amavi, non paterna bona vitiis consumpsi. *al.* ITALA Sirach 14, 4 (Ps. Aug. spec. 22 = VVLG.) in bonis illius alius -bitur (-etur *var. l.; gr. τρυφήσουσιν*). I Tim. 5, 11 (cod. 86 = VVLG.) adulescentiores ... viduas devita, *sc. neque munera ecclesiastica iis iniunge*; cum enim -tae fuerint in Christo, nubere volunt (*gr. καταστρηνιάσωσιν τοῦ Χριστοῦ, cod. d al.* in deliciis egerint, *Cypr. testim. 3, 74* indeliciatae fuerint; *cf.* MVTIAN. Chrysost. hom. 18, 1 p. 353/4 -bantur adversus Christum. *ad earum, quas ecclesia sustentat, vitam sine labore fere per delicias actam referunt e. g.* AMBR. Abr. 2, 6, 31, PELAG., THEOD. MOPS. *ad l., ad carnis libidinem* HIER. epist. 54, 15, 1 *et* Ps. PRIMAS. *ad l. [qui* nubere *cum* in Chr. *iungit]. al.*). Iac. 5, 5 (Ps. Aug. spec. 110) deliciati estis super terram et -ti estis, creastis ... corda vestra (*gr. ἐτρυφήσατε ... καὶ ἐσπαταλήσατε, ἐθρέψατε τὰς καρδίας. cod. ff.* abusi estis, cibastis; *Vulg.* in luxuriis enutristis c. v.). PORPH. Hor. sat. 2, 2, 11 ('graecari') aut -ari ⟨a⟩ut Graeco more ludere. LIV. perioch. 29 p. 36, 7 rumor ..., tamquam is *P. Scipio* -retur (*cf. Liv. 29, 21, 13* de cultu ac desidia imperatoris). 130 p. 118, 10 Antonius dum cum Cleopatra -atur (*nisi ad B2*). IVVENC. 4, 190 infelix, qui sordida -tus tardantem contemnet herum ... segnique indulgens ebrietati luxuriosorum convivia concelebrarit (*Matth. 24, 49*). HIER. in Is. 24, 7—13 l. 31 qui in conviviis non solum gula ... sed et auribus -ant. MART. CAP. 5, 554 simplex *propositio* est '-aris'; coniuncta 'aut -aris aut meretricem amas' (*ita Willis, de Mart. Cap. emendando 1971, 47*; luxorialis ... luxurialis ut *R; magis depravati sunt cet. codd.*). EVSTATH. Basil. hex. 5, 6, 15 convenit ... nos secundum proverbii rationem, minime -antes effluere, id est non ostentatorie vivere, ... sed fertiles nos vero demonstrare cultori (*cf.* AMBR. *p. 1927, 15. gr. ὑλομανεῖν*). *al.* **3** *res ad homines pertinentes*: MART. 10, 96, 6 *in Hispania* res parva beatum me facit et tenues -antur opes (*9 sq.* hic, *sc. Romae*, pretiosa fames ..., mensa ibi divitiis ruris operta sui. *an huc iam* CORN. SEV. *sub 2?*). Ps. RVFIN. in Os. 8, 5/6 p. 1001^{C} tempus, quod in otio -ante defluxit. **4** *bos otiosus*: SIDON. carm. 7, 143 -ante iuvenco ... exponit *ager fecundissimus* piceam pinguedine glaebam.

B *speciatim, praevalente respectu*: **1** *edendi, bibendi* (*cf. p. 1928, 21 et 35*): SEN. epist. 95, 27 grave est -ari per singula: omnia semel ... ponantur. MART. 2, 89, 5 quod vomis, Antoni, quod -aris, Apici *vitium habes*. GELL. 6, 16 tit. versus Euripidi, quibus delicatorum hominum -antem gulam confutavit (*Eurip. frg. 892 N. τρυφῇ*). ITALA Esth. 3, 15 p. 45, 13 Motzo (cod. M, *sim. cett.*) convivium fecerunt omnes gentes; rex autem et Aman ... -bantur (-bant *cod. Q*, rege ... celebrante convivium *Vulg.; gr. ἐκωθωνίζοντο*). II Petr. 2, 13 (Ps. Cypr. singul. cler. 28 = VVLG.) in conviviis suis -antes *homines iniqui* (*gr. συνευωχούμενοι*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 327 gentes ... sepultae -ant ...; peragunt convivia Manes. MAX. TAVR. serm. 88, 3 M. caro, ... quae ... -ando dilatabatur in pinguedinem (*opp.* abstinendo). POMER. 2, 22, 1 qui cibis nec lautioribus volunt carne -ante (carnem -antem *var. l.*) dissolvi, nec distentione ventris vilibus onerari. CASSIOD. in psalm. 21, 13 l. 289 animal ... redditur inquietum, quando pinguedine multa refertum est; et ... ferox efficitur, cum praesumptione -antis corporis animatur. **2** *amandi, coeundi* (cum *aliquo* TERT. nat. [*an etiam* LIV. perioch. *supra l. 37?*], in *aliquem* LACT. epit., in *aliquid* MAXIM.; *per imaginem fornicationis respiciuntur qui veram fidem deserunt e. g. p. 1930, 2. 15*): APVL. met. 10, 31, 2 nunc lasciviens reflabat *pallium puellae*, ... nunc -ans aspirabat *ventus*, ut ... membrorum voluptatem .. liniaret. ITALA Am. 6, 4 (cod. 175) qui dormitis in lectis eburneis et -amini in stragulis eorum (*Vulg.* lascivitis; *gr. κατασπαταλῶντες. cf. Hier. ad l.* ut somno libidinem copuletis). TERT. nat. 1, 10, 39 Iovem ... -antem cum Iunone (*cf. apol. 14, 3 Iovem* foede subantem in sororem. *subest Hom. Ξ 314 sqq.*). monog. 1, 2 illa *continentia haereticorum nuptias auferentium* blasphemat, ista *licentia psychicorum saepius nubentium* -at. SOL. 53, 23 conchae ..., quae certo anni tempore -ante conceptu sitiunt rorem velut maritum (*Plin. nat. 9, 107* has ubi genitalis anni stimulavit hora). LACT. inst. 3, 15, 16 quod illi (*ceteri amatores Laidis*) bona sua perderent, ipse *Aristippus* gratis -retur. epit. 61, 7 qui abiecto iugo vel in liberam vel in servam peregrina voluptate -at. VVLG. Ier. 5, 7 moechati sunt et in domo meretricis -bantur *filii Israel verum deum deserentes* (*Hier. ad l.* luxuriae serviunt). TRACT. Pelag. 6 p. 134, 27 -ari (*iuxta*: de carnis voluptatibus cogitare; *de syntaxi non liquet*). CLAVD. 22, 75 ordiri ... virum non -ante iuventa, sed cum lege tori, casto cum foedere. AVG. bon. coniug. 9, 9 multis ... per inlicitos concubitus -antibus. in epist. Ioh. 10, 6 delectationes *carnales* ... sunt manducare, bibere, -ari, ludere, venari (*sim.* Ps. PRIMAS. in I Cor. 2, 14 p. 511^{D} manducare et -ari [*Pelag.* ventri se libidinique committit]. CAES. AREL. serm. 16, 1 p. 75, 2). in euang. Ioh. 45, 12 quam multi modo -antur, casti futuri (*postea*: quam multi ... casti sunt, fornicaturi). c. Faust. 22, 48 p. 641, 15 non ... voluntate generandi, sed -andi libidine. serm. 21, 10 aurum habet: scortatur, fornicatur, -atur, edit ... ludos (*subst.* luxuriator *var. l., sicut et* scortator, fornicator). CYPR. GALL. num. 724 manus ... bellis Iudaea secundis -at sanctasque putat quas vicerat aras (*nisi pro superbire et ad p. 1927, 69 referendum, sed cf. Vulg. num. 25, 1* fornicatus est populus cum filiabus Moab). OROS. apol. 29, 1 docens ... reverentiam castitatis sub stropha Ioseph et -antis dominae suae. SALON. in prov. p. 987^{C} quanto quisque magis -atur et fornicatur. SIDON. epist. 8, 14, 4 conscientiae -antis fetore pollutos ad suaveolentiam pudicitiae ... impellitis. DRAC. Orest. 646 adulter (Romul. 5, 75). NOVELL. Iust. 2, 3 pr. ut ..., quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges -entur *sc. iterum nupturae* (*gr. ἀσελγαίνειν*). MAXIM. eleg. 2, 36 in praeteritum -antur opus *iuvenes maiorem natu petentes mulierem* (*33* reliquiis veterum iuvenes pascuntur amorum). *al.*

part. praes. -ans *vergit hic illic in usum adi. q. e.* luxuriosus *e. g. p. 1927, 57. 1928, 45. 73, sed vis verbalis fere ubique vigere videtur. usurpatur pro subst.: neutr.* HOR. epist. 2, 2, 122 *et* QVINT. inst. 10, 4, 1 *sub IB2b, masc.* SALV. gub. 7, 85. CASSIOD. *p. 1928, 30.* CAES. AREL. serm. 233 p. 884, 15.

adv. **luxurianter.** *i. q. libidinose*: AVG. serm. 9, 14 (= EVGIPP. exc. Aug. p. 386, 28) noli dicere tibi, quando forte -anter (-antem, luxuriae *var. ll.*) aliquid vis agere: uxorem non habeo, facio quod volo (*postea*: abstine te a fornicationibus).

paronomasia: Ps. AVG. serm. ed. Mai 72, 1 -atur ... luxu flexibili.

deriv.: luxuriamen. *compos.*: eluxurior.

***luxuriōsus,** -a, -um. *a* luxuria. *derivatur a* 1. luxus PAVL. FEST. p. 119 *v. p. 1934, 59. scribitur saepe in codd. recc.* luxor- *e. g.* VAL. MAX. 9, 1, 4 COLVM. 5, 6, 36 AMBR. paenit. 2, 3, 13; -cx- *in nomine equi* CIL II 5129. *compar.* -ior *inde a* CIC., *superl.* -issimus *inde a* MEMMIO (*cf.* -us valde VVLG. deut. 28, 54). NOT. Tir. 46, 26. *legitur in prosa oratione inde a* CATONE, MEMMIO, VARRONE, *in poesi apud* OV. *quater*, MART. *septies et singulis locis apud* LVCAN., IVV., IVVENC. *al.* [*falso traditur* PLIN. nat. 17, 161 *p. 1933, 57 et in additamento codd. Φ et al. recc.* VVLG. II Petr. 2, 7. *loco obscuro*: Ps. SORAN. quaest. med. 229 cum ... non alta fuerit (*sc. corruptela in osse capitis?*) ... deposita melotis tamquam in -o stabit (*vix cf.* ORIBAS. *infra sub II*).]

I *usu originario i. q. luxuria plenus vel ad luxuriam pertinens*: **A** *cum respectu vitae intemperantius actae, voluptatibus deditae, deliciis refertae sim.*: **1** *usu primario de hominibus luxuria fruentibus, luxuriam exercentibus (de divinitatibus p. 1931, 28. 76. 1932, 22, de urbibus sim. infra l. 78 sqq.):* *ad notionem cf.* FEST. p. 250 prodiguae hostiae vocantur, ut ait Veranius, quae consumuntur; unde homines quoque -i, prodigi. MAR. VICTORIN. defin. p. 36, 11 (*exemplum definitionis descriptivae*) -us est victus non necessarii sed sumptuosi et onerosi appetens, in delicias affluens, in libidinem pronus (*inde* CASSIOD. inst. 2, 3, 14 p. 121, 18. *al.; exemplum variatur* BOETH. in top. Cic. 3 p. 326 -us est, qui pluribus et non necessariis sumptibus in delicias affluit et in libidinem fertur effusior). SYNON. Cic. p. 432, 17 -us, prodigus, ganeo, profusus, sumptuosus, nepos, erogator, helluo, vorax, gurges *eqs.* (*in serie simili*: GLOSS. II 249, 30 *ἄσωτος*: ganearius, lascivus, -us *eqs.*). GLOSS. *ἄσωτος. ἀσελγής.* qui cum meretricibus convivia facit. *ponitur ad explicandas voces* nepos PORPH. Hor. epod. 1, 34 epist. 1, 15, 36 GLOSS. V 86, 21. 22, nequior PORPH. Hor. sat. 2, 3, 94, barathro PORPH. Hor. sat. 2, 3, 166, lustratus NON. p. 135, 7.

a *generatim*: *α adi.*: Ⓘ *de quibuslibet*: CATO agr. 143, 1 ne nimium -a siet vilica. RHET. Her. 4, 34, 46 *permutatio* ex contrario ducitur sic, ut quis hominem prodigum et -um illudens parcum et diligentem appellet (CIC. Verr. II 3, 161 non in h. -i, sed tantum in furis ac divisoris disciplina educatus. Phil. 2, 66 *suppellex* non ... -i h., sed tamen abundantis. FEST. p. 250 [*ex Veranio? v. supra l. 53*]. TREB. Gall. 5, 7 [*de Gallieno ut* trig. tyr. 9, 5]. *al.*). MEMM. or. frg. (4 M.) Serv. auct. Aen. 1, 161 in ... -issimis Asiae oppidis (*cf.* FIRM. math. 1, 2, 3 -i semper Asiani ⟨et⟩ voluptatibus occupati [*postea*: Asiana lascivitas]. AVG. civ. 9, 4 p. 372, 20 D. dives -us Asiaticus [*sec. Gell. 19, 1, 7* multis corporis animique deliciis affluens]. *cf. de Troianis*: CLAVD. DON. Aen. 7, 430 p. 65, 4. 10, 85 p. 305, 10). CIC. leg. agr. 2, 97 coloni Capuae in domicilio superbiae atque in sedibus -is collocati (*sim. de ipsis urbibus*: MEMM. *supra nec non* SEN. dial. 6, 22, 2 inter -ae urbis *i. Romae* oculos. *cf.* imperia: epist. 74, 19 quarum *urbium* in ipso flore -a i. cecide-runt [*postea*: intemperantia]). Pis. 66 *Pisone* nihil ... esse -ius, nihil libidinosius. fin. 2, 22 nescio, quo modo possit, si -us sit, finitas cupiditates habere (*sim. de Epicureis*: 2, 27 avarus erit, sed finite, ... et -us eodem modo. *de Epicuro*: AVG. c. acad. 3, 10, 23 p. 63, 21. *cf. p. 1931, 47*).

[Zäch]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

NEP. Alc. 1, 4 -us, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur *Alcibiades*. reg. 2, 2 fuit ... minime libidinosus, non -us, non avarus *Dionysius maior*. OV. epist. 1, 88 turba ruunt in me (*Penelopem*) -a proci. SEN. contr. 2, 6, 2 -um senem (*de eodem*: 2, 6, 4. 7 nulli nimis -us, sed parum sanus videbatur. 9 permanet in iuvenalibus vitiis et turpius -us et diutius. *et al. ibid.*). VELL. 2, 105, 2 *Sentium Saturninum* liberaliter ... eo *otio* abutentem, ita tamen, ut eum splendidum ac hilarem potius, quam -um aut desidem diceres. VAL. MAX. 2, 9, 4 p. 99, 20 Cornelium Rufinum ..., quod x pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo -um in ordine senatorio retentum non esse (*an ad β?*). 9, 1, 4 *sumptibus computatis* uter ... -ior est? SEN. benef. 4, 26, 2 omnes malos intemperantes dicimus, avaros, -os, malignos. dial. 7, 17, 2 *cur* tam -us *es*, ut plures *servos* habeas quam quorum notitiae memoria sufficiat? epist. 7, 3 avarior redeo, ambitiosior, -ior *cum spectaculo interfui*. MART. 1, 87, 2 ne ... fragres, Fescennia, vino, pastillos Cosmi -a voras (*an ad l. 71 sqq.?*). QVINT. decl. 252 p. 31, 31 quam dissolutus, quam -us ac perditus *sit*. 261 p. 70, 12 si quis frugalis vixerit, si quis -us (frugalius ... -ius *Gronovius*). *al.* PAVL. dig. 11, 3, 2 *si quis* -um vel contumacem fecit *servum*. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 175 ne aut -us aut avarus evaderes. TREB. trig. tyr. 8, 13 a -issima illa peste (*respicitur Gallienus ut et p. 1930, 72. 1933, 2*). GAVDENT. serm. 15, 6 G. ut -us populus flammam carnalium vitiorum calidis carnibus *suum* non nutriret (*item de Iudaeis*: Ps. RVFIN. in Am. 8, 4–6 p. 1094^{A} -issimi perque hoc inertissimi). *al.* Ⓘ *de adulescentibus* (*saepe praeter cetera meretricum amore captis; cf. etiam l. 5 nec non p. 1932, 70*): SEN. contr. 2, 6, 4 -us adulescens peccat, at senex -us insanit (exc. 3, 8 [thema]. 4, 1 [thema] amissis quidam ... liberis ... a -o adolescente ... coactus convivio ... interesse. APVL. met. 5, 25, 6 Cupidinem ..., a. delicatum -umque. VLP. dig. 17, 1, 12, 11. PORPH. Hor. sat. 2, 2, 94sq. acroamatibus deditum. HIER. epist. 21, 13, 2 *ad* ITALAM Luc. 15, 13 *v. infra p. 1933, 82*). exc. 3, 3 (*idem thema ut* Ps. QVINT. decl. 5 CALP. decl. 30 ENNOD. dict. 21, 1) quidam habuit filios, frugi et -um (*ibid. bis.* QVINT. decl. 245 [thema] p. 3, 17 *al.* Ps. QVINT. decl. 5 *passim*. CALP. decl. 17 et petulanti. LAMPR. Heliog. 2, 3 et crudeli, *sc. Diadumeniano*. HIER. epist. 21, 35, 1 [*respicitur* ITALA Luc. 15, 13 *p. 1933, 82 ut*: RVFIN. Orig. in num. 18, 4 p. 175, 31. *al.*]). MART. 9, 82, 4 hausisti patrias -us opes. QVINT. inst. 11, 1, 79 ut in scholis luxuriantem patrem -us ipse iuvenis accusat ([*talem declamationem habes supra l. 4 et 26*]. 11, 3, 74 *personae comoediae*: senes austeri ac mites, iuvenes severi ac -i. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 254 et perditus). CAPITOL. Gord. 18, 4 -o imperatori lascivia iuvenis, non tamen -a neque infamis, praedicata est (*de Heliogabalo ut* Opil. 9, 5 -issimus. LAMPR. Alex. 6, 5). *al.*

lychnītēs, -is, *acc.* -en *et* -em, *m.* (*f.* Avien.) *et* lychnīta, -ae *f.*, *λυχνίτης*. *scrib. et* lycn-, lign- *sim.* **1** *nomen lapidis marmorei* (*veriloquium sibi finxit* Varro, *v. infra; ceterum cf.* lygdinus): Plin. nat. 36, 14 *scalptores* candido tantum marmore usi sunt e Paro insula, quem lapidem coepere -en appellare, quoniam ad lucernas in cuniculis caederetur, ut auctor est Varro (frg. 436 F., *qui confert ling. 5, 119*). **2** *nomen gemmae* (*e coni. dub. p. 1938, 69*): Sol. 52, 58 (61) sq. -en . . . fert India, cuius lucis vigorem flagrantia excitat lucernarum, qua ex causa -en Graeci vocaverunt (*ex Plin. nat. 37, 103, qui praebet* lychnis). Ival. Val. 3, 37 secessus . . . aedium . . . ex eo lapide, cuius . . . fulgor ignitus est; nam -em etiam vocant; intuentibus visitur opinio quaedam indidem solis orientis (*Hist. Alex. M. I p. 120, 18 Kr. ἐξ ἀερίτου λίθου, ὥστε τὸν ἥλιον διὰ τῶν μαρμάρων ὑπονοεῖν ἔνδοθεν ἀνατέλλειν*). Avien. orb. terr. 469 -is rutilae flammas. Damig. lapid. 28 lapis -es: -es lapis speciosus, colore subvitreo, mundo, adversus nyctalopam . . . aptus collo est idoneus, persanat eos (lichniter *fere trad., restituit Abel*). Marcell. med. 8, 188 ad nyctalopas abolendas -em lapidem, quem nos carbunculum dicimus, tecum habeto (*cf.* lychnis *supra l. 8*). Cassiod. or. frg. p. 481, 18 -ae vomunt frigidas flammas (p. 480, 16 pallescite lychnides *restituit ex* lycnites *Traube vix recte pro* -ae, *quod maluit Baudius*). Ven. Fort. carm. app. p. 377, 1, 239 -es hebes est, cedit tibi (*Mariae virgini*) Lucifer ardens.

lychnīticus Not. Tir. 101, 97 (lignit(h)i-, ligneti- *trad.; cf. 101, 96* lychnitis, *98* lampas). *graece non legitur; notio incerta, exemplis deficientibus nisi huc pertinet p. 1938, 70.*

lychnītis *f.*, *λυχνῖτις*. *scrib. in codd. etiam* licni-, ligni-, lichin- *sim.* Not. Tir. 101, 96 *v. sub* lychniticus. *nomen herbae* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): Plin. nat. 25, 121 (*cf.* 1, 25, 74) sunt et phlomides duae . . .; tertia -is vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis . . . crassis pinguibusque, ad lucernarum lumina aptis. Ps. Apvl. herb. 72 l. 10 *inter nomina gr.* verbasci. l. 23 (*interpol. e* Dioscor. *l. c.*). Dioscor. 4, 99 p. 52, 19 est alterum genus flommi, qui -is dicitur aut triallis; . . . in lucernis plurimi utuntur (*gr. 4, 103, 2 λυχνῖτις*). Ps. Dioscor. herb. fem. 21 tertia *species flomi* -is . . .; ad ellychnia (licima *codd.*, licinia *coni. p. 1371, 74*) tantum facit. Ps. Theod. Prisc. add. p. 321, 17 herba -is, quae habet lanuginem ⌊et mittitur⌋ (mitatur *cod.*) pro licinio in lucerna.

? **lychnium,** -ī *n.*, *λυχνίον*. [*a* lucinium, *quam formam potius referas ad* licinium *coll. p. 1371, 63 sq.: abrut.* lutšeñe, *apul.* (*tarent.*) lutšiño. *cf. M.-L. 5191. St.*] *i. q. lucerna, si recte trad.*: Isid. orig. 17, 6, 25 (*eadem fere* 19, 19, 3) ligna dicta, quia incensa convertuntur in lumen; unde et -um dicitur, quod lumen det (*var. ll.* lucinium, licinium, *quod fortasse cum edd. veteribus praeferas coll. veriloquio 20, 10, 2* [*v. p. 1371, 62*]; ellychnium *Arevalo, v. vol. V 2, 398, 24*). *vix recte restituitur* Isid. orig. 17, 9, 73, *v. p. 1746, 77 sqq.*

lychnobius, -ī *m. ex λύχνος et βίος compositum, cf. νυκτόβιος sim. i. q. ad lucernam, sc. noctu, potissime vitam degens*: Sen. epist. 122, 16 (*facete dictum Pedonis Albinovani*) illum *Papinium* et -um dicetis (*ἐλλυχνιόβιον* dicite *Madvig, sed v. Axelson, Neue Senecastud. 1939, 219, 49, qui explicat: lychnis utentem ad videndum* [*antea*: lucifuga] *eorumque oleo ad vescendum* [*antea*: avarus]).

lychnūchus, -ī *m.*, *λυχνοῦχος*. *scribitur* lycnucum CIL VI 844, *sed* lychnuch- XIV 2865; *in codd.* licn- Itala exod. 25, 31 (Lugd., *sed* lychn- *ceteris locis eiusdem capituli*), *ceterum* lich(u)nuc(h)-, linuc(h)-, luchn-.

1 *instrumentum ad sustinendos cereos, lucernas sim. aptum, fere i. q. candelabrum* (*ad rem v. Blümner, Privataltertümer 140 sq.*): Cic. ad Q. fr. 3, 5, 9 (3, 7, 2) hanc *epistulam* scripsi ante ⟨lucem⟩ ad -um ligneolum, qui mihi erat periucundus, quod eum te aiebant, cum esses Sami, curasse faciendum (Svet. Dom. 4, 1 *commisit* venationes gladiatoresque et noctibus ad -os [*cf. Cal. 18, 2* ludos . . . nocturnos accensis tota urbe luminibus]). Plin. nat. 34, 14 placuere et -i pensiles in delubris aut arborum mala ferentium modo lucentes (*ad imag. arboris cf. infra l. 61*), quale est in templo Apollinis Palatini, quod Alexander Magnus . . . in Cyme dicaverat eidem deo. Svet. Iul. 37, 2 *triumphans* ascendit . . . Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atque sinistra -os gestantibus. CIL VI 844 *duo viri* fano . . . dono -um dant. XIV 2865 Cupidines II cum suis -is et ⟨. . .⟩. *addas coniecturam p. 1938, 64.*

2 *ornamentum quoddam candelabri septem bracchiis instructi in templo Iudaeorum* (*LXX exhibet σφαιρωτῆρ*): Itala exod. 25, 31 (Lugd., *sim.* Wirc.) facies candelabrum . . .: scaphus et calamisci et grateres et -i et lilia . . . erint (*Ottob.* speroteres, *Vulg.* spherulae; *eaedem voces respondent et ceteris locis*). 25, 33 in uno calamisco -us et lilium. 34. 35 -us sub duobus calamiscis. 36.

lychnus, -ī *m.*, *λύχνος*. *ut aliae voces eiusdem stirpis scrib. in codd. etiam* lychin- *vel* lichin- (Verg. Aen. 1, 726 [*duo codd. rec. et* Dvb. Nom. gramm. V 583, 16, *probat Ribbeck*; lychn- *vel* lycn- *codd. antiqui*], Vitae patr., Greg. Tvr., Gloss.; *cf.* lyclin- Lvcr. 5, 295 *O ante corr. et Q*), licin-, lychan-, *ceterum* lichn-, lygn-, lign- *sim.; priscam scripturam* lucin- *in glossis repertam* (*v. infra l. 78*) Ennio (Lvcil., Lvcr.) *restituere vult Ritschl, Opusc. II 479 sqq. genus masc. testatur* Dvb. Nom. gramm. *l. c.* (*affert* Verg., *v. infra*). *vocem sermonis grandioris esse testantur* Lvcil., Serv., Mart. Cap., *quos v. p. 1697, 59 sqq., ceterum nota infra l. 46. 52; legitur in poesi inde ab* Enn., Lvcr., Verg., Stat., *in oratione soluta semel apud* Cic. (*v. p. 1697, 62 sqq.*) *et inde a* Pompon. dig. [*e forma gr. λύχνος potius derivandum: langued.* legne; *cf. sub* lychnium. *cf. Wartburg V 481. St.*]

1 *i. q. lucerna* (Gloss., *quae perhibent etiam* candelae, cicindelia. *variat cum* lucerna Salv., *sed lucerna pars -i est* Pavl. Nol. carm. 23, 125 [*v. 127*]. Sidon. epist. 9, 13, 5 vers. 49 [*v. 53*], -us *pars lucernae* Hil. trin. 6, 12. *ad rem v. Hug, RE XIII 1566 sqq.*): **a** *de instrumento ipso* (*in comparationibus* Hil., Pavl. Nol. epist., Salv., Ennod.): *α cuiuslibet formae*: Enn. ann. 323 -orum lumina bis sex (Avson. 325, 78 p. 113 P. l. -i. *cf.* Ps. Cypr. adv. Iud. 7 p. 141, 5 -um septem luminum [*de eodem l. 50*]). Lvcil. 15 *v. p. 1697, 59 sqq.* Cic. Cael. 67 lux . . . longe alia est solis, alia (ac, et *var. ll.*) -orum (*locutio proverbialis videtur subesse, cf.* Ennod. epist. 2, 7, 3 quasi -is contra solis radios pugnaturi. opusc. 2, 26 p. 295, 23 solem facibus non iuvari nec ad praesidium diurnae lucis -os accendi). Pompon. dig. 50, 16, 245 pr. tabulae religatae catenis aut erga parietem adfixae aut, si similiter cohaerent, -i non sunt aedium; ornatus enim aedium causa parantur. Epist. Alex. p. 199, 12 accensis -is (lampadibus *var. l., quam praeferunt alii edd.*) aureis. Hil. trin. 6, 12 (*de locutione theologica* lumen ex lumine) *Hieracas* unius lucernae duo lumina praedicavit, ut -orum bipertita divisio substantiam patris et filii aemularetur. Prvd. cath. 5, 14 olei rore madentibus -is (*respic. Matth. 25, 1 sqq.* lampades *ut*: Salv. eccl. 2, 35 si in -is ipsis . . . languescit lumen . . ., quanta tibi . . . olei abundantia opus est, ut lucerna tua luceat in aeternum [*antea ter* lampas, *semel* lucerna]). Pavl. Nol. epist. 4, 1 p. 19, 16 (*de libro quodam antihaeretico*) o lucerna . . ., quae . . . de septiformi -o pastum oleo laetitiae lumen effundens *eqs.* Marcell. med. 28, 41 -um ardentem umbilico superpone. Sedvl. carm. pasch. 3, 277 modio nec subditur ardens -us (*op. pasch. 3, 24* lucerna *sec. Vulg. Matth. 5, 15 Marc. 4, 21*). Greg. Tvr. Franc. 2, 7 p. 49, 10 relucentibus . . . -is. *al. apud eundem.* Ven. Fort. Mart. 4, 693 -us adest, cuius vitrea natat ignis in urna. Isid. orig. 20, 10, 2 lucerna a -o dicta est. Vita Amator. (BHL 356) 28 candelabra luminosis -is . . . perlucentia. *β pendente e tecto*: Lvcr. 5, 295 nocturna . . . lumina, pendentes -i claraeque . . . taedae. Verg. Aen. 1, 726 dependent -i laquearibus . . . incensi et noctem flammis funalia vincunt. Stat. Theb. 1, 521 tendunt auratis vincula -is. Ps. Rvfin. Ios. bell. Iud. 7, 30 aureum (*gr. 7, 429*). Pavl. Nol. carm. 19, 413 pendebant . . . -i, qui specie arborea lentis quasi vitea virgis bracchia iactantes summoque cacumine rami vitreolos gestant tamquam sua poma caliclos *eqs.* (*ad imag. arboris cf. supra l. 2*). 23, 125. 151. Sidon. epist. 9, 13, 5 vers. 49 numerosus. Greg. Tvr. Franc. 4, 28 p. 161, 6 (*in eadem re* Ven. Fort. carm. 6, 5, 278). glor. mart. 78 p. 541, 13. *al. apud eundem.*

b *nomen sideris in sphaera barbarorum* (*gr. ὁ τὰ λύχνα φέρων, v. Boll, Sphaera 400. 545 et Housman in ed. sua Manil. 5 p. XLIV*): Firm. math. 8, 17, 8 -us (lygnus, lignus, cygnus *codd.*) quoque ad huius signi (*sc. Piscium*) pertinet partem; quicumque hoc sidere ⟨oriente⟩ nati fuerint, erunt metallorum inventores (*infra*: incensa domo conflagrabuntur aut publica sententia . . . concremabuntur).

c *circumscribuntur opera scriptoris ad lucernam confecta* (*cf.* lucerna *p. 1701, 5 sqq.*): Anth. 925, 4 (*nisi est recentioris latinitatis*) *is multum proficiet,* qui -os discet, docte Capella, tuos.

2 *i. q. linamentum, ellychnium* (*fortasse subest confusio cum* licinium [*v. illic scripturam* luc-] *facta; cf.* Gloss. IV 415, 1 ligni: lucini. *dub.* Gloss.^{L} V Aa L 522 lucinis ['lychnis?' *ed.*]: lucini⟨i⟩s ['lychni lucini?' *Goetz. an iungendum cum 523 et ad* licinium *referendum? v. p. 1361, 68. 70*]): Marcell. med. 6, 6 cum fungis, qui in -o lucernae concrescunt (*Plin. nat. 28, 163* cum f. lucernarum ac fuligine, quae est in rostris earum). Ps. Theod. Prisc. add. p. 308, 11 mittes in ea (*testa cocleae*) oleum et -um et sic lucernam incendes. Vitae patr. 5, 11, 37 lucerna oleo et -o praeparata lucet (*infra*: myxum. '*puto intellegi ellychnium, nisi*

[B.]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

quis legat licinio' *Rosweyde ad l.; totum rostrum, sc. comprehenso ellychnio, intellegi posse monet vix recte Salonius p. 407 sq.*).

compos.: bilychnis.

lyciniae *olivae*, eo quod optimum dent lumen; nam *λυχνὶς* (*'vel λύχνος vel λυχνίον' Lindsay*; lighnis *sim. trad.*) lumen est ISID. orig. 17, 7, 65. *veriloquii causa nomen propr.* Licinia *adaptatum esse videtur, cf. Colum. 5, 8, 4* oleum optimum Licinia dat, *sed in codd. scribi* lic- (*item* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 201), lich-, lac- *sim. nec usquam* lyc- *monet André in plagulis.*

lycoanthrōpia *v.* lycanthropia. *?* **lycocomus** *v.* lycomonus.

lycoctonon *n.*, *λυκοκτόνον*. *nomen herbae* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.* aconitum 2): DIOSC. 4, 74 p. 43, 6 aconitu altero, quem -on (licoctoron *trad.*) dicunt . . .; lupis proiciunt, ut . . . eos necant (*gr. 4, 77; cf. 4, 76 ἀκόνιτον . . . κτείνει . . . καὶ λύκους* [*inde lat. 4, 73 p. 43, 4* occidit et lupus] *et* luparia *p. 1848, 17*).

? **lycomonus** (lic- *trad.*) i. malvacius maior GLOSS. III 567, 34. *si genuinum, originis obscurae et mensurae incertae; an subest *λυκόκομος? cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.* licocomus.

lycophōs *n.*, *λυκόφως*. lycophes, licophes *trad. apud* PAVL. FEST. PAVL. FEST. p. 121 -s Graeci dicunt, quod nos primum tempus lucis; dictum autem -s (*codd. ut supra vel* leocomphos) quasi *λευκὸν φῶς*, id est lumen candidum (*cf.* MACR. Sat. 1, 17, 37 prisci Graecorum primam lucem, quae praecedit solis exortus, *λύκην* appellaverunt *ἀπὸ τοῦ λευκοῦ*. id temporis hodieque *λυκόφως* [*trad. litt. lat.* lyc- *vel* lic-] cognominant).

lycophthalmos *v.* lycopthalmos.

lycopnum, -ī *n.*, *graece non legitur (prosodia et veriloquium incertum; conferasne ἴπνον?). nomen herbae sceleratae* (*cf. André, Lex. des termes de botan. s. v.*): PS. APVL. herb. 8 l. 14 a Graecis dicitur botracion, alii . . . cloropin, . . . alii -um, Siculi *eqs. huc refertur* GLOSS. III 562, 2 elicobonus i. butracion.

lycopsis *v.* lycapsos.

lycopsolon (-sōl-*?*) *n.*, *λυκόψολον vel -ψωλον* (*apud Graecos non legitur*). *nomen herbae*: PS. APVL. herb. 14 l. 12 adnot. *inter nomina graeca draconteae* (*in codd. invenitur praeterea* lycion, lycorcon, lycoscon). GLOSS. III 567, 46 (li- *cod.*).

lycopthalmos, -ī *f.*, *λυκόφθαλμος*. *nomen gemmae*: PLIN. nat. 37, 187 (*cf.* 1, 37, 72) -os quattuor colorum est, ex rutilo sanguinea; in medio nigrum candido cingit, ut luporum oculi (*item* ISID. orig. 16, 15, 20 [*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 221]).

lycos, *acc.* -on, *plur. gen.* -ōn, *acc.* -ōs, *m.*, *λύκος*. 1 *nomen aranei* (*cf. p. 1858, 77*): PLIN. nat. 30, 52 araneus . . ., qui -os (licos, licus, lycor *var. ll.*) vocatur. 30, 104 aranei, quem -on vocant. 2 *i. q. lupus* (-um *P pro* lupum *A* PLAVT. Poen. 648 *ex 646* Lyce, *nomine lenonis*): CAEL. AVR. acut. 3, 1, 1 -ōs (*v. sub* lycanche). ORIBAS. eup. 4, 88 La p. 605 -on, id est lupi, stercus (*gr. 4, 86, 7 λύκων κόπρος, Aa* lupi . . . stercus).

lygdinus, -a, -um, *λύγδινος*. *i. quod e lygdo constat*: 1 *de ipso lapide* (*sc. voce* lapis *e contextu subaudienda; an intellegas potius masc. pro subst.?*): PLIN. nat. 36, 62 (*cf.* 1, 36, 13) paulum distare ab eo (*alabastrite lapide*) in unguentorum fide multi existimant -os *lapides*, in Paro repertos . . ., antea ex Arabia tantum advehi solitos, candoris eximii (*inde* ISID. orig. 16, 5, 8). SERV. Aen. 1, 593 'Parius . . . lapis' candidissimus est, -us (*coni. Thilo*; lygdius, lycdius, licdius, lycidius, lydius *codd.*) nomine, qui apud Parum nascitur. 2 *de simulacro quodam*: IVL. VAL. 1, 3 p. 3, 16 horoscopus -us *fuit* (lignus *cod.*; *Hist. Alex. M. I p. 5, 7 Kr. λυγδίνου λίθου*).

lygdos, *acc.* -on *f.*, *λύγδος*. *nomen marmoris candidi*: MART. 6, 13, 3 candida . . . -os *statuae*. 6, 42, 21 *aqua in Etrusci thermis* tam candida . . . lucet, ut nullas ibi suspiceris undas et credas vacuam nitere -on. *ceterum editur litteris gr. e. g.* PAVL. FEST. p. 6. *al.*

lygos (lygus), -ū *f.*, *λύγος* (*quod gr. resp.*). *veriloquium vocis quasi latinae fingit* ORIBAS. eup. *l. 71. scrib. in codd. etiam* lig-, lic-, lyc-. *terminationes casuum graecae sunt praeter nom. sing.* -us ORIBAS. eup. 2, 1 A 1. *nomen fruticis q. e. vitex*: PLIN. nat. 24, 59 *viticem* Graeci -on vocant, alias agnon *eqs.* MARCELL. med. 1, 14 hagni folia, quae nascuntur in virgultis, quibus Graeci pro viminibus utuntur eademque -us appellant. DIOSC. 1, 113 p. 56, 24 M. de agnu id est -os. p. 57, 13 -os . . . dicitur, ideo quia virge ipse fortiores sunt (*gr. 1, 103, 3 διὰ τὸ περὶ τὰς ῥάβδους αὐτῆς εὔτονον. cf.* ORIBAS. eup. 2, 1 A 1 Aa p. 425 agnus seu -us circa fluvium: . . . -us autem vocatur, quia virgultae eius ligant [*gr. ἄγνον tantum*]). ORIBAS. syn. 2, 54, 2 Aa p. 119, 5 Mø. -u semen ([ligu La *ibid.*]. eup. 4, 48 Aa p. 566).

lygyrium (lygur-) *v.* lyncurium.

lylyriai *v.* lulurio. **lymf-** *v.* lymph-.

lymne- *v.* limne-. **lymniculus** *v.* lemniculus. *B.*

***lympha,** -ae *f.* [*sec. Wackernagel, Arch. Lat. Lex. 15, 1908, 218 olim forma* lumpa *mutuatum e gr. νύμφη, consonantibus* n - m *in* l - m *mutatis, sc. alia dissimilatione ac in osc.* Diumpaís *s. postea scripturae graecissantes per* y *et* ph *et in hac voce et in derivatis ortae sunt. v. etiam* limpor. *Sch.*] *de origine*: VARRO ling. 5, 71 ab aquae lapsu lubrico -a (*sc. per onomatopoeiam*). 7, 87 ⟨-a⟩ a Nympha, ut quod apud Graecos *Θέτις*, apud Ennium (*scaen. 232*) 'Thelis (Thetis *trad.*) illi mater' (PAVL. FEST. p. 120 [*quae seq. v. p. 1944, 7*]. PRISC. gramm. II 36, 22 -a . . . *ἀπὸ τοῦ 'νύμφη'*, solebant enim vetustissimi Graecorum l pro n scribere. *sim.* III 407, 2). *de scriptura* (*per* y *scribi testatur* PRISC. gramm. II 36, 22): lymph- CIL III 6373. V 3106 (*iuxta* Nymphis). X 6791. 6796 XI 1918 *et passim in codd., e. g. antiquissimis* VERG. Aen. 1, 701. 4, 683. *al.* lumph-: CIL I^{2} 1624 (*gr. ibid. Νύμφαις*). IX 4644 (*a. 5 a. Chr.*). lump-: CIL IV 815 L⟨u⟩mpas. 5607 *et ibid. saepe in amphoris iuxta* lymp- (*specimina congesta sunt in indice* p. 760 *et a Väänänen, Latin vulg. inscr. Pomp.^{3} 1966, 32 sq. 56 sq.*). lymp-: *v. supra.* lymf-: CE 865, 8. 1908, 7 CIL V 5648 *al. et saepe in codd.* limf-: INSCR. christ. Hisp. suppl. 361 a, 11 *et saepe in codd.* lymb-: CE 2193, 1 (*saec. IV?*). *abbreviatur in titulis* lymp, lym, lump, lum; *?* lu CIL IV 10283. *cf. infra sub II. de formis: gen. plur.* -ōn (*sec. νυμφῶν?*) VARRO Men. 50. *dat. plur.* -ieis CIL I^{2} 1624 (*gr. ibid. Νύμφαις*). -eis CIL IX 4644 (*a. 5 a. Chr.*). *de genere*: NON. p. 212, 2 -a: aqua, genere feminino, ut saepe; masculino Lucilius (*1196*) 'impermixtum limporem'. NOT. Tir. 113, 49 limfa. *inde a* PACVVIO, *titulo* CIL I^{2} 1624, VARRONE, *sc. maxime in poesi* (*v. quae ad I A monuimus*). [*confunditur in codd. cum* nympha *e. g.* LVCR. 6, 1178 HOR. epod. 16, 48 carm. 3, 13, 16 OV. epist. 5, 31. *al.; confusionem tractat inter alios Friedrich ad Catull. 8, 5 sq. vix recte* -a *restituitur* DIRAE 67 ELEG. in Maecen. 1, 33 PROP. 2, 32, 15. 3, 22, 26 VITR. 1, 2, 5 GERM. 152. *al.*]

I *respicitur aqua*: A *de ipso liquore* (ISID. diff. 1, 345 -am aquam, nympham deam. *de glacie v. sub 2 c*; GLOSS. *ὕδωρ*. aqua, liquor. *sim. al.; saepe plur., cf. Maas, Kl. Schr. 565, 36. usu fere poetico; in prosa oratione*: ITIN. Alex. 21 -is [nimphis *cod.*]. QVEROL. p. 40, 8 R. MART. CAP. 1, 14. 2, 142 ALC. AVIT. hom. 18 p. 129, 17 ENNOD. *quinquies*): 1 *usu communi de aqua fontium, fluminum, lacuum sim.* (*cf. adi. l. 40 sqq. collecta.* SYNON. Cic. p. 415, 23 amnis . . . fontes. putei. -ae. nymphae. stagna *eqs. exempla damus omnia usque ad* PROP., *deinde selecta*): PACVV. trag. 244 (*Euryclea ad Vlixem*) cedo tu⟨u⟩m pedem ⟨mi⟩, -is flavis fulvum (flavum *var. l.*) ut pulverem . . . abluam (*ad colorem cf.* TIB. 1, 7, 12 caerula -a, Liger). VARRO Men. 50 ut levis tippula -on frigidos transit lacus. 442 -a[m] . . . e lacuna fontium adlata (*ut vino addatur. item*: CATVLL. 27, 5 hinc abite, -ae, vini pernicies, et ad severos migrate. HOR. carm. 2, 11, 20 puer . . . restinguet ardentis Falerni pocula praetereunte -a. TIB. 2, 1, 46 sobria -a. LYGD. 6, 58 Marcia -a. QVEROL. p. 40, 8 R.). CATVLL. 64, 162 permulcens liquidis vestigia -is. 68, 54 cum tantum arderem quantum . . . -a . . . in Oetaeis Malia Thermopylis (*Herodot. 7, 176, 3 θερμὰ λουτρά, 4 τὸ ὕδωρ τὸ θερμόν*). LVCR. 1, 496 infuso -arum rore superne *in vasa*. 6, 1178 multi *Athenienses peste affecti* . . . -is (*codd. rec. aliquot*, nym- *OQ*) putealibus . . . inciderunt ([*Thucyd. 2, 49, 5 ἔδρασαν ἐς φρέατα*]. *cf.* VERG. Aen. 4, 635 fluviali [SIL. 4, 592 *plur. ut* PRVD. perist. 7, 14]. CE 1908, 7 ca⟨ele⟩s⟨ti⟩b⟨u⟩s. SER. SAMM. 337 dulcibus [*opp.* pelagi latices]). LAVREA epigr. 5 apparent *in Ciceronis praedio* -ae non ante repertae, languida quae infuso lumina rore levant. VERG. Aen. 1, 701 dant manibus famuli -as Cereremque canistris expediunt. 4, 683 volnera -is abluam (OV. met. 13, 531. *cf.* STAT. Theb. 3, 398 eluit). 9, 23 ad undam processit summoque hausit de gurgite -as. 10, 834 ad fluminis undam volnera siccabat -is (*cf.* STAT. Theb. 1, 527 iuvenes siccati vulnera -is). 12, 420 (*417* fusum labris . . . amnem) fovit ea volnus -a (*cf.* CVLEX 152 *ranarum* nantia limo corpora -a fovet. *v. etiam p. 1943, 4*). CIRIS 147 sollemni -a perfusa sacerdos (*cf.* OV. met. 2, 459 superfusis tingamus corpora -is). CVLEX 105 susurrantis. LYDIA 18 tardabunt rivi labentes currere (currite *codd.*) -ae (PROP. 1, 2, 12 sciat indociles c. -a vias. *cf.* OV. epist. 5, 31 versae . . . recurrite, -ae [nym- *var. l.*]). HOR. epod. 2, 27 fontes (frondes *Markland*) . . . -is obstrepunt manantibus. 16, 48 montibus . . . levis crepante (sonante *Ter. Maur. 2958*) -a desilit pede (nym- *var. l. ut etiam* carm. 3, 13, 16 saxis, unde loquaces -ae desiliunt tuae, *o fons Bandusiae*). sat. 1, 5, 24 ora manusque tua lavimus, Feronia *dea*, -a. carm. 2, 3, 12 quid obliquo laborat -a fugax trepidare rivo? 3, 11, 26 inane -ae dolium *Danaidum* fundo pereuntis imo. epist. 2, 2, 146 si tibi nulla sitim finiret copia -ae. LYGD. 5, 3 sacris Baiarum . . . -is. 5, 29 vobis Tuscae celebrantur numina -ae. PANEG. in Mess. 140 qua . . . regia -a Choaspes profluit. PROP. 1, 11, 12 teneat *Cynthiam* clausam tenui Teuthrantis in unda alternae facilis cedere -a manu. 3, 3, 51 Calliope -is . . . a fonte petitis ora Philetea nostra rigavit aqua (*item de fonte Musarum*: RVST. HELP. benef. 41 Aganippeae . . . -ae. PAVL. PETRIC. Mart. 4, 252 Castalias . . . -as). 3, 10, 13 pura somnum tibi discute -a. OV. medic. 99 gelida madefacta papavera -a. met. 3, 451 (*loq. Narcissus*) liquidis porreximus oscula -is. 4, 298 stagnum lucentis ad imum usque solum -ae (nym- *var. l.*). PHAEDR. 1, 4, 3 canis . . . -arum in speculo vidit simulacrum suum. SEN. Oed. 229 *Creonte Delphos ingresso* sancta fontis -a Castalii stetit. COLVM. 10, 134 Parthenope Sebetide roscida -a. VAL. FL. 3, 422 viva . . . -a membra novat *Mopsus*. SIL. 4, 87 *Ticinus* somniferam ducit lucenti gurgite -am. CE 273, 1 (*saec. III*) alma lavacrorum de sa⟨xis deci⟩do -a. SER. SAMM. 207 fel . . . de gallo mollitum simplice -a ([*Plin. nat. 29, 123* felle . . . ex aqua diluto]. 262 s. -is confunditur . . . mel [*cf. Marcell. med. 14, 3* aquam mulsam]. 903). 1026 rubia ex mulsa . . . -a (*Plin. nat. 24, 94* ex aqua mulsa). EPIGR. Bob. 58, 1 has Amor incendit -as, cum ludere nymphis (quondam *coni. Fuchs*) iussit in his . . . Venus Charitas (*cf. Marian. Anth. Pal. 9, 626, 2 ὑποφλέξας λαμπάδι καλὸν ὕδωρ et W. Schmid, Gnomon 32, 1960, 342*). PRVD. perist. 10, 429 Christi . . . -is ut renascantur patri (*respicitur baptisma ut* CE 2193, 1 [*saec. IV ?*] sacratis abluta -is. INSCR. Année Epigr. 1929 n. 7 b cunctis

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

dedi veras salutis -as. INSCR. christ. Hisp. suppl. 364a, 11 [*vers.*] -aque et crismate sacro. ARATOR act. 2, 543. 666. *v. etiam infra l. 17*).

al. *allegorice de sphaera stellae Veneris*: MART. CAP. 1, 14 electro purior resplendebat amnis . . .; nec deerant, qui eadem foveri abluique -a . . . cupiebant.

2 *usu deflexo significatur*: **a** *aqua marina*: DIRAE 48 undae, quae vestris (vitreis *Heinsius*) pulsatis litora -is (*cf. 50* Neptunus *et 62 sqq.*). SER. SAMM. 438 -is corpus mersare marinis (*Plin. nat. 31, 66* piscinae maris). 680 tumidos testes Nereia -a coercet (*Plin. nat. 31, 65* marina *aqua*). 869 calidis pelagi -is loca laesa foventur (*Plin. ibid. item*). MART. CAP. 6, 585 vers. 17 Oceani . . . -is (*ex Verg. Aen. 8, 589* O. . . . unda).

b *aqua corporis humani*: *α hydropici*: SER. SAMM. 496 -a interius . . . tumescit (*Cels. 3, 21, 1* aqua, *2* umoris nimia abundantia). *β mortui*: PRVD. cath. 9, 86 sq. (*ad Ioh. 19, 34 ex Christi latere percusso fluxerunt* sanguis et aqua) hinc cruoris fluxit unda, -a parte ex altera; -a nempe dat lavacrum *eqs.* (*i. baptisma, cf. p. 1942, 83 sqq.*).

c *glacies vel crystallus, sc. cum acumine dictum*: CLAVD. carm. min. 34, 1 -ae, quae tegitis cognato carcere -as et, quae nunc estis quaeque fuistis, aquae *eqs.* (*de eadem re* 38, 3 perspicuo deprensas marmore -as). carm. min. app. 2, 67 *cum* solidis haererent flumina -is. MEROB. poet. 124 lusit . . . gelatis imbribus et siccis imitatus missile -is temptavit pugnas *Aetius puer*.

B *de deabus aquarum dulcium, fere i. q. nymphae* (*ad rem v. Schur, RE XIII 2468. huc vergunt nonnulla exempla sub A1 allata ut* LYGD. 5, 29): CIL I² 1624 (*ex Aenaria insula?*) L. Rantius . . . Lumphieis (*gr. ibid. Νύμφαις. in latere lapidis* lum, *dub. an ad easdem referendum*). VARRO ling. 5, 71 -a Iuturna, quae iuvaret; itaque multi aegroti propter id nomen hinc aquam petere solent. *ibid.*: -ae Commotiles (*dubitanter proposuerunt Goetz-Schoell in adnotationibus p. 252*; Commotiae *emend. vulgo*, comitiis *cod.*) ad lacum Cutiliensem a commotu, quod ibi insula in aqua commovetur. rust. 1, 1, 6 precor -am ac Bonum Eventum, quoniam sine aqua omnis arida . . . agri cultura, sine . . . bono eventu frustratio est, non cultura. 3, 17, 2 alterum *genus piscinarum* . . ., ubi -ae aquam pisci[ni]bus nostris villaticis ministrant, illae autem . . ., quibus Neptunus et aquam et piscis ministrat, magis ad oculos pertinent. frg. Aug. civ. 4, 22 p. 172, 29 D. ne faciamus, ut mimi solent, et optemus a Libero aquam, a -is vinum (*inde* AVG. civ. 6, 1 p. 244, 7. 9. 32). HOR. sat. 1, 5, 97 Gnatia -is iratis exstructa (PORPH. penuria aquae). CIL IX 4644 (*a. 5 a. Chr.*) -eis Dian(ae) reducis sacr(um). IV 815 L⟨u⟩mpas Romane(n)ses (*'suppl. et ad Genium balneorum institutorum ad morem urbanum rettulit Mommsen' ed.*). AVR. Fronto p. 62, 10 v. d. H. (p. 68 N.) paululum misere scripsi, quod aut -is aut Volcano dicarem *sc. delendum*. SERV. Aen. 7, 377 *v. p. 1945, 33*. AVG. civ. 4, 34 p. 189, 16 D. nec, quando . . . aquam percussa petra profudit (*exod. 17, 6*), Nymphas -asque coluerunt *Iudaei* (CIL V 3106 [*ara*] Nymphis -isque Augustis ob reditum aquarum). MART. CAP. 1, 46 (*e Nigidio, v. Thulin, Die Götter des Mart. Cap. 1906, 82 sqq.*) Fons etiam, -ae diique Novensiles *in regione secunda caeli sunt*. CIL III 6373 (*ara*) -is sacr(um). V 5648 -is Virib(us). X 6791 *et* 6796 (*utraque ex Aenaria insula, unde provenit fortasse etiam* CIL I² 1624, *quam v. supra; sed in plerisque titulis ibidem repertis, qui eisdem deabus dicati esse videntur*, Nymphis *scriptum est*). XI 1918.

? **II** *per similitudinem significari videtur in titulis vasorum (Pompeianorum praeter l. 59) vinum album, limpidum* (*sic Mau ad* CIL IV 5605, *v. infra; aliter Dressel infra*): **A** *cum adi.*: CIL IV 5605 Q. Post(umii) lum(pa) vet(us), a(nnorum) IV; LXIIII (*numerus amphorae?*); C. Hosti Agathemeri (*an plur.* -ae veteres *coll. l. 66?*). *notis similibus*: 5609 *et al. ibid. usque ad* 5628. 9375. 10284 a. b. c. XV 4736 (*Romae*). *in amphora* IV 5622 *scriptum videtur* lymp. ves., *quod pro* -ae Vesuvianae *accepit Mau* (*inde dubitatum est etiam de aliis inscriptionibus, e. g.* 5619. 9376—78), *sed* t *litteram neglegenter scriptam agnoscere maluerimus.* limp(hatum) ve(tus) *proposuit Dressel ad* XV 4736 *hydrogari genus dubitanter intellegens, ut etiam in ceteris titulis hic allatis, fretus eo quod forma horum vasorum diversa est a forma illorum, quae vino conservando destinata erant; conferasne p. 1942, 31?* **B** *sine adi.*: CIL IV 5611 lympae a(nnorum) *tot*; . . . M. Valeri Abinnerici (*plene scriptum ut*: 5612. 5615—17, *sed compendio*: 5607, *nisi ultimae litterae evanuerunt*). 10283.

deriv.: lymphaseus, lymphaticus, lymphatilis, lymphidus. *cf.* limpor.

compos.: lymphiger.

[lymphanter *v. p. 1946, 25.*]

lymphaseus, -a, -um. [*a* lympha *more insolito; an sec.* carbaseus? *Sch.*] *i. q. lymphae similis, limpidus*: MART. CAP. 6, 569 (vers.) hasta *Palladis* . . . vibrans penetrabile monstrat acumen, -um (*scrib. in codd. etiam* lymfa-, limfa-, linfa-) magis est et scutum circulus ambit (scutum *etiam cum* -um *iungendum videtur; Grotius contulit Alb(e)ric. de deor. imag. 8* [*Mythogr. Lat. ed. van Staveren 1742, 913*] scutum crystallinum habebat *Minerva*).

lymphāticus, -a, -um. *a* lympha (*item* PRISC. gramm. II 442, 7). *scrib. in codd.* lymph- *saepe, e. g. cod. A* PLAVT. Poen. 345 sq., *item* lymf- *e. g. codd. A et B* PRVD. cath. 9, 57, *ceterum etiam* limph-, linph-, limf-, limp-. NOT. Tir. 113, 50 limfaticum. *legitur apud* PLAVT., LIV., SEN. *philos. (binis vel singulis locis), paulo saepius inde ab* APVL.; *antea* lymphatus *praefertur, quae vox, quantum e schedis nostris colligi potest, aetate posteriore perraro invenitur; utrumque praebent* LIV., SEN. *philos.*, PRVD.

1 *i. q. fere a Lymphis correptus, larvatus, furens, attonitus sim. vel ad furorem pertinens (sec. gr. νυμφόληπτος, sed respectu vaticinandi fere evanido praeter l. 15. 24 sqq.). ad notionem*: PAVL. FEST. p. 120 vulgo . . . memoriae proditum est, quicumque speciem quandam e fonte, id est effigiem nymphae, viderint, furendi non fecisse finem; quos Graeci *νυμφολήπτους* vocant, Latini -os appellant. TERT. bapt. 5 p. 205, 22 -os et hydrophobas vocant, quos aquae . . . amentia vel formidine exe⟨r⟩cuerunt. ISID. orig. 10, 161 -us proprie dicitur, qui vitium ex aqua contrahit, cuius vitium est huc atque illuc cursare, aut a fluore aquae sumpto vitio (*quae praecedunt v. infra l. 65*). GLOSS.^{L} IV Plac. L 15 *v. p. 1946, 8*. GLOSS. *ἐνθουσιαζόμενος. μανιώδης.* insanus. quasi fanaticus ex aqua. quasi fanaticus, qui ex aqua divinat. furiosus. *sim. al.*; -a: stolida, furens sive aquanea.

a *usu communi*: *α de animantibus* (*fere de hominibus; de animalibus* APVL., HIER., PRVD.; *iocose de nummis quasi animatis* PLAVT.; *saepe masc. pro subst., v. etiam var. lect. l. 39*): PLAVT. Poen. 345 sq. (*Agorastocles ad puellam, quam allicit*) sunt mihi . . . nummi aurei -i. :: deferto ad me, faxo actutum constiterit -um. SEN. nat. 6, 29, 3 (*2* similis . . . est furentis, quisquis timet; . . . alios . . . in dementiam transfert *timor*) inde inter bella erravere -i, nec usquam plura exempla vaticinantium invenies *eqs.* (*cf.* SOL. 32, 20 pueri Apim gregatim sequuntur et repente velut -i ventura praecinunt [*Plin. nat. 8, 185* greges repente lymphati]). APVL. met. 8, 25, 5 cogitabam subito velut -us (lymphacitus *F, corr. φ*) exsilire, ut me ferocitate cernens exasperatum emptionem desineret. TERT. anim. 50, 3 -os efficit Colophonis scaturigo daemonica. HIER. epist. 69, 6, 4 (*affertur psalm. 73, 13* contrivisti capita draconum in aquis) *aquae regulos et scorpiones*, postquam ad aquas venerint, hydrophobas et -os faciunt. PRVD. cath. 9, 57 *daemonum pestis* se . . . mergit undis et pecus -um (*Marc. 5, 13*). DAMIG. lapid. 1 -isque et terroribus nefandis efficit *aetites*, ut nec visum somnientur nec frequenter cadant (*an neutr. pro subst. ut infra l. 56 sqq.?*). MART. CAP. 9, 926 Xenocrates organicis modulis -os liberabat. *β de rebus ad homines pertinentibus* (*vix colorem causativum intellegas* PRVD.): LIV. 10, 28, 10 (*9* hostis . . . insolitos . . . tumultus Romanorum conterruit equos) victorem equitatum velut -us pavor dissipat. SEN. epist. 13, 9 nulli . . . tam perniciosi, tam inrevocabiles quam -i (-is *var. l.*) metus sunt; ceteri enim sine ratione, hi sine mente sunt. PLIN. nat. 26, 52 semen eius *leontopodii* potum -a somnia facere dicitur. APVL. met. 4, 25, 1 *Charite maesta* coniverat, nec diu, cum repente -o ritu somno recussa . . . pectus . . . tundere . . . incipit *eqs.* (*cf.* HIER. epist. 39, 5, 5 more -o [emphatico *var. l.*], sparsis crinibus, veste conscissa lacerum pectus invadere). 8, 27, 3 *galli* exsiliunt incitante tibiae cantu -um tripudium. POTAM. tract. 2 p. 1415^{B} immanitate -a *ense transfodere prophetam.* HIER. in Is. 13, 19/20 p. 159^{A} quod spiritalis interpretatio sequi debeat ordinem historiae; quod plerique ignorantes -o in scripturis vagantur errore. RVFIN. Clement. 4, 13, 3 post ebrietatem quasi -is motibus agi. PRVD. ham. praef. 59 *mens* madens veneno corporis -o. OROS. hist. 3, 2, 9 bellorum . . . -o furore gestorum (*huc spectat* GLOSS. -o uuoedendi [*anglosax.*]; *item* GLOSS.^{L} Corp. L 198. 337). PAVL. PETRIC. Mart. 4, 252 Castalias poscant -a pectora lymfas, altera pocla decent homines Iordane renatos (*cf. 248 sq. poetae* vesana loquentes dementes rapiant furiosa ad pectora Musas). ENNOD. opusc. 2, 80 p. 312, 10 -i more sermonis addidistis (*ibid.: o vos* insanissimi). *neutr. pro subst.*: PLAVT. Poen. 346 *v. supra l. 21* (*de ipsa insania ut*: PORPH. Hor. ars 454 'fanaticus error' id est qui -o agitantur [*item* SCHOL. *ad l.*]). *?*DAMIG. lapid. 1 *supra l. 33* (*de actionibus insanis ut*: MART. CAP. 8, 809 poetarum rhetorumque [que *in uno tantum cod. trad.*; rh. *del. Dick*] cothurno inter -a derelicto [*antea*: inter insana]).

b *respicitur morbus qui fit morsu canis rabidi, i. q. hydrophobicus* (*cf.* ISID. orig. 4, 6, 15 [*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 345] *ὑδροφοβία*, id est aquae metus . . .; unde et Latini hunc morbum ab aquae metu -um vocant. 10, 161 [*inde* GLOSS.^{L} I Ansil. LI 346 GLOSS. V 603, 8] -us, quod aquam timeat, quem Graeci *ὑδροφόβην* dicunt [*quae seq. v. supra l. 11*]): SOL. 1, 55 si quid canes inde (*sc. a profluvio mulierum menstruo*) ederint, in rabiem efferabuntur, nocituri morsibus, quibus -os faciunt (*Plin. nat. 7, 64* in rabiem aguntur . . . canes, atque insanabili veneno morsus inficitur). *vix huc pertinet* HIER. *l. 31.*

2 *i. q. lymphas respiciens, aquosus sim.* (GLOSS. III Abstr. LI 28 -a: aquatica [*item* I Ansil. LI 342 GLOSS. V 307, 56]; *sc. passio, coll. p. 1945, 77? v. etiam supra l. 16*): SER. SAMM. 506 (*capp. 26* hydropi depellendae) elleboro bene purgatur -us error (*512* languoris aquosi; *cf. Plin. nat. 25, 54. 55. 60*). ANTH. 761, 71 *sciunt, quid hiemalis circulus agat*, piscinusque caper, *sc. Capricornus sidus*, nec non -us auspex, *sc. Aquarius sidus.*

masc. pro subst. e. g. supra l. 23. 26. 28. neutr. pro subst. v. sub 1aβ. ?fem. pro subst. l. 72.

?deriv.: lymphatus.

lymphātilis, -e. *a* lympha *iuxta* lymphaticus *ut* aquatilis *iuxta* aquaticus. *i. q. lymphaticus*: VEN. FORT. Mart. 3, 135 ad raedam redeunt grassante querella, dum satiat vindicta famem -is irae (*scrib. in codd. etiam* limph-, lymf-).

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lymphātio, -ōnis *f.* *a* lymphari. *i. q. delirium, genus visionum, quibus insani afficiuntur*: PLIN. nat. 34, 151 praefixisse in limine evulsos sepulchris clavos *ferreos prodest* adversus nocturnas -ones (*cf.* 1, 34 [*in summa*] medicinae . . . contra -es). 37, 51 Callistratus *sucinum* prodesse etiam cuicumque aetati contra -ones tradit. 37, 61 adamas . . . -ones abigit metusque vanos expellit a mente (*inde* SOL. 52, 53 [56]. *cf. Damig. lapid. 3* visiones incertorum somniorum et simulacra umbrarum. *Prisc. periheg. 1063* lymphantia pectora sanans).

[lymphātor: furiosus GLOSS. V 544, 26 (*vix recte trad.*; lymphatus *Goetz in indice sec. alias glossas*).]

1. lymphātus, -a, -um *et inde* **lymphor,** -ārī *et* **lympho,** (-āvī), -āre. [*a* lymphaticus *retrograde formatum videtur. Sch.*] *a* lympha *derivant* VARRO ling. 7, 87 PRISC. gramm. II 434, 1. 442, 7. *scribitur*: lymph- *codd. MR* VERG. Aen. 7, 377. *al.*, lymf- *cod. A* PRVD. cath. 11, 92 *al.*, *ceterum in codd. rec. etiam* limph-, limf-, lumf- (*an in titulis etiam* lump-*? v. infra l. 79*). lymphatus *inde a* PACVVIO (*v. etiam p. 1944, 1sq.*), *ceterae formae inde a* PLIN. nat., VAL. FL.

I *adi.* lymphatus, -a, -um, *sc. iisdem notionibus adhibitum quibus* lymphaticus, *q. v.* (*hic illic, maxime apud auctores posteriores, sublucere vim verbalem vix mireris, cf. e. g.* STAT. Theb. 10, 557 PRVD. cath. 11, 32 *nec non explicationem* SERVII *l. 33; masc. plur. pro subst.* CVRT. 6, 2, 16. 9, 7, 8 PLIN. nat. 25, 60. 28, 226. 30, 84): **A** *i. q. larvatus, furens, attonitus* (*respiciuntur vaticinantes, futura praevidentes* SEN. Med. 386 Tro. 34 LVCAN. 7, 186 PLIN. nat. 8, 185 PLIN. epist. 6, 20, 19 CLAVD. 20, 45; *v. etiam* STAT. Theb. 10, 160 *sub II B*, APVL. mund. 17 *sub II A 2; ad notionem cf.* VARRO ling. 7, 87 [*allato* PACVVIO] in Graecia commota mente quos *νυμφολήπτους* appellant, ab eo -os dixerunt nostri. SERV *v. infra*. GLOSS. -us: *μαινόμενος. ὁ ἐνθουσιῶν, ὁ ἐντεθουσιασμένος.* furiosus. *sim. al.*): **1** *usu communi*: **a** *de hominibus* (*urbe* STAT.), *animalibus* (OV.): PACVV. trag. 422 flexanima tamquam -a aut Bacchi sacris commota *Hesiona* . . . Teucrum commemorans. VERG. Aen. 7, 377 *Amata* ingentibus excita monstris . . . sine more furit -a per urbem (SERV.: percussa furore Lympharum, sicut cerritos a Cerere dicimus. GLOSS. -a: perfusa). OV. hal. 50 *animalia terrestria* aut vani quatiunt semper -a timores aut trahit in praeceps non sana ferocia mentis. LIV. 7, 17, 3 *hostes* incessu furiali militem Romanum insueta turbaverunt specie; et tum quidem velut -i et attoniti munimentis suis trepido agmine inciderunt. CVRT. 4, 12, 14 Alexandri exercitum pavor, cuius causa non suberat, invasit; quippe -i trepidare coeperunt, omnium pectora occulto metu percurrente (*de eadem re*: 4, 13, 13 *Macedones* -os ferri agique). 6, 2, 16 discurrunt -is similes (9, 7, 8 incertum, ob quam causam). LVCAN. 1, 496 *Caesare appropinquante* turba per urbem praecipiti -a gradu . . . inconsulta ruit. PLIN. nat. 8, 185 *v. p. 1944, 25.* 25, 60 *helleborum* medetur . . . insanientibus, -is *eqs.* (28, 226 potione *quadam* -is medentur). 30, 84 magi tradunt -os sanguinis talpae adspersu resipiscere. 31, 9 ibi (*in Gallo flumine Phrygio*) in potando necessarius modus, ne -os agat (*Callim. frg. 411 Pf.*), quod in Aethiopia accidere iis, qui e fonte Rubro biberint, Ctesias scribit. VAL. FL. 6, 166 aethera . . . lituum concentus adit -aque miscet milia (*cf. l. 61*). STAT. Theb. 10, 557 -am horroribus urbem. TAC. ann. 1, 32, 1 repente -i destrictis gladiis in centuriones invadunt. PLIN. epist. 6, 20, 19 *in calamitate Vesuviana* plerique -i terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur. PRVD. cath. 11, 92 negat patrum prosapia perosa praesentem deum, credas venenis ebriam Furiisve -am rapi. CORIPP. Ioh. 6, 155 *sacerdos Iovis Ammonis* saltus . . . altaria circum cum strepitu -a rotat (*cf. Lucan. 5, 169* bacchatur demens). ARATOR act. 1, 594 (*ad 7, 58*) lapides, Iudaea rebellis, in Stephanum -a rapis. **b** *de partibus hominum, corporibus boum* (SIL. 7, 357), *vel de ipsis affectibus actionibusve*: CATVLL. 64, 254 -a mente furebant . . . bacchantes (HOR. carm. 1, 37, 14 *Antonii Cleopatraeque* mentem . . . -am Mareotico redegit in veros timores Caesar. SIL. 5, 224 bucina -tas agit in certamina mentes [*cf. l. 49*]). OV. met. 11, 3 *mulieres Thraciae Orpheo insidiantes* tectae -a ferinis pectora velleribus (CLAVD. 20, 45 *vatum* -ta . . . p. terrifici stimulis ignescere Phoebi [*ceterum sec.* VERG. *sub a allatum*]). SEN. Med. 386 furoris ore signa -i gerens. Tro. 34 quaecumque Phoebas ore -o furens . . . praedixit mala. epist. 85, 27 *sapiens omnes calamitates* inter -os metus numerat (LVCAN. 7, 186 quid mirum populos, quos lux extrema manebat, -o trepidasse metu, praesaga malorum si data mens homini est? [ADNOT.: fanatico atque furioso. GLOSS. V 113, 11 = 218, 27 vario, diverso]). PLIN. nat. 37, 146 -um (*sc. animum sim., loco turbato nec integro; subst. quartae decl. exstare plerique editores sibi persuaserunt, id quod iure refutant Mayhoff, ed. p. 506 sq. et Önnerfors, Gnomon 45, 1973, 774*). SIL. 1, 459 ruit ocius amens -o cursu (8, 153). 7, 357 per collis . . . -a feruntur corpora anhela boum, *qui incendium fugiunt*. TAC. hist. 1, 82, 1 -is caeco pavore animis.

2 *respicitur morbus, qui fit morsu canis rabidi, i. q. hydrophobicus*: GLOSS. II 462, 21 *ὑδροφόβος* -a (*passio? cf. l. 83. p. 1944, 72. 1839, 23*).

B *i. q. aquam respiciens, aquosus sim.*: CAEL. AVR. chron. 4, 3, 68 admixto vino -o, hoc est aqua temperato (*huc pertinent, si vocem* lump [*sim.*] *recte solvit Dressel, inscr. vasorum p. 1943, 63 sqq. citatae*). SEDVL. carm. pasch. 4, 188 (*186* fluidus . . . morbus) carnalem . . . lacum pestis -a reliquit (op. pasch. 4, 15. *Luc. 14, 2* homo . . . hydropicus. *huc spectare videtur* GLOSS. V 544, 25 -a: aquosa).

? fem. pro subst. l. 77.

II *ceterae formae*: **A** *depon.* lymphor *i. q. insanire, furiosum esse sim.*: **1** *testimonia grammaticorum*: CHAR. gramm. p. 465, 118 B. -or *ἐνθεάζομαι*, -tus sum (DOSITH. gramm. VII 431, 16. *cf.* GLOSS. II 299, 10 *ἐ.* -or). PRISC. gramm. II 434, 1 a lympha -or, -aris. GLOSS.^{L} IV Plac. L 15 -ari est bacchari et furia quadam aut daemonibus impletum rotari huc atque illuc et discurrere, sicut lympha, id est aqua, huc atque illuc dirivata aut fusa discurrit; sunt quidam, qui dicunt lymphatico⟨s⟩ spiritu quodam aquarum perturbatos agitari (*fortasse ad* VERG. Aen. 7, 377 *v. supra*). GLOSS. V 620, 43 -or est insanio. *exempla, ubi* -or *interpretamentum est, v. sub 2.* **2** *exempla cetera*: PLIN. nat. 24, 164 hac *potamaugide herba* pota -ari homines obversantibus miraculis (*nisi passive accipiendum, ut pertineat ad B*). 27, 107 *natrice herba* in Piceno feminis abigunt quos . . . Fatuos vocant; ego species -antium (lymphaticum *E*^{1}) hoc modo animorum esse crediderim *eqs.* APVL. mund. 17 ex his (*spiritibus*) . . . accidere, ut eorum religione -antes alii sine cibo potuque sint, pars vero praesagiis effantes futura, quod in oraculis Delphicis est ceterisque (*gr. p. 395 b 27 ὧν τὰ μὲν ἐνθουσιᾶν ποιεῖ τοὺς ἐμπελάζοντας, τὰ δὲ ἀτροφεῖν, τὰ δὲ χρησμῳδεῖν*). PS. RVFIN. in Os. 4, 8 p. 985^{B} cum etiam illa pars populi (*sc. sacerdotes*), quae videtur cerimonias adhuc mysticas continere, simili errore -etur (*sc. quo ceteri Iudaei peccant*). 11, 3 p. 1017^{B} ministris daemonum -antibus. PRISC. periheg. 1063 adamas . . . -antia pectora sanans (*Plin. nat. 37, 61* lymphationes abigit). BOETH. cons. 1, 3, 12 W. *multitudo hominum pessimorum* nullo duce regitur, sed errore tantum temere ac passim -ante raptatur (lymphanter *var. l.*). GLOSS. II 299, 20 *ἐνθουσιῶ* -or, insanio (III 238, 25). 327, 2 *θειάζω* -or.

B *act.* lympho *i. q. furiosum facere sim.* (*an huc, sc. vi passiva, l. 11. 20?*): VAL. FL. 3, 46 *Pan iussu Cybeles* ancipitem -verat urbem (STAT. Theb. 7, 113 *Pavor est* bonus omnia credi auctor et horrificis -are incursibus urbes). STAT. Theb. 7, 662 *Eunaeus Bacchi sacerdos* it -ante deo . . . vociferans: '. . .'. 10, 160 repens (recens *var. l.*) superis animum -antibus horror Thiodamanta subit formidandoque tumultu pandere fata iubet.

[*adv.* **lymphanter** *falsa var. l.* BOETH. *l. 25.*]

deriv.: lymphatio.

[2. lymphātus, -ūs *m. vix recte agnoscitur ab edd.* PLIN. nat. 37, 146 (*v. p. 1945, 70*).]

lymphidus, -a, -um. *vox ficta videtur*: **1** *a* lympha (*pro* limpidus *etymologiae causa formatum, ut sit fere i. q. lymphae specie praeditus*): ISID. orig. 20, 3, 6 limpidum vinum, id est perspicuum, ab aquae specie dictum, quasi -um (lyphi-, limpi- *var. ll.*; lymphatum *perperam impressum est p. 1425, 69*); lympha enim aqua est. *?* **2** *a* lymphari (*sc. sec.* rabidus *eiusdemque vocis notione*): NOT. Tir. 113, 51 limfidum (*praecedunt* limfa, limfaticum, *sequuntur* nimfa, nimfaticum, nimfidum. *pro* limpidum *accipit Schmitz in indice*).

lymphiger, -a, -um. *a* lympha *et* gerere. *i. q. lympham gerens, aquam continens*: CORIPP. Ioh. 3, 145 -os deducit fistula tractus aere cavo. 8, 246 -r amnis sustentat . . . viros (*cf. 249* iuvat unda fluens).

lympho(r) *v.* 1. lymphatus. *Salvadore.*

lynceus, lyncis *v.* lynx.

lyncium, -ī *n.*, *λυγκίον. i. q. lynx* (*vi deminutiva non perspicua*): EPIPHAN. Avell. p. 752, 21 sqq. explanatur . . . liggurus a quodam animali, quod -um nominatur, habens colorem pulli bubali vel buculae rufae, cuius cauda[m] modica est et habet puncta quaedam viridantia: propter quod et lapis lig⟨g⟩urus idem -i cauda vocitatur (*utroque loco trad.* ligg-; *exemplar gr. iam -γγ- pro -γκ- exhibuisse videtur* [*cf. e. g. codd. Aeliani nat. anim. 7, 47 p. 197, 15 λυγγῶν, Diosc. 2, 81, 3 λυγγός et λυγγούριον*], *quas litteras fideliter expressit interpres, ut antea in nomine lapidis; ad rem cf. l. 78 sqq.*). *Bk.*

lyncūrium, -ī *n.*, *λυγκούριον, et* ligyrium, -ī *n.* (lī- *? v. l. 76; formae masc. v. l. 73*), *λιγύριον. vocem derivant a gr. λύγξ et οὖρον Demostratus sec.* PLIN. nat. 37, 34, *a λυγκίον et οὐρά* EPIPHAN. Avell. p. 752, 24 liggi cauda, *a* lynx *et* urina ISID. orig. 16, 8, 8 (*cf. p. 1947, 8 sqq.*). *scribitur in codd. variis modis: 1) formae pertinentes potius ad* lyncurium (*quod raro exstat in codd., e. g.* ISID. orig. 14, 4, 19 [*codd. N K*]. 16, 8, 8 [*cod. K al.*]): lincur-, lyngur-, lingir-, lingur- *sim.* PLIN. nat. 1, 37, 13. 8, 137. 37, 52 SOL. 2, 39. *al.* *2) formae pertinentes potius ad* ligyrium (*ita* CASSIOD. Ios. antiq. 3, 168, *var. l.* VVLG. exod. 39, 12 *al.*): lygur- HIER. epist. 64, 16, 2. 3 *al.*, ligur- PLIN. nat. 37, 52 *al.*, lygyr- ITALA exod. 28, 19 (Lugd.). Ezech. 28, 13 (cod. 175). *al.*, lycir- TERT. adv. Marc. 2, 10 p. 348, 28 VVLG. exod. 28, 19, ligir- *e. g.* HIER. nom. hebr. p. 39, 15 *et sim. al.; depravata forma* liguram *v. p. 1947, 14.* *3) langurium *sim. v. p. 1947, 12. 38.* *masc.* -us: ITALA exod. 28, 19 (Lugd. = VVLG.). 36, 19 (*ibid.* = VVLG. 39, 12). HIER. epist. 64, 16, 2. 3 EPIPHAN. Avell. p. 757, 21. 24 CASSIOD. Ios. antiq. 3, 168 ISID. orig. 12, 2, 20. 16, 8, 8. *mensuratur* līgyriō CYPR. GALL. exod. 1101. *legitur inde a* PLIN. nat., ITALA.

significatur lapis, de cuius natura veteres iam dissidebant (cf. Theophr. lapid. 28. 31 Ps. Aristot. mirabil. 76 Aelian. nat. anim. 4, 17): sive electrum certa specie, sive lapis aliquis pretiosus, sive lapis mere fabulosus. fortasse duo lapides intellegendi sunt, alter lyncurium, *imprimis apud scriptores rerum naturae (v. sub 1), alter* ligyrium, *potius in scripturis sacris et apud ecclesiasticos (v. sub 2). nomen etiam cum Liguria conecti videtur (cf. Strabo 4, 202, 2 πλεονάζει δὲ καὶ τὸ λιγγούριον παρ'* *[Zäch]*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

αὐτοῖς [*sc. Λίγυσιν*], *ὅ τινες ἤλεκτρον προσαγορεύουσιν. Plin. nat. 37, 34 v.* lynx *sub II). ad rem v. Steier, RE XIII 2475, 41 sqq.; Lüschen, Namen der Steine 1968, 267 sq., et cf.* lynx *sub II et III. forma* lapis -um (-us): Damig. lapid. 31 Epiphan. Avell. p. 745, 19. 752, 4. 24.

1 *varia exempla*: Plin. nat. 8, 137 lyncum umor . . . glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes et igneo colore fulgentes, -um vocatas, atque ob id sucino a plerisque ita generari prodito; novere hoc . . . lynces et invidentes urinam terra operiunt (*sim. de modo nascendi* [*rem narrat etiam Ov. met. 15, 414 sqq.*]: 37, 34 [*exemplum vanitatis Graecorum*] sucinum Demostratus -um vocat et fieri ex urina lyncum bestiarum, e maribus fulvum et igneum, e feminis languidius atque candidum; alios id dicere langurium et esse in Italia bestias languras; Zenothemis langas vocat easdem. 37, 52 [*Sol. 2, 38*]. Diosc. 2, 64 p. 207, 1 lyncei urinam, quem multi -um [liguram *cod. P, v. add. Roman. Forsch. 11, 1901, 100*] vocant. Isid. orig. 12, 2, 20. 16, 8, 8). 37, 52 sq. (*cf.* 1, 37, 13 -um) de -o . . . dici cogit auctorum pertinacia, quippe, etiamsi non electrum id, tamen gemmam esse contendunt; . . . esse autem, qualem in sucinis, colorem igneum, scalpique *et aera* . . . ad se rapere (Sol. 2, 39 Isid. orig. 16, 8, 8) . . .; ego falsum id totum arbitror nec visam in aevo nostro gemmam ullam ea appellatione; falsum et quod de medicina simul proditur, . . . morbo regio succurri, si ex vino bibatur aut spectetur etiam (Sol. 2, 39. Damig. lapid. 31, *ubi praecedit*: tutamentum . . . praegnantibus et infantibus, ne timeant). Isid. orig. 14, 4, 19 *Italia* gignit gemmas syrtitem, -um et corallium.

2 *in scripturis sacris et inde apud ecclesiasticos*: Itala exod. 28, 19 (Lugd., *sim.* Vulg.) *in rationali sacerdotis sit* versus tertius *lapidum*: -us, achates, amethustus (*sim.* 36, 19 *ibid.* [= Vulg. 39, 12]; *gr. λιγύριον. eandem rem respicit* Cassiod. Ios. antiq. 3, 168 in tertio *ordine* -us inchoat *eqs.* [*gr. λίγυρος*]). Ezech. 28, 13 (cod. 175, Tert. adv. Marc. 2, 10. *al.*) *ad regem Tyri* omnem lapidem optimum habes in te alligatum . . . et -um et achaten (*gr. λιγύριον, om. Vulg.*). Ps. Philo antiq. 26, 11. Hier. epist. 64, 16, 3 miror, cur hyacinthus . . . in horum *lapidum* numero non ponatur, nisi forte ipse est alio nomine -us (*eadem suspicatur* Epiphan. Avell. p. 753, 4). *ibid.* scrutans eos, qui de lapidum atque geminarum scripsere naturis, -um invenire non potui. in Is. 54, 11—14 l. 122. nom. hebr. p. 39, 15. Cypr. Gall. exod. 1101. Epiphan. Avell. p. 752, 4 (*et passim in sequentibus*) de lapide -o (*Migne gr. 43, 297^{D} λιγύριον*). 752, 7 sqq. *invenimus* laggurium (laugurinum *cod.*) sic appellatum lapidem, quem nonnulli pressiore locutione liggurium vocant, et fortassis arbitror hunc esse -um (*gr. ibid. λαγκούριον* [*λαγγ- var. l. affert Guenther*] . . . *καλούμενον λίθον, ὃν τινες τῇ τραχῇ διαλέκτῳ λαγούριον* [*λαγύρ- tradi testatur idem*] *καλοῦσι . . . τοῦτο οἶμαι τὸ λιγύριον*). 752, 24 *v. sub* lyncium.

lynix *v.* lynx. **lynt-** *v.* lint-.

lynx, -cis *f.* (*m. v. l. 69. 73*), *λύγξ*. *de origine*: Isid. orig. 12, 2, 20 -is dictus, quia in luporum genere numeratur; bestia maculis terga distincta ut pardus, sed similis lupo, unde et ille *λύκος*, iste -is. *scribitur in codd. vet.* lync- *P* Verg. Aen. 1, 323; lyc- *Bob.* Pers. 1, 101; *in codd. rec. persaepe* linc- *e. g.* Pers. 1, 101, Plin. nat. 8, 72 *hic illic etiam* linch-, lynch-, ling-, linqu-, lenc-. *formae per anaptyxin explicandae*: linix Gloss. IV 109, 33. 534, 30 (*cf. etiam var. ll.* 255, 27). *?* linax *cod. R^{S}* Plin. nat. 11, 255. *de formis notabilioribus: 1) tertiae decl.: sing. nom.* -is Damig. lapid. 43 (*v. sub III*). Isid. orig. 12, 2, 20 Gloss. IV 451, 12 Gloss.^{L} I Ansil. li 376 Not. Tir. 108, 81. 110, 62^{a} (*cf. et l. 51*); *gen.* -os Serv. ecl. 2, 31 Graeca . . . monosyllaba, quae ad nos transeunt, crescunt in obliquis casibus . . ., ut 'Panos, Pani, -os, -i' (*forma* -is *inde a* Verg.); *acc.* -a Ov. met. 5, 660 Plin. nat. 37, 34, -em Pers. 1, 101 Anth. 390, 20 Serv. Aen. 1, 323 Hyg. fab. 259 Isid. orig. 14, 4, 19. *plur. nom.* -ĕs *sec. gr.* Stat. Theb. 4, 658 Clavd. 24, 369 (-ēs Anth. 762, 51 *medii aevi*); *acc.* -as Hor. carm. 2, 13, 40 (*formam notavit* Prisc. gramm. II 218, 5 *ratione parum certa*). 4, 6, 34 Ov. met. 15, 413 Plin. nat. 8, 72. *al.*, -es Sol. 2, 38 Anth. 733, 16 Lvx. anth. 360, 2 Isid. orig. 12, 2, 20. *2) secundae decl.: sing. nom.* lingus Gloss. II 362, 65 (*cf.* lincus *Ruodlieb 5, 99. 169*); *forma* liggium *potius ad* lyncium *pertinere videtur (v. ibi); gen.* lincei Diosc. 2, 64 p. 206, 30 (*conferasne adi. medii aevi* lynceus*?*). *?3) primae decl.*: -arum *cod. R^{2}* Plin. nat. 8, 137; *acc. plur.* -as Ps. Prosp. carm. de prov. 142 *falso huc rettulit B. Löfstedt, Symb. Osl. 38, 1963, 62. de genere*: Prisc. gramm. II 218, 5 notandum . . ., quod masculino genere protulit Horatius (*affertur* carm. 2, 13, 40), cum Vergilius feminino (georg. 3, 264). *item testatur gen. fem.* Dvb. Nom. gramm. V 583, 14. *accedunt adi. (part. fem.)* Verg. ecl. 8, 3 georg. 3, 264 Aen. 1, 323 Plin. nat. 28, 122 Stat. Theb. 4, 272. *al.*, *masc.* Hor. carm. 2, 13, 40 Isid. orig. 12, 2, 20. *cf. formas secundae decl. supra.* Not. Tir. 108, 81 (*denuo legitur in codd. CH* 110, 62^{a} *per errorem inter* lembus, lintris *et* ventus). *legitur inde a* Verg., Hor., Prop. [**luncea*: *it.* lonza '*leopardus, panthera*' *sim.*; *cf. M.-L. 5192. Battisti-Alessio III 2268. Wartburg V 482. St.*]

I *nomen bestiae*: **A** *usu originario i. q. λύγξ* (*quae vox gr. respondere solet ut et in* Gloss.; *significatur imprimis* '*felis caracal*', *sc. animal Africanum vel Asiaticum; sed negare vix possis exemplis quibusdam fortasse animal Europaeum, sc.* '*felis lynx*' *respici, ut certe* Hier. *sub 1a et* Gloss. -is: lupus cervatus. -es: lupi cervarii [*v.* lupus *IB2*]; *quae genera frustra separare temptaveris; ad rem v. Steier, RE XIII 2474 sqq.*): **1** *de ipso animali*: **a** *varia exempla*: Verg. ecl. 8, 3 *pastorum* stupefactae carmine -es. Aen. 1, 323 maculosae tegmine -is (Epist. Alex. l. 172 H. *sim. de colore pellis*: Gloss. -x: bestia varii coloris. *ceterum v. l. 9. 11. 35. 37. 48 et* lyncium). Hor. carm. 2, 13, 40 nec curat Orion leones aut timidos agitare -as ([Schol.: dammas; *falso, v. vol. V 1, 8, 25*]. Stat. Ach. 2, 122 imbelles . . . dammas sectari aut t. . . . -as [*P*; -es sectari . . . dammas *codd. cet.*]. *cf.* Hor. carm. 4, 6, 34 fugacis -as et cervos cohibentis *Dianae*). Ov. met. 5, 660 *Lyncum regem Scythiae* conantem figere pectus *Triptolemi* -a Ceres fecit (*sim.* Serv. Aen. 1, 323 in -em, feram varii coloris, ut ipse variae mentis exstiterat [*eadem* Hyg. fab. 259 *ad L. regem Siciliae referens*]. Schol. Stat. Theb. 4, 658 morum suorum colore distinctus est). Lvcan. 6, 672 *in actu magico* non spuma canum . . ., viscera non -is, non durae nodus hyaenae defuit. Plin. nat. 8, 72 -as . . . frequentes . . . Aethiopia generat (*cf.* 1, 8, 30 de -e). 8, 137 (*cf.* 1, 8, 57 -es) *agitur de origine lyncurii* (*ceteros locos v. p. 1947, 5 sqq. et cf.* Clavd. carm. min. 31, 7 Caucaseo crystalla ferunt de vertice -es *in Orphei nuptiis*). 10, 173 coitus aversis elephantis, . . . tigribus, -bus . . ., quibus aversa genitalia (*eadem* Sol. 27, 16). 11, 255 -x tantum digitos habentium simile quiddam talo habet. 28, 122 peregrinae sunt ⟨et⟩ -es, quae clarissime quadripedum omnium cernunt (*cf.* Anth. 390, 20 perspicuam -em). *ibid. narratur vis medicinalis unguium, corii, urinae.* Svet. frg. p. 248 -um *est* urcare (*sec. Ugutionem al.*; uncare, lurcare *sim. testes alii. cf.* Anth. 733, 16 hircare. 762, 51 [*v. p. 1947, 60*] urcando fremunt). Epist. Alex. l. 133 H. tota nocte incursantibus . . . pardisque ac -bus. Serv. Aen. 4, 551 Plinius in naturali historia dicit -as post amissas coniuges aliis non iungi (*Plinii locus exstare non videtur; vix recte ad 8, 43 refertur in ed. Harvardiana coll.* Isid. orig. 12, 2, 20 -es dicit Plinius Secundus extra unum non admittere fetum). Hier. epist. 9, 2 natura -es insitum habent, ne postergum respicientes meminerint priorum et mens perdat, quod oculi videre desierint (*idem de lupo cervario tradit Plin. nat. 8, 84*). Pol. Silv. nom. anim. chron. I p. 543, 8. Ps. Prosp. carm. de prov. 142 lupos -asque ursosque creatos displicet. Isid. orig. 14, 4, 19 *Italia gignit* boam quoque serpentem, -em feram. **b** *in comitatu Bacchi* (Serv. auct. ecl. 8, 3 '-es' animalia, tamquam pantherae, in tutela Liberi. Gloss.^{L} IV Plac. l 13 genus ferae agrestis variae, similis leopardo, Libero patri sacratum. Gloss. IV 451, 12 -x est fera Liberi patris. *cf. et l. 50*): Verg. georg. 3, 264 -es Bacchi variae (Prob. *ad l.*: videtur ideo eas illi adsignare, ut per earum colorem indicetur in vino varias hominum esse mentes). Prop. 3, 17, 8 te *Bacchum* . . . non esse rudem testatur . . . -bus ad caelum vecta Ariadna tuis (*item de curru Bacchi* Ov. met. 4, 25 biiugum . . . colla premis -um). Ov. met. 3, 668 tigres simulacraque inania -um . . . *et* fera corpora pantherarum. 15, 413 -as dedit India Baccho (*cf.* Lvx. anth. 360, 2 -es ab oris qui subegit Indicis). Pers. 1, 101 (= Nero carm. frg. 3, 3, *nisi sunt versus satirico modo ficti*) -em Maenas flexura corymbis. Stat. Theb. 4, 658 effrenae . . . secuntur -es. Nemes. ecl. 3, 65 -i praebet *Bacchus* cratera bibenti. Clavd. 24, 369 per . . . mero madidos currunt saliuntque rudentes -es et insolitae mirantur carbasa tigres.

2 *metonymice de pelle -is* (Gloss. V 113, 13 -x: lupus varii[s] coloris, unde et vestis varia -x dici potest): Stat. Theb. 4, 272 *equum* velatum geminae deiectu -is. 7, 661 (*describitur sacerdos Bacchi*) pallam, quam super a tergo . . . pendentes . . . sonant aurata -e pharetrae (Schol.: -is pelle aurata tectam habuit pharetram).

B *per confusionem*: **1** *παυθήριον*: -x Gloss. II 393, 23 (III 259, 14. *cf. l. 34*). **2** -x: leopardus Gloss. V 307, 58 (Gloss.^{L} Corp. l 227 I Ansil. li 446. *cf.* Gloss.^{L} IV Plac. l 13 *l. 35*).

II *nomen arboris*: Plin. nat. 37, 34 (*inter varia absurda, quae Graeci de sucino narrant*) Sudines *dicit* arborem, quae *lyncurium* gignat in Liguria vocari -a; in eadem sententia et Metrodorus fuit.

? **III** *nomen lapidis*: Damig. lapid. 43 lapis -is (*comparatis ceteris lapidum appellationibus nom. esse videtur; cf.* lyncurium).

cf. lyncurium, Lynceus (*Onom.*).

[**lyo** *exhibent lexica quaedam sec. editionem Apicii Humelbergianam pro* lio.]

lyparus *v.* liparus.

lȳpē (*i. λῦπαι*): tristitiae Gloss. med. ed. Heiberg p. 40, 13. *litteris gr.* Cic. Tusc. 3, 61 (*respondet* aegritudo).

lypothomia *pro* lipothymia: Gloss. med. ed. Heiberg p. 40, 14 -a: id est defectio vel animae angustia. 40, 15 -a stomaci: hoc est maleficio; fit ex nimietate aut ex evacuatione sanguinis *eqs. hos locos addas p. 1472, 31 sqq.; de scriptura v. Recueil M. Niedermann 1954, 74 sq.*

lypsanae *v.* lipsanum. *Zäch.*

***lyra**, -ae *f.*, *λύρα*. Isid. orig. 3, 22, 8 -a dicta *ἀπὸ τοῦ ληρεῖν* (*sc. voce per iotacismum pronuntiata*), id est a varietate vocum (8, 7, 4 lyrici poetae *ἀπὸ τοῦ λ.*, id est a v. carminum; unde et -a dicta. *cf.* Schol. Prud. cath. 3, 81 -a *ἀπὸ τοῦ λύρειν* [*i. ληρεῖν. an vox ficta veriloquii causa?*], a v. cordarum). *scribitur in codd. etiam* li- *persaepe*, lu- Avien. Arat. 1116 (*var. l.*), le- Hier. tract. in psalm. I p. 269, 15 (*var. l.*). Not. Tir. *l. c. acc. sing.* -an Varro rust. 2, 5, 12 (*v. sub 2b*). Not. Tir. 106, 90. *legitur in poesi inde a* Varrone Men. (*v. sub 2a*) *et poetis aevi Augusti* (*praeter* Verg.), *in prosa singulis locis apud* Cic. (*in re graeca*), Varronem (*v. supra*), Sen. *philos.*, Cvrt., Petron., *deinde pluribus apud* Plin. nat., Qvint., Plin. epist., Apvl. flor. *al.*, *initio quidem rarius quam* cithara *et* 2. fides, *v.* Varronem *sub 2b et tabulam adiectam usum auctorum potiorum illustrantem*:

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

	cithara	2. fides	-a
PLAVT.	—	3	—
TER.	—	1	—
VARRO	4	2	2
CIC.	—	32	1
VERG.	4	1	—
HOR.	13	13	16
PROP.	2	1	13
OV.	15	4	44
STAT.	7	3	21

i. q. λύρα (GLOSS., *ubi etiam*: genus citharae): **1** *instrumentum musicum*: **a** *usu sollemni. notiones coloresve, quos in sermone imaginibus redundante accuratius distinguere noluimus, his praemonendis adumbrare liceat: praeter ipsum instrumentum significatur eius sonus (e. g. infra l. 41. 42. 54. 66); ceterum saepe est quasi insigne poesis, sc. fere lyricae (epicae e. g.* STAT. Theb. 10, 446 silv. 1, 3, 100 MART. 7, 23, 2; *universa poesis comprehenditur fortasse* HOR. ars 407, *v. Brink ad l.; elegia respicitur locis dubiis* PROP. 4, 5, 58 OV. Pont. 3, 4, 46, *quos deleri vel corrigi vult Knoche, Rhein. Mus. 85, 1936, 57 sqq.), cuius usus exempla nonnulla invenies sub β, plura sub γ et δ. quae certum genus vel materiem carminis indicant v. p. 1950, 21. 1951, 19. nonnumquam respici videntur etiam ipsa carmina (e. g. p. 1950, 36. 40. 49), eorum recitatio p. 1950, 47 nec non personae poesi vel musicae deditae ut l. 65. p. 1950, 10 (cf.* Arionia -a *pro* 'Arion poeta' *infra l. 70).* *plur. poeticus* OV. rem. 705, *vix recta var. l.* OV. am. 3, 12, 40 (*cf. Maas, Kl. Schr. 561, 30*).

-a utuntur: **α** *quilibet homines vel dei (exempla selecta post* PROP.): CIC. Tusc. 1, 4 (*inde* QVINT. inst. 1, 10, 19) Themistocles ..., cum in epulis recusaret -am, est habitus indoctior (*in convivio sim. ut*: HOR. epod. 9, 5 sonante mixtum tibiis carmen -a, hac Dorium, illis barbarum [*cf. Pind. Ol. 1, 17 Δωρία φόρμιγξ*]. carm. 2, 11, 22. 3, 19, 20. 3, 28, 11 recines -a Latonam. *al.*). HOR. carm. 1, 10, 6 curvae ... -ae parentem *Mercurium* (*cf.* OV. fast. 5, 106 septena putaris ... fila dedisse -ae. AMPEL. 9, 5 inventor -ae *Mercurius*. PORPH. Hor. carm. 1, 10, 3. *al.*). 4, 1, 22 (*ad Venerem*) -aque et Berecyntia delectabere tibia. PROP. 1, 3, 42 (*loq. Cynthia*) fallebam ... somnum ... Orpheae carmine ... -ae. 2, 1, 9 -ae carmen digitis percussit eburnis *Cynthia*. OV. ars 3, 400 non erit ignotae gratia magna -ae. rem. 753 enervant animos citharae lotosque -aeque *theatri*. trist. 4, 1, 16 fertur ... Achilles Haemonia curas attenuasse -a. SEN. dial. 5, 9, 2 Pythagoras perturbationes animi -a componebat (*opp.* lituos et tubas. *sim. de Pythagoreis* QVINT. inst. 9, 4, 12). LAVS Pis. 169 pepulisse -am, cum pace ... exsultent otia terris. PLIN. nat. 34, 72 *Leaena scortum* -ae cantu familiaris Harmodio. MART. 2, 7, 6 bellus es arte -ae. QVINT. inst. 1, 10, 13 institui -a. PLIN. epist. 7, 4, 9 nunc cithara, nunc -a personatur *libellus meus hendecasyllaborum*. 7, 17, 3 cur concedant ... debere recitari ... lyrica, quae non lectorem, sed chorum et -am poscunt. LAMPR. Alex. 27, 9 -a, tibia, organo cecinit. AMM. 14, 6, 18 -ae ad speciem carpentorum ingentes. CE 610, 8 te -a, te cithara mira cum voce fleverunt, te iuvenes ... flevere. 1302, 1 docta -ā ... puella. *al.*

β vates fabulosi illustres: Ⓘ *Orpheus* (*cf. p. 1951, 12*): CVLEX 285 equos ... tu, *Luna*, ... auditura -am tenuisti (*in eadem re*: PROP. 3, 2, 2 Orphea detinuisse feras et ... flumina Threicia sustinuisse -a. OV. am. 3, 12, 40 percussam saxa secuta -am. ars 3, 321 met. 11, 11. *al.*). OV. met. 10, 152 (*O. loquitur*) nunc opus est leviore -a *eqs.* 11, 50. 52 flebile nescio quid queritur -a *O. mortui*. SEN. Med. 348 tacuit torpente -a. VAL. FL. 5, 100 mixto ... sonantem percutit ore -am nomenque relinquit harenis (*ex Apoll. Rhod. 2, 928 sq. ἂν ... θῆκε λύραν, sc. in altari, ἐκ τοῦ δὲ Λύρη πέλει οὔνομα χώρῳ*). SIL. 3, 620 *Domitianus* melior ... -a *Orphei* ... Phoebo miranda loquetur. STAT. silv. 3, 1, 17 Tyrione (*i. Amphionis*) haec moenia plectro an Getica venere -a? CLAVD. carm. min. 31, 18 nulla avium ... fuit, quae ferre negaret vectigal meritae conubiale -ae. *al.* Ⓘⓘ *Amphion*: AETNA 576 invitata piis ... carmine saxa -aque (*cf.* PROP. 1, 9, 10 Amphioniae moenia ... -ae. STAT. Theb. 10, 877 moenia molli structa -a). HOR. epist. 1, 18, 43 suspecta severo *Zetho* conticuit -a. STAT. Theb. 7, 278 Amphion ... -a galeam ... insignis. PROB. Verg. ecl. 2, 23. Ⓘⓘⓘ *Arion*: PROP. 2, 26, 18 *delphinus* Arioniam vexerat ante -am (OV. ars 3, 326 voci favisse putatur piscis Arioniae ... -ae. *cf.* fast. 2, 82 Lesbida cum domino ... tulit ille -am). OV. fast. 2, 104. Ⓘⓥ *alii*: OV. Ib. 525 ut ... -ae vates fertur periisse severae (*sc. Linus, Orpheus? an Stesichorus?*). STAT. Ach. 1, 118 *Chironis* labor ... monstrare -a veteres heroas alumno.

γ patroni sollemnes poesis vel musicae: Ⓘ *Apollo*: CVLEX 13 Phoebus erit ... carminis auctor et recinente -a fautor. HOR. carm. 1, 21, 12 insignem ... umerum -a (*sim. sollemne eius insigne est*: TIB. 3, 8, 22 Phoebe superbe -a. LYGD. 4, 38 fulgens testudine et auro pendebat laeva garrula parte -a. PROP. 3, 3, 14 nixus ... -a. APVL. flor. 3, 11. *al.*). 4, 15, 2 me ... increpuit -a. ELEG. in Maecen. 1, 51 ipse -am plectro percussit. PROP. 2, 31, 6 visus ... marmoreus tacita carmen hiare -a. 4, 6, 32 non ille attulerat ... carmen inerme -ae. OV. am. 1, 1, 16. 1, 8, 60 deus vatum ... tractat inauratae ... fila -ae (*sim.* ars 2, 494). 3, 9, 24 *Linon mortuum* dicitur invita concinuisse -a (*cf.* met. 10, 205 te, *Hyacinthe*, -a pulsa manu, te carmina nostra sonabunt). epist. 15 (16), 182 *Troiae* moenia Phoebeae structa canore -ae (*in eadem re*: MART. 8, 6, 6 muros struxit Apollo -a. *cf.* OV. met. 8, 16 muris *Megarorum*, in quibus ... proles Letoia fertur deposuisse -am). ars 3, 142. rem. 705 Phoebus adest: sonuere -ae. SEN. Ag. 334 quale soles leviore -a flectere carmen. Herc. f. 906 PETRON. 83, 3. CLAVD. 9, 18 pectine temptavit nobiliore -am. *-a Apollinis a Marte aliena est*: OV. am. 1, 1, 12 quis ... cuspide Phoebum instruat Aoniam Marte movente -am? LACT. epit. 2, 7. Ⓘⓘ *Musae*: HOR. carm. 1, 6, 10 inbellis ... -ae Musa potens (PROP. 4, 6, 36 *Apollo* solvit Pythona ..., i. quem timuere -ae [deae *ed. Etonensis*]). 1, 12, 1 quem virum ... -a ... sumis celebrare, Clio? ars 407 Musa -ae sollers. PROP. 1, 2, 28 cum tibi ... Phoebus sua carmina donet Aoniamque libens Calliopea -am. 2, 3, 20 *Cynthia* par (*nom. an acc.?*) Aganippeae ludere docta -ae. OV. fast. 4, 84 Musa ..., non tibi sunt maesta sacra canenda -a. 5, 54 scita Thalia -ae. HOMER. 1069. STAT. Theb. 4, 37 Calliope ..., quae moverit arma Gradivus ..., sublata molire -a. MART. 1, 76, 9 praeter aquas Helicon ... -asque dearum nil habet.

δ poetae: Ⓘ *varii*: HOR. epod. 17, 39 *poetam* mendaci -a ... sonare: 'tu pudica ...'. carm. 3, 3, 69 non hoc iocosae conveniet -ae (*item cum epitheto genus carminis sim. indicante*: STAT. Theb. 10, 446 quamvis mea carmina surgant inferiore -a *sc. quam Vergilii*. silv. 1, 2, 250 ovanti. 1, 3, 100 dictum ... -a maiore *sc. Vergilii* Catillum. 1, 4, 36 coli tenuiore -a. 3, 2, 132 quanta votiva movebo plectra -a. 5, 3, 3 sinistrae. NEMES. cyn. 63 meliore -a memorare triumphos). 4, 3, 23 monstror ... Romanae fidicen -ae (OV. Pont. 4, 16, 28 Pindaricae f. tu quoque, Rufe, -ae). PROP. 4, 1, 74 (*Horos ad poetam*) poscis ab invita verba pigenda -a. 4, 5, 58 qui versus ... dederit ..., istius tibi sit surda sine aere (*N*, arte *cett.*) -a (*distichon del. Knoche, v. p. 1949, 21*). OV. am. 2, 18, 34 dat votam Phoebo Lesbis amata -am (*sim.* EPIST. Sapph. 183). ars 3, 50 mox cecinit laudes *Helenae* prosperiore -a *Stesichorus*. trist. 4, 10, 50 *Horatius* ferit Ausonia carmina culta -a. EPIST. Sapph. 29 Alcaeus, consors ... -ae. 198. 200 Lesbides, Aeolia nomina dicta -a. PERS. 6, 2 iamne -a et tetrico vivunt tibi, *Basse*, pectine chordae? STAT. silv. 2, 1, 28. 3, 5, 32. 4, 2, 7. 5, 1, 13 tibi ... perenni temptamus dare iusta -a. 5, 3, 94. 5, 3, 152 qua lege recurrat Pindaricae vox flexa -ae. 5, 3, 213. 5, 5, 27. MART. 5, 30, 2 Varro, Sophocleo non infitiande cothurno nec minus in Calabra suspiciende -a. 7, 23, 2 cum bella tonanti ipse, *Phoebe*, dares Latiae plectra secunda -ae (*respicitur bellum civile Lucani*). 12, 11, 3 cuius Pimpleo -a clarior exit ab antro? 12, 94, 5. QVINT. inst. 1, 10, 29 qui carmina ad -am composuerunt. 10, 1, 62 Stesichorum ... epici carminis onera -a sustinentem. APVL. flor. 9, 27 poemata omnigenus apta virgae, -ae, socco, cothurno. PRVD. cath. 9, 3 *Christum* laudet -a. CLAVD. 2, 16 convenit ad nostram sacra caterva -am. *al.* Ⓘⓘ *David* (*respicitur psalterium, et apud* CASSIOD. *insuper adulescens ante Saul canens* [*I reg. 16, 23*]): HIER. epist. 53, 8, 17 David, Simonides noster ..., Christum -a personat. AVELL. p. 495, 6 David spiritalem pulsans -am psallit: '...'. CONC.^{S} I 5 p. 348, 19 inquit per psallentem -am: '...' (*gr. I 1, 4 p. 55, 23 διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας*). CASSIOD. in psalm. 32 concl. in eis *chordis mandatorum* Daviticae -ae curatione purgabimur (ARATOR act. 2, 115 ab ore D. resonare -ae: '...').

b *in fabula vel proverbio* (*cf. Otto, Sprichw. n. 184; proverbium graece afferunt* MART. CAP. 8, 807 BOETH. cons. 1, 4, 1 W.): PHAEDR. app. 12, 1 asinus iacentem vidit in prato -am, accessit et temptavit chordas ungula *eqs.* HIER. epist. 27, 1, 2 quos (*detrectatores meos*) ego cum possim meo iure contemnere, asino quippe -a superflue canit, tamen ... ita responsum habeant *eqs.*

c *in comparationibus*: PLIN. nat. 9, 38 Trogodytae cornigeras *testudines* habent, ut in -a adnexis cornibus latis, sed mobilibus *eqs.* 11, 124 *cornua* erecta ... et in lēve fastigium exacuta, ut -as decerent (decorent, diceres *coni.*), strepsiceroti *natura dedit*. QVINT. inst. 1, 10, 12 *secundum Pythagoram* mundum ipsum ratione esse compositum, quam postea sit -a imitata (*cf.* SERV. ecl. 5, 66 [*ex Porphyrio*] -am, quae nobis caelestis harmoniae imaginem monstrat. MACR. Sat. 1, 19, 15 -a Apollinis chordarum septem tot caelestium sphaerarum motus praestat intellegi). CASSIOD. in psalm. 146, 7 sicut integra -a dici non potest, cui aliqua chorda subtrahitur, sic nec vir sanctus perfectus aestimatur, cui virtus ulla minuitur. CORIPP. Ioh. 4, 577 acies ductor, perpensis partibus aequis, bella subire iubet; sic disponuntur et arte organa plectra -ae digitis pulsanda magistri.

2 *per similitudinem (per synecdochen sub c) transfertur ad*: **a** *varias res vel actiones*: VARRO Men. 351 quam nobilem (mobilem *fere trad.*) divum -am Sol harmoge quadam gubernans motibus diis veget (*si respicitur sphaerarum musica, fortasse subest doctrina Pythagorica, de qua v. l. 62 sqq.*). HIER. tract. in psalm. I p. 279, 7 haec (*oratio ad deum*) est -a nostra, haec cithara; in hac cantamus deo. FACVND. defens. 4, 2, 33 (*ex Chrysostomo, Migne gr. 52, 764 λύραν*) audiamus -am et tubam (*i. Diodorum episcopum*); quando enim suavitatem sentio verborum, -am appello huius vocem; quando vero fortitudinem intellegentiarum, tubam quandam bellicam. **b** *sidus forma -ae simile*: VARRO rust. 2, 5, 12 astri ..., quod Graeci vocant -an, fidem nostri. OV. fast. 1, 316 imbres exoriente -a. 1, 654 fulgebit toto iam -a nulla polo (2, 76). 2, 77. 5, 415. MANIL. 1, 324 -a diductis per caelum cornibus inter sidera conspicitur. 1, 627. 5, 324. 337 VITR. 9, 4, 5. GERM. 270 Mercurio dilecta (*cf.*

[Salvadore]

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

279 Mercurialis [Avien. Arat. 1227]). 274. 614 dulce sonans. 634. 679 Colvm. 10, 79. *al.* **c** *regionem, in qua Orpheus -am suam reliquit*: Val. Fl. 5, 100 *v. supra p. 1949, 59 (rationem imitationis illustrat Hudson-Williams, Class. Quart. 9, 1959, 68 sq.).*

appendix: epitheta notabiliora, indicantia: **1** *formam vel materiem*: Hor. carm. 1, 10, 6 curva (3, 28, 11 Ov. fast. 5, 54. 415). 2, 11, 22 eburna. Tib. 3, 8, 22 testudinea (Prop. 4, 6, 32). Prop. 3, 3, 14 aurata (Ov. met. 8, 16. *cf.* inaurata: Ov. am. 1, 8, 60 ars 2, 494). **2** *originem vel vatem sim. (nom. propr.)*: Hor. carm. 4, 3, 23 Romana (*cf.* Ov. trist. 4, 10, 50 Ausonia. Mart. 5, 30, 2 Calabra. 7, 23, 2 Latia). Prop. 1, 2, 28 Aonia (Ov. am. 1, 1, 12. 2, 18, 26. *cf.* Prop. 2, 3, 20 Aganippea. Sil. 11, 415 Pieria). 1, 3, 42 Orphea (*cf.* 3, 2, 2 Threicia [Ov. am. 2, 11, 32 = epist. 3, 118]. Ov. trist. 4, 1, 16 Haemonia. Stat. silv. 3, 1, 17 Getica). 1, 9, 10 Amphionia. 2, 26, 18 Arionia (Ov. ars 3, 326. *cf.* fast. 2, 82 Lesbis). Ov. epist. 15 (16), 182 Phoebea. Pont. 4, 16, 28 Pindarica (Stat. silv. 5, 3, 152). Epist. Sapph. 200 Aeolia. Germ. 279 Mercurialis (Avien. Arat. 1227. *cf.* Cyllenea: Lact. Phoen. 50 Avien. Arat. 1116). Cassiod. var. 2, 40, 11 Davitica (in psalm. 32 concl. Arator act. 2, 115). **3** *genus poesis sim.: v. p. 1950, 20 sqq., adde* Ov. met. 10, 152 levior (Sen. Ag. 334). fast. 4, 84 maesta. Ib. 525 severa.

***lyricus,** -a, -um, *λυρικός. scrib. in codd. etiam* lir- *saepe. legitur exemplis certis inde a* Hor., Ov.; *e* Cic. *affert* Sen. (*v. l. 39*), *sed eidem est vox graeca* orat. 183 poetarum, qui *λυρικοὶ* a Graecis nominantur.

i. q. ad lyram pertinens: **1** *de hominibus:* **a** *de poetis, qui carmina ad lyram recitanda componunt* (*cf.* Isid. *p. 1948, 74. poetae nimirum ponuntur passim pro eorum operibus; distinguuntur alia genera, sc. tragici, comici, epici passim, maxime apud* Qvint. *et gramm.; respiciuntur novem -i illustres Graecorum e. g. apud* Sen. epist. 27, 6, Petron., Stat., Avson.): *α adi.*: Hor. carm. 1, 1, 35 quodsi me -is vatibus inseres *eqs.* (Avson. 336, 30 p. 201 P.). Ov. trist. 2, 364 -i Teia musa senis. Stat. silv. 4, 7, 5 regnator -ae cohortis . . . Pindare. Mar. Victorin. gramm. VI 59, 23 -i auctores (88, 6 Rvfin. apol. adv. Hier. 2, 10ª [2, 11]). 95, 21 -i poetae (138, 23. 173, 21). Hier. chron. a. Abr. 1930 Catullus scribtor -us (in Nah. 3, 7 l. 241). *al.* *β masc. pro subst.* (*plur. praeter l. 43 et 46 sq.*): Sen. epist. 27, 6 *quidam* novem . . . -is singulos *servos* adsignavit, *qui eos memoria tenerent.* 49, 5 negat Cicero (*potius in Hortensio quam in rep., v. Heck, Bezeugung von Cic. rep. 1966, 45*), si duplicetur sibi aetas, habiturum se tempus, quo legat -os (Qvint. inst. 10, 1, 96 Plin. epist. 5, 3, 2. CE 434, 6 [*veram lectionem v.* CIL XI 6435]). Petron. 2, 4 Pindarus novemque -i. 118, 5. Qvint. inst. 1, 8, 6 *animum* alunt et -i. 8, 6, 71 principem -orum Pindarum. 9, 4, 53 -orum quorundam carmina. Bass. gramm. VI 264, 4 apud -os. 270, 2 -us noster (*Horatius*). Tert. apol. 14, 5 ille de -is, Pindarum dico. Amm. 14, 6, 7 Simonides -us (16, 5, 8). 25, 4, 3 -i Bacchylidis. 28, 4, 15 -i . . . Stesichori. Sidon. epist. 4, 1, 2 si quid . . . -us cantilenosum *condidit. al.*

b -a puella *i. q. lyristria*: Prvd. ham. 316 num propter -ae modulamina vana puellae nervorumque sonos . . . deus addidit aures *eqs.*?

2 *de rebus* (*respicitur fere compositio carminum, potius eorum recitatio apud* Ov.; *syn. fere* melicus Mar. Victorin. gramm. VI 50, 26 Avson.): *α adi.*: Ov. fast. 2, 94 capta . . . erat -is Ausonis ora sonis *Arionis.* 5, 386 manus *Achillis* . . . creditur *Chiron* in -is detinuisse modis (Epist. Sapph. 6 *elegias conscribo,* cum -is sim magis apta m. 26. Avson. 322, 54 p. 264 P. melicos -osque modos. *cf.* Ven. Fort. carm. 6, 10, 3 modulos). Fest. p. 217 in carmine -o (Stat. silv. 4 praef. [*cf. ibid.* tit. 4, 5 *et* 4, 7 ode -a]. Svet. Tib. 70, 2 Mar. Victorin. gramm. VI 50, 28. 58, 6 Firm. math. 6, 30, 25. *al.*). Porph. Hor. carm. 3, 1, 2/3 videntur illa non Graecorum lege ad -um characterem exacta. Mar. Victorin. gramm. VI 39, 13 cantionibus (Fortvn. gramm. VI 294, 29). 50, 26 melicum . . . sive -um *metrum,* quod ad modulationem lyrae citharaeve componitur. 113, 5 poemata. Hier. in Hab. lib. 2 praef. sermonem . . . psalterii, id est -o more compositum. Mart. Cap. 1, 3 epica . . . -aque pagina. Sidon. epist. 4, 3, 8 dithyrambos. Arator ad Vigil. 24 psalterium -i composuere pedes. *β neutr. pro subst.* (*plur. tantum*): Tac. dial. 10, 4 -orum . . . iucunditatem (*praecedunt* coturnum, heroici carminis sonum; *seq.* elegorum, iamborum, epigrammatum). Plin. epist. 3, 1, 7 *Spurinna* scribit . . . utraque lingua -a doctissima (-me *var. l.*); mira illis dulcedo *eqs.* 7, 17, 3 *v. p. 1949, 48.* 9, 22, 2 *Passennus Paulus ab imitatione Propertii* ad -a deflexit. Bass. carm. tit. p. 126 M. -orum liber II (*sec.* Prisc. gramm. II 527, 16). *al.* *Salvadore.*

lyristēs (-ēs *l. 78, nisi* -a), *dat.* -ae, *acc.* -ēn *m.*, *λυριστής. i. q. homo lyrae peritus*: **1** *de recitatore, cantore*: Plin. epist. 1, 15, 2 audisses *apud me* comoedos vel lectorem vel -en (*in eadem serie*: 9, 17, 3 quam multi, cum lector aut -es aut comoedus inductus est, calceos poscunt. *cf.* 9, 36, 4 post cenam comoedia aut -es. 9, 40, 2 *hieme* non iam comoedo vel -ae post cenam locus). Sidon. epist. 1, 2, 9 nullus ibi (*in aula Theodorici regis*) -es, choraules, mesochorus . . . canit.

2 *de poeta*: Sidon. epist. 8, 11, 3 vers. 25 Horati, Alcaeo melior -es ipso (-a es *coni. Leo*).

lyristria, -ae *f.*, *λυρίστρια* (*quae vox in gr. auctoribus non occurrit*). *scrib.* lir- Schol. Ter. *i. q. mulier lyrae perita* (*de muliere impudica, meretrice sim.* Avg.): Schol. Iuv. 11, 162, 2 pantomimas aut -as de Gadibus. Avg. c. Iulian. 3, 11, 22 nuntiatus est nobis senex . . . ad libidinem sibi emisse -am. serm. 153, 5, 6 quis aliquando in publicis tribunalibus accusatus est, quia per suas -as lascivus immundusque defluxit? Schol. Ter. Bemb. Eun. 457 fidicinam: dixit -am.

lyron *n.*, *λύρον. nomen herbae* (*ad rem v. André in ed. Plinii*): Plin. nat. 25, 124 (*cf.* 1, 25, 77) alcima, quam alii damas⟨on⟩ion, alii -on appellant (*sim.* Diosc. 3, 162 p. 443, 7, *ubi* liron *trad.*). *B.*

[**lysas** *olim perperam editum pro* Ias Ps. Apvl. herb. 10 l. 13 (lisias, vas *var. ll.*).]

lysipon(i)um, -ī *n.*, *λυσιπόνιον. nomen medicamenti, quod adhibetur imprimis ad oculos medendos*: CIL XIII 10021, 52 Themisonis lysipon. ad lac(rimas) res(tringendas). 63 Agathonis lysipon. ad impet(um). 174 Hypni lisiponum ad suppuration(em). Cass. Fel. 38 p. 84, 18 *post flebotomiam* c(h)alastico lisiponio (*g,* hysopomo *c,* lisoponio *p*) uteris.

1. lysis, *abl.* -ī, *λύσις. scribitur litteris graecis* Don. *nom. plur.* -is Vitr. 3, 4, 5. [*dub. trad.*: Vitr. 6, 8, 2 limina . . . et trabes structuris cum sint oneratae, medio spatio pandantes frangunt sub -i (*def. Wistrand, v. infra*; sublisae *vel* -as *vulgo legitur*) structuras. Gloss. V 571, 56, *v. vol. VI 2, 2115, 79 sqq.*]

1 *t. t. architecturae significat partem podii* (*ad originem notionis apud Graecos non exstantis v. Wistrand, Opera selecta 1972, 197, qui intellegit ornamentum quoddam cymatio simile, quod solvitur, deflectitur ex linea directa aedificii*): Vitr. 3, 4, 5 sin . . . podium faciendum erit, id constituatur uti quadrae, spirae, trunci, coronae, -is (lapis *cod. G*) ad ipsum stylobatam . . . conveniant. 5, 6, 6 podii altitudo ab libramento pulpiti cum corona et -i duodecumam orchestrae diametri. **2** *t. t. gramm. i. q. asyndeton*: Don. Ter. Eun. 582, 1 (*cod. V*) 'noviciae ⌊puellae' -ς: noviciae⌋ et puellae (⌊⌋ *om. CT*).

2. lysis. *nomen serpentis* (*originis obscurae, nisi est gr. λύσις coll. σηπεδών, quae vox item est nomen serpentis*): Ps. Apvl. herb. 24 (*tit.* ad viperae morsum) l. 7 *iuxta imaginem serpentis* nomen serpentis -is (*add. rec. γ et cod. V*).

lyssa, -ae *et* **lytta,** -ae *f.*, *λύσσα* (*λύττα*). **1** *i. q. furor*: Plin. nat. 3, 8 in universam Hispaniam M. Varro (*frg. 396 F.*) pervenisse Hiberos et Persas . . . tradit; lusum enim Liberi patris aut lyssam (lys-, liss-, lysy- *var. ll.*) cum eo bacchantium nomen dedisse Lusitaniae. **2** *i. q. vermiculus (sc. tumor, pusulae sim.?) rabiem canis efficiens*: Plin. nat. 29, 100 est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytta (litta, lita *var. l.*), quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt nec fastidium sentiunt (*sim. de re Gratt. 387* subit . . . — vermiculum dixere — mala . . . pestis; *sed gr. non nisi ipsa rabies voce λύττα significari videtur*).

lyssodēctus, -ī *m.*, *λυσσόδηκτος. i. qui a cane rabido morsus est*: Diosc. 2, 8 p. 189, 4 *medicamentum quoddam* -is medetur (lisso *cod.*; lasso denti et cauculosis *edd. vet.; gr. 2, 10 λυσσοδήκτοις*). Cass. Fel. 67 p. 166, 6 hi . . . -i (liso denti, lisodera *trad.*), id est qui rabidos morsus incurrerunt . . ., *postea* hydrofobici efficiuntur.

lytae, *acc.* -as *m.*, *λύται. i. q. solutores* (*sc. quaestionum iuris scholasticarum; v. Schulz, Geschichte der röm. Rechtswiss., 1961, 351*): Dig. de conc. dig. 2, 5 quia solitum est anni quarti studiosos Graeco et consueto quodam vocabulo -as appellari, habebant . . . hoc cognomen (*αυτας F m. pr., quae ibid. infra lat. litteris vocem* prolutae [*sc.* -lyt-; *significantur discipuli quinti anni*] *exaravit*).

lytiāsis: id est cauculi in vesica Gloss. med. ed. Heiberg p. 40, 20. *locum addas s. v.* lithiasis. *Zäch.*

1. lytra, -ōrum *n.*, *λύτρα* (*λύτρον*). *i. q. redemptio, non nisi in fabularum titulis* (*respicientibus Hom. Ω*): **1** *tragoediae Ennii*: Enn. scaen. tit. p. 144 V. Hectoris -a. *restitutum ex* H. lytris *Non. p. 111, 18 vel 399, 8 ceterisque locis, quibus passim exstant var. ll.* lit-, lystr-, listr-; *Fest. p. 270* innectoris lyris; *Diom. gramm. I 345, 3 et 387, 30* in lustris [*omittitur* H. *ut etiam Non. p. 222, 27*]; *titulum potius a gramm. verbum gr. fideliter exprimente quam ab ipso Ennio scriptum esse putat Jocelyn, Ennius 1967, 59 sq. et 290 sq.; formam* lutra *Ennii temporibus melius accommodatam restituit Bergk, Kl. Schr. I 295 sq.; vix recte* lustrum *praetulit Ogilvie, Journ. Rom. Stud. 51, 1961, 35 a* 1. luere *derivans.* **2** *alia*: Hyg. fab. 106 tit. Hectoris -a.

2. lytra *v.* lutra. **lytrum** *v.* lutron. *v. Kamptz.*

lytta *v.* lyssa.

lyt(tium) *sc. vinum* Ned(ymi) CIL IV 5555—57 (*in quinque amphoris*) *et saepe litteris graecis ibid. vel nota λντ e. g.* 6298 sqq. *vel perscriptum λύττιος e. g.* 9790. *propter nimiam frequentiam amphorarum huius vini adiectivum non a Lytto oppido Cretensi derivat Mau ad l., sed a λύσσα. dubitamus autem, quomodo vinum sic commendari possit; potuitne modus quidam conficiendi vel condiendi vini ab illo oppido nomen trahere (cf. e. g.* passum Creticum *Plin. nat. 14, 81. 20, 208 Mart. 13, 106 Iuv. 14, 270)?*

lyxipyretos *sim. scribitur pro* lexipyretos *locis quibusdam ibi allatis.* *Zäch.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad vol. VII 2

quibus accedunt ADDENDA quaedam, quae fors nobis obtulit
(in fasciculis iterata cura editis pauca iam correcta invenies).

invītus. *p. 234, 52 lege 'inversi ordinis', ut ibid. l. 63 'inverso (inversionis . . .)'.*
inūtilis (inūtiliter). *p. 279, 70 lege* AVG. civ. 6, 11.
iotta. *p. 292, 41 adde*: REGVLA mag. 27, 9 pusca calida aut . . . cum -a (*sic cod. P, saec. VII in.*; iutta *cod. A s. IX*). *cf. etiam* iutia *p. 727, 15 sq.*
1. irritus. *p. 433, 75 sq. lege* Pont. 2, 9, 28.
is. *p. 457, 5 pro '83' lege '82', p. 474, 36 'p. 486, 49', p. 480, 7* 10, 16, 8.
iste. *p. 499, 32 lege* 2, 696 *et l. 45* 8, 327.
iter. *p. 542, 44 pro* SCAEV. *lege* Q. SCAEV. *locumque insere l. 43 ante* PROC.
iterum. *p. 557, 50 lege* 8, 523.
iubar. *p. 572, 71 pro 'Augusti' pone 'Caesaris'.*
iūcundo(r). *p. 591, 78 adde 'deriv.*: iucundatio.'
iūdicium. *p. 611, 45 iuncturam* -um habere *exhibet etiam* NEP. Att. 6, 3. *p. 612, 63 lege* subibant.
1. iugo. *p. 633, 2 lege '643, 40'.*
1. iūs. *p. 694, 44 lege* epist. 4, 12.
iūstus. *p. 723, 27 lege* 4, 547.
k. *p. 755, 71 adde* Carthago.'
1. labrum. *p. 812, 19 adde compos.* sublabro.
2. lābrum. *v. etiam* **lavābrum.**
lacero. *p. 826 linearum 27—30 extrema sic corrige*: series| victo-| totiens| 7,|
lacesso. *p. 831, 67 lege '832, 67', p. 832, 35* 12, 228.
lacio. *fortasse huc pertinet perf.* lixit, *v. p. 1551, 25.*
lacrimo. *p. 846, 54 lege 'cf. p. 845, 77'.*
lactrus. *p. 883, 40 lege* laetrosum.
1. laetus. *p. 889, 84 adde compos.* perlaetus.
1. laevus. *p. 890, 45 dele* TER.
lambo. *p. 898, 51 lege* patriisque.
lāna. *p. 913, 23 pro* 3, 17 *lege* 3, 18.
lancea. *p. 917, 41 lege* 12, 330.
langueo. *p. 922, 24 pro* David *lege* Daniel.
languēsco. *p. 924, 5 adde compos.* delanguit.
lānifex. *p. 929, 31 pro* '-icis *c.*' *lege*: -icis *m.* (*in appositione iuxta subst. neutr. fere adiectivi loco l. 36*).
lanterna. *p. 936, 26 dele uncum curvum inter 'eqs.' et 'v.'*
1. laqueātus. *p. 960, 28 adde 'deriv.*: 3. laqueatus (-us).'
3. laqueātus, -ūs *m. a* 2. laqueo (1. laqueatus), *sc. vox analogiae causa a gramm. ficta. i. q. actus vel status laqueandi*: PRISC. gramm. II 262, 14 forsitan . . . etiam 'acus' ab 'acutu', . . . 'lacus' a '-u', 'sinus' a 'sinuatu' . . . nata *per syncopen vocabula* primitivorum servant declinationem, *sc. ut 'potus', vox a 'potatus' derivanda* (*in eadem re*: 263, 11. III 445, 3, *quem locum dele supra p. 960, 9*).
1. laqueo. *p. 961, 6 adde compos.* sublaqueo.
lār. *p. 967, 54 ad has translationes cf. p. 964, 65 sqq.*
largus. *p. 974, 1 inter exempla structurae* '-us *alicui*' *insere* SEDVL. carm. pasch. 4, 26.
lasso. *p. 990, 50 adde compos.* praelassatus.
lassus. *p. 990, 69 sq. lege 'Wartburg'. p. 991, 5 insere* CATVLL. 68, 61 dulce viatori (viatorum *var. l.*) -o in sudore levamen (basso . . . levamus *trad.; addas l. 20 sq.*).
lateo. *ad structuram p. 997, 65 sqq. allatam cf.* Ov. Ib. 623 Melantheā tenebris a caede -entem *Ephesium quendam* (*sublucet color q. e. tutum esse ab aliqua re*).
laterālium. *adde* GLOSS. II 475, 52 *χαρτόπηρον* chartarium, -um (*trad., quod tuetur Heraeus in indice gloss. graeco-latino s. v. χ. coniecturam Stephani* litte- *vix recte praetulit Goetz*).
lathyrus. *p. 1004, 50 adde: item legitur iuxta ἀράχους* 4, 13, 10 La p. 13 *et* 4, 17, 9 La p. 20 (*falsa distinctione*), *ceterum exstat forma* lithiros 4, 22, 1 La p. 24.
[lāticlāviālis *perperam editum est* CIL III 3577; *vox in lapide non legitur, v. ibid.* 10513.]
latitābundus. *p. 1007, 30 lege* intuentum.
lātitia. *p. 1007, 47 sq. corrige initia*: 319, 24 (*antea*:
lātrīnum *v.* lavatrina. *hoc insere p. 1013, 18.*
latrōcinium. *p. 1018, 15 ex locis* CIC. *omissis addi possunt ei, qui plus minusve in vim metonymicam (cf. A2 et p. 1018, 22) vergunt*: Catil. 1, 31 Phil. 14, 10 Att. 4, 3, 3.
latrunculātor. *veriloquium p. 1019, 19 sic corrige: a* latrunculus.
latrunculus. *p. 1019, 77 adde* latrunculator.
1. lātus. *inter derivata p. 1024, 54 adde* 2. latesco, *inter composita ibid. l. 55 sq.* perlate *et* latifundius.
lavātio. *p. 1035, 51 adde vocem romanicam a* lotio *derivandam p. 1682, 62.*
lavātor. *ad* SCHOL. Hor. *p. 1036, 66 sqq. cf. Petron. 140, 15* levatores *p. 1194, 33 sqq.*
lavātūra. *ad voces romanicas p. 1037, 59 sqq. allatas adde quae p. 1685, 24 monuimus.*
laudābilis. *p. 1039, 57 adde compos.* per-, superlaudabilis.
laudātor. *p. 1041, 70 adde 'deriv.*: laudatorius.'
lavo. *ad usum reflex. p. 1050, 16 adde fortasse locum obscuriorem* MACER hist. 21 sui -andi (levandi *L. Müller*). *p. 1056, 3 post 'academicorum' insere*: , *sc. ironice. inter derivata p. 1056, 29 sqq. insere* 2. lutus (*v. et* 2. lautus) *et vocem dubiae fidei* lavamentum; *fortasse huc spectat etiam* lora. *ad composita p. 1056, 33 sqq. adde* lanilavius, lanilotor.
laurus. *p. 1060, 79 ad formam neutr.* -um *adde* NOT. Tir. 105, 73 (*cf. ibid. 71* lileum).
laus. *p. 1064, 80 insere* Ov. Pont. 4, 6, 9 Fabiae -s (lux *falsa var. l.*), Maxime, gentis.
lautīcius. *v. etiam* loticius.
2. lautus. *v. etiam* 2. lutus.
laxo. *p. 1075, 22 insere inter compos.* dilaxat, praelaxatus.
lēctor. *ad scripturam* lictor *p. 1090, 71 spectat fortasse etiam p. 1377, 31.*
lēgitimus. *p. 1110, 78 lege* hereditatium, *p. 1111, 24* Att. 13, 32, 3, *p. 1112, 70* habentur, *p. 1113, 7* Verr. II 5, 57.
1. lēgo. *p. 1118, 54 lege* GRAMM. suppl., *p. 1122, 65* legatarii. *p. 1123, 7 adde compos.* oblegatum.
legūmen. *p. 1134, 49 lege* rust. 1, 23, 2.
lembunculus. *adde* GLOSS. *p. 1712, 65 allatam.*
lēnio. *dele sectionem IIB p. 1142, 50 sq.; Hesychii forma* lenita *pro var. l.* VVLG. lev. 14, 48 *habenda inseri potest sub* lino *p. 1457, 38 coll. p. 1455, 81 et 1456, 40 sqq. p. 1142, 54 adde: non huc pertinet* 1. collinio (*v. p. 1459, 58 sq.*).
lēnōcinium. *p. 1153, 8 lege* EVAGR.
lēns. *p. 1155, 75 adde* TAB. cer. Pomp. (Année Epigr. 1972 n. 86; *a. 37*) ciceris, . . . -is in sac(c)is ducentis modium quatuor milia.
lento. *p. 1161, 27 insere* Ps. RVFIN. in Os. 2, 8 p. 975[A] ira . . . -bitur (*cod. Paris., v. Bouwman, Iulian. Aeclan. Komm., 1958, 34*; tent- *edd.*). in Ioel 2, 12—14 p. 1045[C] hostiis vis animadversionis . . . -bitur (*ibid.*; laet- *edd.*).
lentus. *p. 1164, 48 dele* Ov. am. 1, 6, 15, *quem locum inseras p. 1163, 40.*
lepas *v.* lopas. *hoc insere p. 1171, 17.*
lepidus. *p. 1173, 71 adde compos.* perlepide.
lepomata. *cf. quae p. 1652, 25 monuimus.*
lepōs. *p. 1177, 1 adde* SIDON. carm. 23, 100 cui . . . rigor . . . Romanus fuit Attico in -e.
lepusculus. *p. 1182, 50 adde* NOT. Tir. 108, 86a.
1. levo. *p. 1233, 17 sq. notione passiva 'panem fermento turgidum redditum' intellegit Svennung, Wortstud. Oribas., 1932, 92, 4.*
lēx. *p. 1240, 3* 1043 -es mori serviunt *insere l. 2 ante* TRAG. inc. 118, *ut sit* PLAVT. Trin. 1043. *ibid. l. 22 lege* 3, 6, 6, *l. 27 dele* [QVINT. inst. 3, 6, 9. *al.*], *l. 39 lege* -x *Valeria . . .*, sed temporis, *l. 42* Planc., *l. 46* Mil. 11. *p. 1241, 3 lege* -es ignorans.
lēxipyretos. *p. 1256, 59 sq. sic supple: scribitur in codd.* lix- THEOD. PRISC. log. 7 CASS. FEL. 61 p. 150, 4 GLOSS. III 602, 34 (*quam v. p. 1552, 25*), lyx- *in cod. Aa* ORIBAS. syn. 3, 60 p. 863. 3 add. p. 905, 31. 9, 10, 19, -perit- *saepe. p. 1256, 62 ad notionem cf.* GLOSS. *p. 1552, 25.*
[lībacunculus *v.* lucuntulus *p. 1750, 60.]** *hoc insere p. 1257, 19.*
lībātio. *p. 1260, 67 adde 'compos.*: elibatio.'
1. liber. *p. 1272, 44 lege 'generalia'.*
2. liber. *post p. 1290, 2 insere: adv.* **liberiter** (*ad formam cf.* miseriter *al.*) *notione q. e. liberaliter agnoverunt Armini, Eranos 24, 1926, 124 et Latte, Kl. Schriften 909 in carmine obscuriore* CE 894, 2, *fortasse recte, quamquam de hac notione non satis constat (v. p. 1288, 20 sqq.; 1289, 77 sqq.; 1318, 70 sqq.) et lapis distincte exhibet* liberi ter.
liberīdia *v.* lipyrias *infra p. 1955, 13.*
liberiter *v. supra l. 59.*
libertās. *p. 1310, 81 lege* CAPVT.
libīdinor. *p. 1328, 65 adde* GLOSS. subantes: -antes. -antes, a suibus.
licinium. *v. etiam* lychnium. *voces Romanicae p. 1371, 65 allatae pertinent ad notionem sub 2 illustratam; quae ad 1 spectant v. sub* lychnium.
ligyrium *v.* lyncurium. *hoc insere p. 1397, 75.*
limbunculus *v.* lemb-. *insere post p. 1402, 49.*
līmen. *p. 1406, 82 insere inter locos dubios* VAL. FL. 4, 28 -a caeli (*cod. Coki*; lum- *V*, numina *Baehrens*).
limniāsis *). coll. gr. λίμνησις (i. ἀδάρκη, v. p. 1421, 11) de spuma salis accipit Souter, Glossary s. v., apud* ORIBAS. syn. 6, 48 add. Aa p. 127 in naribus mittis . . . leporis pilos cum limniasi aut c(h)alciteos assu. *sed vocis forma potius ad Λημνιάς sc. γῆ redire videtur (cf. var. l. cod. G* lemniasi *et Pelagon. 383* limniadis, *Cael. Aur. chron. 2, 7, 108*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

lemnida), *ut sit releganda ad Onom.*
limpidus. *p. 1425, 69 lege* quasi lymphidum. *p. 1426, 43 insere* GROM. p. 302, 2 L. *termini* -um latus (*opp.* roscidum).
lingo. *p. 1443, 50* CIL IV 8898 *sec. Solin, Epigraphica 30, 1968, 117 sic legendum*: Tiopilus canis, cunnu -ere noli puellis.
linteārius. *p. 1463, 47* CIL IV 2308 *non* lintenanus *sed* lintenarius *scriptum esse indicat Solin, Arctos 11, 1977, 166. ad fem.* -a *p. 1463, 67 cf. Suppl. Epigr. Gr. 17, 1960, 531 λεντιαρία.*
linter. *p. 1465, 70 lege 'frg.* LIV.'
lintrārius. *adde titulum Ostiensem* INSCR. Rendic. Accad. Lincei 1974, 314, A5 navic⟨ul(arius)⟩ lyntra⟨rius⟩.
lipothȳmia. *v. etiam* lypothomia.
lipyrias. *p. 1474, 56 adde: fortasse huc pertinet forma corrupta* liberidia: ORIBAS. syn. 6, 7 Ab p. 103 epialus et liberidia febris (*gr. non resp.*).
lirinus. *p. 1495, 71 adde: n. pro subst.* -um (*sc. oleum*): INSCR. Gall. Wuilleumier 536 . . . c (*obscurum*) lirini.
lithargyrinus. *immo* **lithargyreus** *sec. ed. crit.* BOETH. elench. soph. Arist. lat. 164b23 litargirea.
lithiāsis. *p. 1504, 1 adde lineolam* ā *producendae. ceterum v. etiam* lytiasis.
lithiros *v. supra p. 1953, 62.*
lithostrōtus. *p. 1504, 38 addε* NOT. Tir. 101, 26ª lithistrotus. *l. 43 adde* NOT. Tir. 101, 27 lithistrotum.
littera. *p. 1516, 62 sq. ad locutionem 'nego me -as scire' cf.* TAB. cer. Pomp. (Année Epigr. 1971 n. 92) quod is -as nesciret. *p. 1526, 28 lege 'd ad ius vel iudicium spectantes'.*
[litterālium. *non nisi in coniectura Stephani, v. p. 1953, 60]*
lixit. *p. 1551, 25 supple 'obscurum, nisi est perf. vocis q. e.* lacio.'
locālis. *p. 1552, 61 lege* Varro (frg. 267 p. 286, 3 F.).
loco. *p. 1558, 84 lege* Capuae.
loculus. *p. 1567, 29 sq. post 'scrib.' insere: in titulo* loclu INSCR. christ. Silvagni 11951 (*si recte legitur*), *p. 1569, 2 adde* Silvagni 11951 loclu bisomu (*cf. p. 1580, 56*).
locuplēs. *p. 1572, 79 adde* AMBR. epist. 16, 5 F.
longaevus. *p. 1617, 40 sic corrige: compar.* -ius *legitur* BOETH. categ. Arist. lat. 14a29 (senius *rec. altera, gr.* πρεσβύτερον); *superl. deest.*
longanimis. *p. 1619, 84 lege* μακροθύμος.
longē facio *v. p. 1647, 74 sqq. hoc insere p. 1623, 19.*
lucrum. *p. 1725, 35 lege* lucrifuga.
lūdibrium. *p. 1759, 55 insere*: ITALA Hab. 1, 10 (Hier. *ad l.*) tyranni *sunt* -a eius *ducis Chaldaeorum* (*gr.* παίγνια, *Vulg.* ridiculi eius; *Hier. in explicatione l. 280* ludicra).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae